Conſuetudinẽ conuerſationem. Terentius. Sic mihi eſt uſus. Quinti. Mulierẽ: cum qua lõ/
gius illi: fuerat uſus. Vnde uſu uenire pro accedere ponimus. Plynius. Id eni frequenter uſu
uenit ut mali bonis ꝑferantur. Aliqñ ponit̃ ꝓ opus eſt. Virgilius. Nunc uiribus uſus. nunc
manibus. Itẽ quia ſolemus uti rebus: vt ex iis utilitatẽ percipiamus: uſus aliqñ ꝓ utilitate ac
cipit̃. Apuleius. Cũ id ex uſu meo nõ eſſet. Hinc Vtilis: & Vtilitas dicunt̃: & aduerbiũ Vti
liter. Itẽ apud Iuriſcõſultos Vſuſfructus dr̃: cũ res aliqua nõ noſtra ẽ: ſed ꝑinde ex ea fructũ
atq; utilitatẽ capimus: ac ſi nr̃a eſſet: diffiniturq; ab Vlpiano ius alienis rebus utendi fruẽdi
q; ſalua rerũ ſubſtantia. Abuti uero eſt ꝑperam vti: ſiue nimis licenter uti. Cicero Noli abu/
ti nimis patientia noſtra. Vñ abuſus: & Abuſio dñr. cũ aliqua re ꝑ licentiam male utimur.
Itẽ Abuſum dr̃: quod utendo conſũptũ eſt. Plautus. Vbi illa quæ dedi añ? Abuſa: ſi ea dura
rent mihi: mulier mitteret̃ ad te. Et Vſucapio abuſa dr̃ acqſitio: ſiue adiectio dñii ꝑcõtinua
tionẽ poſſeſſiõis lõgi tꝑis diffiniti: ut puta trigĩta aut q̃draginta annoꝝ: ſi res ĩmobilis ſit:
quã poſſidemus: Itẽ triũ annoꝝ: ſi res mobilis ſit. Recẽtiores primã illã ꝑſcriptiõem uocãt:
hãc uero vſucapionẽ. Ita. n. dr̃ vſucapio: ſicut Pignoricapio. Cato. hæc pignoricapio ab æs
militare fcã ẽ: qđ æs tribuno ærario miles accipe debeat. Et uſitor & uſurpo eiuſdẽ ſignifi/
catiõis: a qbus vſitatio: & vſurpatio dñr. Cicero. Poſt ĩuẽta Cõcluſio ẽ: q̃ credo uſuros ve
teres illos fuiſſe: ſi iã nota atq; uſurpata res eẽt: qua inuẽta oẽs uſus magnos Oratores uide
mus: & vſura quæ mõ ꝓ uſu accipit̃. Seneca. Si mihi vnius dieculæ vſurã ꝑmiſiſſet: mõ ſi/
gnificat fœnus: a quo fœnerator a qbuſdã vſurarius dr̃. Frui aũt ex re: q̃ vtimur dilectatio/
nẽ capere. Vñ fieri põt ut eadẽ re vnus vtat̃: alter fruat̃ ut ſi ꝑ æſtum duo frigida aqua ma/
nus lauẽt: alter vt abluat ſordes: alter vt frigiditate illa oblectet̃. Habet hoc verbũ tria ſupi/
na Fruitũ vñ fruitio fit: quo verbo Theologi vtunt̃ volũtq; ad deũ tm̃ referri: Et fretũ: vñ
fit fretus ideſt Cõfiſus. Quintilia. Tua fretus hũanitatis id egerã. Et frutũ vt paulo mox oñ
demus. A fruor fit fruiſcor: ſicut a fateor fatiſcor. Lucilius. Aequæ fruiſcor ego ac tu. Et ꝑfru
or: qđ ẽ ĩ totũ fruor. Et Defruor oẽm fructũ ꝑcipio. A quo Defructũ appellatũ uini genus
huiuſmõi Decoqt̃ muſtũ ad tertiã partẽ mẽſure ad ſyreñ. dr̃. Græci αποτου εψειν qđ
ẽ decoq̃re heſpema uocãt: nr̃i a ſapiditate vt arbitror: Sapã noĩant: hoc ſi ad dimidiã ꝑtem
decoq̃tur: fit Defructũ: quod oĩs fructus ex eo muſto detractus ſit: frutũ quoq; & frutã uete
res dixerũt paſſiue eũ: ſiue eã: qbus nos cõtigiſſet. Vñ frutinal dictũ eſt tẽplũ ueneris frutæ.
Cato ẽt fruniſcor ꝓ fruor & frunitũ dixit prudẽtẽ: hoc ẽ eũ: quo ꝑfrui liceret: ſiue ecõtrario
ĩfrunitũ iſipiẽte ac ſtolidũ: q nullli vſui eẽt: Sed nos frunitũ & ĩfrunitũ a græco potius dedu
cta exiſtimamus. nã græci φρονιμον prudẽtẽ: αφρονα demẽtẽ dicũt. Itẽ a ferẽdo frumẽ
tũ dictũ: ſiue ut qdã putãt a frugibus q̃ſi frugamẽtũ. Frumẽta aũt dici putãt quæcũq; emitũt
ariſtas: a frumẽto fit frumẽtor verbũ: qđ ẽ frumẽtũ colligo. Vñ frumẽtatio collectio frumẽ
ti: & frumẽtator: q frumẽtatũ ꝑfectus ẽ. Et frumẽtariũ: qđ ad frumẽtũ ꝑtinet: vt frumẽtari

Ouidius
Varro
Liuius
Varro
Martialis
Virgilius
Terentius
Quintilia.
Plynius
Virgilius
Vlpia.
Cicero
Plautus
Cato
Seneca
Cato

us ager. Frumẽtariũ cribrũ: frumẽtaria lex de frumẽtis: ſicut agraria de agris. Itẽ a ferẽdo fru
ſtrum cuiuſq; rei particula: quod facile feratur. Virg. Pars in fruſtra ſecant: verubuſq; tremẽ
tia figunt. M. Cato. Fruſto panis conduci põt: vel uti taceat vti loquatur. Vnde fit aduerbiũ
fruſtatim & fruſtillatim: hoc eſt minutatim. Et perfruſtra. Item Plautus. Fruſtullum: & fru
ſtillum vſurpat pro paruo fruſto. Fruſtra quoq; aduerbiũ hinc deductum quidam exiſtimãt
quod ſignificat incaſſum: quaſi imperfecte: a quo fit fruſtor verbum: quod eſt fallo deludo:
& paſſiuum eius fruſtor: quod ẽt deponens reperitur. Vnde ſunt verſus illi vetuſtiſſimi poe
te ab. A. Gel. cõmemorati. Nam qui lepide poſtulat alterum fruſtrari: quẽ fruſtrat̃: fruſtra
reũ dicit: fruſtra eſſe. Nam qui ſeſe fruſtra quem fruſtrari ſentit. Qui fruſtratur is fruſtra eſt
ſi non ille eſt fruſtra. Quidam tamen hæc a frangendo potius deducta exiſtimant. A ferẽdo
etiam furca dicta inſtrũ: quo ſtrumenta feruntur: a quo Bifurcum & bifurcatum & bifurca
tim: & furcifer: a quo trifurcifer. Plautus. Tu triũ litteraꝝ homo vituperes me: & fur trifur/
cifer. Et furculam & furcillam deducimus: & furcilis: quo vtimur ad extrahendum fimum.
Item ferax abundans: a quo feracitas pro abundãtia deducitur. Plynius. Vt tam ferax bona
rum artium ſeculum videremus. Et fertile eiuſdem ſignificationis: a quo Fertilitas: & fertili
ter aduerbium. Et feronia nemoris dea a ferendis arboribus. Tradunt. n. cum nemus eius a/
liquando fortuito arſiſſet incendio: & ab id tranſferre inde ſimulachrum incolæ vellent: ſu
bito nemus euiruiſſe. Virg. Et viridi gaudens feronia luco. Sunt q ſcribant circa tractus Cã
paniæ: vbi circei ſunt Iouem coli ſolitum: qui anxurus dicebatur quaſi ανοξυρου: hoc eſt
ſine nouacula: quia barbam nunq̃ raſiſſet: & Iunonem: quæ feronia vocabatur. Fontẽ aũt
fuiſſe in campania iuxta Tarracinam: quæ aliquando anxur eſt dicta. Sed illud magis con/
ſtat ſub monte Soracte urbem fuiſſe feroniam: & in ipſo monte eiuſdem nominis deã: quã
finitimi mira religione venerabantur. Erat eo in loco templum eius: mirificũ ſacri genus ha
bens. Nam qui eius numine afflabantur: nudis pedibus ſuper incenſos carbones: & calidiſ
ſimum cinerem ſine aliqua oſtenſione ingrediebantur. Ingens eo mortalium multitudo cõ
ueniebat: & celebritatis eius: quæ quotannis fi ſolebat: gratia & ſpectaculi. Et ferentarii mili
tes leuis armaturæ: qui quicqd opus auxilio ferrent ex curſu leui armis grauibus minime im
pediti: vel ab auxilio ferendo: uel quod fundis: & lapidibus pugnarent: quæ tela ferũtur: nõ
tenentur. Cato eos ferentarios dixit: qui tela ac potiones militibus pugnãtibus miniſtrabãt
hi & Velati vocabantur. Velare. n. licet proprie cooperire ſit: vnde & velum pro tegmine
accipitur. Et veliuolum mare dicitur: per quod velis volatur. & veliuolæ naues: quæ velis vo
lant: vnde & reuelare nudare eſt atq; detegere: Aliqñ tamen pro ligare accipitur. Pompon.
Recte velet gulam. Alqñ pro veſtire. Plau. Muliebri velatus toga. Velati ergo vocitati ſunt
milites: tui veſtiti & inermes exercitum ſequebantur: & inde mortuorum locũ ſubſtitui ſo/
lebant: hi poſtea mutatis litteris velites appellati ſunt. Et Velitaris pugna dicta: quæ fundis
ac lapidibus interdum etiam haſtis fieri ab inermibus ſolet. Hinc velitor verbum deductum
eſt pro contendo: & iurgor & velitatio contentio. Plautus. Neſcio quid velitati eſtis inter
uos. A. Gel. Cum inquinatiſſimis hominibus non eſt conuitio decertandum: neq; maledi/
ctis aduerſum impudentes: & improbos velitandum: quia tantiſper ſimilis & compar eoꝝ
fias: dum paria & conſimilia dicas atq; audias. A Velitor velitatim aduerbium deducitur:
quod ſignificat per ſaltus & interualla: quod velites fundis: ac lapidibus pugnãdo huiuſmo
di ſaltibus vtantur. Siſenna. Nos vna æſtate in Aſia: & Græcia geſta icciro continentia lit
teris mandauimus: ne velitatim aut ſaltuatim ſcribendo: lectoꝝ animos impediremus. Itẽ
a fero feciales dicti: quod apud eos belli paciſq; ferendæ ius erat: neq; enim licebat bellum a
licui inferre: niſi hi & iuſta cauſa ſuſceptum declarauiſſent: & prius indixiſſent. Varro. Ita/
q; bella tarde: nec magna licentia ſuſcipiebant: quod bellum nullum niſi pium putabant ge/
ri oportere: & priuſq̃ indiceret̃ bellũ iis: a qbus iniurias fcãs ſciebãt. Feciales legatos res peti
tũ mittebãt quattuor: quos oratores vocabãt. Idẽ. Si cuius legati violati eẽnt: q id feciſſent:
q̃uis nobiles eẽnt: vt ciuitati dederẽtur ſtatuerũt: fecialeſq; viginti: q de rebus cognoſcerent
iudicarẽt & ſtatuerẽt: cõſtituerũt. Sunt tñ q feciales a faciendo vocitatos exiſtimãt: qđ apđ
eos belli ac pacis faciendæ ius eſſet. Item ferꝝ a ferẽdo qdam dictũ putant: qđ in agros co/
lendi gr̃a ferat̃: ego a feriẽdo potius appellatũ arbitror: qđ cætera eo feriãtur hoc eſt domẽ
tur: Ab hoc ferrugo dr̃: q̃ proprie eſt rubigo ferri: ſicut ærugo æris. Plynius. Sudor virgæ cor
nu arboris: lamina cõdente ferrea exceptus nõ contingẽte ligno illita: quo deĩde ferrugo ici
piẽtes lichenas ſanat. Rubigo atq; ærugo: vt Marcellus ſcribit: idẽ fuit: ſed falſum hoc eſſe
oſtendit Ply. Qui de auro ſcribit. Super cætera non rubigo vlla: non aliud ex ipſo eſt: qđ
conſumat̃ bonitatem. Non coniunxiſſet vtrunq; hoc loco Plynius. niſi inter ſe differrent.
Dicendum eſt igitur rubiginem eſſe: quæ in metallis ſitu quodam contrahitur arida: & ru/
bra metallũ paulatim abſumens: qualẽ in ferro videmus. Dicta rubigo a colore. Veteres. n.

Virgilius
M. Cato
A. Gelius
Plautus
A. Ggelius
Siſenna
Varro
Pylnius

Fruſtrum
Fruſtratim
Fruſtillatim
Fruſtullũ
Fruſtillum
Fruſtillatim
Fruſtra
Fruſtor
Fruſtror
Furca
Bifurcum
Bifurcatum
Bifurcatim
Furcifer
Furcula
Furcilla
Furcilis
Ferax
Feracitas
Fertile
Fertilitas
Fertiliter
Feronia
Anxurus
Feronia vrbs
Anxur
Ferentarius
Velati
Velo
Velinolũ mare
Veliuolæ naues
Reuello
Velites
Velitaris pugna
Velitor
Velitatio
Velitatim
Feciales
Ferrum
Ferrugo
Aerugo
Rubigo
Robum

Robur
Robuſtus
Robigo
Robigus
Robigalia
Rubigo
Aerugo

robum rubeum dicebant: & bouem iccirco robum ruſtici vocabant: vnde & materia quæ
plurimas huius coloris venas habet: dicta eſt robur: & homines valentes ac boni coloris
robuſti. Græci hanc ενυσιβην vocant: quod apud eos quoq; ενυθρον rubeũ dicitur: hinc:
vitium illud: quod ſegetes occupat. Robigo dicitur: quod ut illa ferrum: atq; alia metalla: ſic
iſta ſegetes exurit. Vñ & Robigus deus: & Robigalia dicta: quod huic deo ſacrificia fierent (Ouidius)
ne robigo ſegetes occuparet: & Rubigo dea. Ouid. Flamen in antiquum lucũ rubiginis ibat
Erugo vero eſt: quæ in metallis ex humore contrahit̃ non rufa & ſicca: qualem diximus ro
biginem eſſe: ſed viridis: atq; humida: dicta ab ære: quod proprie æris ſit ærugo: vt ferri ferru (Plynius)
go. Scribit Plynius æs muliebribus menſtruis contactũ graue uirus odoris accipere. Et Eru
ginem: ex lapide quoq;: ex quo coquitur: æs ærugo deradit̃: quéadmodum ex lapide ex quo
coquitur: ferrum rubigo: Sed in omnibus metallis: præſertim: quæ nõ pura ſunt: & ærugo ſi
mul: & rubigo eſſe poſſunt. Ferrum diuturno ſitu rubiginem cõtrahit. Si citro aut Ompha
cio aut alio acri tangatur: ſtatim ærugo inceſſit: hoc ipſum accidit in argento: niſi purũ pu/
tũq; ſit: & in ære atq; aliis metallis: Itaq; eadem ſæpe metalla & rubiginoſa eſſe: & ærugino (Hierony.)
ſa conſpicimus. Eruginẽ græci ιον χαλκου̃ nominant ferugine ιον σιδήρου: ideſt flo/
rem æris: ac ferri. Nõ recte interp̃tatus eſt noſter Hieronymus locum illum in ſacris litteris.
Και ἔδωκε τη ενυσι βητοισ καρποισ αυτωυ̃. Και τοισ πὶνοισ αὐτωυ̃ τη αὶ

Rubiginoſus
Aeruginoſus
Ferrugo
Ferrugineus
Ferreum
Ferrarium
Ferraria
Ferramentum
Ferratum
Saxum feratum
Sentinum
Sentinus annus
Ferrimen
Ferruminatio
Ferruminare
Farri
Ferrum uiuum
Fero unde
Pheretrum

κρίδι. Et dedit erugini fructus eorũ & labores eorũ locuſtæ. Rubigini. n. interp̃tari debuit
nõ erugini. A rubigine rubiginoſus dr̃: ſicut ab ærugine æruginoſus. Ferrugo etiam p̃ meta
phoram dicitur color rufus ſubniger: qualis eſt hyacynthi floris: a colore ferri: dum eſt rubi
ginoſum. Virg. Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit. Ab hoc fit ferrugineus. Idem.
En ferrugineus hyacynthus. Manifeſtus eſt Marcelli error: qui ferrugineum colorem ceru/
leum eſſe ſcripſit. A ferro etiam ferreum deducitur: quod ex ferro eſt: & ferrarium: quod ad
ferrum attinet: vnde fodinas ferrarias dicimus: ſiue ſimpliciter ferrarias: ſicut ærarias: argẽ
tarias: aurarias loca: in quibus ferrum æs: argentũ auꝝ q; efoditur: & ferramentũ inſtrm̃ fer
reum: unde ferramẽta fabrilia: & ferramenta tonſoria dicimus. Et ferratum: cui ferrum in/
ditum eſt: vnde ferrata ſpicula: ferratas lanceas: ferratas ſagittas nominamus. Et Saxũ fer/
ratum natale Oppidum meũ in piceni: atq; vmbriæ finibus ſitũ: a ferro vocitatum eſt pro/
pter fodinas ferrarias: quas eo in loco multas fuiſſe eaꝝ reliquiæ oſtendunt. Ea vrbs Senti/
num a veteribus dicebatur a Sentino amne iuxta mœnia labente: quem nunc quoq; Senti/
num incolæ vocant. Item a fero ferrumen vocitatum: quod gluten ſignificat. Et ferrumina
tio conglutinatio atq; iunctura. Sed proprie ea: quæ fit in metallis: q̃uis & ad alia transfera
tur. Et ferruminare eſt metalla coniungere: ac vt ita dicam: cõglutinare: licet de aliis etiam
dicatur. Plynius. Namq; ſurculo ſup̃ bina oua impoſito: ac ferrumĩato: alui glutino ſubla
ta ceruice medio muros: domoſq; maſſis ſalis faciunt aqua ferruminantes. Idem. Sine ferru
mine ſuo cementa componentes. A ferrumino conferua herba deducitur: de qua inferius di
cemus. Ferrum viuum vulgo dicitur: quod ex magnete lapide virus accepit: idq; enim qua/
dam vtriuſq; natura longo tempore retinet aliud app̃hendens ferrum: vt aliquando annu/
lorum cathena ſpectetur. Fero ipſum a græco deducitur: & enim græci quoq; φερω dicunt
a quo tam apud illos q̃ apud nos pheretrum dictum: quo vel cadauer fertur: quod & a ca/
piendo capulus appellatur: vnde Plautus. Capularem ſenem nominat morti vicinũ: vel ali (Plautus)
quid aliud cum pompa. Liuius. Spolia ducis ſuſpenſa fabricato ad id apte feretro gerens in (Liuius)
Capitolium aſcendit: ibiq; cum ad quercum paſtoribus ſacram depoſuiſſet: templum deſi/

Capulos
Capularis
Pheretrius Iupi/
ter
Federici laus
Fharetra
Pharetrati
Amphora
Amphoreopho
rus
Amphorarius

gnauit: & addidit cognomen Iupiter pheretri. Rudes ſunt qui hunc locum deprauant pro
pheretro ferculo ſcribentes: qum & nomen ipſum pheretri Iouis pheretrum eſſe ſcribendũ.
Et græci quoq; pheretra vocent: argentum: aurum: gemmas: imagines principum: ſpolia ho
ſtium: & cætera quæ in pompa feruntur. Dep̃henditur etiam hoc loco Plutarchi error: qui
non a ferendo: ſed a feriendo dictum Iouem feretrium ſcribit: & Pompeii feſti: qui ideo ap
pellatum cenſet. Feretrium Iouem: qđ pacem ferre putaretur: quoniam extemplo eius: quod
Romæ primum a Romulo ædificatum eſt: ſumebant ſceptrum per quod iurarent: & lapi/
dem ſilicem: quo fœdus ferirent. Hinc etiam archano quodam prouidentie cõſilio factum
arbitror: vt tibi quoq; Federice: ac gentilibus tuis feretrii cognomen inditũ ſit: ſiue a ſpoliis
hoſtium: quæ totiens opima domum rettuliſti. Siue quod pacem quandoq; Italiæ eras latu (Plynius)
rus. Quis enim ignorat huius tranquillitatis: qua hæc prouincia orbis regina in p̃ſentia frui
tur te ſolum eſſe & autorem & arbitrum. Malo itaq; Feretrium montem a familiæ tuæ gen
tilitio nomine deriuari: q̃ familiæ tuæ: tuumq; nomen a feretrio monte feretrium dici. Item
a phero græco pharetra dicta iſtrm̃: quo ſagittæ ferũt̃: & q eá ferũt: dñr phatetrati. Itẽ Am
phora vaſis genus figulini duas anſas hñs: ita appellata: qđ ex vtroq; latere capta ferat̃. Cõ/
tinet q̃drátas: vñ áphoreophoꝝ græci: nos áp̃horariũ vocáus eũ: q mercedis gr̃a amphorá

gerunt.Et Incitega machinula erat:in qua amphora vini conſtituebatur: vnde vina ſubin/ Incitega
de in cōuiuia ſubminiſtraretur.Item Epiphora:quæ latinæ eodē modo dicitur ἀπὸ τοῦ Epiphora
ἐπιφέρειν:hoc eſt ab inferendo dicta morbus oculoꝶ eſt:quem vulgo lachrymā vocant Lachrima
Plynius cum deſcenſus humoris oculos male angit.Plynius.Caro peponum epiphoris oculorum: Formica
& doloribus prodeſt.Formica quoq; a ferendis micis vocitata eſt.Mica proprie eſt pului/ Mica
ſculus ille:qui in arena quaſi argentum fulget:a quo & panis & oīum reꝶ minime ptes mi/
cæ dicuntur:quaſi minutim cadentes a mica quæ in arena fulget:deductū eſt mico verbum:
Virgilius qđ propriæ eſt ſubinde:& per interualla:vt micæ faciunt:fulgeo.Virg.Micat ignibus æther Mico
Idem.Ardentes clypeos:atq; æra micantia cerno.Et qm̄ talis q̄dam variatio:dū digitis ſor/
timur:apparet:p metaphorā micare aliqñ accipimus pro digitis ſortiri.Varro.Micādum
erit cū græco:vt ꝗ ego illius numeꝶ:an ille meū ſequat̄.Cicero.Dignū eſſe dicunt:q cū in te
nebris mices.Quia vero hoc p vices fit:micare aūt capimus pro eo:quod eſt p uices:& ſine
ordine mouere.Vir.Micat auribus:& tremit artus.Idem.Et linguis micat ore triſulcis.Ab
hoc cōpoſita fiunt promico:quod eſt extendo vel longe iacio.Neuius.Si qd loquis non p Promico
docere:multa longe promicanda oro eſt.Emico quod eſt reſplendeo.Plau.Ex oculis quaſi Emico
radii emicant ſolis.Dimico:cōtendo:pugno:a quo dimicatio deriuat̄.A formica fit dimi/ Dimico
nutiuum formicula:& formicinus:ſicut a belua beluinus:& muſca muſcinus.Plau.Homo Dimicatio
formicinus:ac muſcinus:& formicatio vitiū corporis:quod græci μυρμηκίαν vocant:cū Formicula
pua tubercula rotunda:pinguia:corpus infeſtant.Plynius.Cinis muliebriū crinium cū fue Formicinus
rint combuſti addito mille ſanguinem ſiſtit illico.Et formicatōem corpoꝶ:dicta formica/ Formicatio
tio quod veluti ex eſſe:carnem formicæ uideātur.Et deformicatum a formicis ſubmerſum: Deformicatum
qbus confoueri ſolitum erat.Item a fero formido:hoc eſt metus:qu vehementius in mouen Formido
do:vt abſe abeat:foras fertur.Ab hoc fit formido uerbū:hoc eſt timeo:& formidabile timē Formido
Terentius. dum.Et formidoloſus:quod modo accipitur pro eo:q formidat.Teren.Num formidolo/ Formidabile
Saluſtius ſus es mi hō.Mō pio eo:qui formidatur.Saluſtius.Ita talibus uiris nō labor inſolitus:nō lo Formidoloſus
cus vllus aſper:aut arduus erat:nō amatus hoſtis formidoloſus.Ab hoc formidoloſe aduer Formidoloſe
bium cum timore.Item a phero græco Apophoreta:munera quæ dari ſaturnalibus ſolebāt Apophoretum
quem morem hodie quoq; ſeruamus menſe Decembri dicta apophoreta:quod ab iis quos
Martialis. ſalutabant:referentur:ἀποφέρειν enim mō auferre:mō referre ſignificat.Hinc Martial̄.
Suetonius. nouiſſimū librum operis ſui Apophoreta inſcripſit:hoc eſt munera ſaturnalioꝶ.Sueto.de
Idem Caligula.Agitatori cithio comeſſatione q̄dam in apophoretis vicies ſeſterciū contulit.Idē
de Veſpaſiano.Sicut ſaturnalibus dabat viris apophoreta:ita p Kal̄.Martias fœminis.Itē
a ferendo:forago dicitur filum:quod a textricibus fertur:vt diurnū opus diſtinguant:q̄uis Forago
hoc a forando potius deductū exiſtiment.Item forda bos pregnans:quod teſtatur Ouidi. Forda
Forda ferens bos eſt:fœcunda q dicta ferendo.Hinc fordicidia dies appellati:qbus p̄gnan
Varro tes boues imolabat̄:ut Varro teſtatur.Fore quoq; a ferēdo qdā dictū uolūt:qum nihil fere Fore
aliud ſit fore q̄ ferri:licet.n.vocem habeat infinitiui pn̄tis:ut eſſe:ſignificationem tamē po
tius futuri habet.Idem.Sane fore eſt:quod futuꝶ eſſe licet forem fores foret:idem ſit:quod
eſſem eſſes eſſet.Quapropter fore raro cum participio:frequenter cum nomine iungit̄.Ci
cero.Spero amicitiam nr̄am notam poſteritati fore.Aliqñ cum participio inueniri teſtatur
Cæſar Cæſar:quod miꝶ eſt Vallam nō animaduertiſſe.Nōnulli etiam Cæſari nunciabāt cum ca
ſtra moueri:aut ſigna ferri iuſſiſſet:nō fore dicto audientes milites.Idem ꝙ non fore dicto
audientes milites:neq; laturi ſigna dicantur.Cum participio uero futuri nunq̄ iūgitur fore. Affore
Virgilius Compoſita uero a fore nuda:hoc eſt ſine nomine:& ſine participio ponuntur.Virgilius.
Statius Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tempus.Quod uerbum Statius pro ſignificatiōe pn̄ Defore
tis accepiſſe uidetur.Senſit manifeſto numine ductos Affore:quos nexis ambagibus augur Abfore
Cicero Apollo ædiderat.Defore.Cicero.Vtrum arbitrabantur non defore:qui illam reſtituerent. Abfuturi
Abfore quod rarius in vſu eſt:vnde dicuntur abfuturi.Cōfore & Perfore apud Poetas pro Confore
Horatius fore.Profore profuturum eſſe.Horatius.Quæ nocuere ſequar:fugiam quæ profore credā. Perfore
Nos tamen potius fore quaſi futurum eſſe dictum exiſtimamus:q̄ a ferendo deductum.Ad Profore
hæc fortis a ferendo vocitatus eſt:quod æquo animo ferat aduerſa.Vnde Fortitudo a Cice Fortis
Cicero rone ita diffinitur.Scientia rerum perferendarum:vel affectio animi impatiendo:ac perfe/ Fortitudo
rendo ſummæ legi parens ſine timore.Et alibi.Fortitudo eſt conſyderata periculorum ſu/ Fortiter
ſceptio:& laborum perpeſſio.A fortis fit aduerbium fortiter:& fortifico pro fortem facio Fortifico
Plautus.Fortifica animum.Et forteſco pro fortis fio.Neuius.Creſcit animus:& forteſcūt Forteſco
uires:& Forticulus diminutiuum.Cicero.Quamuis idem Epicurus forticulum ſe i tormi/ Forticulus
nibus:& in ſtranguria ſua p̄beat.Fortis propriæ eſt:qui animum habet infractum:vel qui Fortis
validis viribus p̄ditus ē.Vir.Forteq; Cloantū.Aliqn̄tn̄ pro celeri ponit̄.Idem:Si fœmi/ Firmus
na forti fidis equo.Aliqñ pro formoſo.Plautus.Ecquid fortis viſa eſt.Nōnunq̄ etiā pro Firmitas

Firmiter. Firmo
Firmator
Firmitatrix
Firmatio
Affirmo
Affirmator
Affirmatrix
Affirmatio
Affirmatiuum
Affirmatiue
Offirmo
Infirmus
Infirmitas
Refirmo
Confirmo
Confirmator
Confirmatrix
Confirmatio
Confirmatiuum
Confirmatiue
Fortũa. Fors
Fors fortuna
Fortunatus
Infortunatus
Infortunium
Fortuno. Fortũe
Fortunam
Fortunate iſulæ
Heſperion ceras
Obrion
Iunonia maior
Iunonia minor
Capraria
Niuaria. Canari
Fortuitum
Forte. Fortaſſis
Fortaſſe. Forſitã
Forſan. Fors
Fortuito. Forũ
Forum Iuliũ
Forũ Sẽproniũ
Forum boarium
Forũ. Olitoriũ
Foriũ piſcarium
Forũ Cupedinis
Cupes. Cupedia
Forenſis
Pragmatici
Forenſia
Circõforaneus
Forum agere
Veſtibulũ ſepul.
Fori. Spectaculũ
Foruli. Forare
Perforaṙ. Forarñ
Foratus. Forago
Fores. Valuę
Forule.
Forculus deus
Cardinea dea
Limentinus deus

diuite. Idem. Eam ſororem ſpopondiſſe ſuam in tam fortem familiam: hoc eſt diuitem &
copioſam: Firmus quoq; hoc eſt ſtabilis: cõſtãs a ferendo dictus: quod conſtanter omnia fe
rat. A quo Firmitas: hoc eſt ſtabilitas cõſtanter: quæ & firmitudo dicitur. Plau. Si iſtam fir/
mitudinem animi obtines: ſalui ſumus. Et firmiter aduerbium ſtabiliter inconcuſſe. Et Fir/
mo verbum: quod eſt ſiſto ſtabilio: a quo Firmator: Firmatrix: Firmatio. Affirmo: quod ſi
gnificat aſſeuero: vnde Affirmator: Affirmatrix: Affirmatio: Affirmatiuũ: & aduerbiũ affir
matiue. Offirmo idem quod firmo. Plau. Offirma peſulum. Infirmo debilito: a quo infir/
mus debilis. Et Infirmitas debilitas imbecillitas: Refirmo rurſus firmo. Cõfirmo approbo:
roboro: a quo Confirmator Confirmatrix Confirmatio: Confirmatiuũ & aduerbiũ con/
firmatiue. Et Fortuua a ferendo dicta: quod temere & ſine rõe feratur. Eſt. n. Fortuna acci/
dentium reꝝ ſubitus atq; inopinatus euentus. Hæc a veteribus dea credita eſt: a quibuſdam
etiam deus variis caſibus humana deludens: & propterea cæca exiſtimata. Iuuena. Te faci/
mus fortuna deam: cœloq; locamus. Hæc eadem rõe: Et fors dicitur. Virg. Forte ſua liby/
cis tempeſtas appulit oris. Fors: & Fortuna ita a qbuſdam diſtinguitur: vt fors caſus ſit: hoc
eſt id quod fortuito accidit. Fortuna vero ipſa dea. Actius. Namq; audire volo: quo captus
mõ fortuna ne an fortis reperitur. Teren. O fortuna: o Fors fortuna. Donatus. Aliud fortu
na eſt: aliud fors fortuna. Fortuna dicta eſt incerta res. Fors fortuna: euẽtus fortunæ bonus
Nam fors fortuna eſt: cuius diem feſtum colunt: qui in arte aliqua viuunt: huius ædes trãſty
berim erat. Fortunæ vocabulum mediũ eſt. Sed cum fortunam ſolam dicimus: intelligimus
fœlicitatem. Vnde fortunatos fœlices nominamus. Infortunatos vero infœlices: & Infor
tunium malam fortunam. Fortunatos tamen pro propitiis ponimus. Affranius. Deos ego
omnes: vt fortunati ſint ꝑcor. Fortunare etiam proſperare eſt: ac bonis augere. Cicero. Tibi
patrimonium dii fortunent. Hinc fortunæ dicuntur diuitiæ: & fortunatim aduerbium pro
ſpere ac fœliciṫ. Plau. Si dederit Iupiter: vt fortunatim omnia ſuccedant. Et fortunatæ inſu
læ a fructuum vbertate dictæ ſunt i mari Athlantico vltra gorgadas: aduerſæ promõtorio:
quod vocatur heſperion ceras. Prima vocatur Obrion habens in montibus ſtagnum: arbo
res ferulæ ſimiles: ex quibus aqua exprimitur ex nigris amara: ex candidioribus dulcis: et po
tui iucunda. Altera Iunonia appellatur: in qua vna tñ ædicula erat lapide extructa: ab ea ter
tia eodem nomine minor. Deinde Capraria lacertis grandibus referta. In conſpectu haꝝ
Niuaria aere nebuloſo ac coacto: & propterea ſemp niualis. Proxima ei Canaria ita voci/
tata a Canum multitudine ingentis magnitudinis. Omnes pomoꝝ & auium omnis gene/
ris copia abundant: hæc vltima etiam Palmetis Cariotas ferentibus: & Nuce pinea. Papy/
rum quoq; ac Siluros in amnibus habet. A forte & enudo fortuitum dicitur: quod caſu ac/
cidit. Item forte aduerbium. Fortaſſis fortaſſe forſitan: forſan: quæ aliqñ pro temere accipi
untur: aliqñ ſunt aduerbia dubitandi: eodẽ mõ fors: & forte: & fortuito. Itẽ a ferẽdo Foꝝ
appellatũ negotiatõis locus: quo venalia feruntˀ: vt Foꝝ Iuliũ: foꝝ flãminiũ: foꝝ ſẽproniũ
ab eoꝝ nõibus: q ea fora cuſtodienda curaret: qđ ẽt in locis priuatis: & in viis: & in agris fie
ri ſolet. Vnde forum boariũ dicimus: in quo boues uenduntur: forum olitorium in quo her
bæ vendũtur: quod erat antiquũ macellum: quapropter nũc quoq; oleꝝ locũ lacedæmonii
Macellum vocant. Foꝝ piſcariũ: in quo piſces veneunt. Foꝝ cupedinis: in quo venduntur
cupedia. Cupes. n. & Cupedia antiqui lautiores cibos nominabant. Vnde cupedinarii di/
cti ſunt omnes: qui eſculenta vendunt ab eo: quod alimenta rebus cupidinis ꝓbeant. Dicitur
tñ etiam foꝝ locus: in quo cum populo agitur: contiones habentur: lites tractantˀ: quod ibi
iudicia feruntur: vnde & forenſes dicuntur: qui in foro verſantur. Et ſæpe numero interpo/
nentes ſolites dirimiunt: quos græci πραγματικοισ: hoc eſt Pragmaticos appellant. Et
forenſia veſtes: quibus in foro vtuntur. Et circumforanei: qui circa forum ſpatiantur vendi
tantes aliquid: aut ementes: aut ſiſcitantes: aut tempus inaniter terentes. Forum quoq; agere
dicitur is qui prouinciæ ꝑeſt: dum ciuitates vocat: & de controuerſiis eaꝝ cognoſcit: ac ſen
tentiam fert. Forum item veteres appellabant: quod poſtea veſtibulum ſepulchri dictũ eſt.
Fori autem virili genere: & multitudinis numero ſunt tabulata nauium ab eo: quod inceſ/
ſus ferant: ſiquidem per eos nautæ diſcurrunt. Virg. Impleſſemq; foros flãmis. Cicero. Alii
malos ſcandant: alii per foros curſitent. Item ſpectacula: hoc eſt loca erecta: vt ex iis ſpectetˀ
Liuius. Tum primum circo: qui maximus dicitur: deſignatus eſt locus: diuiſa loca patribus:
equitibuſq;: vt ſpectacula ſibi quiſq; faceret: fori appellati. Ex iis minores forulos dicimus: q
aliquando armariola ſignificant: in qbus reponũtur libri. Iuuenalis. Hic libros dabit: & fo/
rulos. Hinc & forare penetrare & quaſi in forum exire: a quo perforant. Et foramen: & fo
ratus quartæ declinationis. Et forago filum: quo textrices diurnum opus diſtingũt: a forã/
do dictum. Et fores: quibus ianue clauduntur: quod foris aperiãtur: quemadmodum value:
quod intus reuoluuntur: hæ per diminutionem forulæ appellantur. Vnde forculus deus

Plautus
Idem
Iuuenalis
Virgilius
Actius
Donatus
Cicero
Plautus
Virgilius
Cicero
Liuius
Iuuenalis

q foribus præerat ſicut Cardinea dea:quæ cardinibus præerat.Et Limentinus deus:qui præ
erat limini.Et foramina:hoc eſt paruæ fores.Cicero. Nam non quidem q̃q; foramina illa
quæ patent ad animos a corpe calidiſſimo:artificio:natura fabricauit. Et Foras & Foris:
quaſi ad Fore:& in Foro:& Forinſecus eiuſdem ſignificatõis cũ foris & Foria ſtercora li
quidiora:qđ facile ferant̃ foras:vnde cõforire verbũ:quod eſt ſtercore liq̃do fœdare quod
Plautus cõcacare dixit.Põponius.Cõforiſti me.Diomedes.Et Foriolus:q ventrẽ habet ſo
lutũ.Et Foria facile emittit.Laberius.Foriolus es:in coleos cacas:vñ Forica locus dr̃ publi
cus:in quo licet oĩbus ventrẽ exonerare:qum latrina ĩ priuatos vſus ſit a latẽdo dicta. Cloa
ca vero locus cauus:p quẽ Colluuies q̃dam fluit:a quo fit Cloacare verbũ:quod eſt inq̃nare
deduci.Cloacæ tñ appellõe.Vlpianus ſcribit:& tubos & fiſtulas contineri.Pertinebat aũt
ad ſalubritatem ciuiũ:& tutelã:vt foricæ purgarent̃:ac Cloacæ reficerent̃. Nam & celũ pe
ſtilens:& ruinam imundæ minant̃.Iuue.Inde reuerſi cõducunt foricas. Sũt qui Frenum ẽt
a ferendo dictũ exiſtimãt:quod equos vertat:feratq; quo velit:vñ Effrenes & Infrenes atq;
Effrenatos dicimus:q cohiberi:& pro arbitrio nr̃o agi nõ pñt.Et freno verbũ: quod ſigni
ficat Cohibeo:& refreno eiuſdem ſignificatõis.Seneca.Cohibendus.n. ac refrenandus eſt
aĩus.Frenũ in ſingl̃i neutri generis eſt:in plurali vero Frena & frenos dicimus. Quidam tñ
frenũ non a ferendo:ſed a frangendo dictũ putant:q equo℞:alio℞q; aĩalium ora frangat:
ideoq; cũ æ diphthongo ſcribi debere.Fiſtula quoq; ab aqua ferẽda dicta eſt:q̃uis alii a fun
denda aqua dictam malint.Proprie.n.fiſtulæ ſunt:vt Põpo.inq̃t:p quas aquas ducimus a
qua℞ ſimitudine inſtrm̃ muſicum fiſtulã vocamus:cuius Pan dicitur inuẽtor fuiſſe.Virg. Se
ptem compacta cicutis fiſtula.Eadẽ quoq; ſimitudine fiſtula vocatur vlcus altũ anguſtũ cal
loſum:ſiue ex vulnere fit:ſiue ex vitio intus orto:quod ad ſuppuratõem puenerit.Quã pri
mo tentare ſpecillo medicus debet:vt quo tendat:& q̃ alte pueniat ſcire poſſit. Ab hoc fit
Fiſtulo verbum:quod ſignificat fiſtulam ago.Ply.Et pumicis fiſtulans vice. Itẽ For faris a
fero deductũ eſt:q̃uis prima pſona in vſu non ſit:nihil.n.aliud eſt ferre q̃ fari: hoc eſt loq.
Qua q̃ Varro iter fari:& loq hoc intereſſe ſcribit:quod fatur his q primus ſignificabilẽ vo
cem ore emittit nullo verbo℞ ordine ſeruato:vñ pueri:anteq̃ id faciant infantes dñr. Loq
tur aũt his q ſuo loco vnũquodq; verbũ ſciẽs ponit.A Faminor in impatiuo deducit̃:quod
veteres pro dicito vſurpabãt.Et Fabolinus deus:q pueris primo fari incipiẽtibus pẽſt.Et fa
co dr̃:quod eſt multa loquor:a quo refuto:& cõfuto:de q̃bus inferius dicemus. Et Fatus lo
cutus.Et Fama:q proprie eſt inanis de aliqua re rumor ſine veri cognitõe:ſiue bonus ſit: ſi
ue malus.Et hoc tñ differt a rumore:quod rumor ſemp de receti dr̃.Cicero.Improbiſſimis
rumoribus diſſipatis.Liuius.Manat tota vrbe rumor: Fabios ad cœlũ laudibus ferunt.Fa
ma ẽt ſæpe dr̃ de re inueterata:firmataq; in hoĩum opiniõe:q̃uis incerta.Martia. Quicq̃d
fama canit donat harena tibi:hoc eſt q̃cq̃d incertũ:fabuloſumq; narrauit vetuſtas: tu opere
pſtas.Quint.Fama eſt Iouem olim in imbrem aureũ cõuerſum puellæ in gremiũ deſcẽdiſſe.
Ponitur tñ freq̃nter pro laude ac celebritate: vt fama fabio℞:fama cami lo℞:fama ſcipio
num.Virg.Sum pius æneas fama ſup æthera notus.Aliq̃n pro opiniõe.Plynius. Huc eum
liberalitatis tuæ fama perduxerat.Vir.Nos munera templis Quippe tuis ferimus: famãq;
fouemus inanẽ.Hinc fit famoſum:Et infame eiuſdẽ plane ſignificatõis. Cice. Nõ pol inq̃t
audeo:nam me ad famoſas vetuit mater accedere.Plau.Qui ẽt me miſe℞ famoſum fecit fla
gitiis ſuis.Saluſt. Largitõem famoſam:ipudentẽq;.Vñ Infamia:& qua Apule.vtitur:Infa
matio deriuatur.Et famiger:& famigero verbum hoc eſt diuulgo:& famigerabile vulgan
dum apud antiquos:vt Varro teſtat̃.Et Famigeratio diuulgatio:Famã græci φημην no
minãt:q ſiĩr απο τησ φασεωσ:hoc eſt a fando deriuat̃:differtq; fama a gloria:quæ con
ſtans:& ſolida eſt:atq; ita diffinitur.Gloria eſt freq̃ẽs de aliquo fama cum laude:Eſt tñ a
lia inaniſgloria vitiorum pleruq; laudatrix:quæ diffinitur popularis fama ex honeſtatis ſi
mulatione proueniens:ab hac diminutiuum fit Gloriola: & Glorior verbum notæ ſignifi
cationis. Et Gloriabundus qui gloriatur: & Glorioſus: qui ſe vel inaniter iactat: vel alte
rius inani laudatione effertur:& laudari quærit.Et Inglorius:qui nulla laude aut gloria di
gnus eſt:& veluti ignobilis.Rumor & aliquando pro fauore ponitur. Virgilius. Ergo iter
cœptum peragunt rumore ſecundo.Ab hoc Rumuſculus paruus rumor: & Rumifero ho
neſte dictum pro rumores fero.Plautus.Thebani vero rumiferant: probant.Quidã etiam
Rumigero vſurparunt:& nõnulli Rumito.Neuius. Simul alius aliunde rumitant inter ſe
ſe.Item Adrumauit inuenitur pro eo:quod eſt rumorem fecit:ſiue cõmurmuratus eſt. Qui
dam hæc a rumine:hoc eſt parte gutturis putant deduci.Fames vero hoc eſt edendi cupidi
tas nõ a fando:ſed απο του φαγω deducit̃:quod ẽ edo:vñ Famelicus:q edẽdi cupidita
te agr.& famelicoſus:q freq̃nter famelicus ẽ.Vñ famelicoſã turri paluſtrẽ veteres uocitabãt
Et faceo eſurio:a quo faceſco.Falæ ãt a fando dictæ ſũt qđ thuſci cœlũ vocabãt.Sũt aũt ligneæ

Cicero
Plautus
Vlpianus
Iuuenalis
Pomponi.
Virgilius
Plynius
Varro
Cicero
Liuius
Martialis
Quintilia.
Virgilius
Cicero
Plautus
Saluſtius
Varro
Virgilius
Plautus
Neuius

Foramina
Foras
Foris
Forinſecus
Foria
Conforio
Foriolus
Forica
Latrina
Cloaca
Cloaco
Frenum
Infrenis
Effrenis
Effrenatus
Freno
Refreno
Frena
Frenos
Fiſtula
Fiſtulo
Fari
Infans
Loqui
Fabolinus deus
Fato
Refuto
Confuto
Fatus
Fama
Rumor
Famoſum
Infame
Infamia
Infamatio
Famiger
Famigero
Famigerabile
Famigeratio
Fama
Gloria
Gloria inanis
Gloriola
Glorior
Gloriabundus
Glorioſus
Inglorius
Rumor
Rumuſculus
Rumifero
Rumigero
Rumito
Adrumauit
Fames
Famelicus
Famelicoſus
Fameo
Fameſco
Falæ

Infandum	turres.Item a fando Infandum:magnum:quod uix fari quis poſſit.Virg.Infādum regina	Virgilius
Infans	iubes renouare dolorē.Et infans puer:qui nondū fari cœpit:quod ēt de brutis dicit̃:atq;	Plynius
	ēt auibus.Ply.Quadrupedes infantes ſuos cognoſcūt.Idē.Veſptilio volucꝝ ſola lacte nu	Idem
	trit ubera admouēs gemios volitat āplexa īfantes.Itē de in animalibus.Idē de boleto.Nec	Idem
Infantia	tunicæ minor gr̃a ī cibo īfantis boleti:hoc ē pui:& nōdū adulti:a quo īfantia fit.i.ætas īfan	
Infantile	tilis.Nam & ab infante infantile deducit̃.Iuſtinus.Hūc ſeu miſericordia fortunæ eius:ſeu	Iuſtinus
Fandum	fantilibus blandimētis inductus diu protexit.Thuſci.Fandū cœlum vocabant:a quo falæ	
Fale turres	ob altitudinē turres ligneæ vocitate ſunt:a qbus falarica dicta inſtrm̄ telū maximū:quod ī	
Falarica	fulminis modū pugnantes de falis iaciebant.Virg.Sed magnū ſtridens cōtorta falarica ve	Vir.
Falces	nit.Falces aūt & harpagæ armoꝝ genera erant muroꝝ oppugnatiōibus apta.Siſenna.Fa	Siſenna
Harpagæ	lces iniectas cōmuniūt:pluteos propius collocatis harpagis deiiciunt e turribus.Plutei cra	
Plutei	tes ſunt corio crudo intextæ:quæ apponi ſolebat militibus opus facientibus:ioq; appella/	
Infantior	bant̃ militares.Nunc ēt tabulæ qbus qd pſcribitur:eodē nōie ſignificant̃:Infantem ēt p me	
Infantiſſimus	taphoram dicimus ſtultū:& quaſi loq neſcientē.Et Infantiorē:& infantiſſimū pro ſtultio	
Infantia	rem:& ſtultiſſimū.Et Infantiam hoc eſt ſtultitiā.Et Infantiliter:ſtulte pueril̃r.Et Infantili	
Infantiliter	tas puerilitas.Sic aūt a Fero Fari deducūt latini:quēadmodū græci a phero φραζειν quod	
Infantilitas	eſt fari & diſſerere:vñ Phraſis deducta ē:quā Quin.diffinit æloq̄ntiæ corpus:a qua Theo	Quintilia.
Far	phraſtus appellatus:quaſi diuina æloq̄ntia pditus:Item a fando fas dr̃ hoc eſt pium & reli/	
Phraſis	gioſum:& fari dignū:ad deos.n.refert̃:ſicut iuſtū ad hoīes.Virg.Fas & iura ſinūt:hoc ē di	Virgi.
Theophraſtus	uina:& humana iura pmittūt.Cuius cōtrariū eſt Nefas:hoc eſt impiū:& execrabile:a quo	
Fas	fit Nefandū & Nefariū:hoc ē ſceleſtū:& quod Nefari qdē liceat:ꝗuis aliq Nefariū a fare	
Iuſtum	potius deductū volūt:quo ſcelerati quaſi vita indigni vti nō debent.Itē Faſti dies dicti ſūt	
Nefas	qbus licet fari ptori tria verba:do:dico:addico:& Nefaſti iis contrarii:qbus fari non licet	
Nefandum	Ouid.Ille nefaſtus erit p quē tria verba ſilent̃:Faſtus erit:p quē lege licebit agi.Hinc faſtoꝝ	
Nefarium	libri appellati ſunt:in qbus totius anni deſcriptio continebat̃.De qbus idem Ouidius ſcri	Ouidius.
Faſti dies	bit.Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis.Et quo ſit merito quæq; notata dies.Inuēies	
Nefaſti	illic:& feſta domeſtica vobis.Sæpe tibi pater eſt:ſæpe legēdus auus.Priſcis aūt tpibus libri	
Faſtorum libri	ſolis pontificibus noti erāt:& Sacroꝝ Regi:quos primus Numa ad etruſcoꝝ imitatōem	Numa
Rex ſacrorum	dr̃ inſtituiſſe:hos.n.legens minor Pont.& obſeruatiōe ſacrificulo regi patefacta:celebrato	
	ab vtroq; ſacrificio:idem Pōtifex:calata:ideſt uocata ī capitoliū plebe:iuxta curiā Calabrā	
	quæ caſæ Romuli prope erat:dies pplo:qūo obſeruari deberēt:indicebat.Sed poſtea Faſti	
Feſti dies	CN.Flaui ſcribæ opa ēt inuitis patribus in oīum notitiā puenere.Oēs aūt totius anni dies	
Profeſti dies	ex inſtitutōe Numæ aut feciſti erant feriis ita dicti:aut Profeſti:aut interciſi.Feſti erant in	
Interciſi dies	qbus vel ſacrificia diis offerebant̃:vel dies diurnis epulatōibus celebrabat̃:vl ludi in hono	
Feſtiuus	rem deoꝝ agebant̃:vel Feriæ obſeruabātur:a qbus feſtiuus deducit̃.Et Feſtiuitas:& feſti/	
Feſtiuitas	uo verbū:hoc eſt diem feſtum ago.Et Feſtus.a.um.feſtus dies dr̃.Res feſtiua hoc eſt iucūda	
Feſtiuo	& lepida.Frondē feſtiuā dicimus:quæ læta & iucunda eſt.Frondē feſtam:q̄ feſtis adhibet̃.	
Feſtus.a.um.	Profeſti:q hōibus ad rem vel priuatam:vel publicā adminiſtrandā conceſſi erant.Hi aūt fa	
Cōperēdini dies	ſti erant:qbus licebat ptori ius dicere:aut comitiales:qbus licebat cum pplo agere:aut Com	
	perendini:qbus licebat vadimoniū iubere:aut ſtati:q iudicii cā cum Peregrino īſtituebant̃.	
	Plautus.Status:cōdictus cū hoſte interceſſit dies:hoſtem.n.hoc loco more veteꝝ noīat pe/	Plautus
	regrinū:aut pliares:qbus fas eſt res ablatas repetere:vel hoſtē laceſſere.Sed eligendi ad pu/	
	gnandum diei tunc Romanis erat licentia:qum ipſi bellū inferrent.Alioqn cum exciperent	
Interciſi dies	nullus obſtabat dies quo minus vel ſalutē ſuam:vel publicā deſcenderēt dignitatē.Interciſi	
	dies erant deoꝝ:hoīumq; cōes:hi inter ſe:non in alia diuidebant̃.Illoꝝ.n.dieꝝ qbuſdā ho	
Dies atri	ris fas erat:qbuſdam fas nō erat iuſdicere.Nam cū hoſtia cædebat̃:fari nefas erat:intercæſa	
Aegyptiaci dies	& porrecta fari licebat:rurſus cum adoleret̃:non licebat.Dies atros vocabant priſci:quos	
Cōmunes dies	nūc ab obſeruatrice huiuſmodi reꝝ prouincia Aegyptiacos vocamus:qdam ad emendatio	
Poſtriduani dies	nem infauſti noīs cōes nuncuparunt:q veluti īfœlices ad oīa cauenda ſunt:quales erāt apud	
Fanum	Romanos poſtriduani dies quod.Qu.Sulpitius Tribunus militū ad Alliam aduerſus Gal	
	los pugnaturus:rem diuinā poſtridie idus quintiles dimicandi gr̃a fecerat.Item a fando fa/	
	num deducit̃:hoc eſt templum:quod Pontifex in dedicatione templi certa verba pfari ſo/	
Prophætæ	let:ꝗuis ſint aliqui:qui ἀπο τοῦ φανεκοῦ dictum malint:quod ſignificat manifeſtū qđ	
Hypophetæ	e fano reſponſa dabantur:vnde Prophetæ dicti ſunt Antiſtites fanorum:& oraculorum in	
Fanaticus	terp̄tes.Et Hypophetæ vaticinandi miniſtri:quibus ſcilicet prophetæ imperabant.Et Fana	
Fanum vrbs	ticus inſanus dicitur:quoniam ſacerdotes qum reſponſa dabant:furore pleni inſanire vide	
	bantur.Hinc Fanum picæni vrbs dicta in littore Adriatico inter Piſaurum ac Senogalliā	
Fanum fortunæ templum	omnium Italiæ vrbium meo iudicio amœniſſima:ſiue loci naturam:ſeu Ciuium inge/	
	nia conſyderes:quod in ea pulcherrimum fortunae templum fuerit:cuius adhuc re/	

liquiæ conſpiciuntur. Hinc fanenſes ſiue faneſtres appellati. Item Profanum irreligio/ ſum:non ſanctum. Plautus. Sacrũ an profanum habeas parũ pendititur: is enim profanus eſt:qui fani religione non tenetur:quaſi porro a fano:& a religione ſecretus. Profanum ẽt appellatur:quod ex religioſo:vel ſacro in hoĩum vſum conuerſum eſt. Virg. Faune ꝓcor mi ſerere iqt:tuq; optima ferꝶ. Terra tene:colui veſtros ſi ſemꝑ honores. Quos cõtra æneade bello fecere profanos. Dixerat.n.ſupius. Sed ſtyrpem teneri nullo diſcrimine ſacꝶ ſuſtule/ rant. Hinc profanare eſt ex ſacro humanis vſibus promiſcuũ facere. Vñ Profanatũ Tẽplũ dicimus:cũ in eo vel dimicatũ eſt:vel aliqd turpe cõmiſſum:a quo ꝓfanatio deducit᷑. Qui/ dam hæc oĩa a græco deducẽtes p.ph.potius q̃ p.F.ſcribenda exiſtimant. Veteres pro fanũ hanũ ſcripſere:& hannulũ pro puo fano. A fando ẽt fatuus deriuat᷑: hoc eſt ſimplex inſul/ ſus:& quaſi afari neſciens:quapp & cibos inſulſos:atq; inſipidos fatuos dicimus. Et fatui/ tatẽ ſtultitiã. Fatui ẽt dicũtur Fauni agreſtes dii:quod fari neſciant:vñ et infatuatæ mulieres dicũtur:quæ faunoꝶ ludibriis agitãtur:& ſilr infatuati viri: quos nunc vulgus ſpũ plenos noĩat.qdam ẽt dæmoniacos:& Infatuo:atq; ĩfatuor verba. Itẽ Fatua dea dicta eſt terra:qd infantes ꝑtu æditi nõ prius vocẽ ædũt:q̃ terrã attigerint. Eadẽ & Bona dea noĩata:quod oĩum nobis ad victũ bonoꝶ cã eſt. Et fauna:qd oĩ vſui aĩantium fauet:a quo fauni agreſtes dii:qd e terra geniti ſint. Et Ops qd ipſius ope:atq; auxilio vita cõſtat. Et Damia:qa ei ĩ op to ſacrificabat᷑:vñ & ſacerdos eius Damatris appellabat᷑. Et Sacrificiũ quod ei fiebat dami um a cõtrario ſenſu::qd mĩme eẽt δημόσιον:hoc eſt publicũ. A fando fateor: quaſi vehe menter loquor:& affirmo. Fateri.n.eſt ſpõte aliqd affirmare. Cõfiteri aliquo mõ coactum profiteri ad gloriã aliqd præ ſe ferre. Diffiteri negare:a Cõfiteor Cõfeſſio fit:& Confeſſor nõ q pctã alterius audit:vt impitũ vulgus vſurpat:ſed q propria cõfitetur rogatus. Itẽ Pro feſſio cõfeſſio facta palam. Et Profeſſor:q aliqd publice cõfitetur. Vñ profeſſores bonaꝶ artiũ dicimus vel eos q in iis eruditi ſunt:vel q eas publice legunt: Nam & Profiteri vſurpa mus pro publice legere. Itẽ a fando ꝑfari dicit᷑:quaſi ante fari:vñ ꝑfationẽ noĩamus exordi um:quod & principiũ & prohœmiũ nũcupatur:& profari eiuſdẽ ſignificatõis: a quo pro phetæ dñr Antiſtites Phanoꝶ:oraculoꝶ q; interꝑtes:quos græci ſilr ἀπὸ τοῦ προφαίνειν: quod oñdere ẽ: προφήτας appellant. Præfari tñ aliqñ ſignificat ꝑ quandã veluti ꝑ/ fatõem id qd dicturi ſumus:vel ĩdicare uel remediis qbuſdam ꝑmunire. Vñ Præfanda dñr turpia:q ſcilicet ea ꝑfari oporteat. Vale. Caſſius nunq̃ ſine ꝑfatõe publici parricidii noĩan dus. Quint. Vitãdũ eſt:cũ iũctura deformiter ſonat: vt ſi cũ hoĩbus notis loq nos dicimus niſi hoĩbus medium ſit:in ꝑfanda videmur incidere:qd Virg. fecit. Et numeꝶ cum nauibus æquat. Solemus aũt in ꝑfando his verbis vti:ſi licet dicere:ſi cõmemorare fas ẽ:quod dictu quoq; fœdum eſt:honore dicto:Honor ſit auribus veſtris:& alia huiuſcemodi. Ply. Alius os verberat:aliud pectus & ventrem:atq; ẽt fœdum dictu verecũdia contundit. Quintilia. Honor ſit auribus veſtris. Iubet proſtare gladio cinctum. Item a fando faſtus:quod ſuper/ biam ſignificat. Et elationem quandam cum iactantia verborum: eſtque quartae decli/ nationis cum liber:qui dierum obſeruationẽ cõtinet ſit ſecundæ. Aliqñ tamẽ:& pro libro quartæ declinatõis ĩuenit᷑. Lucanus. Nec meus eudoxi uincet᷑ faſtibus amnis. A faſtu fit Fa ſtidio uerbũ:quod ꝓprie eſt cũ faſtu quodam cõtemno. Virgilius. Inuenias aliũ:ſi te hic fa ſtidit Alexis: Vñ & pro ſtomachor accipitur:a quo fit Faſtidiũ afferens: & faſtidioſe ad/ uerbium:hoc eſt ſtomachoſe:quod & faſtidiliter ueteres dixerunt. Et faſtigiũ: quod ꝓprie altitudinẽ ac ſummitatẽ operis ſignificat. Virgilius. Et faſtigia ſuſpicit urbis:a quo fit faſti/ gatum:quod Cacuminatum ſignificat:& quaſi ĩfaſtigiũ erectũ. Plinius. Germinat roſa oĩs primo incluſa granoſo cortice:& quæ mox intumeſcẽte: & inuirides alabaſtros faſtigato paulatim rubeſcẽs dehiſcit. Aliqñ tamẽ pro ĩmo ponit᷑. Virgilius. Forſitã & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæras. Item a fando fit famen:quo uerbo poæte ꝑ ſermone ac locutione utũ/ tur:& fabulor:quod eſt loquor:a quo Confabulor ſimul loquor. Apuleius. Is enĩ dum una cõfabularemur:hoc mihi teſtatus ẽ:a Cõfabulãdo Cõfabulatio deriuat᷑:hoc ẽ collocutio: & a fabulãdo fabula:cuius diminutiuũ eſt fabella. Eſt ãt ꝓprie ſermo:& Cõfabulatio. Mar tia. Quodq; tibi mœchum fabula nulla dabat. Itẽ fabula res ad utilitatẽ: ſiue delectatiõem hoĩum cõficta ut ſunt poetarũ fabulæ:ut hæ que licet ab heſiodo poeta initiũ acceperint:no mine tamẽ dicunt᷑ æſopeiæ:quod iis in primis uſus fuerit Aeſopus:hæ mirũ ĩmodũ aĩos di cunt:ꝑſertim ruſticorũ & inpitorũ:qui & ſimplicius:quæ ficta ſunt:audiũt:& iis quibus de lectemur:facilius capti uoluptate cõſentiunt:qualis eſt nota illa de membris humanis aduer ſus uentrem diſcordantibus. qua Meneuius agrippa plebem cum patribus in gratiam tra/ ditur reduxiſſe:aut illa:cuius mentionem facit Horatius. Olim quod uulpes ægroto cauta leoni hæ: & Apologus:ſiue Apologatio dicitur:diffiniturq; ex rebus humilibus compoſi ta quædam forma ac ſpecies ad uidendum. Plautus. Priuſquam abis preſente te huic apo/

Plautus — Virgilius — Valerius. — Quintilia. — Virgilius — Plynius — Lucanus — Virgilius — Idem — Plynius — Virgilius — Apuleius — Martialis — Aeſopus — Meneuius Agrippa — Horatius — Plautus

Fanenſis · Faneſtris · Profanum · Profanare · Profanatio · Hanum · Hanulum · Fatuus · Fatuitas · Fauni · Infatuata mulier · Infatuati viri · Infatuo · Infatuor · Fatua dea · Bona dea · Fauna · Ops · Damia · Damatris · Damiũ ſacrificiũ · Fateor · Confiteor · Diffiteor · Confeſſio · Confeſſor · Profeſſio · Profeſſor · Profeſſores · Præfatio · Principium · Prohœmium · Profari · Prophetæ unde · Præfari · Præfanda · Si licet dicere · Si commemora re fas eſt · Honore dicto · Quod deũ quo/ q; fœdum eſt · Honor ſit auri/ bus ueſtris · Faſtus · Faſtidio · Faſtidium · Faſtidioſe · Faſtidiliter · Faſtigium · Faſtigatum · Famen · Fabulor · Confabulor · Confabulatio · Fabulla · Fabella · Aeſopia · Apologus · Apologatio

Argumentum logum agere vnum volo. Quidam fabulam: & argumentum ita diſtingunt: vt fabula ſit
Mythios res contra naturam dicta: ſiue facta: ſiue nõ facta ut de paſiphæ. Argumẽtũ qcquid ſecun
Mythicus dum naturã dicit̃: ſiue factũ: ſiue nõ factũ eſt. vt de phedra. Fabula græce mythos dicitur: a
Mythologia quo Mythicus fabuloſus: & Mythologia ſmo fabuloſus. Item a fando fit fatũ: quod pro/
Fato cõcedere prie a Cryſippo ita diffinit̃. Fatũ: qđ græcæ εἱμαρμένη vocãt: eſt ſempiterna qdã & in
Fatalis declinabilis ſeries rerũ: & Catena voluẽs ſemetipſa ſeſe: atq; implicans p æternos conſequẽ
Fatiferum tiæ ordines: ex qbus apta nexaq; ẽ. Aliqñ tñ fatũ pro natura ponit̃. Virgilius. Nã quia nec *Virgilius*
Fatale fato: merita nec morte peribat. Et pro voluntate. Idẽ. Fatis Iunonis iniquæ. Itẽ pro oracu
Fatidicus lo: quod dii fant̃. Idẽ. Oblitus fatoꝝ. Itẽ pro morte: quia nihil tã neceſſario impẽdet hoi: q̃
Vates mors: Vñ fato concedere pro mori vſurpamus. Et fatalis dies dicit̃ pniciosus. Et fatiferum
Vaticinor mortiferũ. Fatale etiã vocamus qcqd ex nobis fato debet̃: ſiue bonũ ſit: ſiue malũ. Fatidicũ
Vaticinium dicit̃: qui nobis fata: hoc eſt decreta deorũ exponit: hoc eſt qui vaticinat̃. Et Vates quaſi fa
Vaticanus colis tes dicti. Et Vaticinor quaſi faticinor hoc eſt fata Cano. Et Vaticiniũ quaſi faticiniũ. q̃uis
Vaticanus deus ſint: qui a uiendis hoc eſt colligandis uerſibus uates dictos exiſtiment. hinc Vaticanus col/
Vagio lis: & vaticanus ager: & Vaticanus deus agri preſes appellat̃ uel a vaticiniis: quæ vi & in/
Vagitus ſtinctu eius dei in eo agro fieri ſolita erant: vel quoniã penes hũc deũ ſint vocis humanæ ini
Effata tia: quoniã pueri ſimul atq; parti ſunt: eam primã vocẽ ædunt: quæ prima in Vaticano ſilla
Effari ba eſt: a qua fit Vagire facticiũ verbũ: & Vagitus: vel ꝙ eo colle potitus fuerit populus Ro
Fallo manus vatum reſponſo expulſis inde etruſcis. Item a Fando effata dicunt̃: quæ augures in
Fallax fine auſpiciorum extra vrbem ſunt effati: & Effari templa ab auguribus dicunt̃ cũ fines no
Refello tant̃. Effari enĩ proprie eloqui eſt. Virgilius. Sic effatus veſtigia preſſit. Item a Fando fallo *Idem*
Purgo deducitur: vt Varroni placet: quod fando decipiamus: ac cõtra q̃ diximus faciamus: nam *Varro*
Falſarius ſi quis te fallit: improprie fallere dicitur. Et fallax appellatur: qui mentiendo decipit. A fal/
Falſifico lo fit compoſitũ Refello. eſt enim refellere id quod dictũ eſt: arguendo falſum oſtẽdere. Te *Terẽtius*
Falſificatio rentius. Qum tu hoꝝ nihil refelles. Vnde Rhetores refellere & purgare ita diſtingũt: vt re
Falſus fellere dicat̃ de eo: qui factum negat. Purgare uero de eo: qui fatet̃ quidẽ factum: ſed defen/
Falſus tutor dit. Et falſarii dicunt̃: qui decipiendi gr̃a publica ſcripta falſificant: Et falſifico verbũ: a quo
Falſum teſtm̃ falſificatio & falſus: quod iterdũ ſignificat eũ: qui deceptus eſt. Terẽtius. Falſus es: hoc eſt de *Idem*
Falſus liber ceptus: interdũ eum: q fallit. Paulus Iuriſcõſultus Falſum eſſe dicit: ſi quis Chirographũ al *Paulus*
Falſum iudiciũ terius imitet̃: aut libellũ: aut rõnem intercidat: aut diſcribat: & falſum tutorẽ: qui tutor non
Falſa ſentẽtia eſt: ſiue habenti tutor datus: ſiue nõ: ſicut falſum teſtamẽtũ: quod teſtamẽtũ nõ eſt: nã falſũ
Fallacie librũ pro mendoſo improprie dicimus: recte tamẽ appellamus falſum iudiciũ: falſum no/
Cauillatio men: falſam ſentẽtiam: pro nõ ueris: nõ quod fallendi gr̃a dicta ſint: ſed quod opinionẽ ho
Cauillor minum fefellerint: hinc fallaciæ uerba ad decipiendũ compoſita dicunt̃. Et Cauillationes
Falla Eſt. n. proprie Cauillatio ſubdola ratio: quam cõſcii nobis mendatii uincendi tamẽ cauſa
Falſo proferimus. Et Cauillari eſt fallacia & dolo vti: vnde Iuriſconſulti Cauillationẽ pro Calũ
Falſitas nia vſurpant: vtrũq; enĩ a caluẽdo hoc eſt decipiẽdo deducit̃: vt inferius docebis. Cicero ta *Cicero*
Falſi crimen men pro genere quodã facetiarũ Cauillationem accipit. Qum duo ingt ſint genera face/
Fallaciter tiarum: alterum æqualiter in omni ſermone fuſum: alterũ peracutum: & breue: Supior Ca
Falſiſſimus uillatio: alter Dicacitas nominatur: Veteres pro fallacia Fallam dixere. Et falſo aduerbiũ
Falſum habere dicit̃ nõ uere. Saluſtius. Falſo qrit̃ de natura ſua genus humanũ. Et falſitas: & falſi crimen *Saluſtius*
qum ſcriptura publica falſificat̃: Et fallaciter: hoc ẽ cã decipiẽdi: Falſiſſimus a ſcriptoribus
uſurpatur: q̃uis falſior non ſit in uſu: Falſum habere fallere eſt. Saluſtius. Neq; ea res me fal *Idem*
ſum habuit. Falſum græci ψεῦδον dicunt: hinc Pſeudo prophetæ falſi uates appellati ſunt
Pſeudo pphetæ Et pſeucanchuſa herba ſimilis Anchuſæ: a quibuſdam Enchiſa & Doris dicta: lanuginoſi
Pſeucanchuſa or q̃ Anchuſa: & minus pinguis: tenicioribus foliis & languidioribus: contra ſerpentes ef
ficax potu foliorum uel ſeminis. Anchuſe radix in uſu eſt digitali craſſitudine: ſinditur pa
pyri modo: manuſq; inficit ſangnineo colore: præparat lanas pcioſis coloribus: uariis ægri
tudinibus prodeſt: in primiſq; lepræ: & lentigini ſi liniatur. Galienus quattuor eius genera *Galienus*
memorat Onochlian: Lycapſon: Onochilon: quartum dicit eſſe ſine nomine. Onochilon
a ſimilitudine labiorum aſini dictum eſt: propter quod quidam labrum aſininum nuncu/
pauere: ſiue ꝙ aſini labiis huius herbæ libenter paſcantur. Alii Enchryſon eũ nominant par
uo frutice: flore purpureo: aſperis foliis & ramis: radice meſſibus ſanguĩea: Cætero nigra.
ticia: quæ a Græcis. εξωτερικα nominãtur. Plautus non omnes poſſunt olere ungũe/
ta exotica Rege Antiocho deuicto urbis anno quingenteſimo ſexageſimo quinto. P. Li
cinum Craſſum: & Iulium Cæſarem ceſores edixiſſe conſtat ne quis unguenta exoti/
ca uenderent. L. Plocium proſcriptum a triumuiris in Salternitana latebra unguẽti odo
re proditum tradunt. Diuus Veſpaſianus adoleſcẽtem fragrantem unguento: qum ſibi
pro impetrata præfectura gratias ageret: nutu aſpernatus uoce etiam grauiſſima increpu
it: Malluiſſem alium oluiſſes: litteraſq; reuocauit: Viliſſimum genus unguenti: quo paſ/
ſim uulgo utebãtur: a limo ut quidam putãt epilinna dicebaẗ. Malobatrum uero unguẽ
ti genus erat ex Syria Horatius Coronatus nitentes malobatro Syrio capillos. Schoenũ
peſſimum unguenti genus uocabãt: unde meretrices propter eius unguenti uſum ſchoe/
niculæ ſunt appellatæ: Schoenes etiam græca uoce funis eſt: a quo Schoenebates: qui per
funes diſcurrit ludendo quaſi funi ambulo. Item Schoenos urbs fuit Boetiæ ſic dicta: ut
Ariſtarco placet: a Schoeno patre Atlantis. Vnguentis omnium prouintiarum accom/
modatiſſima eſt ægiptus propter roſarum: ac Cytrorum: & myrti multitudinem. Pro/
xima campania eſt. Vnguenta omnia aut ſucco Cõſtant: & hæc Sagmata uocantur
quaſi diſtillationes: quippe ςακρῆν ſtillam ſignificat aut corpore & hæc appellãtur he
dyſmata: græci enim. λῦσμα condimentum dicunt. his addi interdum ad gratiam cor
poris augendam color ſolebat: in quo cinnabari tantum: & anchuſa utebantur: Cinna
baris ſanguis eſt draconis elephantorum morientium pondere eliſi dum ſimul pugnant
utriuſq; animalis cruore permixto: nec eſt alius color qui magis proprie ſanguinem red/
dat humanum: antidotis præterea medicamentiſq; miſcetur. Anchuſa uero herba eſt cu
ius duo genera ſunt. Alterum habet folia pene lactucæ ſimilia: ſed acuta: aſpera: ſubnigra

Martialis
Veſpaſia/nus
Ariſtophanes
Antiochus
P. Licinus Craſſus
Iulius Cæ/ſar
L. Plocius
Veſpaſia/nus
Horatius

Myrobalanum
Megalium
Balſamum
Narciſſinum un/guẽtum
Metopium
Ammoniacum
Traſton
Pyrrama
Baccar
Nardum ruſticũ
Aſaron
Exoticum unguentum
Epilinna
Sagmata
Hedyſmata
Cinnabaris
Anchuſa

ſpinoſa: Radix ei ad digiti groſſitudinem coloris ſanguinei: inficit æſtate maxime digi/
Alcibiadon tos: folia habet ſupra terram in girum ſparſa: Altera eſt quam pleriq; Alcibiadon uocāt
quod uti ea ad formam conciliandam ſolitus ſit Alcibiades maioribus foliis: & aſperio Alcibiades
ribus: radice ruffa: oblonga: naſcens præcipue aridis: atq; harenoſis locis. Addunt qui/
Sentinates dam: & tertium genus ſimile ſupradictis: niſi colorem haberet purpureum: quo ſentina/
tes mei in pueritia utuntur ad oua tingenda: quibus ludere uerno tempore mos patrius ē
Veteres ceram ea tingere ſolebant ad reddendas ſimilitudines: & tabularum picturam:
Magmata Vnguentorum feces: quibus etiam in paſtillos redactis odoris gratia uti ſolebant: Mag/
mata appellantur hoc eſt maſſæ quædam & paſtilli ἀπὸ τοῦ μάττυ. quod eſt terere
Pulueres cypri & comiſcere Atqui ea quæ ſiccis odoribus conſtant: ut ſunt hi pulueres: quos uulgo nūc
Cyprios uocant: & aliæ huiuſcemodi compoſitiones: quæ ex ſiccis odoribus fiunt ſine
oleo: aut alio liquore: ut puta ex ladano Cinnamomo: Caſia: thure: coſto: myrra: Styra/
Diapaſmata ce: Calamo: Iunco: Syrio: Xylobalſamo: aliiſq; ſimilibus: non unguenta ſed diapaſma/
Inſpergimen ta dicuntur ἀπὸ τοῦ διαπάσω. quod eſt inſpergo: ut dici diapaſma inſpergimē poſ
ſit. Sparguntur enim huiuſmodi odores: cum unguentis linantur corpora uel perfundā/
tur. Martialis. Quid quod olet grauius miſtū diapaſmate uirus. Sic etiā uocari poſſunt Martialis
paſalli ex diuerſis odoribus facti: quos adolere cōſueuimus. Itē ii quos ſparuas pilas reda
ctos manibus geſtare ſolemus præſertim peſtilentiæ tempore. Quæ uero nunc unguenta
Emplaſtra uulgo a latinæ linguæ ignaris appellant̃: a doctis græco uocabulo dicūtur emplaſtra: quæ
Cataplaſmata autem emplaſtra uulgo nominantur cataplaſmata: ſiue Malagmata uocitantur a peritis
Malagmata Conſtant ſane Cataplaſmata ex floribus fere eorumq; ſurculis: & axūgia: emplaſtra: pa/
ſtilliq; magis ex quibuſdam metallicis. Item malagmata contuſa abunde molleſcūt: nam ſu
per integram cutem iniiciuntur: unde ἀπὸ τοῦ μαλάσσειν. dicta ſunt: quod eſt ſubi
gere: & mollire: laborioſe uero conteruntur ea: ex quibus emplaſtra: paſtilliq; fiunt ne le
dant uulnera: qum impoſita ſunt. Inter emplaſtrum aūt & paſtillum hoc intereſt: quod em
plaſtrum: utiq; liquati aliquid accipit in paſtillo tantum arida medicamenta aliquo hu/
Emplaſtrum more iunguntur. Emplaſtrum imponitur: paſtillus illinitur: aut alicui molliori miſcetur
Paſtillus Apane dictus eſt paſtillus: quod parui panis formam habeat: qum ſit rotūdus: & planus
ad rotæ ſimilitudinem propter quod a græcis trochiſcus appellat̃: quod dici latine rotu/
Trochiſcus la poteſt: Paſtillus etiam libi genus dicitur rotundi. Ceratū nec emplaſtrum eſt propriet
nec paſtillus: ſed p̃ cumq; ex paſtillis fit: conſtat ex rebus ſiccioribus: & igni appoſitum
Ceratum molleſcit. Poſtea applicatum corpori dureſcit: ac pertinacius hæret: dictum a cera: quæ fe
re omnibus cæratis adhiberi ſolet: quidam hoc non ceratum ſed cerotum appellāt a græ
co: quod eſt κηρωτον. Cæterū quæ uulgo haud quidem inepte pilulæ dicūtur: quod ſint
Catapocia ueluti exiguæ pilæ: a doctis tam græcis q̃ latinis catapocia nominātur ἀπὸ τοῦ κατα
πίπει quod eſt deuorare quoniam neque eſtur: neq; lingitur id genus: ſed deuoratur Re
Pilula cte tamen & pilulæ dici poſſunt. Si quidem: Plynius: rotūdum illud: quod in robore na Plynius
ſcitur pilulam uocat: & ex bulbis fieri pillulas tradit: quæ ad conuulſa cum Silphio dan
Lingo tur. Lingere proprie dicimur: cum aliquid in ore tenentes paulatim diſtillando ſorbe/
Eclignata mus: & quæ in hunc uſum fiūt dr̄ Eclignata. Plynius. E ſemine lini fiunt eclignata: &
Linctus actus ipſe lingendi dicitur linctus. Idem. Multi tuſſim ueterem linctu ſalis diſcuſſere: qd̃ Idem
uero per inferiorem partem purgandi gratia in uentrem immittitur: Clyſter uocatur ἀπὸ Idem
Clyſter τοῦ κλυζειν quod abluere ē. Plynius Cucurbita infuſa clyſteribus inteſtinorum om/ Plynius
nium uitiis medetur. Quod autem in orificio durum ponit̃ ad excrementum prouocā/
Balanus dum: & uulgo ſuppoſitorium dicit̃: docti honeſtiori uocabulo a glādis ſimilitudine Ba
lanum dixere. Idem. Cæpas ſubditas pro balanis ſcribit Aſclepiades hæmorroidas tolle Plynius
Vnctio re. Item ab ungo unctio dicit̃: & unctura notæ ſignificationis: & vnguē quod ſignificat
Vnctura omnem ſuccū: ex quo aliqd ungi poteſt. Virgilius. Idæaſq; pices & pingues unguina ce/ Virgilius
Vnguen ras. Plynius. Epiphoras bubulo ſeuo cum oleo cocto illinunt: cerium cornus cinis ſcabri Plynius
Axungia cies eodem unguine ſanat. Item axungia ab axe plauſtrorum ungendo appellata eſt q̃/
uis græci quoq; hoc uocabulo vſi fuerint. Eſt autem axungia adeps ſuillus inueteratus: aut
cum ſale: aut ſincerus: qui quāto uetuſtior tanto utilior eſt: & multas uires hr̄e credit̃ quo
niam id animal herbarum radicibus ueſcitur. Apud antiquos religioſus etiam habebat̃
ſi quidē nouæ nuptæ domum intrātes ſolenne habebāt illo poſtes attingere vnde vxo/
Vnguis res quaſi unxores dictæ ſunt: quemadmodum inferius latius differemus. Vnguis quoque
ut nōnulli putant ab ungo deducitur: quod politus: ac tranſlucidus ſit & quaſi unctus:
unde marmorarii planitiem operis ungue experiuntur: & qum nō ſentiunt iūcturas: per
Adunguem fectum id eſſe intelligūt: quia p̃pter adunguem capimus pro perfecte Horatius Adūguē Horatius

factus homo:hoc eſt omni ex parte perfectus.Alii unguem ab uno & ago deriuatum ex
iſtimant:ꝙ in iis nerui in vnum agantur:ſunt enim ungues clauſulæ neruorum ſummæ.
Alii a græco deduci:unguis enim a græcis.ονυξ.uocatur.Ab Vngue fit Vngula diminuti Vngula
uum:& unguicula:ſed hoc inter ſe differunt:quod unguis eſt eorum animalium:quæ di/ Vnguicula
Plynius gitos habent ſeparatos:penituſq; diſtinctos:ut ſunt homines:ſimiæ aues.Plynius.Vngu
es Simiæ imbricati ſunt:hominibus lati:rapacibus unci: cæteris recti:ut canibus præter
eum:qui a crure pleriſq; dependet. Item de Aquila.Vngues quoq; huic generi inuertun/
Idem tur. Vngula uero de his dicitur:quæ digitis carent. Idem de Structio Camelo:qui ex ge/
nere uolucrum eſt Vngulæ huic ſunt ceruinis ſimiles:quibus dimicant biſulcæ compræ/
Idem hendendis lapidibus utiles:quos in fuga contra ſequentes ingerunt pedibus.Idem inqua
drupedibus ſolidas habent ungulas:quæ non ſunt cornigera:Igitur pro his telum ungu/
Idem la eſt illis.Idem.Sues in illyrico quibuſdam locis ſolidas habent ungulas.Idem uno in lo
co utrunq; poſuit:& hanc differentiam apertiſſime demonſtrauit: ſic inquiens. Omnia
digitos habent:quæ pedes excepto Elephanto.huic enim imformes numero quidem qn
Ouidius q; ſed indiuiſi:ac leuiter diſcreti unguliſq; non unguibus ſimiles.Idē uno uerſu fecit Oui
dius dum Io deſcribit e bouis effigie in primam formam redeūtem.Vngulaq; in quinos
delapſa abſumitur unguis.Vnguicula autē de his tantum dicitur:quæ ungues habēt:vn/
de A teneris vnguiculis dicimus pro eo quod eſt ab infantia:ab ineunte ætate: a pueris a A teneris unguicu/
pueritia a tenera ætate: ab icunabulis:hæc quippe omnia pene hæc idem ſignificant. Ab lis
Cato Vngula Cato ungulanos uocauit ungues magnos:ac ſcabros:quaſi ungulis ſimiliores ꝙ Ab infantia
vnguibus.Vngulum oſcorum lingua ſignificat anulum:quidam tamen ideo appellatum Ab ineunte ætate
ungulum putant quod ſicut in digito vnguis carne ita in illo gemma uel ſignum aliquod A pueris
auro clauditur.Vnguis etiam morbus eſt oculorum:quem græci Pterygium uocāt: qum A pueritia
membranula neruoſa oritur ſub angulo oculi:& ad pupillam quoq; peruenit: eiq; ſæpe A tenera ætate
numero officit:aliquando anarium: nonnunq̃ a tēporū parte.Vnus uero ipſum a græ Ab incunabulis
co deducit quippe græci ερα unum dicunt OPVS.ædificium Opus & opera differūt Vngulanus
Cicero Opera enim actio eſt:& diurnum officium.Cicero. Non male præcipiūt qui ſeruis uti Vngulum
iubent vt mercenariis iuſta præbenda:operā exigendam:hoc eſt laborem:& operationē Vnguis
Modeſti/ corporis.Item operæ ipſæ pſonæ laborantes uocant. Modeſtinus. Operarum nomine Pterygium
nus ipſa pſonas:quæ aliquid faciunt ſignificamus.Opus vero eſt finis fructuſq; operæ: vnde Vnus
opera autorum dicuntur:& opera tam publica ꝙ priuata:hoc eſt ædificia. Aliquando ta Opera
men opus ꝓ opera capi videtur.Virgilius.Mollibus e ſtratis opera ad fabrilia ſurgit:qua Opere
ſi ad operas.Vbi notandum eſt:quod quotiens non ad laborem corporis: ſed ad laborē Opus
animi:& ad artem induſtriamq; reſpicimus magis opus ꝙ operam dicimus:ut in opere
ruſtico:in opere fabrili:in opere faciundo.Opus etiam aliquando pro neceſſe ſiue neceſ
ſario capitur:ut opus eſt feſſum quieſcere.i.neceſſe eſt:& nihil mihi opus eſt hoc eſt nihil
mihi eſt neceſſarium:& ægrotanti opus eſt medico.i.neceſſarius eſt medicus ægrotanti.
Apuleius Quod etiam p accuſatiuum dicitur.Apuleius cui eam rem factam opus fuerat. Ab hoc
Paulus fit oportet:quod ſimiliter ſignificat neceſſe eſt. Paulus. Oportere uerbum non ad facul/ Oportet
tatem iudicis ptinet qui poteſt uel pluris: uel minoris condemnare:ſed ad ueritatem re/
fertur.In hoc uerbo notandum eſt:quod oportet legere libros:oportet haberi quos ſe/
quamur:in eundem ſenſum eleganter dicitur.Inpræterito autem ſecus. Nam & feciſ/
Cicero ſe hoc oportuit:legitur & factum hoc oportuit ſine uerbo aliquo. Cicero. Tamen id fa/
Idem ctum non oportuit.Idem.Apollinis ſignum ablatum certe non oportuit.Idem. Totam
Cicero rem illi integram ſeruatam oportuit.Non diſſimilis huic:oratio fit per uerbū uolo. Idē
Idem Liberis conſultum uolumus:etiam ſi poſthumi futuri ſint.Idem.Percurram tamē breui:
ut non minus hominem ipſum:ꝙ ius cōmune defenſum velitis.Opportunus uero:quod Opportunus
p duplex.pp.ſcribitur non ab opere deducitur ſed ab.ob. præpoſitione & portus:quod
nauigantibus maxime utiles optatiq; portus ſint.Opportunum quippe eſſe ſiue oppor Opportunum eſſe
tune accidere dicimus:quod pro deſyderio noſtro accidit:a quo fit opportunitas: quod
commoditatem ſignificat:quemadmodum e diuerſo importunum eſſe:& importune fi Opportune accider̄
Virgilius eri dicimus:quæ ſunt:fiunt ve præter rationem loci: ſeu temporis ſeu perſonarum. Vir/ Opportunitas
gilius.De auibus quæ qum nocte tantum uolare ſoleant die apparent.Importunæq; uo/
lucres ſigna dabant.Propterea importunum hominem dicimus procacem: atq; mole/ Importunum eſſe
ſtum: a quo Importunitas dicta. Ponitur etiam aliquando importunum pro inquieto: Importune fieri
Idem & quaſi portu carēte.Idem.Bellum importunum ciues cum gente deorū. Ab opere Opi
ficem quoque dici quidam opinantur.Nos ab opera potius deductū exiſtimamus.Opi/ Opifex
fex enim artifex eſt:atq; operator:& ut ita dicam laborator non modo rerum:ſed etiam

uerborum.Cicero.Aduena quidam ignobilis uerborum Opifex inſinuaſſe in antiqua Cicero
Philoſophia uidet̃.Vnde etiam coquinarii:& blandarum artium ſectatores opifices ap
pellant̃.Cicero.Omnes autem opifices in turpi ſunt exercitio. Hinc deũ opificem: hoc Cicero
Opificium eſt operatorem omnium rerum dicimus.Ouidius.Illẽ opifex rerũ:cuius opus dicit̃ opi/ Ouidius
Ops ficium.Opifex etiam Crabronis genus eſt de quo inferius dicemus.Ops quoq;:quæ ter/
Opifex ra eſt:ab opere dicit̃:de qua atq; eius deriuatiuis inferius diſſeremus.Ab opera fit etiam
operula diminutiuum.Apuleius.Operulas etiam in eam contuli:quas adhuc uigenis ſac Apuleius
Operor cariam faciens merebam.Item Operor uerbum:quod ẽ ĩ opere aliquo faciundo laboro
Opator a quo operator:& cooperator:& operatio:ac cooperatio deducuntur:& operarius ꝑ
Coopator opa dum pſonam ſignificat.Qui græce εργαςησ.hoc eſt Ergaſtes uocatur unde latini
Oparium Ergaſtulum uocant locum in quo lapides:aut metalla fodiuntur.Iuuenalis.Nempe in lu Iuuenalis
Opatio canos & tuſca ergaſtula mittas:Quoniam uero ad hæc opera damnati mitti ſolebant:q
Ergaſtes catenati foderent:Factum eſt:ut ergaſtula ꝑ modo pro ipſis damnatis:ſerius ue fodien/
Ergaſtulum tibus:modo pro carcere uſurpemus.Varro.Miſitq; mox eo iiuriũ:qui tota ergaſtula do Varro
Ergaſtulus naret libertate.Pomponius qui ue domi erant uinc̃ti:qui ue in ergaſtula cuſtodiebãtur.
Ergaſtulos uero maſculino genere cuſtodes carceris:eoſq; qui dãnati fodiunt uocamus.
Cicero.Sed nos miramur ergaſtulorum non eadem emolumenta eſſe:quæ imperatorũ. Cicero
Plynius.Coli rura ergaſtulis peſſimum eſt:ut quicquid agitur a deſpantibus:Hæc autem Plynius
Ergon omnia a græca uoce deducuntur εργον:quæ opus ſignificat:a quo εργαζομαι ope/
ror:εργασια operatio:εργαλεια feramenta:εργαςηριον officina: εργασιμοσ
Enegia fabricabilis:εργαςη ριαρχησ tabernarius opifex εργαςικοσ oparius.Item ener
Energiticus gia:quæ dici latine efficacia poteſt:& Energiticus efficax.Eſt etiam Energia figura:qua
res geſtæ non tam narrari:q̃ ſub oculis ſubiici uidentur dicimus:Item aliquando Ope/
rarium:quod induſtria:atq; ope fit Plynius.Quæ iter uina oparia numerantur.Aliquã Plynius
do tamen opari pro ſacrificare ponitur:& opatio pro ſacrificium.Virgilius.Sacra refer Virgilius
Cereri:lætis operatus in herbis.Plautus.ut Iſtæc opatio crimen expiet.Itẽ opam dare: Plautus
Opam do Operam impendere:operam nauare dicimus ad aliquam rem agendam incũbere:& ſtu
Opam impendo dium:laboremq; impendere.Cicero.Da opam ut ualeas.Ideſt cura: enittere: elabora ut Cicero
Opam nauo ualeas.Idem.Iam mihi uideor nauaſſe opam:quod huc uenerim:hinc dedita opa dici/ Idem
Dedita opa mus de induſtria:quaſi cura adhibita:& labore impenſo:& quoniam nihil uel gratius:
uel dignius eſt:q̃ ut pro labore ꝑtium:hoc eſt merces debita pſoluatur:factum ẽ:ut ope
ꝑtium ꝑ fructuoſo uſurpetur & ad rem ꝑtinente:uel quia decens:uel quia utile:uel quia
glorioſum:uel quia iucundum.Liuius.facturus ne ſim opæ pretium:ſi a primordio ur/ Liuius
bis res populi Romani pſcripſerim.Cicero.Opæ pretium erat ludentes intueri.Plyni/ Cicero
us.Id uero audire pretium operæ ſit.Iuuenalis.Eſt operæ pretium penitus cognoſcere Plynius
toto:Quid faciant agitentq; die.PRAE CVNCTIS.Ante cuncta hoc eſt ante omnia Iuuenalis
ſimul collata ut ſit ſenſus plus laudis mereri vnum Amphitheatrum q̃ cætera totius or/
Præ bis opera ſi ſimul conferant̃.Nam quid cuncta ſignificet ſuperius oſtendimus.PRAE.
Ante:Aliquando enim hæc præpoſitio ſignificat propter.Terentius:præ amore hunc ex Terentius
cluſiſti foras.Apuleius.Præluxuria cuncta profuderat.Aliquando ad compatione:Præ Apuleius
illis nugæ omnia erant:hoc eſt ad compationem illorum.Terẽtius.Præ huius rabies quæ Idem
dabit:hoc eſt ad compationem huius rabies dabit:Non nunq̃ ante ut hoc loco:& apud Terentius
Terentium.I.Præ:ſequat̃.Interdum in compoſitione ſup:ut præſes pſidium: pſectus:in Idem
Præmaturus terdum ualde:ut pmaturus:pualidus:Aliquando tamen præmaturum dicitur:non quod Lucanus
ualde maturum eſt:ſed qd̃ maturuit ante tempus.Lucanus.Ad præmaturas ſegetum ie/
iuna rapinas.Iuuenalis.Non præmaturi cineres.a præ deriuatum eſt præter:quomodo
a ſub ſubter:quæ aliquando præpoſitio excipiendi uim habet:& ſemper regit accuſatiuũ
ut nuullum amas præter me:hoc eſt me excepto .Aliquando ſignificat ultra:Quintilia/
nus.Multa erant præter hæc quæ obiici merito potuiſſent.Ab hoc fit præterea aduerbiũ
quod ſignificat ultra:ea quæ dicta ſunt.Virgilius.Si duo præterea tales idæa tuliſſet.Ter
ra uiros:& præter quam quod ſemper requirit præcedentem caſum:quia idem uerbum
ſubintelligitur:ut nemo id dixit præterq̃ Cicero.Nullius id intereſt præterq̃ patris. Nul
li id placuit præterq̃ Cæſari: Neminem præterq̃ conſulem timeo.A nemine præterq̃ a
præceptore meo id audiui:O Vos omnes præterq̃ Cicero.Et præterq̃ quod quam vnã
dictionem eſſe nonnulli exiſtimant:ſignificatq; niſi quod.Plynius.omnia nobis exuo/
to ſucceſſerunt:præterq̃ quod initinere defunctam matrem audiuimus.Item præter ꝑ/
pter:quæ ſimiliter vna dictio eſt ſignificatque præterq̃ propter hoc ẽ propter aliam cau
ſam q̃ propter eam de qua loquimur.Vt præter propter uitam uiuitur:hoc eſt propter

aliam cauſam uiuitur:q̄ ut uiuatur ut puta propter Laudem: propter uirtutem: propter
gloriam. Ennius Ocio qui neſcit uti plus negocii habet:q̄ qum eſt negocium in negocio
Nam cui quid agat inſtitutum eſt nullo negocio id agit:ſtudet ibi:mentemq; animumq;
delectat ſuum:Ocioſo initio animus neſcit quid uelit: Hoc idē ē eni neq; domi nūc nos
nec militiæ ſumus: Imus huc:hinc:illuc:cū illuc uentum ē ire illinc libet:Incerte errat ani/
mus:præter propter uitam uiuitur.

AD DOMITIANVM EPIGLO. SECVNDAM HIC VBI SYDEREVS.

Laudat Domitianum:quod ex vna Neronis domo plura edificia publica in ſolatiū po
puli conſtruxerat. INVIDIOSA ATRIA. Odioſa:quia totam urbem occupare Ne/
roniana domus uidebatur:& ad eam ædificandam:ut ſpatia quedam circa eam haberet:
urbem Nero incenderat:qum etiam horrea quædam propinqua:quod ſaxeo muro con
ſtructa erant:bellicis machinis aperte fuerat demolitus: & incendium ipſe e turre Mece
natiana proſpectans:ac flammæ pulchritudine lætus ἅλωσιν Haloſin Ilii ſcenico habi
tu decantauerat. Inuidere proprie eſt ex alicuius rebus Secundis dolore affici: tractum a
nimis uidendo. Quod nimis intuemur formam illius:de cuius fœlicitate ſumus ſoliciti.
Qua propter minus fortaſſe uſitate:ſed præclare Actius acto coniunxit. Quis nam flo
rem liberum inuidit meum? Vt enim uidere ſic inuidere:florem rectius q̄ flori dr̄: Nos
Cicero conſuetudine ut. Cicero Inqt:Prohibemur:Pœta ius ſuum tenuit:& dicit audacius. Ab
Idem hoc fit paſſiuum inuideor:a quo inuiſus:hoc eſt odio habitus. Cicero. Diis hominibuſq; Inuideor
inuiſus. Item iuidia & iuidentia:quæ ita inter ſe differunt ut ebrietas & ebrioſitas. Quip Inuidia
pe inuidia eſt:qum iuidetur hoc eſt actus ipſe inuidendi. Inuidētia vero eſt ægritudo ani Inuidentia
mi:quæ propter res ſecundas alterius ſuſcipitur:quæ nullam iacturam afferant inuidenti
Nam ſi quis doleret eius rebus:a quo ipſe lederetur:non recte diceret inuidia. Item inui/
dus:& inuidioſus:quæ eo modo Inter ſe differunt:quo hebrius:& hebrioſus. Inuidus Inuidus
Ouidius enim dicit qui actu alicui inuidet: Inuidioſus:qui morbo inuidentiæ laborat. Ouidius Inuidioſus
Tempus edax rerum:tuq; inuidioſa uetuſtas:Omnia deſtriutis:Interdum tamen inuidio
Idem ſus paſſiue capitur pro eo:cui habetur inuidia. Idem Pactoloq; petit q̄q̄ non aureus il
lo Tempore nec caris erat inuidioſus harenis. Eſt etiam quando inuidia ꝓ odio capitur Inuidia
Quintilia. Quintilianus Ne ei tot ſcelerum commemoratione concitarem inuidiam. Terētius. Ita
Terentius ut ſine inuidia laudem inuenias:& amicos pares. Liuius. Nactus ſuperbum ingenium:
Liuius immodicamq; linguam:quam irritando agitandoq; in eas compelleret uoces:quæ ei in/
uidiæ eſſent:Hoc eſt odium concitarēt. Hinc iuidioſum pro inuiſo:atq; odioſo accipit Inuidioſum
ut hoc loco:& inuidioſa res dicitur:quæ atrocitatem facti auget:ut maius concitet odi/
Ouidius um. Aliquando etiam inuidioſus actiue accipitur pro odio flagrans. Ouidius. ante Iouē
Idem paſſis ſtetit inuidioſa capillis. Idem. Etiam contigerant portam Saturnia cuius Dempſe
rat oppoſitas inuidioſa feras Inuide facere dicitur:qui per iuidiam aliquid agit inuidio Inuide facere
A. Gellius ſe uero:uel qui per inuidiam:uel qui in aliquem excitat odium:eumq; iuiſum facit. A. Gel Inuidioſe facer
lius uſus eſt comparatiuo inuidius:pro inuidioſius:hoc eſt concitatius odii in aliquem Inuidus
Cicero Fortius:atq; inuidius potuiſſe dici non uidentur: Ab inuidia fit diminutiuū iuidiola:Ci Inuidiola
cero. Qum neſcio quid inter eos inuidiolæ exortum fuiſſet. Odium uero ab odi deduci Odium
tur anomalo uerbo:quod ſignificat odio habeo:a quo oſus & peroſus dicitur qui odio Odioſus
Plautus habet. Plautus. Inimicos ſemper oſa ſum optarier:& oſor:qui aliquem odit: & odioſus Odi
Cicero modo qui odio habetur. Cicero. Orem grauem:& omnibus odioſam:a quo odioſe ad Oſus
Terentius uerbium cum odio modo moleſtus. Terentius. Si porro eſſe odioſi pergitis. Nā & odi/ Peroſus
um a ueteribus pro moleſtia accipiebat. In oſus terminata nomina partim a nomine de Oſor
ſcendunt: partim a uerbo:partim ab utroq;. Et ea quidem quæ deſcendunt a nomine ha Odioſe
bitudinem:ſiue uehementiam copiamue Aut affectionem ſignificant:ut animoſus:In/
genioſus:lacertoſus:neruoſus:ſaxoſus:a quoſus:quod habent in ſe uehementiam:ſiue co
piam ſaxorum:neruorum lacertorum:ingenii animi:uinoſus libidinoſus:mulieroſus:ſe
ditioſus:factioſus:quod amant uinum libidines:mulieres:ſeditiones: factiones. Rurſus
quæ a uerbo ſunt partim actionem ſignificant:partim paſſionem:partī utrunq;: Studio
ſus faſtidioſus:ſtomachoſus:iniurioſus contumelioſus:curioſus:q operam dat ſtudio:q
faſtidit:qui ſtomachatur:qui iniuriam:contumeliam ue facit qui nimis curat: Odioſus ī
uidioſus paſſiue accipiuntur:ut diximus. quando a uerbo deſcendunt:quādo uero a no/
mine ueniunt ſignificant actionem formidoloſus:laborioſus:operoſus actiue:& paſſi/
ue capi poſſunt:uoluptuoſus:religioſus licet a uerbo nō ueniāt iſtis tn̄ ſimilia ſunt: & af Voluptuoſus

Cerebroſus
Cerebrum
Cerebellum
Pannoſus
Atrium
Veſtibulum
Sportula
Culina
Atrum
Atritas
Atramentum
Atramẽtũ ſcripto/rium
Atramentũ librariũ
Atramẽtũ tectoriũ
Atramentũ ſutoriũ
Chalcantum
Vitreolum
Atramentũ factitiũ
Atramentũ foſſile
Atra bilis
Melancholia
Bilis
Bilioſus
Bilis
Biluti
Olus atrum
Oliſatrum
Hippoſelinum
Olus pullum
Smyrnium
Petroſelinon
Libanotis
Roſmarinum
Atriplex
Atreplexum
Atritas
Atractum
Atrox
Atrax
Atroces
Atrocia
Atrocitas
Atrociter
Atraces
Atri dies
Comunes dies
Aegiptiaci dies

fectionem ſignificãti ſiue habitudinem:ſiue plenitudinem. ſimulq; actiue accipiunt᷑: & paſſiue uoluptuoſus homo qui uoluptatem amat uoluptuoſa rés quæ plena eſt uolupta tis:q̃ homo delectat᷑ ille recipit:hæc recipit᷑. Ita religioſus homo:religioſa ſepulchra:glo rioſus famoſus:impioſus:licet interdũ ſignificet eum:q plenus ſit gloria:fama impiumq; poſſideat:tamẽ ſæpius glorioſum hominẽ dicimus affectantem gloriam:famoſum infa mem:& turpem:imperioſũ oſtentatorẽ imperii in exercenda ſæuitia. Queſtuoſus ſum/ ptuoſus ab affectione magis q̃ ab habitudie ſiue plenitudine dicũtur:& ad homines ma gis pertinent q̃ ad rem. Luctuoſus uero magis ad rem:ut res luctuoſa:quæ luctu plena ẽ. Moroſus a more hoc eſt a nimia diligentia:& ſecuritate ſicut curioſus a nimia cura:ſiue peruerſa cura:& Cerebroſus a puerſo cerebro. Horatius. Donec cerebroſus ꝓſilit vnus ideſt inſanus:& peruerſi cerebri. Cerebrum cuius diminutiuũ eſt cerebellum uiſcerũ om/ nium excelſiſſimum eſt:proximumq; cœlo capitis ſine carne:ſine cruore:ſine ſordibus: hic homo ſenſuum arcem habet:& huc uenarum uis omnis a corde tẽdit:hic deſinit: hic culmẽ altiſſimum:hic mentis eſt regimẽ. Ab eo proficiſcit᷑ ſomnus. Quæ Cerebrum nõ habent non dormiunt: homo portione maximum: atq; humidiſſimum habet:omniũ/ q; uiſcerum frigidiſſimum duabuſq; ſupra ſubterq; membranis uelatum:quarum alteru/ tram rumpi mortiferum eſt. Aliud eſſe q̃ medullam ex eo percipitur: quod coquẽdo du reſcat: Inſunt medio oſſicula parua: Vni hominum in infantia Palpitat:nec roboratur ante primum ſermonis exordium. Pannoſus dicitur qui craſſo panno ac uili opertus eſt ATRIA. Prima pars domus pluralis ꝓ ſingulꝭ. Atriũ prima pars domus appellat᷑:quæ continet mediam aream:in quam collecta ex omni tecto pluuia deſcendit. Dictũ atrium uel quia id genus ædificii atriæ primum in Etruria ſit inſtitutum: uel Quod a terra oria tur Quaſi a terariũ:uel Quod atrum ex fumo eſſet propter culmina In atrio Enian tria habitacula erant. Veſtibulum:locus Sportularum q & ipſe ſportula dicebat᷑: ubi ꝓpo/ nebat᷑ eo die. quæ dono danda erant:& Culina:q̃q; ueſtibulũ proprie locus ſit añ ædes quemadmodũ inferius oſtendemus. Atrum proprie nigrum ſignificat:unde atritas a ue teribus nigredo dicebat᷑. Virgilius. Quinquaginta atris immanis hiatibus ydra. Idem Virgilius
Hic piſcibus atram improbus illuuiẽ: Ex hoc atramentum deducit᷑:cuius duo genera ſũt Atramentum ſcriptorum:quod & librariũ dicitur:& a Tectoriis tectoriũ:quo in ſcribẽ do:ac pingendo utimur:& atramentũ ſutorium:quod inficiendis pelibus ſutores uſur/ pant. Græci a quadam ſimilitudine æris uocant chalcanthũ quippe apud eos æs dicitur Χαλκον: Vulgo hoc a uitri ſimilitudine uitriolum nominant:fit multis in locis:præci pueq; in hiſpania a puteis ſtagniſq; habentibus id genus aquæ Decoequitur:ea admixta pari menſura dulcis aquæ:& in piſcinas ligneas funditur. Immobilibus ſuper has tran/ ſtris dependent reſtes lapillis extentæ:quibus adhærens limus uitreis acinis imaginẽ quá dam uuæ reddit exemptum triginta diebus ſiccatur:Color eſt cæruleus ſpectabili nitore uitrumq; eſſe credit᷑ diluendo fit atramentum tingendis aptum coriis:& hoc factitium uocant. Eſt & aliud genus:quod foſſile dicitur uariis medicinæ uſibus adhibetur præſer timq; in aſtringendo. In quo tanta eſt uis eius:ut ſi urſorum:& leonum ora eo aſpergan tur mordere non poſſint. Hinc etiam atra bilis dicitur:quam græci melancholiam uocát nam bilis cholera eſt:unde bilioſi dicuntur cholerici: Afri tamen bilim uocant ſemẽ hu/ manum humi proiectum:& bilutes ueteres dixere beſtiis ſimiles quaſi belutos. Item olus atrum ſiue incompoſitione oliſatrum alio nomine hippoſelinũ dictum:quod folia ha/ beat ſubnigriora:pp quod columella pullũ olus appellat: atq; oleris pulli radix: quidá etiá Smyrniũ uocant a Smyrna.i. mirrha:quod lachrima caudicis ſui myrrha ſit quidá petroſelinon:quod iter petras:& iuxta maceriá ſeri a ueteribus cõſueuerit. Gal. ονομα Galenus
ζουσι δε εν ρωμη σιωμιθωσ ηδη παντεσ ου σμυρνιον αλλα λισατρον το πετροσελινον:hoc eſt. Vocant iam omnes in urbe Roma non Smyrnium: ſed oliſatrum herbam:hác:quæ petroſelinũ dicit᷑. Radicẽ mirrhæ ſimilẽ odore habet etiá li/ banotis quá alio noíe roſmarinũ uocamus. Plynius. Libanotis radicẽ habet oliſatri:ni/ Plynius
hil a thure differentem Sunt q atriplex quoq; ab atro dictũ putent qd' hoíes pallidos fa ciat. Pythago. hác herbá accuſat táq̃ faciẽtẽ hydropicos:& morbos regios:& pallorẽ: Pythago/ras
ac ne ihortis quidẽ aliqd circa id niſi languidũ naſci affirmat. Veteres hanc atreplexum dixere. Itẽ ab atro atritatẽ ꝓ ĩmãitate dictá cõſtat & atratũ lugubri habitu ĩdutũ:& atro cẽ hoc ẽ aſperũ:crudelẽ:quod q atro uultu' ſũt aſpitatẽ:ac ſæuitiá præ ſe ferũt:alii tñ atro cẽ a græco potius appellatũ cẽſent:qd' græci. ατρωρια appellát q cruda ſũt:uel a beo qd' atroces nihil de ſe timẽt. τρειν. n. timere ẽ:ab atrox fit atrocia:& atrocitas:& aduerbiũ atrocit᷑. Atraces ppl'i ſũt Aetoliæ qbus nomẽ dedit Atrax Aetoliæ filius Aliqñ ẽt atrum

ꝓ funeſto accipit᷑: vñ atros dies ſupra diximus eos appellari: q̄ alio noīe cões: & uulgo
ægiptiaci dñr. Ab atterẽdo aũt atriũ dcm̃ ẽ qm̃ q atterunt᷑ liuorẽ cõtrahũt: atriũ græci vo
Seneca cāt αὐλὴν ꝓpt qd̄ poetæ quoq; nr̃i aliqñ aulā ꝓ atrio vſurpāt. Itẽ aulæ pricipiũ domus Aula
hoc ẽ regiæ dñr. Seneca. Notiſſima uox ẽ eius: qui i cultu regũ cõſenuerat: qũ qdā illũ in
terrogaret qũo rariſſimā rẽ i aula cõſecutus eẽt ſenectutẽ: iiurias inqt accipiẽdo: & grãs Aulea
ſæpe agendo. Ab hac aulea dicta ſunt vela: & ornamẽta: qbus parietes: & aulæ teguntur
quæ Peripetaſmata: & Periſtromata noiant᷑: ſicut tapetes: ſiue tapeta: ſeu tapetia dicũt᷑ Peripetaſmata
Plautus qbus equi menſæ: ſiue pauimẽta ſternunt᷑. Plautus. Vt ne Periſtromata quidẽ æque ſint Periſtromata
Virgilius cāpanica: neq; Alexandrina beluata conſuta tapetia. Virgilius. Inſtratos oſtro alipedes
Varro pictiſq; tapetis. Varro. Et minutæ pictis tapetibus capiũt ſomnos. Ideo aũt ab Aula Au
lea dicta exiſtimāt qd̄ primũ in Aula Attali regis Aſiæ inuẽta ſunt cui ſucceſſit populus
romanus. Genus etiā ueſtimẽti ẽ: de quo inferius dicemus. Itẽ Adulor uerbũ: qd̄ eſt uoce
uel geſtu fauorem capto: de quo inferius dicemus quaſi ad aulor: qd̄ hoc in aulis maxie fi
eri ſoleat. quidā tñ a græco potius hoc deriuatũ exiſtimant: hoc eſt ἀπὸ τοῦ δουλει Aulicociũ
εἴν quod ẽ inſeruire. Veteres Aulas dicebāt: quas nos dicimus ollas: vnde Aulicocia uo Olla
Plautus cant᷑ exta quæ in ollis coquunt᷑ hoc ẽ elixa: Et Plautus: Fabulā ſuam ab aula hoc eſt olla Aulula
inuẽta aululariā noiauit: Aulula aulæ diminutiuũ eſt & interdũ uocat᷑ Auxilla. Eoſdem Auxilla
pecuniā quoq; in atrio tenere ſolitos legimus: tm̃ honoratiores ſerui liminũ cuſtodiæ ad Atrienſes
hibebant᷑ ab atrio Atrienſes dicti. FERI. Crudelis quẽadmodũ ſupra diximus. hoc aũt
Nerõis epitheton ẽ: q omniũ quo; terra ſuſtulit crudeliſſimus fuit: cuius rei illa eius vox
inſigne teſtimoniũ eſt: Nā qum quidam in ſermone cõi ut fieri ſolet: dixiſſet ἐμοῦ θά
νόν τόσ γαῖα μιχ θήτω πυρί: hoc eſt me moriente: terra miſceatur igni: imo in
quit ἐμοῦ ζῶντοσ hoc eſt me viuẽte: hinc ꝓpriũ nomẽ in appellatiuũ commutatũ ẽ
& Nerones nunc Crudeles dicimus: & Neroniores crudeliores. REGIS. Domini. Nerones
Rex ꝓprie dicit᷑ qui regnũ poſſidet. Regna aũt dicuntur integræ regiones: quæ ab vno Neronior
principe hoc eſt rege poſſident᷑: ut Gallia regnũ eſt: & q Galliam poſſidet Rex galliæ di Rex
cit᷑. Sic eni diſtinctus erat olim orbis terrarũ: ut ſingulæ feræ regionis regna dicerent᷑: & Regnum
reges proprios haberent: a quibus & ipſe regiones appellatæ: quos ad faſtigiũ maieſtatis Regio
nõ ambitio popularis: ſed virtus: & ſpectata int᷑ bonos moderatio prouehebat: populi
nullis legibus coercebant᷑: arbitria regũ ꝓ legibus erãt: regna nationes ipſæ & morũ ac
Ninus linguæ ſimilitudo definiebant. Sic aſſyriorũ rex primus Ninus fuit: ſic ægypti Vizores
Vizores ſic Syriæ Tanaus: ſic aliarũ nationũ alii reges fuere qbus principio mos fuit fines impe
rii tueri: magis q̄ proferre. Poſtea uero gerere int᷑ ſe bella cœperũt ſeq; inuicẽ regnis ſpo
liare: Sic pluriũ ac diuerſoꝝ regnoꝝ: vnus aliqñ rex fuit. Quod ſi nõ in vnius regis ſed
in alicuius populi iperium regnũ ꝓuenit. fit ex regno Prouincia: qd̄ nomẽ inde tractũ ẽ
qd̄ porro. i. longe vinci videatur. Prouinciæ eni ꝓprie dictæ ſunt longe ab italia bello ac Prouincia
Vlpianus quiſitæ: a qbus ꝓuinciales vocati q ex ꝓuinciis ſunt ſiue ut Vlpianus inqt q in prouicia Prouincialis
domiciliũ habent: & Prouinciatim aduerbiũ p ſingulas prouintias. Et qm̃ prætores ad Prouintiatim
eas gubernãdas mitti ſolebãt: factũ ẽ etiam ut ipſi magiſtratus: & oẽ onus nobis ipoſitũ
Terentius ꝓuincia appellet᷑. Terẽtius. O Geta ꝓuintiā cepiſti duram. Aliqñ etiā diuiſa ſunt regna
& pars vna ſubiecta alicuius iperio. Is non rex ſed regulus dictus eſt quaſi paruus rex: a Regulus
quo principes qui hac etiam ætate urbes aliquas aut oppida poſſident: reguli: ſiue gene Dominus
rali uocabulo domini: aut principes dicuntur: quamuis proprie reguli ſint filii aut ne Princeps
potes regum. Dici tamen reges poſſunt etiam ſi vnius tantum urbis imperium habeant.
Sic principio reges romanorum dicti ſunt quibus imperium urbis permittebatur. hinc Regnum
Regnum dictum tam ipſa regio ſubiecta q̄ ipſe dominatus. Vnde Interregnum pro Interregnum
prie appellatur id tempus quo regnum vacat rege: hoc eſt antequam inde mortui locum Interrex
Nouus rex præficiatur: & Interrex qui interea regis locum tenet per methaphoram: ta
Liuius men Interregnum eſt dictum: cum loco magiſtratus interrex creatur. Liuius. Cum ſiue
curruli magiſtratu res publica eẽt. Patritii coiere: & interregem creauere: Contẽtio: Cõ
ſules ne? an Tribuni militum crearentur in interregno: rem complures dies tenuit. Ali
qñ Rex ponit᷑ pro domino etiā ſi per tyrānidem occuparit imperiũ: ut hoc loco. Eſt eti Rex
Martialis am quando rex capit᷑ pro potentiore: & eo: quẽ nobis ueluti in patronum eligimus quẽ
Columella ſeqmur. Martialis. Qui rex eſt: regem Maxime non habeat. Columella. An honeſtius
duxerim mercenarii ſalutatoris mẽdaciſſimũ aucupium circumuolutãtis limina potẽtio
rũ: ſomniũq; regis ſui rumoribus aucupãtis neq; .n. roganti qd agatur intus rñdere ſerui
dignantur. Itẽ rex aliquando pro diuite accipitur. Terentius. Regem me eſſe oportuit. Regina
Terẽtius & alibi. Quia ſolæ vtunt᷑ his reginæ. A rege Regina dr̃ regis vxor quæ. ul᷑ poſſidet regnũ

Regina
Regno
Regia
Regius
Regalis
Regium
Lepidum
Regium lepidum
Rhegyum
Regienſes
Rhegynus
Cumani
Albani
Albenſes
Alba
Regilla
Regius morbus
Aurigo
Arquatus morbus
Ictericus
Ictaus
Galgulus
Regalia exta
Regieſco
Regie
Regalit Regifugiũ
Regale vnguentũ
Regulus
Regaliolus
Rego Regula
Regulo
Regulare
Aes regulare
Coronarium es
Aes caldarium
Aes ductile
Metallum regulare
Regio E regione
Regionatim
Conregione
Regor Rectum
Rector
Rectætunicæ
Rectus homo
Orthon
Orthopnoea
Orthopnoeci
Orthographia
Orthopeia
Orthocoribanti
Rectitas
Rectitudo
Recte Recta
Rectus Caſus
Arrigo Erigo
Surgo Surrego
Surrexit Aſſurgo
Exurgo

etiam ſi virũ nunq̃ habuerit utpote ad quã regnũ ex ſucceſſione pueñit: & Regno verbũ
qđ eſt dominor & regnũ poſſideo: & Regia domiciliũ & aula regis: & Regius ac Re/
galis: q rege dignus eſt q̃uis Regiũ ꝓprie dicatur qđ eſt regis ut regius equus regia iuſſa.
hinc regium appellatũ Ciſalpinæ Galliæ oppidũ: a Lepido ædificatũ: & ob pulchritu/
dinẽ atq; amœnitatẽ loci regiũ noĩatũ. Itẽ Lepidũ a quibuſdã etiã regiũ lepidũ. Eſt tamẽ
& aliud Rhegyum in vltimo Calabriæ ſeu brutiorũ ſinu: quo loco ſicilia ab italia diru/
pta eſt: ſed hoc cũ aſpiratione atq;.y.græca lr̃a ſcribitur. ἀπὸ τοῦ ῥήγνυω dictũ qđ ẽ
dirũpo ab illo regienſes appellati: ab hoc Rhegyni ſicuti: Cumani a Cumis oppido cã/
paniæ: Comẽſes a Como oppido galliæ: & Albani ab Alba oppido latii: & Albẽſes ab
Alba oppido iuxta lacum fucinum. Item Regilla ueſtis: q̃ reges vtebantur. Plautus. Ba/
ſilica; an regiliã tunicam induam. Et Regius morbus qđ mulſo qđ genus potionis i re/
gum delitiis erat curaretur: ut Varro ſentit: ut alii quia eo morbo affectos: & lecto & cõ
claui cultiore & ludis: & laſciuia: vti perutile eſt per quæ mens ægrotãtis exhilaretur. Idẽ
morbus Aurigo antea dicebatᷣ a colore auri: quẽ bilis ꝑ totum corpus diffuſa repr̃tat:
& morbus arquatus: ꝙ cæleſtis arcus concolor fit de virore: uel ꝙ ita ſtringat hũana cor
pora ut in arcum ducat: Græci ictericum nominãt ut q̃dam putãt: ἀπὸ τοῦ ἰκτίνου:
hoc eſt a miluo qđ oculi bile ſuffuſi muluinis oculis ſimiles videntur. Alii ſcribunt auem
icterũ eſſe quæ ſi ſpectetᷣ ſanari morbum regiũ & auem mori: hanc latine uocari Galgu
lum & Regalia exta quæ potẽtibus imperiũ pollicebantᷣ humilioribus hæreditates filio
familias donationẽ: & Regieſco qđ ueteres vſurparũt ꝓ creſco & regiæ ac Regalit ad/
uerbia ꝓ ſplẽdide: & munifice: & Regifugiũ ſacrũ: quo die Tarquinius fugit ex urbe ro/
ma: & Regale vnguẽtũ de quo ſupra diximus: quo Parthoꝝ reges vtebãtᷣ: & Regulus q̃
int oẽs fere aues minima eſt. A q̃buſdã Regaliolus creditᷣ eſſe. Suetonius. Pridie autem
eaſdẽ idus auem regaliolũ cũ laureo ramo Põpeianæ curiæ ſe inferentẽ volucres varii ge
neris e ꝓximo nemore ꝑſecutæ ibidẽ diſcerpſerũt. Rex a rego deriuatᷣ: qđ eſt guberno.
Rego aũt dictũ: quaſi rem ago: Ab hoc fit Regula: de q̃ ſupra diximus: A quo Regulo
verbo qđ eſt dirigo: & Regulare: qđ ſm regulã eſt: uel qđ in regulã trahi poteſt. Vñ Aes
regulare dictũ eſt qđ a Caldario & Coronario ære differt. Coronarium ẽ qđ tenuatᷣ in
laminas: taurorumq; felle tinctum ſpeciẽ auri prebet in hiſtrionum coronis. Caldarium
qđ fũditᷣ tm̃ malleis fragile ẽ: Regulare qđ obſeqtur malleis & ab aliis ductile appellatᷣ
ſed & in cæteris metallis regulare dicitᷣ qđ excoctũ igni diligentius eſt: vitiiſq; purgatũ.
Item a Rego fit Regio ꝙ priuſq; ꝓuintiæ fierent regiones ſub regibus erãt: atq; ab iis re
gebantᷣ. poſtea maiores in vrbe ꝑtes regiones appellari cœptæ: vnde fit aduerbiũ Regio
natim hoc ẽ per ſingulas regiones: & E regione hoc ẽ aduerſo: quod veteres etiam Con
regione dixerunt. Eius præterea uerbi paſſiuũ eſt regor: a quo Rectũ dicitur modo qđ re
gitur: ſicut Rector qui regit: modo qđ ſtat: atq; erectũ eſt a quo rectæ appellatæ ſunt ve/
ſtimenta virilia: quæ a ſtantibus & ab imo in altũ texuntᷣ: modo ꝙ nullã in ꝑtem flectitᷣ
cuius contrarium eſt obliquum: vnde per metaphoram recti homines dicuntur iuſti: &
Rectum iuſtum. Item perfectum officium: quod græci vocant κατόρθωμα: nam
ὀρθὸν rectum græce dicitur: a quo Orthopinoea & Orthopnoeci de quibus alibi di/
cemus: & Orthographia recta ſcriptura: & Orthopeia emendata: ut Quintilianus diffi
nit cu; ſuauitate expoſitio: & Orthochorybãtii populi Scythiæ: quæ eſt in Aſia: & Re
ctitas ſiue Rectitudo iuſticia: & Recte bene iuſte: & recta aduerbiu;. Plynius. Qum do
mum recta profiſceretur. Virgilius. Nõ aſſis faciunt: euntq; recta. & apud grammaticos
rectus primus caſus: qui tamen improprie dicitur caſus: qum nominatiuus a nullo flecta
tur: cæteri caſus ab eo flectantur: & cadant atq; ideo nuncupentur caſus. Rego etiam
aliquando capitur pro rectum teneo. Cornelius. Qum nimio dolore regere caput non
poſſet: hoc eſt rectũ tenere. Ab hoc uerbo compoſita fiunt Arrigo: proprie de virili mẽ/
bro dicitur. Martialis. Arrigis ad vetulas: Veruntamen ad alia quoq; tranſfertur. Teren
tius. Arrige aures Pamphile: hoc eſt erige: eleua nam & erigo ex e præpoſitione & rego
componitur. Item Surgo a ſurſum & rego quod proprie ſignificat erigor. Terentius.
Vt triduo hoc perpetuo e lecto neq̃at ſurgere. hinc ſurgere venti dicuntur qum veluti ſe
erigentes flare incipiunt. Virgilius. Et fãdo ſurgẽtes demoror auſtros. Idem. Continuo
ventis ſurgentibus aut freta ponti Incipiunt agitata tumeſcere: ſicut econtrario quando
flare deſinunt ponere & reſidere dicuntur. Idem. Qum venti poſuere omnis que re/
pente reſedit flatus. Aliq̃ñ etiã ſurgo per metaphoram ꝓ creſco vſurpatur. Idem. Quis
ſine nec potuere ſeri nec ſurgere meſſes. Idẽ. Aſcaniũ ſurgẽtem & ſpes hæredis Iuli: Re/
pice. Veteres ſurrego ꝓ ſurgo: & ſurregit ꝓ ſurgit ſcripſere: Ab hoc Surrectio deriuatᷣ.

Lepidus
Plautus
Varro
Idem
Suetonius
Plynius.
Virgilius
Martialis
Terẽtius
Terentius
Virgilius
Idem
Idem

Item cōpoſita ab eo fiunt Aſſurgo qđ eſt erigor: requiritq; datiuū: fitque in alicuius ho/ Aſſurgo
norem officii: aut beniuolentiæ gratia: Aſſurgūt enim ſani ut ſtent: aut obuiā eant: aſſur
gunt ægroti ut ſedeant: hinc aduenienti magiſtro oēs aſſurgimus: & pater cū iaceret ī le/
Virgilius cto redeūti e militia filio aſſurrexit: optatiſſimū illud caput amplexus. Virgilius. Vtq;
Cicero viro phoebi chorus aſſurrexerit omnis: hoc eſt honorē fecerit. Exurgo e lecto ſurgo. Ci
cero. Excitamini omnes atq; exurgite. Præſurgo: ante ſurgo. Inſurgo: in aliquē inſilio. Exſurgo
Reſurgo rurſus ſurgo: vnde q reuixerūt reſurrexiſſe dicūtur: & ab hoc fit Reſurrectio: q Inſurgo
Saluſtius ꝓprie dicit̃ de defunctis: Conſurgo ſil' ſurgo: Saluſtius. Conſurrexere oēs: ſimulq; in eū Reſurgo
impetū fecerūt. Itē Surrigo eiuſdē ſignificationis eſt. Virgilius. Tot ſurrigit aures. Itē Di Surrectio
Virgilius rigo quod ꝓprie eſt obliquū emendo. Plynius. Tum regis dirigendus ne ullā in partē in Reſurrectio
Plynius clinet. Plautus. Dirigere aliquādo capit pro diffidere. Corrigo emēdo: a quo Corrector Conſurgo
Plautus emendator: & correcte emendate. Corgo uero ueteresꝑ eo: qđ eſt ꝑfecto vſi fuere. Irri/ Surrigo
Seuerinus go aūt non a regendo: ſed a rigando deductum ē: Rigare enī madefacere eſt. Seuerinus. Dirigo
Et ueris elegi fletibus ora rigant: vnde Irrigare dicimus adaquare: & quaſi riuos in agrū: Corrigo
Varro aut ortum deducere: a quo Irriguus dicit̃: & qui irrigatur. Varro. Ager q eſt irriguus: & Corgo
Virgilius qui irrigat. Virgilius. Irriguumq; bibant violaria fontē. Hinc Riuus dictus quaſi riguus Corrector
Vlpianus Eſt aūt Riuus: ut Vlpianus īquit: locus depſſus per lōgitudinē: quo aqua decurrit: a quo Correcte
fit Deriuo verbū: & paſſiuū eius Deriuor: quod eſt deduco: & deducor: & Deriuatio de Irrigo
ductio: & Deriuatiuū: quod ab alio deducitur. Item Riuo: & Corriuo: qđ proprie de Irriguus
brutis dicit̃: qum potādi gratia ad eundē riuum cōueniunt: vnde Riuales & Corriuales Riuus
dicti: qui duo: aut plures eandē amicam habent: uel quod ad eundē riuū accedere videāt̃ Deriuo
Terētius uel qđ inuicem contendant: ut feræ quæ ex eodē riuo hauſtum petunt. Terentius. Militē Deriuor
ego riualem recipiendum cenſeo. Rigo a græco deductū eſt: quoniam ea quæ irrigamus Deriuatio
frigefacere videmur. Apud græcos aūt ρίγις algeo eſt vnde ρίγοσ: dicitur frigus. Ab Deriuatiuum
hoc fit Rigeo: quod ꝓprie ē frigeo: a quo Rigeſco per metaphoram tamen quoniā quæ Riuo
Virgilius frigent horrent: & dureſcunt: Rigere & Rigeſcere pro indurari vſurpamus. Virgilius. Corriuo
Idem Veſteſq; rigeſcunt indutæ: cæduntq; ſecuribus humida vina. Hinc rigor non modo pro Riualis
Idem frigore: ſed etiam pro duritie capitur. Idem & ferri rigor: & Rigidus modo frigidum ſi Rigo
gnificat. Virgilius. Tellurem borea rigidam ſpirante moueri: modo durum: vnde Rigi/ Rigeo
dus homo dicitur aſper: & Rigiditas aſperitas: aliquando etiam erectum: quod non ni/ Rigeſco
Idē ſi ex duritie accidit. Idem. Tum Rigidas motare cacumina quercus: & Rigide aduerbiū Rigor
Seneca dicimus dure atq; aſpere: & Obrigere frigore contrahi: & quaſi obdureſcere. Seneca. Ita Rigidus
membra frigore obriguerant: ut ſeminecem putaremus. RADIABANT. Fulgebāt ꝓ/ Rigiditas
pter magnitudinem atrii aerem vndiq; admittentis: uel alluſit ad nomen domus Nero/ Rigide
nianæ: quæ aurea dicta eſt. Radiare fulgere eſt dictum a Radio: qui proprie eſt ſplendor Obrigeo
Varro a ſole micans. Varro. O ſumme ſol qui totam hanc mundi cōpagem tuis radiis illuſtras Radio
Plynius Transfertur etiam ad fulgorem oculorum. Plynius. Cuius ex oculis radii nocte micātes
Gellius cernuntur. Gellius. Stoici cauſas eſſe videndi dicunt radiorum ex oculis in ea quæ videri Radius
queunt emiſſionem. Item Radius dicitur virga philoſophorum qua geometræ lineas i Druella
Virgilius dicāt. Virgilius. Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem. Item inſtrumentum texto/
Idem ris: quod vulgo Druellam noīant. Virgilius. Excuſſi manibus radii: reuolutaq; penſa:
Idem Radii etiam rotarum dicuntur. Idem. Hinc radios triuere rotis: & inſtrumentum ē quo Hoſtorium
Plautus radūtur mēſuræ: qđ alio noīe dicitur Hoſtoriū. Plautus. Dii deæq; oēs tantā nobis læti/
Virgilius tiā tot gaudia ſine radio cumulectis. Itē oliuæ genus oblongæ. Virgilius. Nec pingues vnā
in faciem naſcuntur oliuæ Orchades: & radii: & amara pauſia bacca. A radio fit cōpo/ Irradio
ſitū Irradio: qđ eſt illuſtro: & quaſi intus radio. Plautus. Faciunt qđ cōſueuerunt irra/
diāt ſalibus mēſam: oīs ad riſū ꝓuocant. HIC. In hoc loco: et.n. hic illic iſtic: hinc illinc
iſtinc: hac illac iſtac: huc illuc iſtuc: horſum illorſum iſtorſum aduerbia localia modo de
monſtratiua ſūt: modo relatiua ſicut ꝓnoīa: a quibus deducuntur: quæ ſunt hic ille: iſte:
Terētius hæc enī aliqñ demōſtrandi vim hñt. Terentius. Viden tu illū Thais? Virgilius. Sic iuppi
Virgilius ter ille monebat. Aliqñ referendi. Seneca. Et q hoc facit ſane prudēs appellādus ē: & tūc Is
Seneca hic eandē ſignificatioē hꝫ: quā Is & in ntīo pluralis numeri: ac maſculino: & feminino Hi
genere ſola ſcriptura mutuo diſtinguit̃: hi enī & hæ cū aſpiratiōe & vna vocali ab eo qđ Hæ
eſt hic & hæc deſcēdūt: ii uero & eæ cū duabus vocalibus & ſine aſpiratiōe ab is & ea de Ii
ducūtur: hoc aūt int̄ hæc tria uel ꝓnoīa uel aduerbia intereſt: qđ hic ſignificat rem ſiue lo Eæ
Cicero cū loquenti proximum. Cicero. Nihil hic noui eſt qđ ad te poſſim ſcribere. Iſte uero ſi/ Iſte
Idem ue iſtic rem ad locū proximum ei cū quo loqmur. Idem. Tu iſtis faucibus: iſtis lateribus Iſtic
iſta gladiatoria totius corporis firmitate tantum vini exhauſeras: ut tibi neceſſe eēt in cō

ſpectu populi vomere poſtridie. Ille uel Illic locum aut rem remotã ab vtroq;. Plautus.
Ille Quis eſt quem videmus venientẽ pannoſum: ac ſqualidum: ille ne eſt noſter. Syrus? Ply Plautus
Illic nius. Hæc omnia ad vos ex illa prouincia comportantur. Illinc ſucci: illinc odores: illinc Plynius
extremo orbe quæſitæ luxuriæ opes. Aliquádo tamen iſte accipitur pro hic. Cicero. Cũ
iſto tempore ſtent cum gladiis armati. Quintilianus. Iuuenis iſte de quo ſũma in rebus Cicero
humanis mõſtra finguntur. Nonnunq; etiam ille p dignitatem quandam: aut eminenti Quintilia.
am ponitur. ut Architas ille Tarentinus: Cato ille Cenſorinus: Alexander ille magnus:
Aliquando maiorẽ duntaxat exp̃ſſionem ſignificat. Virgilius. Ille ego qui quondã gra/
cili modulatus auena Carmẽ. Interdum Ille ponitur pro Is. Horatius. Qui didicit pa/ Virgilius
triæ quid debeat: & quid amicis: Quo ſit amore parens quo frater amandus: & hoſpes. Horatius
Quod ſit cõſcripti: qd' iudicis officium: quæ ptes ĩ bellum miſſi ducis: Ille profecto red/
dere pſonæ ſcit conuenientia cuiq;. Hieronymus. Non q ſeip̃m cõmendat: ille proba/
tus eſt: ſed quem dominus cõmendat. Hic & is alio etiã modo ab autoribus vſurpari ſo Hierony.
let: ut Alexander paruis copiis fretus ſuperauit Darium cũ infinito exercitu: & id ĩ ado/
leſcentia uel et hoc in adoleſcẽtia. Item hoc modo pauca veſtis: & ea detrita: ac ſordida.
Hic aliquando accipit' pro talis: Et quando aduerbiũ eſt pro tali loco. Virgilius. Hic pie
tatis honos ſic nos ĩ ſceptra reponis? Idẽ. Hunc ego te Euriale aſpicio? Plautus. Hic ne Virgilius
eſſe oportuit qui frugi eſſent: hoc eſt in tali loco: & tam ſordido: Hæc in plurali numero Idem
Hæc & genere neutro: aliquando de feminis dicitur. Mos enim ueterũ fuit ut neutra iungerẽt Plautus
feminis. Virgilius. Hæc quoq; nõ cura nobis leuiore tuendæ: qum de capris loquatur. Te
rentius. Hæc adornant ut lauent qum ſermo ſit de ancillis quod ſi componatur cum præ Virgilius
poſitione ad ſignificat preterea. Saluſtius. Cognouerã paruis copiis bella geſta cũ opu/ Teretius
lentis regibus. Adhæc ſcientia belli Gallos ante Romanos fuiſſe. Ab hic tam p nomine Saluſtius
Adhæc q; aduerbio Hicce & Hiccine fiunt illud eiuſdem cum hic ſignificationis eſt: Hoc ſemper
Hicce interrogatiue ponitur quaſi hic ne? Item ab eius genitiuo fit cõpoſitum Huiuſmodi: &
Hiccine Huiuſcemodi: nam ab Is Iſce fit: ſicut ab Hic Hicce: Ab Is deriuatur Idem quod accipit'
Huiuſmodi pro Is demũ. Aliquando tamen poni ſolet pro etiam. Cicero. Et huic coniuncta benifi/
Huiuſcemodi centia: quã eandem uel benignitatem uel liberalitatem appellare licet ideſt quam etiam. Cicero
Eiuſmodi Quintilianus. Si cauſam ueneficii dicat adultera: non Marci Catonis dãnata iudicio vi
Eiuſcemodi detur: qui nullã adulteram nõ eandẽ eſſe ueneficam dixit. Ab Idem fit Itidem quaſi itẽ Quintilia.
Iſce Idem quod ſignificat ſimiliter eodem modo: & Idendem: quod eſt frequenter eodem
Hicce modo. Plynius. Centũmillia nummorum pro domo eius identidẽ promittens. Idem
Idem Stupeo patres conſcripti: nec dum ſatis aut oculis meis aut auribus credo: atq; identidẽ Plynius
Itidem me an audierim interrogo. Item ab Is deriuatur Ibi aduerbium: quod dicitur dum locus Idem
Identidem ſemel demonſtratur: a quo Ibidem: dum locus ſæpius demonſtratur: & Inibi quod ali/
Ibi quando ſignificat in eodẽ loco: aliquando ſic: nõnunq; etiam mox. Apuleius. Multa ini
Ibidem bi dicta ſunt: quæ commemorare non eſt opus. Cecilius. Liber ne es? Non ſum: Verum Apuleius
Inibi inibi eſt. Plautus. Nos domũ properamus uos inibi adeſſe: & Nullibi quod ſignificat ĩ Cecilius
Is oppidum nullo loco: & ideo: & idcirco quæ ſignificant ob eam cauſam. Veteres in accuſatiuo pro Plautus
Is fluuius eum dixere: & inde ex ea parte ſeu loco: a quo Indidem ex eadem parte ſiue ex eodem lo
Nullibi co. Plautus. Indidem vnde oritur facito vti facias ſtultitiam ſepelibilem. Itẽ em pro eam Cicero
& eum pro eorum. Is etiam urbs fuit a Babylone diſtans itinere dierũ octo: apud quã
eſt Is fluuius: quo Bitumen totius Babylonis ſubminiſtrabatur. Iſmenius uero fluuius ẽ
Boetiæ ab Iſmeno filio Pelaſgi cognominatus. VBI. In quo loco. Vbi enim aliquãdo
Vbi aduerbium loci eſt ut hoc loco: aliquando temporis & tũc ſignificat poſtq;. Cicero. Vbi
id audiuimus: ſtatim pfecti ſumus. Quãdo aũt vbi eſt aduerbiũ loci aliqñ interrogatiuũ Cicero
eſt. Plautus. Vbi id audiſti? Aliqñ relatiuũ. Virgilius. Vbi Eacidæ telo iacet Hector: vbi Plautus
ingẽs Sarpedon. Ab hoc fiũt Alicubi: hoc eſt ĩ aliquo loco: Necubi ĩ nullo loco: Vbiuis Virgilius
Alicubi & Vbilibet in quolibet loco. Vbicũq; in quocũq; loco: Vbinã interrogatiuũ in quo lo/
Necubi co. COLOSSVS. Statua ænea Domitiani ingẽs eq̃ſtris: quã poſt victoriã germanicã
Sicubi ſupra ingẽtẽ molẽ colũnarũ pulcherrimis marmoribus cõſtructã ſibi dicauit in foro: de
Vbiq; q̃ Papinius. Quæ ſup impoſito moles gemmata coloſſo: Stat latium cõplexa forũ: &
Vbilibet Martialis alibi. Inde ſacro veneranda petes pallatia cliuo: Plurima q̃ ſũmi fulget imago
probam perſeuerare:quam calumniæ cauſa non inſtituerat is deſtitiſſe non uidetur: Exi Exiſto
ſto:emineo:prodo:exurgo. Cicero. Submerſus equus voraginibus non exiſtit. Idem Exi Præſiſto
Cicero ſtit hoc loco quæſtio ſubdifficilis: Exiſto etiam pro ſum uſurpatũ aliquãdo inuenit̃: Præ Inſiſto
Plynius ſiſto:anteſiſto:inſto:urgeo. Plynius. Frequenſq; ut id agerẽ inſiſtebat: Subſiſto:ſubſto:ſi Subſiſto
Apuleius ſtor. Apuleius. Ad hæc ille ſtupore quodam affectus ſubſiſtit: Reſiſto repugno:aduerſor Reſiſto
Virgilius Cicero. Quum reſiſtere eius ĩprobitati nõ poſſem. Cõſiſto modo ſto firmor. Virgilius Cõſiſto

Conſiſtorium Hic primum paribus nitens Cyllenius alis Conſtitit:a quo Cōſiſtorium nouum quidē
ſed elegans uocabulum pro loco:in quo prēs cum Pontifice maximo conſultandi gra/
tia conſiſtunt:item pro ipſa conſiſtentium multitudine:Veteres conſtitutum hominum
Manifeſtum dixere: modo erigor. Idem. Conſtitit in digitos. Item a ſto deducitur:Manifeſtum hoc | Idem
Nanifeſto eſt clarum apertum quaſi ad manus foris ſtans: a quo Manifeſto uerbum & paſſiuum
Manifeſtor eius Manifeſtor:& Manifeſte aduerbium:hoc eſt clare aperte:& Manifeſtarius:qui uul
Manifeſte go notorius dicitur. Plautus. Capio fuſtem:obtrunco gallum furem manifeſtarium. Itē | Plautus
Manifeſtarius a ſto ſtagnum deducitur:quæ eſt aqua ſtans:a quo fit ſtagno uerbum:hoc eſt ſtagnum fa/
Stagnum cio:& aquam contineo. Notandum tamen quod & ſtagnare aquam dicimus:cum non
Stagno effluit neque ſorbet. Plynius. Vbi marini fluctus effuſi ſtagnare ſolent & ſtagnare terrā | Plynius
quæ non abſorbet ſed continet aquam. Idem. Agris humidis atq; ſtagnantibus. Virgili/ | Idem
us. Stagnum pro parte maris profundiſſima poſuit quod ea minime moueatur: ſempq; | Virgilius
ſtet:hoc eſt quieſcat:Emiſſamq; hyemem ſenſit Neptunus & imis Stagna refuſa uadis.
Stannum Stannū quoq; metallum a ſtando dictum uideri poteſt:quod in fornacibus primum flu/
Plumbum album at ac per ſe ſtet. Eſt autem ſtannum plumbum album. Duo ſunt quippe plumbi genera ni
Caſſiterum grum & candidum:quod Græci Caſſiterum appellant. Homerus Χαλκον δὲν πυ | Homerus
ριβαλλὲν ατειρεα:κασσιτερον τχα. Ex albo plumbo non fit argentum quum
fiat ex nigro. Iungi inter ſe plumbum nigrum ſine albo non poteſt:nec hoc ei ſine oleo:
ac ne album quidem ſecum ſine nigro. Plumbi nigri duplex origo eſt:aut enim ſua ſpon
te naſcitur uena:nec quicq; aliud ex ſe parit:aut naſcitur cum argento:mixtiſq; uenis con
flatur. Primus liquor qui in fornacibus fluit album plumbum eſt: & ſtannum uocatur:
Galena Secundus Argentum:quod remanſit:Galena dicitur plumbi & argenti uena cōmunis:
Molibdena quæ & Molibdena uocatur: & latine dicitur Plumbago: Hæc rurſus conflata dat ni/
Plumbago grum Plumbum:Stannum illitum æreis uaſis ſaporem gratiorem facit:& tollit eruginis
uirus:mirumq; quod pondus non auget:Specula olī ex eo laudatiſſima brundiſii fiebāt
Poſtea uti argenteis cœperunt. Si albi plumbi nigriq; ſingulæ libræ miſceantur:fit ſtan/
num:quod argentarium uocant:& tertiariū nominant: in quo duæ nigri portiōes ſunt
& tertia albi. India neq; æs neq; plumbum habet gemmiſq; ſuis ac margaritis hæc per/
mutat. Aqua non liqueſcunt uaſa e Plumbo. Sed ſi in eadem aqua calculus aut æreus qua
drans addatur uaſa uruntur. Plumbi laminis lumborum & renum parti adalligatis ob/
Ad libidinem repri frigidiorem naturam impetus ueneris cohibetur. Caluus orator uiſa inqete uenerea ſpō | Caluus
mendam te naturæ erumpentia uſq; in morbi genus:his laminis tradtur repræſſiſſe & uires corpo
ris ſtudiorum labore cuſtodiſſe. Nero lamina plumbi pectori impoſita uocem alebat. | Nero
Spodium Fit e plumbo ſpodium ſicut ex ære quod deraditur ex parietibus fornacum miſtis ſcin/
Scoria tillis:aliquando etiam carbonibus:Scoria tam in plumbo q̄ i argento:ære:& ceteris me
Spuma tallis dicit̄ quicquid ſubſidet & quaſi fex eſt metallorum ſicut Spuma quæ ex ferueſcente
Pſimmitium materia tollitur. Item e plumbo fit pſimmythium:quod nos ceruiſſam nominamus: uel
Ceruſa per ſe in plumbariis officinis:uel ramentis plumbi tenuiſſimis ſuper uas aceti aſperrimi
impoſitis:atq; ita diſtillantibus. Quod ex eo in acetum cecidit areſactum molitur & cri
Ceruſſatus bratur:iterumq; aceto miſto diuiditur in paſtillos:& æſtate in ſole ſiccatur. Potus eius le
Stanneum talis eſt ſicut ſpuma argenti ad candorem tamen feminarum adhibetur:quæ ex eo dicun
Plumbeus tur ceruſſatæ. Ceruſa ipſa ſi coquatur ruſeſcit. A ſtanno ſtanneum dicitur quicquid ex ſtā
Plumbatio no eſt:unde ſtannea uaſa ſicut plumbea & argentea dicimus. Item Plumbeū nigrum ap/
Plumbo pellamus. Martialis. Plumbea ſelibra. Plautus. Plumbeum hominem liuidum uocat. A | Martialis
Plumbata plumbo plumbatio deducitur:hoc eſt feruminatio:& plumbare feruminare eſt. Plyni/ | Plautus
Manobarbuli us. Neque argentum ex ſtanno plumbatur:quoniam prius liqueſcit argentum:Et Plum | Plynius
batæ genus teli:hoc eſt plumbeæ pilæ:quas ueteres peregrino uocabulo manobarbulos
Iouiniani uocabant.a quo & milites ipſi:qui his utebantur:qui nos manobarbulos inſertos ſingu
lis ſcutis geſtātes manobarbuli ſunt uocati:hos poſtea Diuus Maximianus:quod ſe forti
ter ſtrenueq; in illyrio geſſiſſent Iouinianos: & Herculanos appellari uoluit: Legionē | Maximia/
Plumbago q; eorum cæteris legionibus prætulit A plūbo etiam plumbago dicitur:de qua diximus: | nus
Blumbatura quemadmodum græci απο του μολιβδου:quod plumbum eſt:uocāt molibdenam
Blumbarius & Blumbatura:quod modo ferruminatiōem ſignificat:modo quācunq; coniūcturam
Blumbeū ingeniū plumbo factam græce μολιβδωσισ appellatur:& plumbarius:qui opera facit ex plū
Statura bo:& μολιβδουργοσ.nominatur per Metaphoram quoque plumbeum ingenium
dicitur obtuſum:& quod penetrare cogitando non poteſt. Item a Sto ſtatura dicit̄:quæ | Suetonius
proprie corporis quantitatem ſignificat. Suetonius. Statura fuit eminenti: colore palli | Idem
do. Idem de Nerone Statura fuit prope iuſta; corpore maculoſo:& fœtido. Idem de | Idem

Otone. Fuiſſe enim & modicæ ſtaturæ: & male pedatus caluuſq; traditur. Item Stati/
linus:& Statanus dii præſides:quaſi nobis aſtantes horum nomina habebāt ſcripta pō/ Statilinus
tifices ſicuti Fabolini dei:cui ſacrificare ſolebant:cum primo fari incipiebant infantes. Statanus
Item a ſto Induſium dictum quaſi intuſtiu;:quaſi intus &: genus eſt ueſtis:de quo infe/ Fabolinus
rius dicemus.Item ſtatim aduerbium:quod proprie ſignificat perſeueranter & cōtinue: Induſium
Terentius quaſi inſiſtendo.Terentius.Bina talenta capiebā ſtatim.Plautus.Nec recedit loco: quin Statim
Plautus ſtatim remigret: Vnde pro mox uſurpatur:qđ ea:quæ mox fiunt:continenter fieri uideā
tur.Per me aut te aut illum aut aliquid aliud ſtare dicitur:cum nos aut aliquid aliud cau/ Per me ſtat
Plynius ſa ſumus ne quid fiat.Plynius.Omnia iam parata erant niſi per eum ſtetiſſet.Quintilia Per te ſtat
Quintilia. nus. Non per me ſtetit:ſed per illa A ſto compoſita fiunt Aſto:quod uerbum ſignificat Per illum ſtat
Virgilius ſto. Virgilius. Arrectiſq; auribus aſtant.Interdum ſum:quin de rebus loquimur:quæ ca/
dere non poſſunt:ut cum dicimus terra aſtare. Veteres aſtaſſent pro ſtatuerent ſcripſere.
Ab aſto Haſta dicta: ideoq; cū aſpiratiōe ſcribitur:ut a prima perſona imperatiui huius A ſto
uerbi differat:Hæc apud Veteres ſubiici ſolebat rebus:quas publice uenundabant: ideo Haſta
aſtare id ſignum dicebatur:erat & belli ſignum quemadmodum īferius dicemus.Ab hac Haſtatus
Gellius haſtati milites uocantur & haſtula diminutiuum.Anteſto excello:Gellius qui & uiribus
& magnitudine:& adoleſcentia:ſimulq; uirtute cæteris anteſtabat. Ab hoc fit antiſtes:
qui in aliqua re excellit.Vt ſi dicamus Seruius Sulpitius Ciuilis:ac Pontificii iuris anti/ Anteſto
Virgilius ſtes.Circūſto.Circūdo.Virgilius.Circūſtant Animæ dextra læuaq; frequētes a quo Cir
cūſtantiæ dictæ:quæ in vnaquaq; cōtrouerſia quæri ſolēt: & qſi quæſtionē circūſtant:de Antiſtes
Neuius qbus īferius dicemuſ.Cōtraſto aduerſor:Neuius.Cōtraſtat ſemp Nec me ſinit loqr.In Circumſto
terſto inter aliqd ſto.Intercedo:a quo.Interſtitiū ꝑ diſtātia & interuallo.Itē ꝑ īterſtātia Circumſtantia
Apuleius vñ.Interſticiū lunæ dr̄ īterluniū.Apulei9.Difficultas itieris:& globoſi ſyderis īterſtitiū: Contraſto
Higinius Higinius.Quod ab eo ſydere paruo interſtitio differt.Obſto:aduerſor:īpedio:vñ ob/ Interſto
Curtius ſtaculū impedimentū. Itē cōtra ſto.Curtius. Obſtāt oppido gemini colles.Hinc obſte/ Interſtitiuum
trix mulier: quæ parturiētiū curā habet quod cōtra parietē ſtet:Et obſtino uerbū:quod Interſtitiū lunæ
ſignificat obfirmo:unde obſtinatis animis hoc eſt obfirmatis:& obſtinatio hoc eſt firmi Interlunium
tas animorum:& obſtinate aduerbium firme.Obſtitum ueteres modo pro uiolatū:mo Obſto
Gellius do pro obliquum uſurparunt.Perſto:permaneo perſeuero.Gellius. Hoc modo ꝑdius: Obſtaculum
Virgilius pernoxq; perſtabat.Exto emineo ſuperſum. Virgilius.Stant circumfuſa pruinis Corpo Obſtetrix
ra magna boum:confertoq; agmine cerui Torpent mole noua:& ſūmis vix cornibus ex Obſtino
Cicero tant.Hinc extare libros:extare opera dicimus:quæ non perierunt. Cicero quæ(Vt ſci (Obſtinatus
extat oratio:Nam ut de homine:qui adhuc uiuit:dicimus ſupereſt:quaſi non eſt ſub ter Obſtinare
ra humatus:ita de rebus:extant quaſi extra ſtant:& nō ītra atq; in tenebris latēt.Ab hoc Exto
exta dicta ſunt:quæ ex uiſceribus ſacrificātur diis:& ex quibus haruſpices futura præno/ Extare libros
ſcunt dicta:quod ad hunc uſum præſecentur:quæ maxime extant:eminentq; propter qđ Extare opera
cor olim non ſolebat inter exta numerari:poſtea pinguitudo illa:quæ in ſummo corde
eſt:læta exta fecit Ab extis inſpiciendis extiſpices dicti ſunt haruſpices:& extiſpiciū haru Extiſpex
ſpicium.Proſto:modo ante ſto:modo proſtituo:de quo ſupra diximus: modo ſubdor Extipicium
Quintilia. ſcortandi gratia.Quintilianus.Iubet proſtare gladio cinctum. Præſto interdum facio Aruſpicium
Cicero.Emptorem indemnem præſtare oportet.Interdum beneficium do.Plynius.Plu Proſto
ra hic mihi præſtitit q̄ parentes: Nonnūq; exhibeo.Cicero.Tu talem te præſtare debes Præſto
ut dignus noſtra cōmendatione fuiſſe uideare. Aliquando Antecello. Saluſtius. Omnis Præſtat
homines:qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animātibus.Præſtat etiam pro melius:atq; vti Præneſte
lius eſt frequētiſſime uſurpatur. Virgilius.Præſtat Trinacrii metas luſtrare pachini: Hic
quidam Præneſte dictum uolunt oppidum:Italiæ urbi uicinum quod locus in quo con/
ditum eſt:mōtibus præſtet:Hoc oppidum a Cecubo Vulcani filio conditum fuit:ut ſen
ſiſſe uidetur Virgilius.Nec præneſtine fundator defuit urbis. Vulcano genitum pecora
inter agreſtia regem.Inuentumq; focis omnis quem credidit etas Cæculus: Alii hoc opi/
dum a Præneſte latini filio:& Vlixis nepote conditum malunt. Diciturque hoc præ/
neſte:& hæc preneſtis unde deducitur præneſtinus. Item iuriſconſulti atque oratores Præneſtinus
præſtare accipiūt pro polliceri:ne quid alicui fiat īcommodi:aut ſi fiat ſatiſfacere quod
uulgo dicitur cautionem dare:a quo Præs prædis dictus qui populoſe obligat:& inter/ Præs
terrogatus:an præs ſit amagiſtratu reſpondet præs hoc eſt qui promittit ſe ſi quid incom
Cicero modi fiat plene ſatiſfacturum.Cicero.Quin id quod ab homine non potuerit præſtari Præſto
euenerit.Præſto etiam aduerbium eſt:nec fere cum alio uerbo iungitur: q̄ cum ſum:&
Cicero apud poetas cum ad ſum.Proprie aūt præſto ſum idem quod præſens ſum.Cicero. Qui
bus quidem omiſſis tu etiam Brute præſto fuiſti. Per metaphoram tamen aliquando ca

pitur pro iuuo:faueo:defendo.Idem.Ius Ciuile didicit:multum uigilauit:laborauit præ
ſto multis fuit: Aliquando pro aduenio.Idem.Hirundines æſtiuo tempore præſto ſunt:
hyeme pulſæ recedunt.Idem.Stator tuis cum litteris mihi præſto fuit. Eandem plane ſi/
gnificationem habet Adſum:de quo paulo poſt dicemus. A præſto fit præſtans:hoc eſt
excellens. Virgilius.Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore.Nymphe.Idem.O præſtás
animi Iuuenis.A quo præſtantia hoc eſt excellentia:& præſtes Antiſtes. Sic enim antiq
Præſtites:ut nunc ſtatiſtes:Præſtanter quoq; pro excellenter inuenitur.& Præſtabilis hoc
eſt præſtans. Aliquando præſtabile dicitur:quod præſtari poteſt:& præſtolor uerbum
Præſtolari enim is dicitur qui ante ſtando ibi moram trahit:quo uult uenturum excipe/
re.Donatus uero Præſtolari inquit eſt præſto eſſe & parere hoc eſt obſequi. Terentius
Quem præſtolare hic Parmeno.Additq; noue dixiſſe:Terentium quem pro cui. Verũ
ſuperior opinio magis mihi placet: Reperiturque frequenter præſtolor cum accuſati/
uo iunctum.Plautus.Dum eum domi præſtolor:adoleſcens aduenit. Apuleius. Equidẽ
magno gaudio eum præſtolabar:cum hic rumor increbruit.Itẽm a ſto fit compoſitum i
ſto:quod eſt inſiſto urgeo.Plautus.poſcit inſtat:urget hominem nõ ſinit quieſcere:unde
inſtans momentum temporis dicimus quod imminet:& inſtanter ſedulo:& inſtantia ſe
dulitas:& inſtar:quod ſignificat ad ſimilitudinem ſtatus:aut conditionis aut ad æquipa
rationem. Virgilius.Inſtar montis equum diuina palladis arte Aedificant. A quo fit uer
bum inſtauro:quod proprie ẽ renouo:& quaſi inſtar alterius facio:unde Inſtauraticius
dies dictus:qui additus eſt Circenſibus ad propitiandum Iouem iratum:& Reſtauratio
redintegratio uel renouatio. Quidam ex recentioribus ut Solinus.Apuleius: Aurelius:
ad inſtar dixere.Solinus.Meſopotamiam opimat annuæ inũdatiõis exceſſibus ad iſtar
amnis ægyptii terris ſuperfuſus inuecta ſoli fæcunditate Primus autem Serenus.Lyricus
ad inſtar ſcripſiſſe memoratur.Item ab inſtito inſtitor ex eo:ut Vlpianus ĩquit quod ne
gotio gerendo inſtet. Inſtitor enim dicitur cuicunq; negociationi præpoſitus:unde nõ
multum facit tabernæ ſit præpoſitus:an cuilibet alii negocio qum interdum etiam ad ho
mines honeſtos afferant merces:& ibi uendant.Nec mutat cauſam actionis locus emen
di uendendi ue:quibus ueſtiarii:uel lintearii hoc eſt ueſtium linteorumq; uenditores:dãt
ueſtem circumferendam:ac diſtrahendam quos uulgo circuitores appellamus:etiam in/
ſtitores uocat.Item muliones.Item ſi tabernarius ſeruum ſuum peregre mitteret ad mer
ces comparandas ſibiq; mittendas loco inſtitoris eſſe putatur.Ouidius.Inſtitor ad do/
minam ueniet diſcinctus emacem.Iuuẽalis.Inſtitor hibernæ tegetis:niueiq; Cadurci.Ab
inſtitor inſtitoria actio dicitur:quia dñs inſtitorem cõuenit: uel ꝑ inſtitore conuenitur:
& enim ſi quis aliquem ædificio præpoſuerit:uel frumento cœmendo:uel pecuniis fæne
randis:uel agris colendis:uel mercaturis:redempturiſq; faciendis inſolidum teneri. La/
beo ſcribit.Item ſi quis in menſa ſeruum præpoſitum habuit nomine eius tenetur.Si Li
bitinarius Polinctorem habuerit:iſq; mortuum ſpoliauerit:dandam in eum iſtitoriam
actionem:quis & furti & iniuriarum actio competeret.Plautus.Ancillam quoque pro
domina negociantem inſtitricem uocat.Vergiliarum quoq; ſydus inſtitor ueſtis dicitur
qđ menſe nouembri:qum earum occaſus eſt:ex hoc ſydere coniecturam hyemis faciunt
nam ſi nubilus fuerit Vergiliarum occaſus:pluuioſam hyemem denuntiat:ideoq; nego/
ciatores ſtatim augẽt lacernarum pretia:quo genere ueſtium pluuio tempore utimur. Si
uero Sereno tempore occiderint aſperitas hyemis denuntiatur:idcirco reliquarum ueſti
um pretia accendunt.Sic inſtitor ueſtis uidetur hoc ſydus eſſe:quod ut plus minus ne uẽ/
datur ueſtis efficiat. Vergiliæ aũt uocantur: quod uere exoriãtur eſt enim circa æquino
ctium earum ortus matutinus. Eadem a græcis pliades uocantur a pluralitate πλειο
νεσ.enim græca lingua plures dicuntur.Plures autem ſimul apparere manifeſtũ eſt. Phe
recides.tradit ſeptem ſorores fuiſſe Lygurgi filias ex Naxo inſula:& quia liberum edu
cauerunt:a Ioue inter ſydera fuiſſe relatas. Harum nomina putantur. Electra. Alcinoe
Celeno:Merope:Aſterope:Taigete:Maia:quarum ſeptima:ut ait aratus:uix cerni po/
teſt propterea quidam exiſtimant eam timore Orionis fugiſſe:Alii ſolem hanc perſecu/
tum exiſtimãt uocatãq; Electrã:Sunt qui pudore occultaſſe ſe dixerint: ꝙ qum aliæ diis
nupſiſſẽt ſola Electra nupſerit mortali.Alii quod electra ñ tulerit ſpectare ruinas Troiæ:
manũq; añ oculos oppoſuerit.Ouidius.Pliades incipiũt humeros releuare pr̃nos.Quæ
ſeptẽ dici ſex tñ eſſe ſolent:Seu quod in amplexũ:ſex hinc uenere Deorũ Nam Steropẽ
Marti cõcubuiſſe ferunt. Neptuno Alcionẽ:& te Formoſa Celæno: Maia:& Electrã
Taigetemq; Ioui.Septima mortali Merope tibi Siſyphe nupſit:Penitet & facti ſola pu
dore latet:Siue qđ Electrę Troiæ ſpectarẽ ruinas Nõ tulit:añ oculos oppoſuitq; manũ

Adſum
Præſtans
Præſtantia
Præſtes
Antiſtes
Præſtanter
Præſtabilis
Præſtolor
Inſto
Inſtans
Inſtãter
Inſtãtia
Inſtar
Inſtauro
Inſtauraticius dies
Inſtauratio
Ad inſtar
Inſtitor
Veſtiarius
Lintearius
Circuitor
Inſtitoria actio
Libitinarius
Inſtitrix
Inſtitor ueſtis
Vergiliæ
Pliades
Electra
Alcinoe
Celono
Merope
Aſterope
Taigete
Maia

Idem
Idem
Idem
Virgilius
Idem
Donatus
Terẽtius
Terentius
Plautus
Apuleius
Plautus
Virgilius
Solinus
Apuleius
Aurelius
Serenus
Vlpianus
Ouidius
Iuuenalis
Labeo
Plautus
Pherecides
Ouidius

Alii has Atlantis filias eſſe dixere.ex Plione Nympha genitas:vnde ſint pliades appella Plione
tæ.Item a ſto fit Subſto hoc eſt ſubſiſto:A quo Subſtãtia quæ proprie eſt: quæ per ſe ſtat Subſto
nullis adminiculis fulta: uel quæ accidenti ſeu qualitate ſubſtat:atq; ſubſiſtit:& quaſi illi Subſtantia
ſubiaceat: ſed quia i lam contineat. Aliquando tamen ſubſtantia ponitur pro materia:
Plynius & quaſi eſſentia:& ſoliditate:ac neruis cuiuſq; rei.Plynius.Subſtantia omnis orationis
Cicero fuit cohortatio eius ad pacem.Cicero. In his autem cauſis: vbi aliquid recte factum de/
Quintilia. fenditur:qum eſt facti ſubſtantia ratio.Quintilianus. Prima apud rhetorẽ elementa:&
Idem quæ de ipſa rhetorice ſubſtantia quæruntur tractabimus.Idem. Illa autem de qua loqui
mur rhetorice talis eſt:qualis æloquentia:Nam ipſam volumus ſignificare ſubſtantiam
Grammatici quoque hanc duplicem ſignificationem diſtinguere videntur: qum aiunt
nominum quædam eſſe ſubſtantiua:quædam adiectiua.Rurſus nomen ipſum diffiniũt Subſtantiuum
quod ſignificat ſubſtantiam:uel qualitatem propriam:uel communem cum caſu. Atqui Adiectiuum
hoc nomen qualitas:& infinita huiuſmodi non ſignificant ſubſtantiam: & tamen ſub/
ſtantiua ſunt.Ab hac fit Subſtantiale nomen:& Subſtantialiter aduerbium. Subſtantia Subſtantiale
Quintilia. etiam pro facultatibus ponitur.Quintilianus.Vt plus ſubſtantiæ filio reliquerem.& in Subſtantialiter
ſacris litteris de filio legimus:Qui conſumpſit omnem ſubſtantiam.Græci hanc modo
ὑπόςασιν:modo οὐσίαν vocant: Vtrũq; enim latini interp̃tant̃ ſubſtantiã q̃uis ſint Hypoſtaſis
qui ὑπόςασιν ſubſtantiam: οὐσίαν eſſentiã vocent:Hæc vocabula raro in vſu apud
Cicero veteres fuerunt: nunc paſſim omnes vſurpant: quod in pleriſq; aliis contingit. Cicero. Beatitas
Beatitas:& Beatitudo dura eſſe iudicauit: tamen ea putauit vſu fieri poſſe molliora: & Beatitudo
Beatitas magis latinum eſſe ſenſit:q̃ Beatitudo:tamen beatitas repudiata eſt:Beatitudo Reatus
Meſſalla recepta in vſum.Reatum primus Meſſalla dixit: munerarium. Auguſtus: piraticam: ut Munerarius
Auguſtus muſicam & fabricam Quintiliani tempore vix quiſq; vſurpare audebat fauorem & vr Piratica
Quintilia. banum Cicero noua eſſe teſtatur. In epiſtola quippe ad Brutum. Eum inquit amorem: Muſica
Cicero & eum ut hoc verbo vtar fauorem in conſilium aduocabo. Et ad Appium pulchrum: Fabrica
Idem Te hominem non ſolum ſapientem: verum etiam ut nunc loquimur Vrbanum.Idẽ pu/ Fauor
tant a Terẽtio primum dictum obſequium.Ceruicem ſi Varroni credimus primus hor Vrbanus
Seruius tenſius dixit: Veteres pluraliter tm̃ proferebant:ex quo apparet falſum eſſe : quod Ser/ Obſequium
uius ſcripſit: qum Ceruix numero ſingulari dicitur:collum ſignificat. ſi plurali vero ſu/ Ceruix
perbiam oſtendimus.Sic etiam multa quæ olim in vſu erant nunc repudiantur: ut expe
ctorat:quod ita olim in vſu erat:ut nunc examinat:ſignificabatque expectorare extra pe Expectorat
Actius ctus eiicere:quo tamen ego vtendum cenſeo:quando quidem vſus eſt Cicero. Actius. In
cuſant vltro fortuna:opibuſque omnibus deſertum:abiectum:afflictum: & animo ex/
Plautus pectorant. Item Antigerio:quo veteres pro valde vtebantur: & morſicatim. Plautus. Antigerio
Qui ſuis libellis morſicatim ludunt.Propter quod præcipiunt quidam ita verbis vten/ Morſicatim
dum eſſe:ut nummis:publicaque moneta.Quod ſenſiſſe Cæſar videtur:qui ſcripſit: tan
Horatius quam ſcopulum vitandum eſſe in auditum atque inſolens verbum.& Horatius cum in/
quit.Vt ſiluæ foliis pronos mutantur in annos:Prima cadunt: Sic verborum vetus inte
rit ætas:Et iuuenum ritu florent modo nata:vigentque: Multa renaſcentur quæ iam ce/
cidere:cadentque. Quæ nunc ſunt in honore vocabula:ſi volet vſus: Quem penes arbi
trium eſt & vis:& norma loquendi.Equidem ita iudico nouorum optima eſſe:quæ ma
xime vetera ſunt:& veterum quæ maxime noua. Audendumque tamen aliquid cenſeo
eruditis:& vocabula ſi non noua ponenda deriuanda ſaltem:flectenda:iungẽda:ne ſer/ Superſto
monis paupertate laboremus: ſed latina lingua indies locupletior fiat. Item a Sto Su/
Gellius perſto quod modo ſignificat ſupra aliquid ſto. Gellius. Qum ſedenti Aquila ſuperſta/ Superſtes
Quintilia. ret:modo ſuperſum: Vnde Superſtites dicuntur qui mortuis ſuperſunt. Quintilianus.
Idem Vnicus patri meo ſuperſtes.Idem. Defuncta vxore liberis tamen ſuperſtitibus oblecta/
Terentius bar.Hinc ſuperſtites per metaphoram antiqui dixerunt ſanos:atque incolumes. Teren/ Superſtito
Ennius tius.Deos quæſo ut ſit ſuperſtes. Ab hoc fit Superſtito verbum:quo veteres vſi fuere pro
ſaluo:& incolumem reddo.Ennius. Regnumque noſtrum ut ſoſpitent ſuperſtitentque Superſtitio
Superſtitionem:quoq; a Superſto deduci quidam opinantur: quod ſuperſtitioſi ſit ſu/
perſtare:atque immorari ſacrificiis.hoc enim differt religio a ſuperſtitione: quod reli/ Religio
Cicero gio nihil aliud eſt q̃ dei cultus.hic vero ſi nimius ſit:ut timeantur potius dii q̃ colantur:
nõ religio:ſed ſuperſtitio ẽ.Nos vero a ſupſtite potius ſupſtitionẽ dici Cicerone autore
didicimus.Nõ ſolũ philoſophi inq̃t verũ etiã maiores nr̃i ſupſtitionẽ a religiõe ſepaue/
rũt.Nã q totos dies p̃cabãtur inq̃t & imolabãt ut ſibi ſui liberi ſupſtites eẽnt: ſupſtitioſi
ſũt appellati: vel ſupſtitio dr̃ ut Lucretius refert qđ ſit ſupſtãtiũ rerũ.i.cæleſtiũ:& diuina
Lucretius rũ:quæ ſuper nos ſtant inanis & ſuperfluus timor. Aliqñ etiam ſuperſtes p̃ p̃nti accipit̃.

Plautus. Superſtitem vtrumque monui ne iniuſſi abeant. Item Diſto quod eſt differo: Plautus
Iuuenalis. Diſtat enim quæ ſydera te excipiant modo primos incipientem Aedere vagi Iuuenalis
tus. Aliquando abſum. Plynius: Quod circiter quinq; milia paſſuū diſtat ab vrbe. Hinc Plynius
Diſtātia fit Diſtantia: quod modo differentiam: modo interuallum ſignificat. Reſto quod aliqñ Terētius
Reſto eſt ſuperſum. Terentius. Reſtat Chremes qui mihi exorandus eſt. Cicero. Nec cum æqua Cicero
libus ſolum: qui pauci admodum reſtant: ſed cum veſtra etiam ætate. Virgilius. Aut qd Virgilius
iam miſero mihi deniq; reſtat. Aliquando: reſiſto. Cicero. Nullam quærentes voluptatē Cicero
ſtoici reſtant: Quidam illud Virgilii. Cui me moribundam deſeris hoſpes: Hoc ſolū no Virgilius
men quoniam de coniuge reſtat: ita exponunt ut de duobus nominibus mariti. ſ. & ho/
ſpitis vnum tantum hoſpitis hoc eſt de coniuge reſiſtit: hoc eſt repugnat: & contrarium
eſt: qum fidem non ſerues: quam hoſpes hoſpiti debet. Cicero. Per dextram iſtam quam Cicero
hoſpes hoſpiti porrexiſti. Ennius. Reſtat vſus fuit pro diſtat: & remotum eſt. Sunt qui a Ennius
Reſtes Reſto Reſtes dictas exiſtiment: quod auræ ventiſq; reſiſtant uel quod quæcūq; ligata ſta
re faciant. Reſtes enim funes ſunt. vnde nauticæ reſtes dicuntur funes nauium. Apuleius. Apuleius
Reſtim qua grabatulus erat intextus aggredior expedire. Idem. Vt ponderis deductu re Idem
Conſto ſtis ad ingluuiem aſtricta ſpiritus officia diſcluderet. Conſto quod interdum ſignificat
compactus: ſiue compoſitus ſum. Cicero. Vt hæc elementa ex quibus omnia cōſtant. In Cicero
terdum ſimul ſto. Saluſtius. Multitudinem procul hoſtium conſtare viderunt. Aliquan/ Saluſtius
do ſto: valeo. Cicero. Quod mihi conſtat carius: q̄ ſi in foro emiſſem. Nonnunquā eti/ Cicero
am conſtare accipitur pro conuenire. Idem. Adhuc quæ dicta ſunt arbitror mihi conſta Idem
re cum cæteris artium ſcriptoribus: & pro manifeſtum eſſe. Idem. Hoc mihi atq; aduer/ Idem
ſariis conſtat. Plerunq; etiam pro ſuppeditare. Iuuenalis. Quis ferat vxorem: cui con/ Iuuenal'
ſtent omnia? Item pro conſiſtere: & firmum eſſe: ut conſtat pedibus: conſtat animo: con
Conſtans ſtat mente: Ab hoc fit Conſtans hoc eſt firmus: ac tenax propoſiti: A quo Conſtātia ani/
Conſtātia mi firmitudo: Horum contraria ſunt: Inconſtans hoc eſt leuis: atq; inſtabilis. & Incōſtā
Incōſtans tia inſtabilitas leuitas. Itē ab eodē cōſtant atq; incōſtant aduerbia: & ꝓpria noīa cōſtās.
Conſtanter Cōſtātius cōſtātinus & muliebre vnū Cōſtātia a Cōſtātino Cōſtātinopol' dicta q̄ olim
Incōſtanter Byzātiū vocabat' antea Lygos noīata int' pōti ac ꝓpōtidis anguſtias liberæ cōditiōis.
Conſtans Chalcedoniæ quondā oppoſito littore ædificata. Sūt etiā qui Poſtulo a porro & ſto de
Conſtātius ductum exiſtiment: quaſi valde ſto: quod poſtulare ſit rem debitam ac iuſtam petēdo in/
Cōſtantinus ſtare. Curtius. Poſtulabat autem magis q̄ petebat. Hinc fit Expoſtulo quod eſt qum q̄re Curtius
Conſtātia ſa apud amicos inſto: & quaſi officium amicitiæ in alio deſiderio. Terentius. Qua; ipſi Terētius
Cōſtātinopolis fecerunt vltro iniuriam expoſtulant: hoc eſt de iniuria conqueruntur. ſed frequenter poſt
Bizātium ſe habet ablatiuum cum præpoſitione cum: Vt Quid habes quod mecum expoſtules: id
Lygos eſt conqueraris. Hinc Expoſtulatio pro querela accipitur. Quidam peto poſtulo & po
Poſtulo ſco ita diſtingūt: ut petere precario ſit: poſcere imperio: poſtulare iure. Ponitur tamē ali
Expoſtulo quando poſtulare pro velle. Plautus. Hos tibi mores eſſe: hanc vitam poſtularem. Item Plautus
Expoſtulatio Poſtulare ut Vlpianus inquit eſt deſiderium ſuum: uel amici ſui in iure apud eum: qui iu Vlpianus
Peto riſdictioni præeſt exponere: uel alterius iudicii contra dicere. Poſtulatio & Expoſtula/
Poſco differunt. nam Expoſtulatio apud eum fit: qui fecit iniuriam. Poſtulatio eſt querela de
Poſtulo altero apud alterum. Item poſtilena a poſt & ſtando dicitur: quod ſtet a parte poſterio/
Poſtulatio ri. Eſt enim Poſtilena in curuum lignum: quod ſub aſini aut iumenti cauda ponit'. Plau Plautus
Expoſtulatio tus. Ita te a gerunda curuum aqua faciam: ut poſtilena poſſit ex te fieri. Deſtino quoq; a
Poſtilena de & ſto compoſitum videtur: quod eſt delibero: aſſigno: deputo: addico quaſi ſtare fa/
Deſtino cio. Virgilius. Compoſitam rumpit vocem: & me deſtinat aræ. Iuuenalis. Laudo tamen Virgilius
Deſtinatio vacuis qd' ſedem figere cumis. Deſtinet. Hinc Deſtinatio fit hoc eſt deliberatio: additio: Iuuenal'.
Predeſtinatio deputatio. Vnde predeſtinationem theologi noſtri vocant prouidentiam dei in malam
Prouidentia partem: cum in bonam partem prouidentiæ vocabulo ſemper vtantur. Deſtinare etiam
Deſtino aliquando pro emere vſurpatur. Lucillius. Facio ab Lenone tribus ut libertatem mili/ Lucillus
Perſtino bus deſtinet. Idem ſignificat & ab eodem deducitur Perſtino. Apuleius. Et percunctato Apuleius
Poſticum precio quod centum nummis indicaret aſpernatus: viginti denariis perſtinaui. Poſticū
quoque a poſt ſtando vocatum exiſtimant: hoſtium eſt in poſteriori parte ædium. Vete/
res tamen etiam vicinum habitantem ad poſteriorem partem ædium ſic appellarunt.
Poſtica Item hoſtium ipſum poſtica feminino genere dicitur: A quo fit diminutiuum Poſticula
Poſticula Apuleius. Per quandam breuē poſticulam introuocat me. Poſtica etiam pars cæli ē: de Idem
Poſtica qua ſupra diximus. Itē poſtica linea ī agris diuidendis: quæ ab Oriēte ad Occidētē ſpe/
ctat. Omnia deniq;: quæ poſt nos ſunt: poſtica dicūtur ſicut quæ añ nos ſūt appellantur
antica. Item poſtes qd' poſt hoſtia ſtent dictos arbitrātur. ſunt autem valuæ hoſtiorum.

Virgilius Virgilius. Belli ferratos rupit ſaturnia poſtes. Item a ſtando & ſole fit aliud compoſitũ Solſtitium
Solſtitium: quaſi ſolis ſtatio: de quo inferius dicemus: & a iure & ſtando Iuſtitium quaſi
iuris ſtatio: quando uel propter ſupplicationem populi: uel propter imminentem aliquã
Liuius reipub. neceſſitatem ius non dicitur: ſed clauditur forum. Liuius. Iuſtitium edicit: claudi Iuſtitium
tabernas tota vrbe iubet: vetat quemq̃ priuatæ quicq̃ rei agere. IN. Hæc præpoſitio in IN
aliquando ſignificat in loco: & ponitur pro ἐπὶ græcia præpoſitione: tuncque requirit
Cicero ablatiuum. Cicero. Qum proconſul in Aſia eſſet. Aliquãdo ſignificat ad locũ: & ponit̃
Virgilius pro εἰσ. requiritq̃ accuſatiuum. Virgilius. Quo te mœri pedes: an quo via ducit? in Vr
Idem bem? Nonnunq̃ ſignificat contra: quod græci dicunt κατα. Idem. Quid meus Aeneas
Idem in te committere tantum: quid Troes potuere? Modo erga ſiue pro. Idem. Accepit in teu
Idẽ cros animum: mentemque benignam. Interdum ad. Idem. Impulit in latus: Lucanus. In
Lucanus puppim redіere rates. Quandoq̃ intra. Plautus. Induc iſta i domũ; plerũque vſque ad.
Plautus Martialis. In lucem ſemper acerra bibit: hoc eſt vſq; ad lucem. Illud notandum ꝙ in re
Martialis tua eſt ſignificat pro vtilitate tua: ſicut ab re tua contra vtilitatem tuam. Item in marmo-
re inciſæ ſunt litteræ dicimus: in gemma: in lapide: in ligno: non autẽ in marmor: in gẽ-
mam: in lapidem: in lignum. Econtrario in æs non in ære. Ita enim vſos fere autores in-
Liuius uenimus. Liuius. Priuſq̃ vrbem ingrederentur leges decemuirales quibus duodecim ta-
bulis eſt nomen: in æs inciſas in publico propoſuerunt. Item in compoſitione: in aliquã
do priuatiua eſt: ut indoctus: impurus: iniuſtus: impius. Modo intentiua: ut imprimo: ir
rumpo: impugno: irrideo. Aliquando ſimplicis ſui ſignificationem ſeruat: & ſignificat
in loco: ut inſum: impono. Aliquando ad locum: ut infero: importo. Aliquando intra
uel intro: ut induco: ingredior: Aliquando contra: ut inſulto: impugno. Ab in deducitur
inde: hæc omnia mala fluxerunt: A quo Deinde id eſt poſtea: & Perinde quod aliquan-
do ſignificat ita: quando ſcilicet poſt ſe habet ac: uel acſi: uel atq;: uel atqueſi: ut fac perin- Ac
Suetonius de ac ſi tua res eſſet: id eſt quaſi uel ita: ut aliquando tãtum: qum negatio adeſt. Suetonius. Acſi
Nulla tamen re perinde motus: quam reſponſo mathematici. Quod ſi nec ac ſi uel atq;ſi Atq;
Idem uel negatio ſequatur ſignificat ita: quod eſt multum. Idem. Quare aduentus eius nõ per- Atqueſi
inde gratus fuit & proinde quod ſignificat ideo uel quapropter. Semper enim depẽdet Proinde
a ſuperiore ſententia: & ſubinde quod aliquando pro deinde: uel ſtatim poſt vſurpatur. Subinde
Curtius Curtius. Hinc ſubinde armatus in medium proſiliit. Horatius. Si recte dicet: primum
Horatius gaudere ſubinde Præceptum auriculis hoc inſtillare memento. Frequentiſſime tamẽ ſub
Plynius inde accipitur pro identidem: hoc eſt crebro: qum quodam interuallo. Plynius. Tales tũ
etiam viatores erant: quibus idipſum nomen inditum eſt. ſubinde ex agris. Senatum du-
ceſq; accerſentibus. At nunc eadẽ illa vincti pedes: damnatæ manus: inſcripti vultus ex-
ercent. Item ab in fit Dein pro Deinde: ſicut Proinde & Subin pro proinde & ſubinde. Dein
a quo Deinceps quod aliquando capitur pro deinde: Proprie tamẽ ſignificat gradatim: Proin
quaſi per ſingula capita. Vnde veteres Deincipem proximum quemque capitum dice- Subin
Cicero bant quemadmodum principem primum capitum. Cicero. Sed tamen tres fratres ſum- Deinceps
mo loco natos: promptos non indiſertos: quos video deinceps tribunos plebis per tri- Deincipem
Idem ennium fore: te nolo habere iratos. Idem. Rhodium quendam morientem ſex æquales
nominaſſe & dixiſſe: qui primus eorum: qui ſecundus: qui deinde: qui deinceps moritu-
rus eſſet. Exinde quoque: & Exin ab eodem deducuntur & ſignificant deinde. Sunt ta- Exinde
men qui inde non ab in: ſed ab is pronomine deductum exiſtimant. Item ab in fit aduer Exin
Plautus bium intus: quod in loco ſignificat. Plautus. Quis intus eſt? A quo induſium veſtis ge- Intus
Terẽtius nus: quaſi intuſium: de quo inferius diſſeremus: & intro quod ad locum. Terẽtius. Vos Intuſium
Gellius iſtec intro auferte: & inter quod ſignificat μεταξύ. Gellius. Inter os & offam multa i- Intro
Virgilius teruenire poſſunt. aliquando tamen pro propter accipitur. Virgilius. Hunc inter fluuio Inter
Tyberinus amœno. Ab hoc fiunt inter hæc: & interea: & interim aduerbia eiuſdem ſi- Inter hæc
Quintilia. gnificationis. Interim tamen nonnunq̃ accipitur pro aliquando. Quintilianus. Prima Interea
barbariſmi ac Solœciſmi fœditas abſit: ſed quia interim excuſantur hæc vitia: aut con- Internuntius
ſuetudine: aut autoritate: aut vetuſtate: aut deniq; vicinitate virtutum acriter ſe in illud te Intercapedo
Idem nue diſcrimẽ grãmaticus intẽdat. Idẽ. Et q̃d al's vitioſum ẽ: interi rectũ ẽ. Infinita ꝑterea Interuallum
ab in ẽ cõpoſita fiũt: ut internũtius: ĩtercapedo: ĩtuallũ: ĩtpres & ſiſia. Itẽ ab in deriuat̃ Interpres
Lucanus intra. Lucanus. Intra caſtroꝝ timuit tentoria ductor. Intra diem mortis ut aliqd fiat: ſi Inter
Vlpianus qs dixerit: ipſe quoq; dies: ut inqt Vlpianus. In quo qs mortuus fuerit nũerat̃: ĩtra: citra: Intra diẽ mortis
vltra qbus vocibus certi locoꝝ fines demõſtrant̃ ſingularibus ſyllabis apud veteres ꝑſc In
rebant̃ In Cis Vls: quibus ꝑticul̃ qm̃ exiguo ſonitu obſcurius ꝓmebant̃ addita eſt eadẽ Cis
ſyllaba tra diciq; cœptũ ẽ intra: citra: vltra. Itaq; ĩtra idẽ ſignificat q̃d in: ut ĩtra oppidũ: Vls

Intrinſecus
Extrinſecus
Interi
Exteri
Interior
Intimus
Interius
Intime
Exterior
Extimus
Exterius
Extime
Internus
Interraneus
Interne
Externus
Exterraneus
Externe
Cōterraneus
Introrſum
Extrorſum
Intraneus
Extraneus
Intro
Extro
Intrarius
Extrarius
Extremus
Inteſtinus
Inteſtinum
Inteſtina
Induſtrium
Induſtria
Induſium
Induſiatus
Infra
Inferus
Inferior
Infimus
Inferius
Infime
Inferi
Infernus
Inferne
Infernum
Infernalis
Inferie
Inferum mare
Superum mare
Inſula
VRBS
Oppidum
Oppidanus
Oppidatim
Oppido
Oppido

intra cubiculum:intra tentorium ſignificat in oppido:in cubiculo:in tentorio:intra ka/
lendas:intra ferias:hoc eſt in kalendis in feriis.Sed conſuetudo obtinuit:ut intra ſigni/ Cicero
ficet interdum id quod citra & ante. Cicero. Sed tamen quoniam effugi eius occaſio/
nem:qui fortaſſe arbitraretur me hanc rempub.non putare:ſi perpetuo tacerem:modi/
ce hoc faciam. aut etiam intra modum: ut & illius voluntati: & meis ſtudiis ſeruiam.
Modice inquit hoc ē cum modo:intra modum.i.citra modum hoc eſt minus ꝙ̃ modi/
ce.Ab Intra deriuatur Intrinſecus aduerbium: ſicut ab Extra Extrinſecus. Item ab In/
tra antiqui Interos dicebant: ſicut nunc ab Extra dicimus Exteros. Ab illo fit Interior
comparatiuum:& Intimus ſuperlatiuum:& Interius atq; Intime aduerbia. Ab hoc Ex
terior Extimus: Exterius Extime. Itē ab Intra Internus:& Interraneus:& Interne.Ab
Extra Externus & Extraneus: & Externe.Illa ſignificant:quæ intus ſunt:& ſecreta:hæc
quæ foris & palam ſunt.Item Externi: & Exterranei dicuntur aduenæ: quaſi ex aliena
terra:ſicut Conterranei:qui ſunt ex eadem terra.Plynius. Vt obiicere moliar Catullū; Plynius
cōterraneum meum.Item ab Intra Introrſum:ab Extra Extrorſum: quæ ſignificant in
tra verſus:uel extra verſus. Item ab Intra Intraneus: ab Extra Extraneus. Poſtremo ab
Intra Intro intras:ad Extra Extro extras. Afranius. Simul limen intrabo:illi extrabūt
illico:hoc eſt exibunt.Ab iis Intranii dicūtur qui intimi ſunt.Plautus.Caros mihi atq; Plautus
intrarios amicos:Extrarii alieni.Afranius.Vt me eſſe in hac re ducat abſte extrarium. Afranius
Pompeius Extrarium ab Extraneo ita diſtinguit:ut extrarius ſit qui extra focum:ſacra Pōponius
mentum:iuſq; eſt:extraneus ex altera terra:quaſi exterraneus.Exterraneus tamen etiam
is vocatur:qui ante tempus natus:uel potius eiectus eſt:dictus exterraneus:quod eū ma
ter exterrita eiecerit.Ab Extra quoq; Extremus deriuatur. Significat autem extremum
modo initium alicuius rei. Plautus. Ab extremo narrare incipiam: hoc eſt a principio. Plautus
Sic Virgilius.Et tu ſanguinis vltimus autor:id eſt primus:modo finem.Idem. Extremū Virgilius
hunc Arethuſa mihi concede laborem.Idem. Triſtis ad extremi ſacrum caput aſtitit am Idem
nis.Ponitur etiam aliquando pro ſæuo peſſimo.Idem.Illam terra parens ira irritata de Idem
orum: Extremā ut perhibent Coeo Enceladoq; ſororem progenuit. Extremam inqt
hoc eſt peſſimam:quod non ſine ratione eſſe videtur.quando quidem medici affirmant
deteriores eſſe:qui vltimi naſcuntur. Ab intra quoque Inteſtinus dicimus: quod ſignifi/
cat intimum:a quo inteſtina Ilia dicuntur:quod interiori corporis parte claudantur.Itē
Inteſtinum odium: uel occultum: uel magnum: hoc eſt cor & animum premens. Item
Induſtrium: quod veteres induſtruū dicebant: quod quicquid ageret intro ſtrueret &
ſtuderet domi.Eſt enim induſtrius:ſtudioſus:vigilans:callidus: A quo Induſtria:ſtudiū:
vigilantia:calliditas.Item Induſium veſtis genus:de quo inferius dicemus: A quo Indu/
ſiatus dicitur:qui huiuſmodi veſtem indutus eſt. Præterea ab in fit Infra: a quo Inferus
cuius comparatiuum Inferior:& ſuperlatiuum Infimus.Terentius.Ego te eſſe infra om Terentius
nes infimos puto.Item aduerbia Inferius: & Infime: Hinc Inferi dicti quibus nihil eſt
inferius.Et Infernus adiectiuum:qui infra eſt: ſicut Supernus qui ſupra: A quo Inferne
aduerbium:& Infernas infernatis:ſicut Supernas ſupernatis. Plynius. Et ideo Romæ Plautus
infernas abies ſupernati prefertur. Et Infernus infernorum locus: A quo Infernalis: &
Infernales furiæ: & Inferiæ ſacra mortuorum:quæ inferis ſoluuntur: & Inferum mare
tyrrhenum:ſicut Superum Adriaticum: quod ex vrbe Roma verſus Adriaticum euntes
fere ſemper aſcendunt: quouſque tranſierint Apenninum:& contra ad vrbem: & mare
Thuſcum venientes deſcendunt.Sunt qui inſulam quoque ab infra dictam putant pro/
pter vittas quæ ex ea inferius pendent.Eſt autem inſula in modum diadematis a qua vit
tæ ab vtraque parte dependent. VRBE.Roma ſcilicet Vrbem quum dicimus: per Anto
nomaſiam intelligimus Romam: nam proprie hæc vrbs dicta eſt. cætera hac vna exce/
pta:Oppida ſunt vocitata:uel ab ope:quod opis cauſa mœnibus cingantur:uel ab ope/
re:quod opus ſunt ad vitam gerendam:uel ab opponendo ſe hoſtibus:uel ab opibus.hu
ius enim rei gratia mœnia conſtituta ſunt:ut homines opes ſuas eo conferrent: vbi nul/
lum eſſet hoſtium periculum. Ab Oppido Oppidani dicti ſunt incolæ oppidorum: &
Oppidatim aduerbium:quod ſignificat per varia oppida. Item aliud aduerbium Oppi
do:quod ſignificat valde multum. Plautus. Oppido interii obſecro hercle: quantus: ꝙ̃ Plautus
validus eſt: ex eo originem habet hoc uerbum ruſtici inter ſe confabulantes: quantum
quiſque frumenti faceret :quotiens copiam atque habundantiā eius ſignificare volebāt:
dicere ſoliti erāt ꝙ̃tū oppido ſatis eſſet. Hic venit i cōſuetudinē:ut de q̄cūq; re loquētes:
Oppido ꝓ valde multū capimus.Aliqñ cū quā iūgit:ſicut ꝓpoſitio p.Gellius.Oppido Gellius
q̄ libēs id feci.Cæſar.Quibus rebꝰ oppido q̄ pauci ſub pellibus acqeſcebāt oppidū locꝰ Cæſar

quoque in circo erat: vnde quadrigæ emittebantur. Vrbs autem ab vruo dicta eſt: quod an
tiqui etruſco ritu iunctis bobus tauro: & vacca interiore aratro circumagebant ſulcum:
intra quem vrbem ædificarent. hoc faciebant religionis gratia die auſpicato: ut vrbs foſſa Foſſa
muroq; munita eſſet: & locum vnde terram fodiſſent foſſam vocabant & introrſum factũ
murum. Alii ab orbe: & vruo appellatam vrbem opinantur: quod ſulcus in orbē ducere/
tur Vruum aratri curuatura dicitur: a quo Vrinare tractum: ſiue Vrinari: quod non eſt vri Vruum
nam facere: ut falſo ignarum vulgus exiſtimat: ſed in aquam mergi: & natando emergere: Vrino
nam & Vruum ita flexum deorſum eſt: ut redeat ſurſum. Vrinare ergo dictum quaſi ad ſi/ Vrinor
Plynius militudinem vrui nare: hoc eſt natare. Plynius. Canicularum multitudo circa eas vrinantes
graui periculo infeſtat. Hinc Vrinatores appellati teſte Caliſtrato: qui merces e mari extra Vrinatores
hũt leuandi nauigii gratia iactatas: & Vrna dicta: quod in aqua haurienda vrinat: queād/ Vrna
modum Vrinator facit: hoc eſt mergitur: atq; emergitur. Vas quippe aquarium eſt cuius di Vrnula
minutiuum Vrnula: a quo Vrnarium vocatur menſa quadrata: in qua vrnæ cum aqua po/ Vrnarium
Paulus nuntur. & Vrceus vas ut Paulus iuriſconſultus affirmat: vas quo aqua in vrnam infundi/ Vrceus
tur: cuius diminutiuum eſt Vrceolus. Vrina vero quid ſit: & vnde dicatur inferius dicemus
Virgilius Vrbs a ciuitate ita diſtinguitur: quod vrbs mœnia ipſa ſignificat. Virgilius. Vrbs antiqua Vrbs
Apuleius fuit: Tyrii tenuere Coloni Cartago. Ciuitas: Colonos qui ciues dicuntur. Apuleius. Quod Ciuitas
Cicero omnis ciuitas approbauit: Item ius ciuium. Cicero. Qui ciuitate donatus eſt. Aliquando ta Ciuis
Seneca men hæc confunduntur: & modo contentum pro continente ponitur. Seneca. Quum pic/
raſque ciuitates viderimus terræmotu funditus collapſas: modo continens pro contento.
Virgilius Virgilius. Inuadunt vrbem ſomno: vinoq; ſepultam. Ciuitas a Ciuibus appellata eſt: qua/
ſi ciuium multitudo. Ciues autem dicti a coeundo: ꝙ vinculo quodam ſocietatis in vnum
coeant cœtum: & ſub legibus viuant. Ab hoc fit Ciuile: quod ad ciues pertinet: Vnde Ciui/ Ciuile
le odium: Ciuiles diſcordias: & ius ciuile dicimus: & aduerbium Ciuiliter: & Ciuilitas no/ Ciuiliter
men quaſi ciuilis mos: & Ciuicus ad ciues ſpectans: a quo Ciuica corona: quam ciuis ciui Ciuilitas
a quo ſeruatus fuiſſet in prælio teſtem vitæ: ſalutis q; perceptæ dare ſolebat ex fronde quer/ Ciuicus
nea: quoniam cibus victuſq; antiquiſſimus e quercu capi conſueuerat. Item a Ciue Conci/ Ciuica corona
uis dictus eſt: qui ex eadem qua ego ciuitate eſt. Sicut Conterraneus: qui ex eadem qua ego Conciuis
terra uel territorio eſt. Terra enim maior eſt ꝙ̃ vrbs: oppidumque cuius habitatores vocan/ Conterraneus
tur Ciues. Poniturque pro territorio: & pro regione ſiue prouincia: ut ſupra diximus. Ab
Vrbe Suburbia dicuntur duntaxat plurali numero frequentes extra vrbem domus inſtar Suburbium
Vici Vrbani. Vicus proprie pars vrbis eſt: quippe Vrbs in Vicos: quaſi in minora membra Vicus
diuiditur: ut ſunt Suburra carinæ. Eſquiliæ: Nam regiones in Vrbe Roma circa viginti fue Regio
runt quarum hodie tredecim duntaxat ſeruant nomina dictæ regiones a ſimilitudine earũ
regionum: in quas orbis diuiditur: de quibus ſupra diximus. Vicus apellatus: ꝙ vias circũ
haberet vici & olim: & nunc ſupra mille. Extra Vrbem ergo frequentes domus inſtar vici
Liuius vrbani ſuburbia appellantur. Item vici Liuius Incendiis. deinde non villarum modo: ſed
etiam vicorum quibus frequenter habitabant Sabini exciti. A Suburbio fit Suburbanum: Suburbanũ
quod ſignificat prædium in ſuburbiis: & ſuburbanum meum: & ſuburbana mea: ſi plura
ſunt. Talia ſunt qum dicimus in cumano meo: in Thuſculano prædio tuo: ī Pōpeiano agro
Varronis. Dicitur etiam Vicus paganus: ſi plures ſimul villæ: quæ & pagi dicuntur: hoc eſt Vicus paganus
plures ruſticanæ domus coniũctæ ſint & aliquo ſpacio remotæ ab vrbe: dũmodo non ſint Pagus
clauſæ mœnibus. Nam ſi mœnibus clauſæ fuerint Caſtella vocantur a Caſtro: quod ſigni/ Caſtellum
ficat locum muris munitum: & Caſtello maius eſt minus oppido: quãuis Caſtellum aquæ Caſtrum
conceptaculum dicitur: quod locis oportunis fit: ut ſi aquæ exhauſtæ ſolis ardoribus fuerit
Frontinus aut venas ſitiens terra conſumpſerit nihilominus de receptaculis: hoc eſt Caſtellis aqua mi
niſtretur. Frontinus. Omne plumbum: & omnes impenſæ ad aquæ ductus: & Caſtella: &
lacus pertinentes inde erogantur. Caſtrum a caſa deducitur: quod ſit coniunctio quædam
caſarum: Nam in plurali Caſtra locus eſt vbi milites tentoria figunt: a Caſtri ſimilitudine: Caſtra
quod foſſa valloq; quaſi muro circundari ſolent: a quo Caſtrenſe dicitur quicquid ad ca/ Caſtrenſe
ſtra pertinet: vnde Caſtrenſis labor: Caſtrenſes curiæ: Caſtrenſes vigiliæ: Caſtrenſe priuile Caſtrēſe peculiũ
Marcellus gium. Hinc Caſtrenſe peculium vocat Marcellus iuris conſultus: Quod a parentibus uel
cognatis in militia agenti donatum eſt: uel quod filiuſfamilias in militia acquiſiuit: quod
niſi militaret: acquiſiturus non fuiſſet: & quaſi Caſtrenſia bona dicuntur: quæ licet in mi/ Quaſi caſtrēſia
litia a filiofamilias non acquiruntur: ita tamen fiunt illius ac ſi acquiſita in militia fuiſ/ bona
ſent: ut ſunt ea: quæ ex officiis acquiruntur. Item a Caſtro ſiue Caſtris Proceſtria dicta
ſunt Munimenta quædam: quæ fiũt ante mœnia caſtrorũ: ſiue aī Caſtra. Quidā etiā proce Caſtellanus
ſtria aditũ & veluti portā caſtrorꝝ appellauerũt: a caſtello dicunt Caſtellani ſicut ab Oppi Oppidanus
do Oppidani. Itē a Vico Vicini: nō tā hi q eundē incolũt locũ: ꝗ̃ q ꝓpe domũ noſtrā ha/ Vicinus

Vicinia
Conuiciniū
Vicinitas
Vicatim
Oppidū
Cateruatim
Gregatim
Manipulatim
Turmatim
Domeſticatim
Regionatim
Municipatim
Prouinciatim
Nioatim
Viritim
Guttatim
Gutta
Gutturniū
Guttum
Guttus
Guttula
Guttulus
Mēbratim
Cæſim
Punctim
Strictim
Carptim
Tractim
Generatim
Sūmatim
Spetiatim
Priuatim
Seperatim
Properatim
Diſſimulatim
Vbertim
Affatim
Raptim
Curſim
Colonia
Municipiū
Municeps
Cerites tabulæ
Cerimonia

bitant:Hinc Vicinia deducitur: & Conuicinium vbi plures inter ſe vicini ſunt:& Vicini/
tas pro propinquitate vicinoꝝ:nonnunq̄ ꝑ vicinoꝝ multitudine:ut laudāda ē:uel potius
amāda vicinitas.Itē Vicatim ꝑ varios vicos.hæc eni fere oīa:quæ in tim deſinūt huiuſmodi
ſignificationem habent:ut Oppidatim per varia oppida:Cateruatim:Gregatim:Manipu
latim:Turmatim:per diuerſas cateruas:diuerſos greges:diuerſos manipulos:diuerſas tur/
mas.Domeſticatim:regionatim:Municipatim Prouinciatim:per varias domos:varias vr
bis Romæ regiones:varia municipia:varias prouincias:Nominatim per nomina ſingulo
rum quāuis & de vno dicatur.Plautus.Nominatim quis fuerit exprome:quemadmodum
viritim per ſingula capita virorum:ut Graccus diuidebat viritim ſemodia frumenti: & ali Plautus
quando de vno dicimus.Curtius. Si quis Viritim dimicare vellet: prouocauit. Guttatim:
per ſingulas guttas.Plautus.Edepol cor miſerum meum quidem guttatim cōtabeſcit: qua/ Curtius
ſi in aquam indideris ſalem:nam gutta minima pars aquæ dicitur:aut alterius liquoris:hoc Plautus
eſt ſtilla. Vnde Gutturnium dicitur vas: ex quo aqua in manus datur ab eo: quod propter
anguſtias guttatim fluat & Guttum vaſculum:in quo odorifera vnguenta ſeruantur:quod
inde guttatim ſummantur vnguenta.Genus etiam poculi guttus erat:quo in ſacrificiis vte/
bantur.A Gutta fit Guttula diminutiuum: & a Guttus Guttulus.Plautus.Vt guttulā hau/
riret ex guttulo.Membratim per membra:Cæſim per inciſionem gladii: Punctim per pun Plautus
ctiones:inflictioneſq; gladii:ſiue incidendo & pungendo:Stricti ſingula ſtringendo. Car/
ptim hinc atq; illinc ſine aliquo ordine decerpendo.Tractim trahendo:ut ſeries non inter
rumpatur.Generatim per ſingula genera. Virgilius.Generati diſcite cultus. Speciatim per
ſingulas ſpecies differunt a generaliter: & ſpecialiter: quæ ſignificant omnia ſimul ſub vno
genere:aut vna ſpetie complectendo: Summatim per ſingulas ſummas. Aliquando tamen
dicimus Generatim:& Summatim:& Spetiatim non per ſingulas ſummas: & ſingula ge/
nera:& ſingulas ſpeties:ſed per vnam vnumue:ut dicam de hac re ſummatim.Cicero.Infi/
nitum mihi videtur id dicere: in quo aliquid generatim quæreretur: hoc modo expetenda Cicero
ne eſſet eloquentia expetendi honores .Aliquādo tamen huiuſmodi aduerbia nihil ab aliis
aduerbiis differunt:ut Priuatim nihil differt a Priuate:nec Separatim a Separate:nec Pro
peratim a Properanter:nec Diſſimulatim a Diſſimulanter:nec Vbertim a Copioſe:nec Af
fatim ab Abundanter:ſiue Abunde:nec Raptim a feſtinanter:nec Curſim a currendo. Vr/
bium ſiue Oppidorum aliæ ſui iuris ſunt : nec quicquam commune cum aliis habent : aliæ
Coloniæ : aliæ municipia ſui iuris ſunt : ut Roma: Carthago: Thebæ: Athenæ: Coloniæ
dicuntur:quæ non veniunt extrinſecus in ciuitatem:nec propriis radicibus nituntur:ſed q̄/
ſi ex ciuitate propagatæ:Iura inſtitutaque populi Romani:non proprii arbitrii habent:ut
Bononia:Feſulæ:Coloniæ ſunt:quæ conditio licet magis obnoxia: & minus libera videa
tur q̄ cæterorum oppidorum:potior tamen ac præſtabilior exiſtimatur: propter amplitu/
dinem:maieſtatemq; populi Romani: cuius huiuſmodi Coloniæ quaſi effigies paruæ: &
ueluti quædam ſimulachra eſſe videntur: vnde a colendo Coloniæ vocitatæ : quod popu/
lum Romanum coleret : uel quod ad eas colendas Romani proficiſcerentur . Municipia
autem vocabantur:quæ aliunde veniebant in ciuitatem:& qum ſuo iure viuerent:muneri/
bus tamen populi Romani:honoribuſq; fungebantur :a quo munere capeſſendo nomen
ſibi vendicauere nullis aliis neceſſitatibus:neq; populi Romani legibus aſtricta. Eorum in
colæ Municipes vocati ſunt.Primos autem Municipes ſiue ſuffragii iure Cerites factos fu
iſſe conſtat:conceſſumque illis:ut ciuitatis quidem Romanæ honorem caperent: ſed nego
tiis oneribuſque vacarent pro ſacris bello gallico receptis:ac cuſtoditis: Hinc tabulæ Ceri/
tes appellatæ:in quas Cenſores referri iubebant:quos nota cauſa ſuffragiis priuabāt.Qui/
dam etiam Cerimonias ab his putant appellatas : quamuis alii a carendo dictas malint :
quemadmodum inferius dicemus.De his Strabo ita ſcribit. Cærites capta urbe Roma re/ Strabo
deuntes Gallos in Sabinis aggreſſi prælio armiſque fuderunt : & ſpolia quæ a Romanis
ſponte offerentibus acceperant ab inuitis ipſi eripuere : Præterea eos qui ad ſe urbe capta
confugerant beneficiis affectos benigne exceperunt:ſimulque æternum atque inextinctum
ignem:ſacerdoteſque veſtales ſummo ſtudio protexere: cuius beneficii Romani ſane parū
memores videntur fuiſſe:Nam qum eos ciuitate donaſſent:ſuffragiorum tamen iure fun/
gi noluerunt quos aliqua cauſa ſuffragiis priuabant:ad Cæritum tabulas iubebant referri:
hunc locum extra inepte in latinum verterit Strabonis interpres: operæ pretium eſt vide/
re. Cere oppidum fuit Thuſciæ non longe a Tarquiniis : quondam Agilla nominabatur:
quæ a Pelaſgis e Theſſalia profectis condita fertur. Verūm quidem Lydis:quos poſtea tyr
rhenos vocauere:aduerſus Agillinos bellū gerentibus:quidam murum ſubiens urbis nomē
percontatus fuiſſet:reſponſū eſt a quodā Theſſallo e muro chære:qđ ſignificat ſalue:quo ve
luti bono omine a Thuſcis accepto: captā vrbem mutato priori nomine Cære vocauere : a

quo Cerites dicti: & Ceritiana balnea: Cæretum uero Vmbriæ oppidũ eſt inter Spoletum Cerites
ac Nurſiam: a quo Cæretani appellantur totum orbem Vano quodam ac turpi ſuperſti/ Ceritiana bal.
Vlpianus tionis genere ludificantes: ob quam cauſam fere continuę peregrinantur familia: atq; vxo/ Cæretum
ribus domi relictis. Municipiorum iura iam penitus oblitterata ſunt. Municipem: ut Vlpi Cæretani
anus inquit: facit aut ciuitas: aut manumiſſio: aut adoptio quoniam municeps: & qui liber Municeps
in municipio natus eſt dicitur: & qui in municipio a ſeruitute ſe liberauit: & qui in ciuita/
tem quamcunq; aſſecutus eſt: proprie tamen municipes dicuntur: qui in ciuitatem Roma/
nam recepti munerum participes fiunt: Sed abuſiue nunc municipes dicimus ſuæ cuiuſque
ciuitatis ciues utputa: Campanos: Puteolanos: Neapolitanos: a quo municipale ius dici/ Mũicipale ius
tur: priuatum ius vniuſcuiuſq; ciuitatis. Item Municipalia ſacra vocabantur: quæ ante vr/ mũicipalia ſacra
bẽ cõditã colebãtur: & Municipale vrbanũ: & a Municipe Municipaliter dicimus: quẽad Municipale
modum a Ciue Ciuiliter. Ab vrbe fit Suburbium: de quo poſtea dicemus. Et Vrbicus Vr/ Municipaliter
bica Vrbicum: quod ſignificat quicquid ad vrbem pertinet: ſicut Ruſticus ruſtica ruſticum Ciuiliter
quod pertinet ad rus: vnde Ruſticum poetam: & vrbicum poetam dicimus: ruſticam do/ Suburbium
Martialis mum: & vrbicam domum: Martialis. Quod non optimus vrbicus poeta. Gellius. Si quod Vrbicus
Gellius autem poſſet remedium eſſe: ut ne tam aſſidue domus Romæ arderent: venum hercle dediſ Ruſticus
ſem res ruſticas: & vrbicas emiſſem. Item Vrbanus Vrbana Vrbanum: quod modo eandẽ Vrbanus
ſignificationem habet quam Vrbicus: Vnde Vrbanas tribus appellabant: in quas vrbs a
Seruio Tullio Romanorum rege diſpartita fuerat: ut Suburra: Pallatina: Exquilina: Col
lina: & alia huiuſmodi quamuis a principio in tris tantum tribus diuiſa vrbs fuerit: ut po/
ſtea docebimus. Item prædia vrbana: mores vrbani: curiæ vrbanæ & ſimilia: Vnde Subur/
banum & Anteurbanum deriuãtur: de quibus inferius dicemus: modo Vrbanum dicimus
cultum atque diſertum: hoc eſt eum: qui in verbis & ſono & vſu proprium quendam pre ſe
fert vrbis geſtum: & ſumptam ex conuerſatione doctorum tacitam eruditionem: denique
cui contrarius eſt ruſticus: hoc eſt inepte & barbare loquens: & hoc differt a dicaci: quod di Dicax
Demoſthe. cax eſt cuius ſermo cum riſu aliquem inceſſit: ideo Demoſthenẽ vrbanum fuiſſe dicunt: di Dicaculus
Apuleius cacem negant. A dicace Dicaculus deducitur: a quo aduerbium Dicacule Apuleius. Eadem Dicacule
amatoris ſui vxorem: quod in eam dicacule probrum dixerat: perpetua prægnatione dam/
nauit. Quemadmodum autem Vrbanum & Dicacem hominem dicimus: ita Vrbanum: Vrbanitas
& dicacem ſermonem: vnde Vrbanitas & Dicacitas tam de homine q̃ de oratione dicitur Dicacitas
eodem modo venuſtus homo: & venuſta oratio: lepidus homo: & lepida oratio: ſalſus ho
mo: & ſalſa oratio: inſulſus homo & inſulſa oratio: facetus homo: & faceta oratio: iocoſus
homo: & iocoſa oratio: & venuſtas: lepor: ſales: inſulſitas: facetiæ: ioci tam de homine q̃ de Venuſtum
oratione dicuntur. Hæc autem ita inter ſe differunt: quod Venuſtum vocamus: quod quũ Lepidum
Lælius gratia quadam & Venere dicitur: Lepidum quod rotunditate quadam: & breuitate: & q̃ſi
celeritate: atq; acumine verborum venuſtum eſt: Quapropter Lælius vir doctrina excellens
quemadmodum id animal quod Lepus vocatur: a leuitate pedum dictum exiſtimant: ita Lepus
enim leporem in oratione a pedum ſuorum leuitate putat appellatum. habet enim oratio Lepor
quoq; ſuos pedes ſiue ſoluta ſiue nũeroſa ſit. A Lepido fit Lepidior Lepidiſſimus Lepide Salſum
Illepidus Illepidior Illepidiſſimus: Illepide: Lepiditas: Illepiditas. Salſũ in conſuetudine
pro ridiculo tantum capimus: quamuis non vtiq; hoc ſit licet ridicula oporteat eſſe ſalſa.
Cicero Nam Cicero: Omne quod ſalſum eſt ait eſſe atticorum: non quia ſunt maxime compoſiti
Catullus & Catullus qum dicit: Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis: hoc dicit nihil in corpo
re eius eſſe ridiculum. Salſum ergo erit quicquid non erit inſulſum: velut quoddã ſimplex
orationis condimentum: quod latente iudicio veluti palato ſentitur excitatq;: & a tedio de Facetum
fendit orationem: Facetum non tantum circa ridicula conſiſtit: qũm dicat Horatius face/
Horatius tum Catoni genus natura conceſſum eſſe: Virgilio decens: Sed excultæ cuiuſdam elegantiæ
Virgilius hæc appellatio eſt. Itaq; in epiſtolis Cicero hæc Bruti Verba refert. Nec vlli ſunt pedes face
ti: ac delitiis ingrediendi mollius: Iocum vocamus quod eſt contrarium ſerio: Nam & fin
gere & terrere & promittere: aliquando iocus eſt. Ab Vrbano Vrbane aduerbium deduci/
Põponius tur: hoc eſt culte: eleganter: & Vrbanatim pro Vrbane: modeſte. Pomponius. Ego ruſtica
tim tangam: vrbanatim neſcio. Cæterum quam nos vrbem vocamus: græci πόλιν appel
lant: Quamuis polis non modo vrbem: ſed etiam ciuitatem ſignificet: Vnde Politicus ciui Neapolis
lis dicitur: & Conſtantinopolis Conſtantini vrbs. Neapolis: noua vrbs: metropolis ma/ Metropolis
ter vrbs: hoc eſt cæterarum vrbium caput. Item Polio verbo: quod eſt colo: orno: & qua/ Polio
ſi vrbano & politico more: qui ruſtico contrarius eſt compono. Hinc Politum dicimus Politus
cultum ornatum: & ad auctorem deductum: & polite culte: ornate: & Politior Politiſſi/ Politio
Plautus mus: Politus: Politiſſime: & Politule diminutiuũ: quo vtitur. Plautus: Et Politiones agro Polimentum
rũ cultus diligentes: ſicut Politiones veſtimentorũ hoc eſt munditiæ: & cultus: & Polimẽta

Depolio teſticuli porcorũ:qum caſtrant̃:qđ ad ſimilitudinẽ veſtiũ poliant̃:& Depolio cõpoſitum
Depolitum quod modo polio ſignificat:mõ perficio:vnde Depolitũ perfectũ dicimus: qm̃ oẽs perfe/
Polit ctiones antiqui politiones appellabãt. Polit tamẽ aliquando ueteres ſcripſere pro eo: qđ
Mœnia eſt pila ludit. Atq; ut cætera ad urbem ptinentia obiter dicantur: mœnia ſunt proprie quæ
urbẽ cingunt. Virgilius. Et mœnia pandimus urbis. Significãt tamẽ & alia ædificia. Plau/ Virgilius
tus. Prohibentq; mœnia alia vnde ego fungar mea: & a muniẽdo dicta ſunt mœnia: quaſi Plautus
Pœnio munia. Veteres enim œ et u indifferẽter ponebãt. Vnde Pœnio pro punio dixere: & Mœ
Mœrus rus pro murus. Virgilius. Atq; ipſis prælia miſcent aggeribus mœrorum. A mœnibus Sum Virgilius
Murus menium quaſi ſubmeniũ dictum qđ ſub mœnibus urbis eſſet: a quo Sũmenianum de qui/
bus alibi dicemus. Meniana uero non a mœnibus dicta: ſed a Menio quodam: qui primus
id genus ædificii inuenit: extẽſis tignis vltra colũnas: quo ſupiora ampliarentur: vulgo nũc
quoq; mœniana ſiue podioli dicuntur. Suetonius. Pauci e proximis menianis ſpectabant. Suetonius
Muralis corona Murus quoq; a muniẽdo ſimiliter dictus eſt: ut Varro affirmat: A quo Muralis corona ap
pellatur: qua donari ſolebat ab imperatore: qui primus murum ſubiiſſet & in hoſtiũ oppi/
dum per vim aſcẽdiſſet: hæc aurea dari ſolebat. Et proximuriũ pontificale pomerium pro/
ximi muri: & Murceus Auentinus mons: quod e lapidibus: & veluti muro conſtaret: a quo
Mureia dea cuius ſacellum ſub auẽtino monte erat: & murmillonica ſcuta: ut quidã putant
cũ quibus de muro pugnabãt. Erãt enim ad hoc ipſum apta. Muria uero ſiue muries non a
muro: ſed a mari ut quidam exiſtimant deducitur. Eſt enim aqua ſalſamentorum. Murrhi/
nia vero ſiue Mirrhina vina dicũtur: quæ myrrha condita ſunt. Laudatiſſima enim apud
priſcos fuere vina myrrhæ odore cõdita: quibus & calamus odoratus addi ſolebat. Fabius. Fabius
Mittebant vinũ pulchrũ mirrhinum. Idem. Panem: & polẽtam: vinum mirrhinum. Plau/
tus. Quod ſi opus eſt ut dulce promant. Idem. Ecquid habeant roga Myrrhinũ: paſſum: de
frutum: mella. Idem. Vinum: & myrrhatum dicebatur: & myrrhata ſiue murrhata potio:
& ut Varro teſtatur Murrhiola. Myrrha arbuſcula eſt in Arabia præcipue naſcens: altitu/
do ei ad quinq; cubita nec ſine ſpina: caudice duro: & intorto: craſſioreq; q̃ thuris. Corticẽ
lenem habet: ſimilemq; Vnedoni: folium rotundius: ſed ſapore Iuniperi. Incidũtur bis iiſ/
dem temporibus: quibus thus. Sudant autem ſponte: priuſq̃ incidãtur. Stacten dictam: cui
nulla præfertur. Fuit autem Myrrha Cinaræ Cypriorũ regis filia: quæ patris amore capta
clam cum eo concubuit: Quapropter perſequente agnitam patre in arborem ſui nominis
conuerſa eſt. Item Murrhina uaſa dicũtur ex gemma murrha appellatur: hanc oriens mittit
præcipue que inſignia quædam luca Parthici regni & Carmania: humorem putant eſſe ca/
lore ſub terra denſatum. Splendor hinc ſine viribus: nitorq; verius q̃ ſplendor. Sed in pre/
cio eſt colorum varietas circumagentibus ſe ſubinde maculis in purpuram: candoremq;: &
tertinum: qui fit ex vtroq;. Sunt qui maxime in his laudent extremitates: & quoſdam colo/
ris repercuſſus: quales in cæleſti arcu ſpectant̃: his maculæ pingues placent. tranſlucere qcq̃
aut pallere vitium eſt. T. Petronius iuriſconſultus Moriturus inuidia Neronis principis:
ut menſam eius exhæredaret. Trullam Murrhinam .ccc. ſeſtertiis emptam fregit. Sed Nero
ut par erat principem .cccc. ſeſtertiis fragmenta emit: & cupedinem vnam parauit: qua pota
Mural' herba ret: Et muralis herba: quæ vulgo vitreolum dicitur: quod vaſa mirum in modũ confricata
Vitreolum purificet. Ideo Vrceolaris a veteribus dicta eadẽ parietaria vocatur quod in muris: ſiue pa
Vrceolar herba rietibus frequenter naſcatur: & Perdicium quoniam perdices ea præcipue veſcãtur: & Hel
Parietaria xune ἀπὸ τοῦ ἕλκω id eſt traho: quoniam cauliculos leuiter rubentes habet: & ſemina
Perdicium in capitibus lappaceis: quæ veſtibus adhæreſcunt. Et Parthenium: quod virgineum ſignifi/
Helxune cat: cuius nominis hæc ratio eſt: q̃ Vernula quidam Periclis Athenienſium principis nomi
Partheniũ ne Splanchnoptes qum forte repſiſſet ſupra altitudinem templi: quod tum pericles in arce
ædificabat: & inde cecidiſſet: hac herba dicitur ſanatus: monſtrata Pericli in ſomnis a Mi/
nerua: quæ græce παρθένος: hoc eſt virgo appellatur. hic eſt Vernula: & nobilis ille
Splanchnoptes: cuius effigies ex ære fuſa inter præclara opificum opera connumerata fuit.
Herbam hanc variis egritudinibus vtilem eſſe conſtat: Sed in primis contra vlcera rupta:
lapſuſq;: & precipitia: ac vehiculorum euerſiones ſingularem. Magica vanitas contra terti
anas ſiniſtra manu euelli eam iubet: diciq; cuius cauſa euellatur nec reſpicere: dein eius fo/
lium ægri linguæ ſubiicere: ut mox in cyatho aquæ deuoretur. A Parthenas Parthenius eti/
am: hoc eſt virgineus mons dictus Archadiæ a virginibus: quæ in eo venari frequenter ſole
bant. Eſt etiam Parthenius Paphlagonum fluuius. Paphlagones populi e Paphlagonia
minoris Aſiæ prouincia. Item Parthenope proprium nomẽ vnius ex Sirenibus: a qua præ
clara vrbs Campaniæ: quæ nunc Neapolis dicitur: nomen ſumpſit: hanc Cumani a paren
tibus digreſſi condidiſſe produntur: qui qum in eo loco: Parthenopes corpus in veteri mo
numento conditum reperiſſent nomen eius urbis indidere. Sed poſtquam ob locorum

vbertatem atq; amœnitatem maiorem ĩ modũ frequẽtari ea ciuitas cœpit ueriti ne Cinnæ
deſererẽtur: diruendi Parthenopen conſilium iniuere: quo facto mox immani peſtilentia
uexati: oraculo moniti ſunt ut urbẽ reſtituerent: Itaq; ſubito inſtauratam Neapolim: hoc ẽ
nouam urbem uocauere. A parthenope Parthenopeius deducit̃. Murus & Paries hoc dif/ Murus
ferunt: quod murus urbis eſt lapideus ambitus. Paries uero domorum. Maceria murus eſt Paries
Paulus ſiue paries cõſtans ex lapidibus: ſine calce: aut alio genere ferruginis. Paulus. Si precario vi Maceria
cinus in tuo duxerit. Maceriẽ interdicto: quod præcario habet agi nõ poterit: nec Maceria Maceries
poſita donatio ſeruitutis perfecta intelligit̃. Eadem & Maceries dicit̃. Extra murũ Agger Agger
eſt ab aggerẽda terra: quæ foditur: & foſſa ab eadem terra Effoſſa. Pomœrium tã itra q; ex Foſſa
Liuius tra murum eſt dictũ quaſi poſt mœrium. De quo. Liuius ita ſcribit. Pomœriũ eſt circa mu Pomerium
rum locus: quem in cõdendis urbibus quondam ethruſci: qua murum ducturi erant: certis
circa terminis in augurato conſecrabant: & hoc ſpatium: quod neq; habitari: neq; arari fas
erat: non magis quod poſt murum eſſet: q; quod murus poſt id pomœrium Romani appel
larũt ſicut Pomeridianum dixerũt ꝓ poſt meridiano. Nam locus pomis conſitus non Po/ Pomœridianũ
Ouidius merium: ut quidam exiſtimant: ſed Pomarium appellatur. Ouidius. Id metuens ſolidis Po Pomarium
maria clauſerat Atlas Mœnibus: in ſũmitate uero murorum pinnæ ab his: quas inſigniti Pinna
milites in Gallæis habere ſolent ita dicte: Pinnæ enim proprie ſunt pennæ quæ plumæ: hoc
eſt molliores: & exiguæ pennæ non ſunt: nam pennæ generale nomen eſt ad plumas & pin
nas. A penna Pennatus & peniger: & pennarium theca pennarum: quibus nũc pro calamis Pennatus
utimur: & impennatus ſine pennis. Quãuis ueteres pennatas impẽnataſq; agnas inſaliari Peniger
carmine pro ſpicis uſurparunt: quæ habent quæq; non habent ariſtas: agnas enim nouas vo
luerunt intelligi & bipennis de quo inferius dicemus a pluma. Plumeus & Plumiger: Et pul Plumeus
uinus & puluinar deducuntur. Dictum enim Puluinum exiſtimant quaſi pluminũ: & pul/ Plumiger
uinar: quaſi pluminar. Eſt autem puluinus quaſi lectulus quidam exiguus lana uł ramẽto uł
Cicero pluma aut alio genere huiuſmodi plenus: quo utimur in ſedẽdo. Cicero. Afferri iuſſit pului
nos: & omnes in ſuis ſedibus ſederunt. Iuuenalis. Et de puluino ſurgat equeſtri: a quo pului
Plynius natum dicimus: quod ad puluini ſimilitudinem molle ac cõnexum eſt. Plynius. Lanugino
ſo: ac puluinato Calice: & puluinũ in hortis uocamus partẽ terræ rectiorẽ ſulcum ex utro/
q; latere ſepiẽtem: qui & lira uocatur: habet enim ueluti puluinorum ĩ quibus ſedemus ſi/
Plynius militudinem: propter quod & torus a quibuſdã nũcupatur. Plynius. Areis diſtingui: eaſ/
q; reſupinis puluinorũ toris ambiri ſingulis tramitum ſulcis: qua dat̃ acceſſus hoĩ: ſcatebriſ
q; decurſus. Columella. Vlpicũ habet uelut aliũ plures cohærẽtes ſpicas: hæq; quum ſint diui
ſæ lyratim ſeri debebũt: ut in puluinis poſitæ minus infeſtentur hyemis aquis. Puluinaria au
Iuuenalis tẽ dicunt̃: quæ capitibus dormituri ſupponimus ad puluinorũ ſilitudinẽ. Iuuenalis. Fœda
lupanaris tulit ad puluinar odorẽ. His in tẽplis quoq; deorũ Veteres utebant̃: ut Nos quo
q; hac tempeſtate facimus: in quibus collocabant̃ numina: ac Deorũ imagines: ut eminẽtio
Plautus ra uiderent̃. Item a pluma plumatile: aut clauatũ: aut ex plumis factum: Plautus. Comatile
aut Plumatile plumis implere: & plumarium ex pluma: vnde plumariã culcitram dicimus:
quæ pluma plena eſt: & implume ſine pluma: vñ implumis: Culcitra ſine pluma: & implu/
mes aues nuper natæ: & quæ nõdum plumas emiſerũt. Pinnas etiã geſtare gladiatores ſole/
bant: vñ Pinnirapi retiarii dicũtur: quod pinnas e galleis mirmillonũ iacto rete exciperent. Pinnirapus
Iuuenalis. Hic plaudat nitidi præconis filius: inter Pinnirapi cultos iuuenes: Iuueneſq; lani
ſtæ: hmõi pinnam græco quidẽ: uerũtñ apud latios uſitato uocabulo. Petaſũ dicimus quod Petaſum
Plynius aliquando ex ære uel argento uel auro fieri ſolebat. Plynius. Achamenes phidiæ diſcipulus
æreum petalũ fecit qui uocat̃ Encrinomenos & αϖοτυ ϖἐταϑαι quod eſt uolare de/ Encrinomenos
ducit̃: tenuis quippe brattea eſt inſtar pinnæ. A pinna Pinnaculum dicit̃ faſtigiũ & ſummi Pinnaculum
tas ædificii in acumen tẽdentis: Siue quod veteres pinnam acutum dicebãt: vñ bipẽnis ap/ Bipẽnis
pellata ẽ ſecuris quæ utrinq; aciẽ habet ſiue qđ Pinnaculis addi pĩna cõſueuit quæ facili mo
tu uẽtorum indicet flatum quod genus uulgo nunc pẽniculum dicimus. Hoc etiã a uolatu pe Penniculum
Plynius taſum nominãt. Plynius. Supra id quadratum Pyramides ſtãt quinq;: quatuor in angulis: Petaſus
& in medio vna. In imo latæ pedũ ſeptuagenum quinum: Aliæ cẽtum quinquagenũ ita fa/
ſtigiatæ ut ĩ ſummo orbis æneus: & petaſus vnus oĩbus ſit impoſitus: ex quo pẽdeãt excepta
chatenis tintĩnabula: quæ uẽto agitata lõge ſonitus referant. Petaſi etiã alæ dicũtur: quibus Petaſatus
Mercurii talaria nectũtur: Et ipſa talaria. Item uela tenuiſſima: quibus uti in theatris ſole/
Suetonius bãt ex lino æſtiuo tpe: a qbus q petaſiis utũtur petaſati uocãtur. Suetõius de Auguſto: Aeſta
te apertis cubiculi foribus ac ſæpe in periſtilio ſaliente aqua: atq;: etiam uentilante aliquo cu
babat. Solis uero ne hiberni quidẽ patiens: domi quoque non niſi petaſatus ſub diuo ſpa/
tiabatur. Petaſo aũt ea pars ſuis dicitur: quæ ab aliis incipit: & coſtas cõpræhẽdit qbuſdã Petaſo
Martialis ueluti uirgulis pinguibus diſticta. Martialis de Perna. Ceretana mihi fiat uł miſſa licebit de Perna

Menapis:lauti de petaſone florent.Nam Pernæ tam priores q̄ poſteriores coxæ dicuntur.
Plynius.Caſtrant̃ ſues poſt bidui mediū ſuſpenſæ pernis prioribus.Ab huius pernæ ſimili — Plynius
Perna piſcis tudine piſcis quoq; genus Perna appellatus eſt ex concharū genere circa pontias inſulas fre
quentiſſimum.Stant Pernæ uelut Suillo crure longo in harena defixæ:hianteſq; qua lampi/
tudo eſt:pedali non minus ſpatio:cibum uenantur.Dentes incircuitu habēt pectinati ſpiſ/
ſatos:intus pro ſpondylo grandis eſt caro.Veteres.Pernas pedes appellabant:quod nomē
Pernio hodie quoq; ſeruāt hiſpani.Hinc Pernio appellat̃ morbus pedū ex nimio frigore ꝓueniēs:
& calcaneū p̄cipue infeſtans quem græci Χειμέϑλα uocāt.Plynius.Rapum domeſticū — Plynius
Perniones feruens impoſitum ſanat & crudum tuſſum cū ſale prodeſt cuicūq; uitio pedum.
Perniunculus Hinc fit diminutiuū Perniunculus.Idem.Perniunculos curat:& cotyledon cū axungia. A — Idem
Petaſunculus petaſo fit diminutiuum petaſunculus de quo.Martialis.Muſteus eſt propera caros ne diſ/ — Martialis
fer amicos.Nam mihi cum uetulo ſit petaſone nihil.Muſteum petaſonem uetulo præferri
oſtendit.Apitius.Ex muſteis petaſonem elixas cum bilibri ordei & caricis uiginti quinq; — Apitius
cum elixatus fuerit decarnas:& armillam illius candenti batillo uris:& melle contegis: uel
quod melius eſt:miſſum in furnum:melle obligas:qum collocauerit mittis in cacabum:paſ/
ſum:piper:faſciculum rutæ:merum temperas:qum fuerit temperatum dimidium in petaſo
nem perfundis:& alia parte piperati bucellas muſtei fractas perfundis:quam ſorbuerit:qđ
muſtei remanſerit petaſoni refundis:petaſo ob pinguitudinem facile rāceſcit.Ideo uetus im
Batillum probat̃.Muſteus uero pernis longe præponitur.Hic obiter oſtendēdum ē batillum: quod
Batullum Apitius nominat ferreum inſtr̄m eſſe:quo pruna colligitur ad ſimilitudinē palæ:id & bata — Apitius
lum quaſi patulū primo uocatū:deinde batillum p diminutionē dictum.Plynius.Batillis
ferreis cādentibus ramēto argenti impoſito:quod candidum ꝑmaneat probatur. In muris — Plynius
Turris ſunt turres arta atq; alta ædificia a terrēdis hoſtibus dictæ:ſicut arces ab hoſtibus arcēdis:uł
Arx quod aſpectu Toruæ ſint hoc eſt terribiles.Toruum quippe terribile dicimus uel a terrendo
Toruus uel a tauris:Toruitas eni ꝓprie taurorū eſt dicta:quaſi taurorū acerbitas.Ab hoc fiunt Tor
Toruitas ue & Toruū & Torua aduerbia.Plautus. Quid me torue aſpectas.Apuleius. Cum Tor/ — Plautus
Torue uum in eos intueretur.Virgilius.Talibus Aeneas ardētem:& torua tuentē. Lenibat dictis — Apuleius
Toruum A turris turritus deducit̃:hoc eſt altus atq; excelſus:ut turrita domus alta ſublimis:& ad tur — Virgilius
Torua ris ſimilitudinem ædificata.Interdum turritus turribus plenus:a quo turritæ urbes dicuntur
Turritus & mater deum turrita cognominatur:quia terra ēquæ urbes ſuſtinet.Virgilius.Qualis Be — Virgilius
Turrita recynthia mater læta deum partu.Phrygias turrita per urbes.Et turriger.Lucanus.Turrige — Lucanus
Turriger ro canos effundens uertice crines.Plynius.Sed turrigeros Elephantorum miramur hume/ — Plynius
Turricula ros.Turricula quoq; a turris per diminutionem dicitur:quæ modo paruā turrim ſignificat
modo uaſculi genus a turris ſimilitudine ita dicti:quo iactari tali ludendo ſolebāt.Martia/ — Martialis
lis.Quærit compoſitos manus iproba mittere talos.Si per me miſit nil niſi uota facit. Ea/
dem.Pyrgus appellatur quoniam græci Pyrgon turrim uocant.Horatius. Talos mitteret — Horatius
in Pyrgum.Quamuis pyrgum oppidum quoq; Tuſciæ fuerit nobiliſſimū eo tēpore: quo
Orca pyraticam thuſci exercebant Dicitur etiam Orca.Perſius.Anguſtæ collo ñ fallier orcæ qđ — Perſius
nomē ſumit a ſimilitudine marinæ beluæ:eſt enim ſpecies teres atq; uniformis. Belua ipſa
orca uocat̃:Balenis infeſta:cuius magnitudo nulla alia repræſentatiōe exprimi pōt q̄ car
nis inmenſæ dentibus truculentæ.Irrumpunt in ſecreta:ac uitulos balenarum:uel fœtus:uł
etiā matres grauidas:onere inmobiles lacerāt morſu.Orca in portu oſtienſi uiſa eſt:oppu/
gnata a Claudio principe.Venerat tūc eo portum ædificante inuitata naufragiis tergorum — Claudius
aduectorū e Gallia:ſatianſq; per complures dies alueum in uado ſulcauerat uſq; ad eo flu/
ctibus accumulata:ut circum agi nullo modo poſſet: Profectus eo Cæſar cū prætorianis — Cæſar
cohortibus populo Romano ſpectaculū prebuit milite e nauigiis lanceas cōgerēte: quorū
Turriū inētores vnus mergi uiſus eſt:reflatu beluæ unda oppletus.Turriū inētores:ut Ariſtoteles refert.Cy — Ariſtoteles
clopes:ut Theophraſtus.Phœnices fuere.Itē qa uiæ relinquimur in muro:qbus neceſſaria — Theophra
Porta portari in urbē poſſint a portādo portæ appellatæ:quæ fores habēt: qbus claudūtur: ape/ — ſtus
Fores riunturq;. Itē poſt ſe alias fores pendulas ex ligno ferro ue:quæ demitti ac tolli pro uolūta
Cataractæ te cuſtodū poſſunt:hæ cataractæ appellāt̃.Liuius.Porta Cataracta deiecta clauſa erat eam — Liuius
partim funibus ſubducunt in tantū altitudinis:ut ſubire recte poſſent.Dictæ Cataractæ:qđ
ex alto defluere uideantur.Græci eni καταρεειν.defluere dicunt vñ Cataracte ēt appellā
tur e terra exeuntes aquæ:& ita ex alto defluentes:ut ruere potius:q̄ defluere uideat̃: qualē
tyburi cernimus Aniené:& q̄les eſſe in Aegypto nili Cataractas legimus. Itē loca ipſa e q/
bus exeunt Cataractæ dñr:vñ in maximis imbribus apertas eſſe cæli Cataractas dicere ſo/
Cataractes lemus.Reperit̃ aūt hæc Cataracta fœminino genere:& hic Cataractes maſculio.A græcis
Porticula καταράκτης maſculino genere dicit̃.A porta diminutiuū fit porticula.Itē Angiportū
Angiportum intra urbē eſt uia anguſta nō facile puia q̄ſi uicus inter domos.Veteres qppe domos partim

Portus:partim inſulas uocabāt a portādo vñ etiā porticus appellatæ:quæ propter repenti — Portus
Ouidius — nos imbres & umbrarū:ac de ambulationis gratia ædificant̃.Ouidius.De porticu pōpeia — Inſula
Varro — na.Tu modo Pompeia lætus ſpatiare ſub umbra Cum ſol Herculei terga leonis adit. Var
Terentius — ro.Angiportum ab angēdo ꝑpter loci anguſtiam:& portu dictū affirmat.Terentius. Ego
Vlpianus — met in pedes quātum queo in angiportū quoddā deſertū.Portus proprie dictus:ut Vlpia/ — Portꝰ
nus ſcribit:locus cōcluſus:quo important̃ merces:& inde exportant̃.Nunc quartæ decli/
Turpilius — nationis eſt. Veteres in ſecunda uſi fuere.Turpiliꝰ.Nec nautæ quum eſſent circumuenti uen
tis:in certo itinere:portu indigentes.A portu Porticulus deducit̃:qui modo eſt paruus por — Porticulus
Marcellus — tus:modo is qui in portu modū dat claſſi:modo maleus:& portiſculus.Marcellus. Porti/
culum ſcribit eſſe hortatorem remigium qui eam pergulā tenet:quæ portiſculus dicitur qua — Pergula
Plautus — excurſum:& hortamenta moderatur.Plautus.Tu habes portiſculum:Et Portunus deus a — Portunus
portu dictus:qui portubus præeſt:græce Palemō uocat̃ hic idē Malicerta eſt Inos filius & — Palemon
Lucillius — portoriū merces:quæ portitoribus dat̃.Itē uectigal qđ ſoluit̃ portitori.Lucilliꝰ.Facit idē — Melicerta
quod illi qui inſcriptum e portu exportant clanculū:ne portorium dent:& portitor qui ue — Portorium
ctigal portus hoc eſt portorium conduxit.Item qui traducit hoīes ac uehit uel ad nauim de — Portitor
littore:uel ad littus de naui:uł ad ulteriorem fluminis:ſtagni:aut lacus ripam quē græca uo — Porthmea
ce Porthmea dicimus:Iuuenal.Iam ſedet in ripa:tetrumq; nouicius horret Porthmea.Itē — Importunus
abuſiue interdum is:qui portat̃ ſicut uector.Præterea Importunus importune.Importuni — Importune
tas opportunus opportune:opportunitas:de q̄bus ſupra diximus. Intra urbē quoq; forū — Importunitas
eſt:de quo ſupra diximus:in quod uenalia ferunt̃:uel in quo iudicia ferunt̃. Vnde forum — Opportunus
boarium:forum olitorium forum piſcarium:forū cupedinis: quæ omnia poſtq̄ Romæ cō — Opportune
tracta fuerunt in unum locum:quæ aduictum ꝑtinebant:& locus ædificatus appellatū Ma — Opportunitas
cellum ſeu quod ibi fuerit ortus:ut qdam putāt:quem Macellū a Lacedemoniis appellari — Forum
diximus:unde.Iones quoq; hoſtia hortorū Macellotas uocabant:ſiue quod ibi domus fue — Forum boariū
rit cuius:cui Macello cognomentū fuerit:quæ ibi publice ſit diruta:& ex ea ædificatum hoc — Forum olitoriū
quod uocat̃ macellum in foro.Tradunt enī hunc Macellū Latrociniū in urbe exercuiſſe: — Forum piſcariū
Aemilius — ideoq; eo damnato cenſores Aemilium & Fuluiū ſtatuiſſe:ut in domo eius obſonia uende — Forū cupedinis
Fuluius — rentur.Sunt qui Macellū a mactādis pecoribus exiſtimant appellatū.Mactare enī interfice — Macellum
Plautus — re eſt.Plautus.At ego certe cruce & cruciatu mactato tractū a ſacris:ubi mactari oues dicun — Macellotæ
tur:quæ imolant̃.Virgilius.Et nigrā mactabis ouē:lucūq; reuiſes.Dictum eſt autē macto q̄ — Macto
ſi magis aucto:hoc eſt augeo.Nā priuſq̄ uictimā imolaret:thus aut vinū ſup eā fundebant
vñ Mactū eſſe taurū dicebant thure:vel vino:hoc eſt cumulatā hoſtiā & magis auctā:Hinc — Mactum eſſe
Cicero — mactare ꝑ magis augere ueteres uſurparūt.Cicero.Ferunt laudibus:mactāt honoribus: &
Virgilius — Macte uirtute dicimus eū:q virtute præditus eſt q̄ſi magis aucte ſemp in uocatiuo. Virgili/ — Macte uirtute
Cato — us.Macte noua virtute puer:ſic itur ad aſtra.Cicero.Macte virtute eſto.Lucillius.Macte i/
Lucillius — q; virtute:ſimulq; iis verſibus eſto.Macte virtute eſto.Liuius.Tū uero abi inqt in te magis:
Apulus — q̄ī me hoſtilia auſus:Iuberem macte virtute eē:ſi ꝑ mea pr̄ia iſta virtus ſtaret. Nūc iure bel
Liuius — li liberū te intactum:inuiolatūq; dimitto.Per Metaphorā tū mactare aliqñ ꝑ male tracta/
Plautus — re accipimus.Plautus.Mactātem malo & dāno viros.Aliqñ pro ꝑcipitare.Actius.Aut illo
Actius — rū copias fundā in cāpo:aut nauis veſtras mactabo in mare:nō nunq̄ ꝑ honorare. Plautꝰ
Plautus — Tum honeſte mactatū reducā domum.Quidā etiā Macellum a macerando deductum ar/
bitrant̃:quod pecora:dum eo ducunt̃:ibiq; tenent̃:macerant̃.A Macello Macellarii di/ — Macellarius
cunt̃:q macellum exercēt nō ſolum carniū:ſed omniū obſoniorū:quin etiā panis & fru/
mēti uēditores quippe hæc omnia in macello venūdabant̃.Nam locus ubi carnes tātumo/ — Carnarius
do vēdunt̃:Carnariū appellat̃.Plautus.Cœnā e Carnario emit iā factus ſat̃. Varro. Ta/ — Carnarium
bernā Carnariā uocat Carnariū tamē ꝑprie dr̄ vbi ſalitæ carnes domi reponunt̃.Plynius — Lanius
Plautus — Quippe e Macello aut carnario uidēdū ē.Qui uero Carnes in Carnario uēdūt etiā laniuſ
Varro — cōſtat appellatos fuiſſe.Plautus.Iuuelabro uel piſtorē uł Laniū uel haruſpicē. Vñ lanienas
Plynius — officinas vocamus:in q̄bus fiunt:ac vēdunt̃ carnes.Idē.Per Myropolia & lanienas:circū — Lanionia mēſa
Plautus — q; argentarias rogitando ſum raucus factus:& lanionius ad laniū ſpectās.Vñ lanioniæ mē — Carnarius
Idem — ſæ dicunt̃:in q̄bus ſcindit̃ caro Suetonius.Carnificē ſtati acciri cū machæra menſaq; lani/
Suetonius — onia flagitauit:& Laniū aliqñ ꝑ carnario poſitū:hinc laniſtas dictos:q laniādis gladiato
Plautus — ribus præſunt: qnēadmodū inferius oſtēdimus. Carnariū quoq;. Plautus. Accipit ꝑ ipſa
carne:Qui mihi carnariū parauit rediculuſ ad ientādū.Itē Carnariuſ Maſculino genere dr̄ — Macellus
& q carnē vēdit:& q in edēda carne delectat̃.Martialis.Carnarius ſum Pinguariuſ ñ ſum — Macer
Martialis — quod ſignificat:Carnoſam hoc ē corpulētā amicā opto nō nimiſ pinguē.Macellū etiā ꝑ di
Lucillius — minutionē dicimuſ macrū.Lucilliuſ.Si noſti nō magnuſ hō eſt:naſutuſ:macelluſ:Macer ꝑ
Virgilius — prie vocat̃ exiliſ:atq; ex tenuatuſ.Virgilius.Heu heu q̄ pingui macer ē mihi tauruſ in aruo
& a græco:vt ego arbitror deducit̃:græci.n.μακρον lōgū dicūt:quæ aūt tenuia ſunt lōgio

ra uidentᷣ a Macros Macrocoſmus dictus hoc eſt lõgus mũdus: Sicut microcoſmus paruus
mũdus & macrologia lõga orõ: multiloquẽtia: ſicut Brachylogia breuiloquẽtia: & Macro
bius: lõgæuus. βιοσ. n. uitã ſignificat: & Macrochir lõgimãus. A macer uero Macilẽtus dr̃
eiuſdem ſignificationis: & Macreſco uerbum: quod eſt extenuor: & macies extẽuatio. Apu
leius. Vnde iſta tam ſubita macies: & tantus pallor: & macritudo: & macor eiuſdem ſignifi
cationis. Plautus. Oſſa atq; pellis ut miſer macritudine. Pacuuius. Corpuſq; meũ tali mæro
re errore macore ſenet: Ab hoc fit maceſco. Varro. Riualis homo iturus incuriam añ ma⁄
ceſcebat: Itẽ maceror eiuſdẽ ſignificationis: frequenter tamẽ ad animum transfertᷣ: & capitᷣ
pro affligor. Idem maceries hoc eſt paries ſine calce factus: quaſi ſine pinguitudine: q & ma
ceria dicitᷣ ſolis lapidibus conſtans. Maceries etiam ipſam macritudinẽ: ſiue macerationẽ
ſignificat. Machæra uero græca uox eſt: & latine ſica dicitᷣ: & culter ſiue cultellus. Iuuena⁄
lis. Armes nomẽ uictũq; machæræ: notum inſtrũm eſt ad ſcindẽdum ſimul: uulnerandũq; vñ
Machaerophori Sicarii dicuntᷣ. Item macula quod ſignificat turpitudinem: quoniam ma⁄
cies animal decolorat: ac fœdum facit. Plynius. Fullones eas maculas e ueſtibus tollunt: hic
Maculo: & Cõmaculo ideſt fœdo deturpo: Capitur etiã macula ꝑ nota: hoc eſt ſigno quo
cunq; unde genitiuæ notæ in corpore maculæ dicuntᷣ. Item pro infamia. Cicero. Cuius vt
adoleſcentiæ maculas: ignominiaſq; prætereã. Itẽ pro foramine in rete. Idem. Reticulumq;
ad nares ſibi admouebat tenuiſſimo lino: minutis maculis: plenum roſæ. A macula macu⁄
loſum dr̃: quod modo ſordidũ: immundũq; ſignificat. Plautus. Sordida ac maculoſa fa⁄
cie: modo uariũ ac notis plenũ. Virgilius. Succinctum pharetra: & maculoſæ tegmine lincis
Item a macro: ſiue macie fit marceo: quod eſt putreo: & marceſco putreſco: quoniã quæ ma
cie attenuata ſunt: facile putreſcunt: hinc marcor putredo: & marcidus putridus: & ſi Var⁄
roni credimus. Mæreo: doleo: quod mæror hoc ẽ dolor: corpus marceſcere faciat ab eo mæ
ſtum deducitᷣ: hoc eſt triſte miſerãdũ. Virgilius. Et moeſtas promere uoces: a quo mœſtitia
& mœſtitudo deducũtur. Quintilianus dolore: atq; aĩ mœſtitia languens. Actius. Ni ueſti
tus teter: mœſtitudo: uaſtitudo: prædicarẽt hominẽ eã. Plautus. Cui tãta mæſtitudo obtigit.
Veteres etiam mœro pro mœſtum: & mœrentẽ facio uſurparũt. Pacuuius. Qui multis me
mœrauit modis. At qum ſine diphthongo ſcribitur. Mereo longe diuerſam ſignificationẽ
habet. Mereri. n. proprie ẽ lucri gratia aliqd operari: unde merere dicimus ſtipẽdii gr̃a mi⁄
litare: Varro. Qui in exercitu donati eſſent: & equo publico mererẽt. Lucanus. Aere merẽt
paruo: a quo emeriti dicuntur qui iam a militia abſoluti ſunt: vñ mors ab emerita uita dicta
eſt. Quidam tamẽ emereor: & emeritũ a mereor potius deductũ exiſtimãt: ut ĩferius docebi
mus: & merere mulieres dicuntᷣ: quæ ſe ſordiſſimi quæſtus gratia proſtãt: a quo meretrices
ſunt appellatæ: A qbus meretriciũ ꝑ meretricia arte: & meretricari: quod eſt Scortari: & me
retricius meretricia meretricium qcqd quæſtum facit corpore ſuo: unde eq meritorii dñr: &
meritorii muli & meritoriæ rhedæ: quæ quæſtus gratia locantᷣ: aut cõducuntᷣ: & ſcorta me
ritoria: quæ lucri gratia proſtituuntᷣ: & pueri meritorii: qui uł iuſſu dominorũ uel ſua ſpon
te proſtant. Cicero. Ingenui pueri cũ meritoriis: ſcorta cũ mr̃ibus familias uerſabantᷣ. Cor
pus quoq; meritoriũ dr̃: & ratio meritoria: quaſi vilis: & male cœpta: & taberna meritoria
ſtabulum: ſiue diuerſoriũ eſt: hinc merces appellata: quæ pro labore & ſtipẽdio ſoluitᷣ. Iuue
nalis. Scire uolũt omnes: mercedẽ ſoluere nemo: & Mercenarius: q opam mercedis gratia
ꝑſtat: & mercor uerbum: quod eſt modo emo: mõ emẽdi aut uẽdẽdi cauſa mercaturã exer
ceo: a quo mercator: qui emit: ſiue ut teneat: ſiue ut alteri uẽdat: & qui mercaturã exercet: &
Merx: ac mercatura: quæ ita inter ſe differũt: quod merx eſt ſpeties ipſa: quæ emitur uenditᷣ
ue: a quo mercimoniũ: & cõmerciũ quaſi cõtrectatio quædã merciũ deriuãtᷣ. Mercatura ue
ro actus ipſe emendi: ac uendendi merces. Cicero. Mercatura autẽ ſi tenuis ẽ: ſordida putã⁄
da eſt. Sin magna & copioſa multa undiq; apportãs: multiſq; ſine uanitate impartiens: nõ
eſt admodũ uituperanda. Itẽ mercatus locus in quo agitᷣ mercatura. Idẽ. Quo qum tanq;
ad mercatũ bonarũ artiũ profectus ſis: inane redire turpiſſimũ eſt. Mercis appellatio ut Vl
pianus inqt ad res tantũ mobiles pertinet. Afranius. Addit mercis appellatiõe homines nõ
cõtineri: & ob eam rem Mangones nõ mercatores ſed Venalitiarios appellãdos cẽſet. Mer
cem. Varro a merẽdo ære dicit appellari: A merce uero Mercurius deriuatᷣ Iouis filius ex
Maia Atlantis filia: q mercaturæ deus ẽ: & deorum interpres ideo a græcis Hermes dictus
ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν: quod eſt interpretari: hic palæſtrã docuit: Lyrã inuenit. Her⁄
maphroditũ ex ſorore Venere genuit & ex Lycaone Deucalionis filia Autoliũ. Idẽ præci
bus Iunonis Martẽ e duris carceribus liberauit. Argũ interemit: Prometheũ in Caucaſo re
ligauit. Argiphõtes cognominatᷣ: quod argum peremerit: quem ferũt multis circa caput ocu
lorũ luminibus ornatum custodiſſe Iunonis imperio Inachi filiã eius deæ pellicẽ in bouis
ſpeciẽ conuerſam. Simulachrũ eius egyptii pennatis alis inſigniunt: alii petaſo hoc talaribꝰ

Macilentus
Macreſco
Macies
Macritudo
Macor
Maceſco
Maceries
Maceratio
Machæra
Macula
Maculo
Commaculo
Genitiuæ notæ
Marceo
Marceſco
Marcor
Marcidus
Mæreo
Mereor
Mæſtus
Mæſtitia
Mæſtitudo
Mereo
Meretrices
Meretricium
Meretricor
Meretricius
Meritorium
Meritorius equus
Meritorius mu⁄lus
Meritoria rheda
Meritoriũ ſcor⁄tum
Meritorius puer
Meritorium cor⁄pus
Meritoria ratio
Meritoria taber⁄na
Merces
Mercenarius
Mercor
Mercator
Merx
Mercimonium
Cõmercium
Mercatura
Mercatus
Mango
Venaliciarius
Mercurius
Hermes
Hermaphrodi⁄tus
Argiphontes

Apuleius
Plautus
Pacuuius
Varro
Plynius
Cicero
Idem
Plautus
Virgilius
Varro
Virgilius
Quintilianus
Actius
Plautus
Pacuuius
Varro
Lucanus
Cicero
Iuuenalis
Cicero
Idem
Vlpianus
Afranius
Varro

Statius alatis:& addunt capiti Galerū. Statius. Obnubitq́ comas: & tēperat aſtra Galero. Itē dāt ei Caduceū: quæ uirga eſt: qua bellum dirimit̃. Nam quia Mercurius orationis deus eſt: & deorum nuntius: merito & a diis mittebat̃ ut diſſidentiū animos oratione ſedaret. Hinc legati pacis Caduceatores dicti. Sicut eni ꝑfecialis bella indicebant̃: ita per caduceatores fi niebant̃. Caduceū Aegyptii in ſpeciem Draconis maris: ac fœminæ cōiūctorum figurauе runt: & Mercurio conſecrarunt: hi Dracones parte media uoluminis ſui: nodo quē uocāt herculis inuicē obligant̃: primæq́ partes eorū reflexæ in circulū preſſis oſculis: ambitū cir culi iungunt: & poſt nodū caudæ reuocant̃ ad Capulum Caducei. Cauſam aūt cur exter næ gentes Caduceū in pace tractāda circūdata anguiū effigie fecerint qdam hāc eſſe tradūt Cum Mercurius Lyram in Cyllene mōte Archadiæ ſeptichordē ad Atlantidū numerum ī ſtituiſſet: quod Maia mater eius ex illarū numero eſſet: ac non multo poſt depræhenſus ab Apolline fuiſſet Boues ſuas abigere: quo facilius ueniam ab eo impetraret: Apollini tradit̃ conceſſiſſe: ut lyram a ſe primo inuentam prædicaret: ꝑpter quod Appollinem ferunt uir gam quandā Mercurio dono dediſſe: quā qum manu tenens in Arcadiam proficiſceret̃ in uentos ab eo fuiſſe Dracones duos ſimul ligatos: & inter ſe mutuo pugnātes quo uiſo uirgā interpoſuiſſe:: & dicto citius prælium diremiſſe: Eo facto huiuſmodi uirgā pacis gratia di xit eſſe conſtitutā: & huius rei exemplo uirga poſtea duorū Draconum ſimilitudine finxe runt: eaq́ & in palæſtra & in reliquis certaminibus uſi ſunt ad prælium dirimēdū: Sed hæc fabuloſa ſunt. Veritas aūt hiſtoriæ hoc habet. Ouigenus eſt in magna fāma magorum. An gues eni numeroſi: ouorū cōuoluti ſaliuis: fauciū corporūq́ ſpumis artifici complexu glo merantur. Id Ouū Anguinū appellat̃. Magi dicunt ſibilis in ſublime iactari oportere: ſago q́ intercipi: ita ut terram nō attingat: raptorē equo profugere: ſerpentes enim inſequi do nec interuentu alicuius amnis arceantur. Experimentū eius eſſe: ſi cōtra aquas fluitet: uel au ro cinctum: Certa quoq́ luna capiendū cenſet̃ ad uictorias litium: ac regum additus maxi

Claudius me laudat̃ a Diuo Claudio principe interēptus eſt qdam eques Romanus nō ob aliā cau ſam q̄ ut eam uanitatē Cæſar experiretur: hāc igit̃ Caducei cām eſſe affirmant. Ideo Cri ſtatos angues in caduceo nō eſſe. A Mercurio. Mercurialis herba dicit̃: quā græci Linozo ſtin uocant: quam hermupoan quaſi ἑρμοῦ ποαν: hoc eſt Mercurii pabulum. Duo eius genera maſculus: & fœmina: Ocimo pene ſimilibus foliis: caule cubitali: ramoſo in cacumi ne: geniculis denſis: naſcunt̃ in Cāpeſtribus cultis. Mirū eſt: quod de vtroq́ prodit̃. Maſcu lū ut mares gignant̃ efficere: Fœminā ut mulieres: hoc fieri ſi poſt conceptū ſuccus ſtatim bibat̃ in paſſo: edāturq́ folia decocta ex oleo & ſale uel cruda ex aceto. Ab Hermes aūt eti am Hermopolis dicta: urbs quam Mercurius cōdidit. nam qum Argum occidiſſet: fugit in ægyptum: & qm̄ in omni diſciplinarū genere erudiſſimus erat: maximo in honore habitus eſt: primūq́ anni menſem ægyptii ex illius noīe nuncuparūt. Ipſe uero Triſmegiſtus hoc eſt ter maximus appellatus ē. Itē ab Hermes: & Aphrodite: qd̃ Venerē ſignicat: Hermaphro

Ouidius ditus ē dictus Mercurii & Veneris filius. Ouidius. Mercurii puerū: & diua Cythereide na tū: Naiades idæis e nutriuere ſub antris. Cuius erat ſpēs in q̄ materq́ paterq́ cognoſci poſ ſent: nomē quoq́ traxit ab illis. Hunc Poetæ finxerūt: quod uagabundus in Cariā aliqn̄ ꝑ ueniſſet: limpidiſſimū fontē cōſpicatū fuiſſe: quē Nympha Salmacis noīe incolebat: hanc ſubito amore eius correptā qum nullis flectere eū blāditiis: nullis precibus poſſet: tādē ſimu lato receſſu poſt ueprē latuiſſe. Iuuenē autē dū abiiſſe Nymphā exiſtimat: nudū fontē itraſ ſe: qd̃ cōſpicatā Nympham decurriſſe ſubito: & abiectis ueſtibus Iuuenē arctiſſime cōplexū fuiſſe: Sed qum obſtinatū exorare nō poſſet: Petiiſſe a diis: ut ex duobus corporibus in vnū redigerent̃: Itaq́ factū: ut q uir fontē intrauerat Androgynus hoc ē utrūq́ ſexum hn̄s exi ret. Quā ob rē a ſupis exoraſſe fert̃: ut qcunq́ eum fontē intraret. Idem pateret̃. Quod ali qua ea ratiōe fictū fuiſſe a pœtis exiſtimāt q a Salmacidis fontis aq̄ potātes eā molles atq́ effœminatos redderet. Sed hoc falſum ē neq́. n. molles & īpudici ex ea aq̄ potātes fiūt Sed & color fontis ꝑ lucidus ē: & ſapor aquæ egregius: aq́q́ ipſa ſalubris. Ratio autē fictionis hæc ē: qd̃ cū græci eo coloniā deduxiſſent. Caras & Lelegas inde eiecere: hi aūt ad mōtes fu gati cōgregari inter ſe: ac diſcurrere latrocinariq́ ſolebāt: agrūq́ oēm crudeliter uaſtare. In ter hæc vnū ex colonis ad eū fontē ꝑpter bonitatē aquæ quæſtus cā Tabernā oībus copiis inſtruxit: eāq́ exercendo barbaros allectabat. Ita ſingulatim decurrentes: & ad cœtus cōue niētes e duro: feroq́ more cōmutati in græcorum cōſuetudinē: & ſuauitatē ſua uoluptate ī ducebant̃. Ergo ea aqua nō īpudico morbi uitio ſed humanitatis dulcedie mollitis aīs bar barorū eā famā eſſe adeptam. Ab hoc hermaphrodito: hermophroditi dicti ſunt oēs utrū q́ ſexum habētes olim ī prodigiis: poſtea in deliciis habiti: & a græcis uocibus: quæ uirū ac

Vlpianus mulierē ſignificāt. Androgyni appellati: Hos eius ſexus exiſtimādos Vlpianus putat: q in eis ꝑualet uiſi ſunt: & aliqn̄ mares ex fœminis facti. Licinius Mutianus ſcripſit uiſum a ſe

Caduceus · Caduceator · Nodus herculis · Ouum Anguinū · Mercurialis herba · Linozoſtis · Hermupoa

Argis Ariſtené:cui nomẽ Areſtuſæ fuerat:hũc nupſiſſe etiá:mox barbã & uirilitatẽ ꝓueniſ/ ſe:vxoréq; duxiſſe:eiuſdẽ ſortis & Zinyrtiæ puerũ a ſe uiſum.Itẽ.Plynius.Prodit uidiſſe in Africa mutatũ in marẽ nuptiarũ die.L.Coſſiciũ Ciuẽ Tiſdritanũ.Itẽ ab Hermineno Her menia dr:quod interꝑtationẽ ſignificat:vñ extat Ariſtotelis liber Perihermenias:hoc ẽ de interꝑtatiõe.Itẽ vt Vrbe ærariũ eſt:ubi pecunia publica continetur ab ære dictũ:& carcer a coercẽdo:quod uincti in eo cuſtodiunť:& ꝓhibenť exire.Eſt.n.cuſtodiæ locus:quæ græce Phylaca diciť:Plautus.Illic eſt abductus rectã phylacã:ut dignus eſt & Carceres ex qbus eq mouenť:ad curſum:quod coerceanť eq:ne inde exeãt anteq̃ magiſtratus miſerit ſignũ: q̃uis hæc aliqñ a poetis cõfunduntʼ.Virgilius.Ruũtq; effuſi carcere currus.Comitiũ ĩ quo coiť ad litiũ & ſuffragiorũ cauſas.Curiæ.Vbi uel ſacerdotes res diuinas:uel magiſtratus hu manas curat.Senaculũ vbi ſeniores cõſultãdi gratia cõſiſtũt:dictũ: ut Geruſia apud græcos Lautulæ a lauando:quas græci Thermas appellãt:de qbus paulopoſt dicemus a quo locus extra urbem Romã:in quo propter fluẽtes aquas lauãdi uſum exercebãt:Lautulæ uocabãť Item in maritimis urbibus Portus:de qbus paulo ante diximus in quibus naues a tẽpeſtati/ bus defenduntʼ:& Naualia:in qbus fiunt naues:& remi:& oĩa ad claſſem neceſſaria tenen tur:& Emporia:hoc ẽ mercatus rerũ:quæ mari uehunťʼ.Itẽ in urbe Vici:de qbus ſupra di/ ximus & Regiones & Tẽpla.Compita.Quadriuia ab eo: quod multæ viæ in vnũ cõfluãt & quaſi vnũ petant locũ.Vnde Cõpitalia feſta dicta:quæ in Cõpitis ꝑagebanť:& Cõpita licius dies:ĩ quo Cõpitalia celebranť.Itẽ Areæ Plateæ Campi:de qbus paulo poſt dicemꝰ nam Amphitheatra:Theatra:cyrcos:aliaq; ꝑ multa.quæ nũc in uſu nõ ſunt:ſponte præteri mus.Ite; Veſtibulũ:quod ante Domos eſſe ſupra memorauimus: & græce ꝓpyleum diciť. Plynius.Prothogenes qum Athenis celeberrimo loco mineruæ delubro ꝓpylæũ pingeret adiecit paruulas naues longas in his quæ pictores Parerga appellant:Hic obiter notandũ ẽ Parergon dici:quod alicui rei præter ꝓpoſitũ additʼ:ut ſi pictor Iunonem pingẽs ornãdæ tabellæ grã arbuſculas:& auiculas:ſiue naues:mariaque: aut aliqd aliud huiuſmodi addide rit.Poſtremo domus:uocabulũ:ut ſupra diximus a græcis ſumptũ:quæ Aedes etiã multitu/ dinis numero dicunť:ut meas ædes nõ præſcribã.In ſingulari uero templũ ſignificat:ſeruat q; eandẽ ſignificationẽ plurali:hñs tñ ſemper in utroq; numero adiectionem Vt in æde [illegible] nis:in æde Mercurii:ĩ æde Mineruæ:in a de ſacra:ædes ſacræ:ædes deorũ.Cicero. Ex eo die quo in ædẽ Telluris cõuocati ſumus:in quo tẽplũ quantum in me fuit:ieci fundamẽta pacis Aliqñ ædes ꝓ ſepulchro poniť.Ouidius.Eſt mihi Marmorea ſacratus ĩ æde Sicheus Aedes ab aditu dictas.Varro teſtaťʼ:alii quod in ædito poni ſolerẽt:aliq ædem putãt appellatam quod in ea ſacrificantes edere cõſueuerunt.Aediũ appelatiõe omnes ædificii ſpẽs cõtineri. Paulus Iuris Cõſultus affirmat.Ab hoc fit Aedifico:quod ꝓprie ẽ ædẽ facio.Horatius. Di ruit ædificat:miſcet quadrata rotundis.Poniť tamẽ in omni genere conſtructionis:vñ ædi ficiũ oĩs cõſtructio dr: utputa quadrigæ:currus:portus:pontis:nauiũ:& aliorũ huiuſmodi: ædificii quoq; appellatione nõ ſolũ ſuꝑficiem ſignificari:ſed ſolũ quoq; ipm:cui ædificiũ ſu perpoſitũ eſt. Vlpianus putat. Ab ædifico fit Proedifico.Veteres qppe ꝓ ædificatum dice bãt:quod ex priuato loco ꝓceſſerat in publicũ ſolum.Itẽ ab Aede fit Aedepol iurãdi aduer bium quaſi ꝑ Aedẽ pollucis:& Aedituus:q curat ædes ſacras ab æde tuenda:a quo fit editu or uerbũ ꝓ ædẽ tueor.Veteres nõ æditũũ:& æditu or ſed æditimũ:& æditimor dixere.M. Varro.Aeditimũ dicendũ exiſtimat nõ æditũũ:quod alterũ ſit recẽti nouitate factum.Alte rũ antiqua origine incorruptũ.Cicero.In Veterẽ Aeditimi cuſtodeſq; mature ſentiũt.Aedi tuentes quoq; legimus ꝓ ædes ſacras tuẽte:hoc ẽ æditúos:& Adilis ab ædibus dr:ſiue ut qdã uolũt:quod facilis ad eũ plebi aditus eẽt.Hic Magiſtratus erat:q nõ modo ſacrarũ:ſed etiã priuatarũ ædiũ curam gerebat:ludos quoſcũq;:& ex quacũq; cã inſtituere ad eos ꝑtinebat. Vñ Põpeium legimus ædilẽ factũ Theatrũ:quod ſumma ipẽſa ædificauerat:magnificẽtiſſi mis ludis dedicaſſe:in qbus currus cũ Elephãtis ĩtroduxit. Comœdiæ quoq;: & tragœdiæ ædiliũ iuſſu recitabanť:& loca ĩ theatro aſſignabanť.Vñ Attiliũ.Seranũ:&.L.Scriboniũ legimus:dũ ædiles eẽnt:Senatus ac plebis loca ſecreuiſſe.Si qſpiã ſuũ:aut iumtũ morboſu; vitioſũ ue ꝓ ĩtegro ſanoq; uẽdidiſſent:edicto ædiliũ ẽptori ſuccurrebaťʼ:hi ẽt curã gerebãt: ut Cloacæ & aquæ ductus:cæteraq; ædificia tã priuata q̃ publica:lauta:mũda:& ĩtegra ſua renť.Deniq; qcqd uitioſu; ꝓ ſincero:fractũ ꝓ ĩtegro uenũdatũ eẽt ædiliũ ĩperio rehibebaťʼ idq; ædiliciũ ædictũ dicebaťʼ.Aediles ab initio duo ex plebe creati fuere.Poſtea alii duo pñ cii additi:q qm Sella curulli uterenť:Aediles Curules uocitati ſũt:alii plebei dicti:Primi ex pñciis ædiles creati ſunt.Capitolinus:&.P.Cornelius Scipio:qũ ludos ſolẽnes ꝓ ordini/ bus in cõcordiã redactis faciẽdos:& in faſtis referẽdos Senatus iuberet: idq; ædiles plebis ſe facturos negarẽt.Tũc.n.cõclamatum a iuuẽtute patricia diciť ſe ad honoris deorũ ĩmor taliũ grã libẽter facturos.Quibus qum ab uniuerſis gratiæ actæ forẽt Senatuſcõſultũ factũ

Aerarium
Carcer
Carceres
Comitium
Curiæ
Senaculum
Geruſia
Lautulæ
Thermæ
Portus
Naualia
Emporium
Vicus
Regio
Templum
Compitum
Quadriuium
Compitalia
Compitalicius dies
Area
Platea
Campus
Circus
Amphiteatrũ
Theatrum
Paregon
Veſtibulum
Domus
Aedes
Aedifico
Aedificium
Proedifico
Aedepol
Aedituus
Aedituor
Aeditimum
Aditimor
Aedituens
Aedilis
Aedilicium ædictum
Aediles Curules
Aediles Plebei

Plynius
Plautus
Virgilius
Plynius
Cicero
Ouidius
Varro
Paulus.Iu. Con.
Horatius
Vlpianus
M.Varro
Cicero
Pompeius
Attilius
Seranius
L.Scribonius
CN.Capitoli.P.Corne. Scipio

eſt: vt duos ex patrib9: q ædiles eēnt: Dictator pplm rogaret. Pres Comitiis autores forent.
Duos quoq; ædiles alios a Iulio Cæſare creatos legimus: q frumēto pĕeſſent: a quo Cereales
ſunt noīati. Ab ædili ædilitas & ædilitat9: & ædiliciū deducunt̄ p ipſa dignitate: ſiue magi/
ſtratu ædiliū. In prima parte ædiū. Hoc eſt poſt ueſtibulū: de quo iā diſſeruimus Ianua ē di
cta a Iano: quod huic deo cōſecratū ſit omne pricipiū: hinc Ianitror cui Ianuæ cuſtodia de
mandata eſt: cuius fœmininū eſt Ianitrix: & Ianeus quoq; a ueteribus dicebat̄. Ianus autē
ab hiatu dictus ē: detracta aſpiratiōe: eo quod fuerit omniū primus: cui ueluti parēti oīum
ſupplicabant: & a quo rerū oīum factū putabāt initiū. Et. n. Chaos appellarūt ueteres: ī pri/
miſq; Heſiodus cōfuſam quandā ab initio vnitatē hiantē: patētemq; in pfundū: a quo &
χάσκειν. græci: & nos hiare deduximus: & quod nos hiatū illi χάσμα dixere. Ouidius
Ante mare: & terras: & quod tegit oīa cælū: Vnus erat toto naturæ uultus in Orbe: Quē di
xere Chaos: rudis: indigeſtaq; moles: Nec qcq; niſi pōdus iners. Dicit̄ aūt Ianua etiā hoſti
um: uel ab obſtādo: uel ab ore: quod qſi os ſit: p quod ſit ingreſſus: & exitus. Quidā tn̄ Ianu
am ab hoſtio ita diſtingūt: ut Ianua domus ſit: hoſtiū uero partiū: nam & tricliniorū: & cu
biculorū: & cellarum: atq; aliarū partium hoſtia dicunt̄. Cōfundunt̄ tamē hæc ſæpenume
ro: & græce θύραι hoc eſt thyre dicunt̄: a quo Thyridion hoſtiolū: & obthuro uerbū qđ
ſignificat claudo: a quo obthurator: obthuratrix obthuratio. Mox atriū eſt: quod a quibuſ
dā etiā aula dicit̄: de quo ſupra diximus: cui proximū eſt tablinū locus hibernæ ſtatiōis a ta
bulis dictus: deinde porticus: quibus includi areæ ſolēt egregiū aduerſus tēpeſtates: ac ſeruo
rē ſolis receptaculū. Ab hoc Cryptoporticus dicit̄ nomē ex græco: latinoq; cōpoſitū κρυ
πτὰ eni græci ſubterraneas teſtudines uocāt. Sūnt aūt Cryptoporticus: ſubterraneæ por
ticus cū amplis feneſtris: qbus refrigerādi gratia p æſtatem utimur. Nec a porticu diſſimile ē
Periſtylliū: quod latine interptari circūcolumium pōt περὶ eni circū ſignificat: ςυλος
dicit̄ Columna: eſt aūt locus circūquaq; porticū hn̄s uel ſaltē a tribus lateribus: qlia fieri ī ru/
ſticis domibus ſolēt. Quædā ēt domus Atriolū habēt: hoc ē aliū paruū atriū. Cicero. Quo
loco te ſcribere aiūt: ut Atriolū fiat Mihi ut ē magis placebat: Neq; eni ſatis loci uidebat̄ eē
Atriolo: nec fere ſolet niſi in his ædificiis fieri: in qbus ē atriū maius. Poſtea Cauū ædiū: qđ
& Cauædiū a qbuſdā uocat̄: qui locus intra parietes relinquit̄ patulus: q ſit ad cōmunē oī
um uſum. In hoc ſi nullus locus relictus ē: q ſub diuo ſit: teſtudo dicit̄ a teſtudinis ſimilitudi
ne: ut Romæ in prætorio: & roſtris fuiſſe legimus: Si uero relictus eſt in medio locus: ut lu/
cē capiat deorſū: quo īpluit: īpluuiū dr̄. Surſum q cōpluit cōpluuiū: utrūq; a pluuia. Thu/
ſcanicū quoq; appellatū a Thuſcis poſtq̄ illorū cauum ædiū imitari Romani cœperūt. Re
liqrum partiū ordinē qdem referre ſupuacuū eſt: cū magna ſit ædificioru; ubiq; diuerſitas.
Qua ppter partes tm̄ ædium: ſunt loca ad res neceſſarias reponēdas ſepta: quæ a celādo: ut
ſupra diximus Cellæ uocant̄: & penariū: ſiue penu: in quo res ī lōgiorē uſum cōſeruant̄ &
granariū ī quo reponit̄ granū: qđ & ab horreo horreū dr̄: & a Veterib9 a farre Farreū uo
cabat̄. Quibuſdā tamē locis granu; ſuat̄ ī ſcrobibus in ſicco ſolo factis & palea ſubſtratis
q Syri uocant̄. Præterea apothecæ: quæ latine Cellæ uiariæ dicunt̄. Plynius: Vina in Apo
thecis canis ortu mutant̄: poſteaq; reſtituunt̄ ſibi: Proprie tn̄ Apothecæ dicunt̄: in qbus ui
nu; & ſeruat̄: & uēdit̄. Idē Apothecis fuiſſe & diffundi ſolita uina anno ſexcenteſimo tri
ceſimotertio urbis apparet. Idē. Tantū pecuniaꝝ detinēt uini apothecæ: nec alia res maius
incremētum ſentit. Fenilia. Farinaria. Piſtrina hoc ē loca in qbus fenū: & farina ſuant̄: ac
pinſit̄ triticum: & panis fit: & ſi aliqñ in domibus ſint: potius tn̄ extra domū faciēda uidē
tur: vt ædes ab ignis piculo ſint tutiores. Similit̄ Præſepia equoꝝ niſi teſtudiata ſiāt: qlia tu
Federice īperator ī iſta tua regia feciſti: tāto ſumptu: decore: ac magnificētia: ut cōnumerari
īter pclara totius orbis opa merito poſſint. Præſepia loca ſunt ñ tm̄ ī qbus eq: muli: iumē
ta: cæteraq; hmōi paſcunt̄: ſed oīa loca clauſa: ī qbus aīalia cōtinent̄. Virgilius. Ignauū fu/
cos pecus a præſepibus arcēt. Idē. Stabāt tercētum nitidi ī pſepibus altis. Dicimus ēt pſepi/
um: ſed hoc potius locus ē: ī quo pabulū animalibus porrigit̄. Plynius. Elephāti maxīe odo
re murē: & ſi pabulu; ī pſepio poſitū attigi ab eo uidere: faſtidiūt. Præſepia ēt dicimus par/
uā nubeculā ī cælo: qđ ī ea aſelli de qbus īferius dicemus: ſtabulari uidebant̄. Plynius Sunt ī
ſigno Cancri duæ ſtellæ paruæ aſſelli appellate. Exiguū iter illas ſpatiū obtinēte nubecula:
quā pſepia appellant: hæc cū cælo ſereno apparere deſierit: atrox hyems ſeq̄t. Poſt hæc tri/
cliniū ē locus: in quo diſcūbit̄ dictū a tribus lectis: nā tris mēſas in cōuiuio appōere veteres
qum ſimiliter acquiro ſignificet ſi tamen cum homine iungatur:frequentiſſime capitur pro
inuenio.Cicero. Eum tu hominē tereto:ſi quē eris nactus iſtis mortis: aut exilii minis. Ab
hoc veteres renãciſcor dixere:pro eo qđ eſt reꝑhendo:& Indipiſcor:qđ ſimiliter ſignificat
aſſequor:Dicitur etiam in actiuo Indipiſco.Plautus.Neq; partē tibi adeo indipiſces: neq;
furem excipies.Ab Indipiſcor fit Indeptus a quo Indepto frequētatiuũ.Varro.Nec partē
aliquam indeptauit hæreditatis.A Piſcor Piſcator deducitur: qui piſcatur: & Piſcatus: ac
Piſcatio pro ipſo actu piſcandi.Plynius.Quos venatus:aucupia:piſcatuſq; alebant:& Pi
ſcatorium:quod ad piſcatorē ꝑtinet:ut Piſcatorius: Piſcatoria ſcapha:Piſcatoria fiſcina:
Piſcatorium tugurium:& Piſcoſum:qđ modo ſignificat piſcibus plenũ:modo in quo piſ/
cari facile eſt:qđ & Piſculentũ veteres dixerunt.Cato.Fluuiũ magnũ:pulchrum:piſculētũ:
Piſcatorii ludi dicebãtur:qui pro q̃ſtu piſcantiũ fiebant. Item Piſcariæ loca in qbus piſces
vendũtur:& Piſcarii qui piſces venditant.Varro.Nullus in piſcaria piſcis erat:Inter piſca
rios nemo vēdebat:Iidem & Cetarii dicuntur. Quamuis.Cetarii potius ſunt:qui magnos
piſces:& ſalſos vendũt.Cete eni maiores piſces in mari ſunt:nõ ouum:ſed animal parturiē
tes:ꝙ nulli ex paruis accidit præterq̃ Ranæ. Virgilius.In maria cete.Cetarii etiã piſcatores
magnoꝝ piſciũ dicũtur: utputa thynnoꝝ: & alioꝝ huiuſmodi. Varro. Aduertis cetarios
qum videre volũt in mari turmas aſcēdere in malũ:alti ut penitus per aquã perſpiciant:Hic
Cetariæ dicũtur loca iuxta mare ſtagnante lacu in qbus thynni:& alii huiuſmodi piſces ca/
piuntur:& iuxta ſaliuntᷓ.Plynius.Carteiæ in cætariis aſſuetus polypus exire:atq; ibi ſalſa/
mēta populari.Idē.Scombris in aqs ſulphureus color:extra:q ceteris:hiſpaniæ cetarias: hi
replēt thynnis nõ cõmeantibus.Piſces aliqñ a terreſtriũ aialiũ ſiſitudine nomē habēt: ut vi
tulus:ſcorpius:anguilla.Aliqñ a ſiſitudine auiũ:ut paſſer hirũdo: Nõnũq; ab aliquo inaia
to:ut a teſta:teſtudo:ab acu acus:q & belone dicitᷓ:qđ græci βελόνην acũ nõiant. Plyni
us.Acus ſiue belone vnus piſciũ dehiſcēte ꝑpē multitudinē vtero parit: a partu coaleſcit vul
nus:qđ & in cæcis ſerpentibus tradũt.Interdũ a colore ut aurata: a colore auri: & Mullus
a colore mulleoꝝ calceoꝝ:qbus primo reges albani:poſtea patricii vſi ſunt.erãt aũt purpu
rei coloris a millando:hoc ē ſuendo dicti.Vñ Millus collare canum venaticoꝝ conſutũ:fa
ctũq; ex corio clauis ferreis eminētibus aduerſus ĩpetum lupoꝝ.Scipio.Emilianus ad po/
pulũ.Nobis inqt:reiq; publicæ præſidio eritis q̃ſi millus cani.Mullus piſcis ē marinus ma/
ximæ nobilitatis:& gratiæ:magnitudinis modicæ:raro.n.binas libras põderis ſupat.Mar
tialis.Nolo mihi ponas Rhombum:Mullũq; bilibrē.Mutianus tñ tradidit Mullũ octua/
ginta libraꝝ ĩ mari rubro ſemel captũ fuiſſe:veſcitᷓ alga:oſtreis limo:& alioꝝ piſciũ carne:
barba gemina inſignitᷓ inferiori labro:ꝑpter qđ Veneti barbonem vulgo nõiant.a græcis
Trigla dicitᷓ:quo nõie in pñtia vtuntᷓ Romani:Hinc Trigles Lapillus dictus:qđ Mulli co
lorē habet:Sicut carcinias:qđ cancri marini:Echites qđ Viperæ:Scorpites qđ Scorpiõis:

Perſona
Sipunculis
Baptiſterium
Caldariæ cellæ
Frigidariæ cellæ
Piſcina
Piſciculus
Piſcor
Expiſcor
Adipiſcor
Appiſcor
Nanciſcor
Renanciſcor
Indipiſcor
Indipiſco
Indeptus
Indepto
Piſcator
Piſcatus
Piſcatio
Piſcatoriũ
Piſcatorius
Piſcoſum
Piſculentum
Piſcaria
Piſcarius
Cetarius
Cete
Cetarius
Cetaria
Vitulus
Scorpius
Anguilla
Paſſer
Hyrundo
Teſtudo
Acus
Belone
Aurata
Mullus
Millus
Barbo Trigla
Trigles
Carcinias
Echites
Scorpite

Plynius
Plynius
Martialis
Cicero
Plynius
Idem
Terētius
Plautus
Lucillius
Cicero
Idem
Varro
Plynius
Varro
Virgilius
Varro
Plynius
Idem
Plynius
Scipio
Martialis
Mutianus

Scarites quod Scari. Viliſſimus inter eos eſt: quē lutariū nominant. Hunc ſemper comitat᷑ — Scarites
Aſinius Celer — Sargus alius piſcis: & illo cœnum fodiēte: hic excitatū pabulū deuorat. Aſinius Celer. Clau — Lutarius mulli
dia principe Mullum vnum ſeptem milibus nūmum mercatus tradit᷑. M. Apicius i ſocio/ — Sargus
M. Apicius — rum Garo: de quo alibi dicemus. Mullos necandos putauit: & ex iecore eius alecem excogi
tauit. Mullum expirantem multiplici quadam coloriū uarietate ſpectare proceres gulæ præ
Seneca — clarum putabant: præſertim ſi uitro eſſet incluſus. Seneca parum uidet᷑ recens mullus: niſi q
in conuiuæ manu morit᷑. Vitreis ollis incluſi afferunt᷑: & obſeruat᷑ morientium color: quē
Idem — in multas mutationes mors luctante ſpiritu uertit. Idem Ante illa audiebamus: Nihil ē me
lius Saxatili mullo: At nunc audimus Nihil eſt moriente famoſius. Da mihi in manus uas
uitreum: in quo exultet: & diu laudatus eſt ex illo perlucido uiuario extrahitur. Tunc: ut qſ/
q̃ pitior ē mōſtrat. Vide q̃ exarſerit rubor omni acrior: minio Vide qs p latera uenas agat
Ecce ſanguineum putes uentrem: q̃ lucidū quidam cæruleum ſub ipſo tempore effulſit? Iā
porrigitur: & pallet: & in vnum colorem componit᷑: Non tempero mihi: quin utar: inter/
dum temerarie uerbis: & proprietatis modum excedā. Non ſunt ad popinā dentibus: & uē
tre: & ore contenti: oculis quoq; guloſi ſunt. Mulli nūc præſtantiſſimi capiunt᷑ i mari Tyr
rheno iuxta Croniculum: & Tarquinios: habēt eni & piſces ſua loca: ſicut Carpio in Be/ — Carpio
naci lacu: Salmo in rheno ac rhodano: qui duo piſces omnibus fere marinis præferunt᷑. At — Salmo
tilus in pado. Zeus: qui & faber appellat᷑: Gadibus: Muſtellæ in lacu Retiæ brigātino: Mu — Attilus
renis fere ſimiles: & cæteros omnes piſces noſtra ætate excedentes pretio: quas a lambendis — Zeus
petris uulgo nunc lampetras nominant. Circa ebuſū ſalpa obſcenis alibi: & qui coqui nō — Faber
poteſt niſi ferula uerberatus. Plerumq; nomen trahūt piſces ab ingenii: aut morum ſimilitu — Muſtella
dine vt Canes ſiue Caniculæ a morſu: hæ enī graui piculo Vrinantes īfeſtant ob id ſtilos p̄/ — Lampetra
acutos lineis adnexos habent: quia niſi pfoſſæ non recedūt. Atrox cum his dimicatio ē. In/ — Salpa
guina & calces omnemq; candorem corporum appetunt. Salus vna in aduerſas eundi: ſic — Canis
enim territæ retrocedunt: pauentq; hoīem æque ac terrent. Verum ubi ad ſumma uentū eſt: — Canicula
ibi periculum adempta facultate eundi contra dū conāt᷑ emergere: omnis ſpes ſalutis in ſo/
ciis eſt: niſi præceleri vi repente rapiant abſumi ſpectant. Omnis cura ad ſpeculandum hoc
malū adhibet᷑ anteq̃ mergatur. Certiſſima eſt ſecuritas cōſpexiſſe ibi planos piſces: quia nū
q̃ ubi ſunt Caniculæ: verſantur. Qua de cauſa urinātes Sacros eos appellant. Itē Lupi a uo — Sacri piſces
racitate: unde a græcis hic piſcis λάβραξ dicit᷑: hoc eſt uehementer edax λα.n. intenſiua — Lupus
particula eſt βορὸς edax dicit᷑: a quo Picētes mei Varolū nominant. Romani uulgo Lu — Varolus
pam: laneus ſiue lanatus lupus dicit᷑ a candore ac mollicia carnis. Tales eni inter eos lauda — Laneus
Martialis — tiſſimi Sunt. Martialis. Laneus Euganei Lupus excipit Ora timaui Aequoreo dulces cum — Lanatus lupus
Varro — ſale paſtus aquas. Varro. Lupo Tyberino palmam tribuit his uerbis. Ad uictū optima fert — Lupus
ager Campanus frumentū: Falernum: vinum: Caſſinas oleum. Thuſculanus ficum: mel Ta — Typernius
rentinus. Piſcem Tyberis. Optimi inter duos pontes lupi capiebant᷑: propter urbis latrinas
& cloacas: quas inſectantes maxime pingueſcunt: quæ res præcipua cauſa eſt: ut e mari nan
Macrobius — tes inter fluminū hoſtia meliores ſint: utpote pinguiores. Refert Macrobius Lucilliū acrē
& uehementem poetam oſtendere ſe ſcire hunc piſcem egregii ſaporis eſſe: qui iter duos pō/
Lucillius — tes captus eſſet: eumque quaſi liguritorem appellare. Catillonem. proprie autem Catillo/ — Catillo
nes dictos guloſos quaſi Catillorum liguritores: & præcipue eos: qui ad pollutum hercu
lis ultimi conueniebat: quod Catillos liguribant. A catino per diminutionem Catillus di/ — Catillus
ctus. Catinum autem a capiendo putant deductū. Fas eſt eſcariæ menſæ: vbi pultem aut ali/ — Catinus
quid iurulenti ponebant. Catillatio graue opprobrium obiiciebat᷑ hominibus generoſis: ſi — Catillatio
qui prouincias amicas populi Romani expolliaſſent. quod bona eorū liguris ſe uiderent᷑
Lucilli uerſus hi ſunt. Fingere præterea afferri quod quiſq; uolebat. Illum ſumma ducebant
Caius Titius — atq; altilium lanx. Hunc pontes tyberinos inter captus Catillo. Caium quoq; Titium ita
ſcripſiſſe commemorat. Quin potius potamus mulſum mixtum uino græco? edimus tur/
dum pinguem: bonumq; piſcem: Lupum Germanum: qui inter duos pōtes captus fuit. Re
Ariſtoteles — fert Ariſtoteles mugilem & Lupum perpetuo inter ſe odio conflagrare: Non certe puteolis
ſæpenumero congrum cum murena: cum lupo mullum acriter pugnantes Beſſarione no/
ſtro præſente animaduertimus: mugilemq; in metu: qum caput occultaſſet: totum ſe abſcon
Galenus — ditum eſſe exiſtimantem: propter quod Cephalum a græcis uocari: ueriſimile eſt. Galenus — Cephalus
quoq; excellens medicus de eo ſic ſcribit. λάβρακα ου τεθεασαι γιγνωσκων ον γλυ
κεσιν υδασιν: ιν μεντοι τηδ θαλασσηι ευπαναβαινοντα τω ποταμω ηλιμναις
εωρακα: διο και μιχθεν ως ολιγακις ευρισκεται καθαπερ κεφαλος παλ
λακις: ου φαγει δε ουδε τας λιμνοθαλα σας και τα στοματα των ποτα
μων και τι γε πελαγεος ων τουτι γον τουνομα τιθωται τοις εις το βα
θος απο χωρους Lupum inquit in dulcibus aquis natum nō uidimus: ſed ex mari in

flumina ac lacus aſcendētem conſpeximus:propter quod parumper limoſus inuenit̃ ali/
quando:quemadmodum Cephalus nō fugit autem ſtagna ſalſa:nec oſtia fluminum: q̄uis
Lupus in profundo maris uerſari ſit ſolitus.Conſtat autem a Lupo quadrupede animali appella
tum hunc piſcem fuiſſe:cuius tanta uarietas eſt:ut cibo alio deficiente terra ueſcat̃:luporuꝫ
uiſus creditur homini noxius eſſe:uocemq; ei: quem priores viderint: adimere. Virgilius Virgilius
Hunc oblita mihi tot carmina:uox quoq; Mœrim Iā fugit ipſa.Lupi Mœrim uidere prio
Prouerbium res.Hinc factum eſt Prouerbium Lupus eſt in fabula:quotiens ſuperueniēte eo:de quo ſer/
Verſipellis mo erat:neceſſe eſt tacere homines ī lupos uerti:rurſuſq; reſtitui ſibi:uſq; adeo uulgi animis
infixum eſt:ut hinc Verſipellis contumelioſum nomen ortum putet̃.Hi enim dicunt̃ Ver/
ſipelles:qui modo unum:modo aliud oſtendunt:& quolibet ſe fraudulenter commutant.
Lucillius.At libertinus tricorius Syrus iſte ad maſtigias: qui qum Verſipellis fio:& com/ Lucillius
muto omnia:Plautus.Verſipellem ſe facit:qñ lubet Sribit.Varro Arcadas quoſdā ſorte du Plautus
ctos ſtagnum quoddam eius regionis tranare ueſtitu in quercu ſuſpenſo: atque abire inde/ Varro
ſerta:tranſfigurariq; in lupos:& cum ſimilibus feris per nouem annos uictitare. Quo in tē
pore ſi humana carne abſtinuerit:rurſus ad idem ſtagnum reuerti:& cum tranauerint: prio
rem effigiem:habitumq; recipere:nouem annorum ætate addita. Et quia nullum tam ipu/
dens mendacium eſt:ut teſte careat:nominatim exprimit Demenetum quendam in ſacrifi/ Demene/
cio:quod Arcades īmolato puero facere deo ſuo lycæo ſolebant:qum humana exta degu/ tus
ſtaſſet:ſtatim in lupum conuerſum:& anno decimo in figuram priſtinam reſtitutum: hunc
pugillatu ſe ſe exercuiſſe:& Olympiaco uiciſſe certamine:Nec ob aliam cauſam.Varro exi Varro
Pan Lycæus ſtimat in Arcadia panem Lycæum:& Iouem Lycæum nominatos:q̄ꝫ propter hanc homi
Iupiter Lycæus num in lupos mutationem.Lupus enim græce λυκοσ dicitur:a quo lupi nomen deriuat̃:
Lycæus mons & ſimili modo lycæum Arcadiæ montem appellatum:qui pani deo ſacer eſt:qđ magis mi/
hi placet quā quod ſcribit Seruius.Lycæum dictū:quod lupos non ſinat in oues ſæuire.Lu Seruius
Amatoriū in lu/ pi caudæ uulgus exiſtimat Amatorium uirus ineſſe in exiguo uillo:eumq; qui capiat̃ ſtatim
pi ouida abiicere:nec vim habere uillum:niſi viuēti detrahatur.A lupo Ceruarius lupus dicit̃ aliud
Lupus Ceruari9 animal uulgo notum:cuius tanta obliuio eſt:ut maxima etiam in fame mandens:ſi reſpexe
Lupercal rit:non recordetur cibi:ſed digreſſus alium quærat.Item a lupo Lupercal dictum locus:ſiue
ſpelunca ſub palatino monte ſacrata ab Euando Pani deo Arcadiæ:qui Lyceus uocat̃:q̄ꝫ
uis alii ita appellatim uelint:uel quod lupa ibi Remum & Romulū nutriuerit:uł quod ibi
per caprum luebat̃:hoc eſt ſacrificabat̃:ut ſit dictio ex tribus orationis partibus compoſita
Lupercalia hinc Lupercalia ſacra:quæ in eo loco fiebant appellati:& Luperci a Romanas dicti quaſi
Lupercus ex illorum miſteriorum ſemine exorti:ſiue:ut Varro putat: quod lupercalibus in lupercali Varro
Lupæ ſacra facerent.A lupo etiam meretrices Lupæ appellatæ:quod ut illi cibi:ita hæ uł libidinis
Lupanar uel quæſtus appetentes ſint.Vnde Turpia carū loca Lupanaria uocant̃:& lupari ſcortari:
Lupor ac meretricari eſt.Actius.Qui cum meretrice peruias habitu noſtro lupantur.Hinc datum Actius
fabulæ locum uolūt:ut Romus ac Romulus expoſiti:a lupa nutriti eſſe dicant̃:quod qum
uagientes in ripa tyberis iacerent:a neſcio qua meretrice primum collecti fuiſſe:& primas
eius mamillas ſuxiſſe putent̃:deinde ad fauſtulum perueniſſe paſtorem:Alii tamē exiſtimāt Fauſtulus
hanc non fabulam:ſed hiſtoriam eſſe:& geminos infantes a lupa uere fuiſſe nutritos:quod
Marte geniti eſſent:in cuius tutela lupi eſſe dicunt̃: ut ideo lupa paruulis ubera admouiſſe
Lupatum credatur:quia filios eſſe dei ſui martis agnouerant.Lupata quoq; genus freni aſperrimi lu
pinis dentibus nomen ſumpſere: quia inæquales ſunt:& propterea morſus eorum aſperri/
Lupinum mus.Virgilius.Preſſiq; negabunt uulnera dura pati:& duris parere lupatis. Lupinum dici Virgilius
Adeps lupinus tur qcqd ad lupē pertinet:ut lupini dētes:lupini oculi:lupina rabies.Plynius.Maſurius pal Plynius
Lupinus mam lupino adipi dediſſe antiquos tradit.Ideo nouas nuptas illo perungere poſtes ſolitas
ne quid mali medicamenti inferretur. Lupinum quoq; leguminis genus appellamus: quod
non minus terram appetat:uorax q; illius ſit:q̄ꝫ lupus hoc vnum coli nō uult:ſeriturq; non
arato:& tellurem adeo amat:ut q̄uis frutetoſo ſolo cōiectum inter folia:ueprefq;:ad terrā
tamen radice perueniat.Quottidie cum ſole circum agitur: horaſq; agricolis etiam nubilo
die demonſtrat:ter floret:ab omnibus animalibus amaritudine ſua tutum eſt.Maceratum
Lupus inſtrm̄ calida aqua in cibo eſt homini.Lupus etiam inſtrumentum eſt aduncum: quo uaſa:quæ iu
Harpax puteum forte ceciderint:extrahuntur.Harpax græco vocabulo & Harpago noīatur:quod
Harpago rapax interpretari poteſt απο του αρπαξειν:quod eſt rapere.Item Lupus genus ara/
Lupus nei eſt:de quo ſupra diximus:a græcis λύκοσ appellatus:& herba quæ aſparagi uice man/
di ſolet:quæ & lupus Salictarius:quod Salices ad ſimilitudinem uitis aſcendat:& uulgo lu
pulus dicitur ex aculentarium genere.Germani ex ea Ceruiſiam faciunt admixta frugibus
Hoc genus potiōis:quo pro vino vtuntur:quale eſt in ægypto Zytium. Celia:& Cerea in
Lycus ꝑpriū.n. hiſpania:horum omnium ſpuma cutem fœminarum in facie nutrit.A Lycos etiam Lycus

deducitur proprium uiri nomen. Multi aūt hoc nomine clari fuerunt. Vnus Troianus. Vir — Lycus Troianus
Virgilius — gilius. Fata lyci. Alius Thebanus ignobilis genere: qui qum a Creonte Herculis ſocio i exi — Lycus Thebāus
lium miſſus fuiſſet: Hercule deinde cum pirithoo ad inferos profecto regnum thebarum oc/ — Duo Thebani
cupauit. Item alius thebarum rex: alius pandionis filius: qui a ſe Lyciam nominauit. Item a — Lycus Pandio/
Lycus Lychaon Caliſtonis pater Archadie rex: qui cum ſolitus eſſet hoſpites necare: idq; i — nis
Iouem hoſpitem moliretur: in Lupum ab eo conuerſus eſt. Fuit & alius hoc nomine Pria — Lycus
mi filius: pater Pandari: & Lycaſtus urbs Cretæ a luporum: quæ ibi eſt: multitudine: & Ly — Lychaon
ciola paſtoris nomen: & Lycimnius frater Aſtioches: & Lycinus proprium nomen: & Ly
comedes Creontis filius: & Lycopa urbs Aetholiæ: & Lycon Pythagoricus Philoſophus
alius Socraticus. Tertius poeta. Quartus æpigramatum ſcriptor: & Lycophron Periandri
Corinthiorum tyranni filius: qui patri quod matrem occiderat: nūq; cōciliari patuit. Qum
que patris ætate iam graueſcente in ſucceſſionem tyrannidis uocaretur: reſpondit ſe nunq;
Corinthium patre uiuente rediturum: & lycophelis urbs egypti: & Lyctus oppidum Cre/
tæ ſub Idomenei iperio: a quo Idomeneus lyctius eſt dictus & Lyctonia ſimiliter vrbs Cre
tæ: & Lycurgus Lacedæmonum rex: Phyloſophuſq; clariſſimus: qui Lacædemoniis leges
ſanctiſſimas condidit: aſtrictiſq; Ciuibus iuramento: quod tam diu eas intemerate obſerua
rent: donec ipſe rediret: & e patria nunq; rediturus emigrauit quo leges a ſe æditæ perpetuo
obſeruarentur. Fuit & alius Lygurgus Nemeæ regionis Rex. Item alius Rex thracum: qui
qum Bacchum deum eſſe negaret: uitem amputare conatus: ſibi crura præcidit: vnde eū tra
dunt abſtemium fuiſſe: & Lyciſca nomen habēs compoſitum a Lupo: & Cane: hoc ē ἀπο
Virgilius — τοῦ λύκοσ: καὶ σκύλαξ. Eſt enim canis natus ex cōmixtione Canū: Luporūq;. Virgi/
lius. Multum latrante Lyciſca: & Lynx: & Lycius Apollo: & Lux de quibus inferius di/ — Lynx
cemus. Item urticæ dicuntur: quod uredinem tactu excitent. Græce hoc genus ἀκαλήφη — Lycius
uocatur piſcis eſt Carnoſæ frondis: nocte uagatur: ueſcitur carne: contrahit ſe primo: mox — Apollo
prænatante piſciculo frondem ſuam ſpargit: complectenſq; deuorat. Dū admoueri ſibi ma — Lux
num ſentit: mutat colorem & contrahitur uis: pruritu mordax: nam tacta uredinem mittit — Vrtica piſcis
inſtar terreſtris herbæ: quæ ab urendo urtica dicitur: quod folia eius tacta acerrime urant: — Adralaphe
q̄uis genus Vrticæ eſt: quod Ononium uocāt: multo cæteris mitius: & foliis fere nihil mor — Ononium
dentius. Conſtat. Si quis decocto urticæ pedes hyeme lauerit: eo die non frigeſcere. Si equæ
marem non admittant: & vrtica infricetur natura: libenter coitum pati. Phanias Phyſicus
vtiliſſimam eſſe urticam ſcripſit in cibis coctam: conditam ue lieni duritiæ ventris: inteſti/
norum animalibus: articularibus: & podragricis morbis arteriæ: tuſſi: uentris diſtillationi:
ſtomacho: panis parotidi: pernionibus. Pectus præterea purgare: vrinam ciere: ſanguinem
narium ſiſtere: calculos rumpere: uuam reprimere. Nūnunq; etiam a figura piſces nomē ac
cipiūt: ut ſolea: quæ crepidæ ſimilis eſt quam ſoleā uocamus explanorū piſcium genere: & — Solea
Rhombus cōmendatus patinis a ſolea: & paſſare ſitu tantum corporis differens: & enim — Rhombus
Iuuuenalis — dexter Rhombo re ſupinatus eſt Sole & paſſeri leuus Rhōbi mentionem facit Iuuenalis: — Paſſer
quem fingit Domitiani tpibus in credibili magnitudine captum fuiſſe. Quum iam ſemia/
nimum laceraret Flauius orbem Vltimus: & caluo ſeruiret Roma Neroni. Incidit adriaci
ſpacium admirabile rhombi Ante domum Veneris: quam Dorica ſubſtinet ancon Imple
uitq; ſinus. Rhombos tradunt optimos eſſe Rauennæ: ſicut lupos inter duos pontes Ro/
mæ. Rhombus græca vox eſt: ſignificatq; ꝓprie figuram quadratā ſolidā: cuius latera om/ — Rhombus
nia ſunt æqualia: anguli uero omnes obliqui: hoc modo . ◊ . Hic Rhombus ſi in terra iac/
tetur: voluitur ad ſimilitudinem fere Cylindri. Vtebant eo maleficæ mulieres: quibus maxi
me theſſalia abundat ad deducendam lunam. Martialis. Quæ nunc theſſalico lunā deduce
Idem — re Rhombo. Idem Numerare quis pigri damna poſſit ſomni Dicere quot æra verberent — Themes
manus urbis. Quum ſecta colcho luna vapulat Rhombo. Solebant quippe veneficæ mulie
Ouidius — res ad deducendā lunā noctu æra percutere. Ouidius de anu lunam deducēte. Themeſæaq;
Theocritus — concutit æra: Themes enim antiquum oppidum Cypri eſt: in quo repertū primo æs ab eo
ſumpſit cognomen. Theocritus in æglogā: quā Pharmaceutriam inſcripſit: mulierem ma/
leficam inducit amore adoleſcentis captam inter multa alia quibus allicere ſibi amantē co/
nabatur hoc Rhombo vſam fuiſſe χωσ δινεῖθοδε ῥομβοσσ χάλκεοσ ἰξ ἀφροδι
τασ ὡσ κεῖνοσ δινοῖτο ποθαμε τεύρησι. Vt Rhombus iſte (inquit) æneus uertit: — Rhombus
ita vertatur meus amans ad me. Eſt etiam Rhombus Cylindrus: item torques: & inſtrumē/
tum illud: quo uertendo mulieres nent: ututurque eo ſimiliter in Theſſalia mulieres malefi — Torpedo
cæ ῥομβεῖν græci dicunt uertendo fundam lapidem iactare quandoque nominantur ab
effectu: ut Torpedo: quæ limo merſa occultat ſe ſe: & piſces ſupra natantes torpentes facit:
poſtq; uero obtorpuere deuorat. Et Squatina explanorum piſciū genere quod ꝓpter ſqual — Squatina
lorem: hoc eſt aſperitatem cutis ligna ea: & ebur poliantur: hæc in aqua mira ſolertia pin/

nas exertas mouet:ut Rhombus:vt ſpetie uermiculorum aſſultátes piſciculos attrahat:quos
Echeneis prope accedentes aſſiliat.Et Echeneis quod nauem retineat.εχειν enim tenere eſt: ναυσ
a græcis dicitur nauis.Magnus noſtri ſeculi:& ſuperioris error circa uocabulum fuit: omni
bus pro Echeneis Echinus apud Lucanum legentibus.In mediis Echinus aquis.In quo p̃/ Lucanus
ter ſenſum etiam uerſus ipſe corrumpitur qum Echinus primá ſyllabam correptam habeat
Echeneis igitur non Echinus legendum eſt hoc modo.Non puppim retinens euro tenden
te rudentes In mediis Echeneis aquis:oculiq; Draconum.Eſt autem piſcis admodum par/
uus in petris uiués: qui ad hærens Carinis naues retardat:ideo εχενηισ dictus a græcis.A
Remora quibuſdam uero e noſtris latinis Remora appellatus:qđ naues remoretur.Hunc Plynius Plynius
ſcribit ob eam cauſam amatoriis ueneficiis infamem eſſe tum propter iudiciorum ac litium
moram:Sed hæc crimina vna laude compenſat:quod fluxus grauidarum utero ſiſtit: par/
tuſq; ad puerperium continet:in cibos tamen non admittitur.Pedes eum habere arbitrat̃
Ariſtoteles.Mutianus muricem eſſe latiorem purpura:neque aſpero neque retundo ore ne Ariſtoteles
q; in angulos prodeunte roſtro:ſed ſimplici concha vtroq; latere ſe ſe colligente: quibus ad Mutianus
hærentibus plenam uentis ſtetiſſe nauem portantem nuntios a Periandro:ut nobiles pue/
ri Caſtrarentur.Alii pedalem eſſe tradiderunt:& craſſitudine quinq; digitorum náues mo
rari.Plynius De hoc elegantiſſime ſcribit in hunc modum.Quid violentius mari? uentiſ/ Plynius
ue?& turbinibus procellis?quo maiore hominum ingenio in ulla ſui parte ad iuta eſt q̃ ve
lis remiſq;?Addatur his & reciproci æſtus in enarrabilis vis:uerſumq; totum mare in flumẽ
Tamen omnia hæc pariterque eodem impelletia vnus ac paruus ad modũ piſciculus Eche/
neis appellatus in ſe tenet.Ruant uenti licet:& ſæuiant procellæ:imperat furori:vireſq; tan
tas cópeſcit:& cogit ſtare nauigia qđ nó vincula ulla: ñ ancoræ irreuocabili pódere faciũt
Infrenat impetus:& domat mundi rabiem:nullo ſuo labore:non retinédo aut alio modo
q̃ hærendo.Hæc tantilla eſt ſatis contra tot impetus:ut uetet ire nauigia: Sed armatæ claſ/
ſes imponunt ſibi turrium propugnacula:ut in mari quoque pugnetur uelut e muris: Heu
vanitas humana qum roſtra illa ære ferroque dictus armata ſemipedalis inhibere poſſit ac
tenere deuincta piſciculus.Fertur actiaco Marte tenuiſſe prætoriam nauim Antonii prope Antonius
rantis circumire & exhortari ſuos:donec tranſiret in aliam.Ideoque Cæſariana Claſſis im
petu maiore protinus uenit.Tenuit & Caii principis ab Aſtura antium remigantis: ut res Caius prin
eſt etiam auſpicalis piſciculus.Si quidem nouiſſime tum in urbem reuerſus ille imperator ceps
ſuis telis confoſſus eſt. Nec longa fuit illius moræ admiratio ſtatim cauſa intellecta: qum
e tota claſſe quinqueremis ſola non proficeret: & exilientibus protinus qui id quærerent
circa nauim inuenere adhærentem gubernaculo: oſtenderuntq; Caio ídignáti hoc fuiſſe:
quod ſe reuocaret: quadrigentorumque remigum obſequio contra ſe intercederet.Con/
ſtat etiam peculiariter miratum quomodo adhærens tenuiſſet:nec idem polleret in nauigi/
um receptus:qui tunc poſteaque uidere eum: limaci magnæ ſimilem eſſe dicunt.Quidam
Odinolyontes e græcis auctoribus hunc alio nomine Odinolyontem appellauere απο του λυειν
τασ ωδινασ:hoc eſt a partu ſoluendo.Quippe ſale aſſeruatum: & alligatum grauidis
Echinus partum ſoluere prodiderunt.Echinus uero piſcis eſt calicem habens echinatum inſtar caſ/
taneæ:propter quod echinus eſt dictus:græci enim εχινον hirtum vocant:ſpinas pro pe/
dibus habet.Ingredi huic eſt in orbem uolui itaque detritis ſæpe aculeis inuenitur. Ex hoc
Echinometra genere Echinometræ appellantur:quorum ſpinæ longiſſimæ:calices minimi: nec omnibus
idem rufus:& vitreus color.Circa Turonem candidi naſcuntur:ſæuitiam maris praſagien
tes operiunt ſe ſe:ut mobilitatem ſtabiliant pondere:ne nimia uolutatione atterant ſpinas
quod aſpicientes nautæ pluribus mox anchoris nauigia firmant.Oua omnium amara ſunt
quina numero:ora in medio corpore in terram uerſa.Vidi ego & ſæpe piſcatus piſcẽ hunc
in ſcopulis quibuſdam maris noſtri aqua contectis apud antii reliquias:& iuxta Baias pur
pureo colore: cæruleo: ac viridi mixto uſque adeo grata oculis ea varietate:ut ſi colores du
rarent nulla eſſet cum gemmis comparatio:ſed mortuo piſce colores tabeſcunt: ſcinditur
leui percuſſu hirta teſtudo:in duaſque partes diuiditur:abiicitur altera:altera vero leuiter aq̃
abluitur:decidunt ſordes:quæ in iis pro uiſceribus ſunt:remanent quinque partita oua ſub
rufa:ad ſtellæ imagine; formata:hæc cruda ſummunt̃ ſapore nó iniucundo:q̃uis neſcio qd
amaritudinis habeant:præſtant qui miſceni naſcũtur.Horatius.Oſtrea Circeis:miſceni ori Horatius
Mullus lutarius untur.Echini.Sæpe etiam a uitæ conſuetudine uocantur:vnde Mullum lutarium dicimus
Cherſina quod in luto verſetur:& Terreſtrem teſtudinem Cerſinam: quod χερσοσ apud grecos
dicitur continens.Martialis.Fœmineam nobis Cherſon ſi credis in eſſe Deciperis:pellagi Martialis
Nautilus maſcula turba ſumus.Sæpe etiam ab ipſorum piſcum ſpetie:vt Nautilus quod nauigantis
effigiem habeat ναυτιλλομαι enim apud græcos ſignificat nauigo:hic piſcis eſt:q ab
Pompilus aliis Pompilus nominatur:ſupinus in ſumma æquorum peruenit ita ſe paulatim ſub rigẽs:

ut emiſſa omni per fiſtulam aqua uelut exoneratus ſentina facile nauiget poſtea prima
duo brachia retorques membranam inter illam miræ tenuitatis extendit: qua uelificante
in auras cæteris brachiis ſub remigans media ſe cauda ut gubernaculo dirigit. Ita per altū
uadit liburnicarum imagine ludens: & ſi quid pauoris interueniat: hauſta aqua ſe merges.
Item Polypus a pedum multitudine. quaſi multipes piſcis eſt ex mollium genere multos — Polypus piſcis
habens pedes quos modo brachia: modo crines uocamus item caudam: quæ biſulcha eſt
& acuta fiſtulam præterea in dorſo: qua mare tranſmittit: eandemqꝫ modo in dextram:
modo in ſiniſtram partem tranſfert natat obliquus in caput per brachia uelut accetabu/
la quædam diſperſa habet: quibus haurit quodammodo: cui adheſit: & ita tenet: ut ne/
queat diuelli: compræhenſum hominem in terram deiicit: exit in ſiccum dumtaxat aſpe/
rum: læuia odio habet: colorem mutat ad ſimilitudinem loci. Captus olim fuit in hiſpa/
Lucullus — nia tantæ magnitudinis: ut caput eius Lucullo oſtenſum quindecim amphoraruꝫ capax
fuit crines: quid vis utroque brachio conplecti poſſent: accetabula ſiue caliculi inſtar pel
uim urnam æquauerint. Reliquiæ eius miraculo aſſeruatæ ſeptingenta pondo pepende
rint. Ex polyporum genere eſt Omnigena dicta graui capitis odore: propter quod Mu/ — Omnigena
renæ maxime eam conſectantur. Polypi ſemper fere tabe pereunt: fœminæ celerius: aui/
diſſimi ſunt Choncarum. Ille ad tactum comprimuntur brachia eorum præcidentes: ul
troqꝫ eſcam ex prædatore capiunt: Carent Chonchæ uiſu: omniqꝫ alio ſenſu: qꝫ cibi & pe
riculi inſidiantur Polypi apertis: inpoſitoqꝫ lapi lo extra corpus: ne palpitatus eiiciat: ſe
curi prædam faciunt: & deuorant carnes. Illæ ſe contrahendo diſcuneantur: Negant
aliqui ullum eſſe atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua. In naufragos vri/
nantis ue maiorem imodum impetum facit. Ab huius ſimilitudine. Polypus etiam nari — Polypus morbus
Martialis — um morbus dicitur: a quo eum morbum patientes dicuntur Polypoſi. Martialis. Naſu/ — Polypoſus
tum uolo: nolo Polypoſum. Creſcit carnicula modo alba modo ſub rubra: quæ nariuꝫ
oſſi inhæret: & modo ad labra pendens narem implet: modo retro per id foramen: quo
ſpiritus a naribus ad fauces deſcendit: ita creſcit: ut poſt vuam conſpici poſſit ſtrangu/
lat hominem auſtro præſertim atque Euro flantibus: ferro in modum ſpatæ facto ab oſ
ſe reſoluitur: adhibita diligentia: ne cartilago lædatur: i qua difficilis curatio eſt. Eſt etiā
quando piſces nomina habeant: quorum nulla ratio reddi poſſit: ut Torſio piſcis Del/ — Torſio
phinorum ſimilitudineꝫ habens: niſi ꝙ triſtior eſt: caretque illa laſciuia: roſtris caniculæ
ſimilis: Et Attilus piſcis ſatis grandis: qui in Pado inertia pingueſcens ad mille ali/ — Attilus
quando libras captus eſt catenato hamo: nec niſi boum iugis extractus: & Carpio piſcis — Carpio
notus: qui capitur in benaco. Piſcis quoque Cæleſte ſignum eſt. Duo hoc piſces conſtitu — Piſcis
unt: alter notius: alter Boreus appellatur. Boreus inter æquinoctialem: & æſtiuum circu — Notius piſcis
lum ſub Andromedæ brachio collocatus: & arcticum polum ſpectans conſtituitur: no/ — Boreus piſcis
tus in Zodiaco circulo poſitus eſt ſpectans ad occaſum. Tradunt Venerem aliquando
cum Cupidine filio in Syriam ad flumen Euphratem ueniſſe: eodem repente ſuperueniſ
ſe vnum ex gigantibus nomine Typhona: cuius aſpectu territam Venereꝫ ſe ſecum filio
in flumen proieciſſe: & in piſcium figuram eſſe mutatos: ita demum periculo liberatos
fuiſſe. Qua propter Syros ea loca incolentes ab eſu & captu piſcium poſtea deſtitiſſe: ne
numina ſua lædere uiderentur: uel edendo: uel capiendo. Hos piſces in propriam deinde
effigiem reuerſos eam imaginem in cælo collocaſſe. Fuere etiam qui lacus & ſtagna in
Nero — domibus habuerint: ut Nero princeps: qui marinas atque albulas aquas domi habuit
item ſtagnum maris inſtar circumſeptum ædificiis ad urbium ſpeciem. Quid ſtagnū ſit
Vlpianus — diximus ſuperius. Lacus uero a ſtagno: ut Vlpianus inquit: ita differt quod lacus eſt: qui — Lacus
perpetuam habet aquam. Stagnum uero: quod temporalem aquam habet ibidē ſtagnan — Stagnum
teꝫ: quæ plerūqꝫ hyeme colligi ſolet: æſtate ſiccari. In ſtagnis hyeme Cygni: Anſeres: Ana
tes: Onocrotali: Grues: Fulicæ: aliæqꝫ aquaticæ aues mira uoluptate ſpectantur: & uariis
aucupiorum generibus capiūtur. Eſt etiam lacus fontium: ſiue fluuiorum receptaculum
Virgilius — Virgilius. Iamqꝫ domum mirans genitricis: & humida regna: Spelunciſque lacus clau/
Plynius — ſos. Item vas in quo vua calcatur: ac muſtum defluit. Plynius. Ipſe vindemias colligo: ſi
tamen colligere eſt nonnunqꝫ decerpere vuā: torculum inuiſere: guſtare de lacu muſtum. — Lacunar
Tibullus — Tibullus. Nec ſpes deſtituat: ſed frugum ſemper aceruos Præbeat & pleno pinguia mu — Lacunarium
ſta lacu. Lacus etiam trabs eſt in ædificiis plana: a quo fit diminutiuum Lacunar: a quo — Laquear
Virgilius — Lacunarium & per antiſtichon: Laquear & Laquearium. Virgilius. Dependent lyhni la — Laquearium
Iuuenalis — quearibus aureis. Iuuenalis. Doctus ſpectare lacunar. Item a lacu: quando aquæ recepta — Lacuna
culum ſignificat: deriuatur Lacuna: quæ aquæ collectio eſt: quam alii Lamam: alii Lu/ — Lama
Virgilius — ſtrum nominant. Virgilius. Præſertim in certis ſi menſibus amnis abundans Exit: & — Luſtrum

obducto late tenet omnia limo. Vnde cauæ tepido ſudant humore lacunæ. Lacuna etiā
dicitur foſſa ad ſiccādos agros parata. Idem & totæ ſolidam inglaciem uertere lacunæ. Idem
Lacus a græco ſumpſit nomen græci enim λάκκιον lacū noīant. Piſcis græce ἰχθὺς
Ichthiophagi dicitur: a quo Ichthiophagi dicti ſunt populi montanas regiones Indorum habitantes:
quos ſubactos Alexander magnus iuſſit a piſcibus abſtinere: cum antea ſolis piſcibus alc
rentur: a quibus habent nomen. ἰχθυς enim piſcis eſt φάγω edo. Sunt præterea in
Sphæriſterium ædibus Sphæriſteria loca rotunda uariis luſibus: & uariis exercitationū generibus apta
Exedra Item Exedræ loca ſpatioſa quaſi triclinia: quæ quaſi fere ad Occidētē uerſæ eſſe ſolebāt
Cicero. Tunc dedita opera quieſcentibus aliis meam iam exedram ueniſſe: in qua Craſ- Cicero
ſus poſito lectulo requieuiſſet. Sunt Oeci: in quibus dumtaxat matres Familias cum lani
Gynoecium ficis ſedeat. Qui locus etiam Gynæciū dicitur: & Gynoeconitis. Aemilius Paulus. Ma-
ter familias apud Romanos primum locum tenet ædium: atque incelebritate uerſatur:
quod multo aliter fit in græcia. Nam neque in conuiuium adhibetur niſi propinquarum
Gynoeconitis nec ſedet niſi in interiore parte ædium: quæ Gynoeconitis appellatur: hæc autem ἀπὸ
Oecus τοῦ οἴκω: hoc eſt ab oeco deducuntur: quod ſignificat habito: vnde Oecos domus dici
Oeconimus tur: a quo Oconomus adminiſtrator rei familiaris: & Oeconomica: quæ ad rem dome-
Oeconomica ſticam ac familiarem pertinent: & Oeconomia adminiſtratio rei domeſticæ: & Oeco-
Oeconomia nomes uillicus: & Oeconomo uillicor: & διοικῶ: hoc eſt dioeco: quod ſignificat ad-
Dioeco miniſtro: a quo διοίκησις: hoc eſt Dioeceſis adminiſtratio dicta: hinc Pontificum
Dioeceſis Dioeceſes dicuntur: in quas adminiſtrandi officium ſui liberam habent Poteſtatem: pro
Dioeceſani pter quod a quibuſdam nouo quidem: ſed non inepto uocabulo Dioeceſani uocantur.
Oeconomicus Oecumenicus autem vniuerſalis dicitur & ad totum orbem pertinens: vnde Oecumeni-
Oecumenicum con cum concilium dicimus: nam græci ἰκουμινον orbem terrarum appellant. Et exant a
cilium xenos quod ſignificat hoſpes hoſpitalia ipſa Xenodochia dicuntur: quaſi hoſpitum re-
ceptacula. Item ab eodem. Proxeneta deducitur: quod proprie ſignificat eum: qui inter
aliquos eſt conciliator & medius: ut qui in uendendo aliquid: aut emendo medius eſt. Itē
Xenodotus nomen proprium fuit hoc nomine excellens apud græcos hiſtoricus patria
Troezenus: & Xenocrates vir Calcedonius Agathonis filius Platonis auditor q in Aca
demia Speuſippo ſucceſſit: ſcholā tenuit vigintiquinq; annis: obiit ſecundo & octogeſi-
mo ætatis ſuæ anno: qum forte ī Sartaginem offendiſſet: & Xenophanes uir Colopho
nius: ut Apolodorius refert: Octomenis filius: qui qum eſſet uiginti annorū: patria pul-
ſus fuit: ſcripſit Elegias contra Heſiodum: & homerum: fuit & alter Xenophanes leſtri
us poeta Iambici carminis ſcriptor. Xenophō Philoſophus: & dux inſignis patria At
hemenſis Grylli filius Socratis diſcipulus. Platonis æmulus: qui omnium Philoſopho-
rum ſcripſit hiſtoriam: & exultimis Babyloniæ finibus exaratum aſperis itineribus in pa
triam reduxit. Septem fuiſſe Xenophontes leguntur. Primus & ſecundus Athenienſes
philoſophi: tertius Cocis: quartus: qui Anibalis hiſtoriam ſcripſit quintus qui prodigio
ſa quædam & fabuloſa commentus eſt Sextus paphius ſculptor egregius: Septimus anti
quæ Comoediæ ſcriptor. Græcorum ædes præter hæc: quæ diximus etiam hoſpitalia ha
bent: hoc eſt domunculas quaſdam dextra ac ſiniſtra conſtitutas: quæ proprias Ianuas:
triclinia: & cubicula habēt. Item cum penu cellas. Mos enim græcorū erat primo die ad
cœnam hoſpites iuitare: Poſtero mittebant pullos: oua: olera: poma: reliquaſque res a-
Xenia greſtes. Ideo pictores ea: quæ mittebantur hoſpitibus: pictura imitantes. Xenia ap-
pellauerunt: nam ξίνος græce hoſpes uocatur: hinc Martialis tertiumdecimum librum Martialis
operis ſui: in quo eiuſmodi munera Diſtichis deſcribit: Xenia nominauit: quod uerſus
ipſos pro Xeniis mitteret: Hinc per diminutionem Xeniola dicuntur. Apuleius. Com-
modum meridies acceſſerat: & mittit mihi Xeniola porcum optimum: & quinque Gal
linulas: & vini cadum in ætate pretioſi. Omnis in hoc gracili Xeniorum turba libello.
Conſtabit nummis quattuor empta tibi. Quattuor ē nimium? poterit conſtare duobus:
& faciet lucrum bibliopola triphō. Hæc licet hoſpitibus pro munere diſticha mittas: Si
tibi tam rarus q̄ mihi nummus erit. Inter hoſpitalia: & porticus: ſiue Periſtilia ædium
Meſauli itinera ſunt: quæ Meſauli hoc eſt μέσαυλοι dicuntur a græcis: quod inter duas aulas:
hoc eſt inter duo atria ſint interpoſita noſtri Andronas appellant: nec græco nec latino
Andron uocabulo: græci enim Andronas uocant loca: in quibus bina triclinia ponuntur: & viri
lia conuiuia fiunt: quod in his mulieres non intereſſent. Poſt hæc in ædibus ſunt Horti:
Hortus horum alii in ſolo ſunt: alii penſiles hoc eſt ſupra hædificia conſtituti: quales a te Fede- Federicus
rice princeps ſupra regiæ tuæ ampliſſimæ præſepia ædificati ſunt tanto artificio: decore:
ſumptu: ut ſtuporem potius: q̄ adminiſtrationem ſpectantibus afferant. In inferioribus

hortis diætæ ſunt modo paruæ:modo maiuſculæ:in quibus etiam cubicula fiunt. Sunt
Stibadia hoc eſt paruæ coenationes:in quibus ſcriptum eſſe ſolebat:quot conuiuas coe
Martialis — natio caperet. Martialis. Stibadium accipe lunata ſcriptum teſtitudine ſignum. Octo ca
Plynius — pit:ueniat quiſquis amicus erit. Plynius. In capite Stibadium candido marmore uitæ p
tegitur. Fiebant etiam Stibadia e tabulis:quæ ebore atque auro ornabantur:transferebã
Martialis — turque de loco ad locum pro ut libido animi ferebat:de hoc locutus eſt Martialis: qum
inquit. Et teſtudineum menſus quater hexaclinon: Ingemuit atrio non ſatis eſſe ſuo: He
xaclinum uocat Stibadium ſex capiens conuiuas. Sunt Hippodromi:hoc eſt loca adcur — Hippodromus
ſus equorum diſpoſita:quæ ſtatim intrantium oculis tota ſimul offeruntur:hinc atq; hic
platanos:aut Buxos:aut Cupreſſos:aut alias arbores perpetuo uirentes habentia: & a
curſu equorum appellata. Græci enim ἵππον equm uocant: δρόμον curſum. Sunt
Xyſti hoc eſt loca exercitationi corporis accomodata: quas græci paradromidas uocãt — Xyſtus
Plynius — a latinis etiam ambulatiões dicuntur. Plynius. Ante Cryptoporticum Xyſtus eſt uiolis — Paradromis
Cicero — odoratus. Cicero. Sed tamen nihil ei reſtabat præter balnearia: & ambulationẽ: & Aui/ — Ambulatio
Idem — arium. Idem. Qua baſis uillæ erat:qua intercolumnia ambulationis. Ambulacra & ap/ — Auiarium
Plynius — pellantur. Plynius. Tum fora:atque Gymnaſia: & pro ſuis extenta porticibus ambula/ — Ambulacrum
cra miremur. Græci autem Xyſtum uocant porticum ampla latitudine:i qua athletæ per — Xyſtus
Xenophõ — hiberna tempora exercentur. Xenophon εἰν τῷ ξυςῷ περιπατοῖν:a quo Xyſtici di — Xyſticus
Suetonius — cuntur athletæ in Xyſtis pugnantes. Suetonius. Nec tamẽ eo minus aut Xyſticorum cer
tationes:aut gladiatorum pugnas ſeueriſſime ſemper exegit:ſignificat enim ξυςὸς Spi
culum:haſtam:telum. Item adiectiuum eſt: & dicitur ornatus:terſus politus. Et Sedilia — Sedile
in hortis uariis locis diſpoſita ſunt:quæ ambulatione feſſos ut cubiculum ipſum iuuant — Topiarium
a ſedendo ſedilia appellata:hæc maxima in hyppodromo:Xyſtoque cõſtituuntur. Sũt
præterea in hortis topiaria:hoc eſt opera ex arboribus aut fruticibus aut herbis facta ad
decorem:ut ſunt teſtudines:cameræ:naues:columnæ:auiculæ:aliaque huiuſmodi:quæ ex
ſanſuco libanotide hedera buxo:aliiſque herbis atque arboribus fieri conſpicimus:dicta
Cicero — ἀπὸ τῶν τόπων:hoc eſt a locis:quæ in his varia conſtituuntur. Cicero. Topiariũ lau
Plynius — dauit:ita omnia cõueſtiuit hedera. Plynius. Accedit in topiario opere lauri genus:quæ
Idem — Taxa dicitur ex creſcente in medio folio paruula ueluti lacinia. Idem Ramos ſpargit a
radice topiarii ac coronarii operis:hinc Topiarii dicuntur:qui topiaria faciunt:ſicut co
Idem — ronarii:qui faciunt coronas. Idem Statiue Myrti genera topiarii faciunt. Tarentinam
folio minuto:noſtratem patulo:exoticam denſiſſimo ſenis foliorum uerſibus. Item ars
Cicero — ipſa faciendi huiuſmodi operis Topiaria uocatur. Cicero. Vt denique illi Topiariam fa — Topiaria ars
Varro — cere uideantur: & heredam uendere. Extra urbem uero Ager eſt dictus:ut Varro: Exiſti/ — Ager
mat:quod in eo aliquid agatur:quis aliqui a græco potius deriuatum uelint: quod eſt
ἀγρὸς. Eſt autem ager modo territorium:quod urbi circumpoſitum eſt:ut ager Roma
nus:ager Leontinus:modo locus in rure:quem colimus:ſiue arando:ſiue conſerendo: &
is:qui ſeritur:frumentis ab arando dicitur Aruum. Primus ager plurali caret:dum tan/ — Aruum
tum loquimur de ſingularium urbiu; territoriis: & complectitur nemora:ſaltus: paſcua:
montes:lacus:flumina:cæteraque huiuſmodi. Quod ſi dicamus Romanos agros. Cam
panos: Leontinos:priuatim Ciuium agros intelligimus:in quibus hæc includuntur. Si
uero Romãum Campanum:ac Leontinum agros:profecto territoria ſignificamus:iõ/
q; omnia illa complectimur. Ab agro fit agricola:hoc eſt cultor agrorum: & agreſtis:qui — Agricola
ſilueſtrem uitam agit:ac feram:ſicut apud græcos dicitur Ferus vnde in compoſitione — Agreſtis
Onager dictus eſt aſinus ferus de quo alibi dicemus. Item agreſte:quod ad agru; attinet — Ferus
unde agreſte uocamus:quod in agris:non in hortis naſcitur:aut fit. Sicut Campeſtre:qđ — Onager
in Campis:ut agreſte olus:agreſte opus: & ſimilia: & Agricultor: qui agrum colit: & a — Agricultor
Virgilius — colendo etiam Colonus dicitur. Et Peragro:quod eſt inquirendo circumeo. Virgilius — Colonus
Illa fuga ſiluas:ſaltuſque peragrat:a quo fit Peregrinus:ideſt aduena: & aliena loca pera — Peragro
grans: & Peregrinatio itio per alienas terras: & Peregrinor uerbum:quod eſt per aliena — Peregrinus
loca peragrans proficiſcor:vnde Peregrina ſacra dicta ſunt:quæ ex aliis urbibus religio — Peregrinatio
Terentius — nis gratia ſunt aduecta: & Peregre aduerbium:hoc eſt peregrinando. Terentius. Peregre — Peregrinor
profectus. In hoc enim differt Peregrinus ab hoſpite:quod peregrinus ſimpliciter eum — Peregrina ſacra
Ouidius — ſignificat: qui in ſua ciuitate non eſt: hoſpes uero eum qui in aliena Ciuitate eſt. Hoſpi — Peregre
Cicero — tes ergo uocantur:qui ſiue in priuato:ſiue in publico hoſpitio ſunt: & tam qui recipiunt — Hoſpes
q̃ qui recipiuntur Ouidius. Non hoſpes ab hoſpite tutus. Cicero per dextrã iſtam: qua; — Hoſpitium
Idem — Hoſpitor
Hoſpitale

hoſpes hoſpiti porrexiſti: Sed proprie hoſpes dicitur: qui priuatim & amicitie cauſa uel
recipit: uel recipitur: unde & pro amico externo capitur: & hoſpitium pro amicitia. Idē
fuit mihi cum illo uetus hoſpitium hoc eſt amicitia: uel familiaritas: uel me hoſpitante
apud illum uel illo apud me contracta. Hoſpitium etiam diuerſorium ſignificat. Idem
Ex hac uita diſcedo tanquam ex hoſpitio: non tanquam ex domo. Commorandi enim
natura diuerſorium: non habitandi dedit. Ab hoſpes deriuatur Hoſpitor: quod ē ſtabu/
lor: diuerto: & hoſpitium: de quo diximus: & Hoſpitale hoſpitum domus: de qua ſupe/
rius diximus: & Hoſpitalis adiectiuum: quod modo ſignificat liberalem: & facile ſuſci
pientem hoſpitio: aptumque ad ſeruiendum hoſpiti: modo ad hoſpitem pertinentem:
vt Hoſpitalis lex: & Hoſpitalitas ipſa facilitas: & vt ita dictam benignitas in recipien
do: & Hoſpitaliter aduerbium benigne: faciliter: & Hoſpita: quæ facile ſuſcipiunt: vn/
de hoſpitam terram dicimus: in qua facile ſuſcipimur: & hoſpita æquora: ſiue hoſpita
flumina per quæ nauigari: aut tranſiri poteſt. Virgilius. Puppibus illa prius patulis: nūc
hoſpita plauſtris. Aliquando etiam hoſpita pro eo: quod eſt vicina accipimus: quia nihil
nobis hoſpitio uicinius eſſe poteſt. Inter agrum: fundum: aruum: prædium: & poſ/
ſeſſionem hanc eſſe differentiam tradunt. Ager eſt: ut diximus: locus in rure: quem coli/
mus. Aruum ea pars agri: quæ ſementi datur. Saluſtius. Quia numidæ pabulo pecoris
magis: quam aruo ſtudét. Quintilianus. Paup: & diues in agro uicini erát iunctis hortu
lis: ſed ex omni parte circunſtas diuitis ager: vix tenuem ad greſſus meos ſemitam da/
bat. Quid agimus? Vndique uallo diuitiarum clauſi ſumus. Hinc horti locupletis hinc
arua: inde uineta: hinc ſaltus. Ab aruo Aruales fratres dicti Sacerdotes: quos Romulus
primus inſtituit: ſeque inter illos duodecimum Fratrem appellauit: ut arua fruges fer/
rent: eique ſacerdotio Acca Laurentia: quæ poſtea populum Romanum heredem inſti
tuit. Romuli nutrix tribuit albas infulas: & ſpiceam coronam pro religioſiſſimo inſi/
gni: quæ prima apud Romanos corona fuit: & hic honor non niſi uita finitur: Exuleſ/
que & captos comitatur. Fundus etiam pars agri eſt. Singula enim prata: ſingulæ vineæ
ſinguli horti ſingula oliueta: pomaria: arbuſta: paſcua: ſalicta: nemora aucupatoria: ue/
natoria: piſcatoria loca: ſiue uillam atque ædificium: ſiue piſcinam: ſiue uiuaria habeant:
ſiue non habeant ſinguli fundi ſunt: & hoc in agro duntaxat. Nam in Vrbe: oppido: vi
co: caſtello quicquid tale eſt: Prædium dicitur: a præſtando: ſicut Prædes: ut Varro vult:
ut alii & prius dando: ſiue ualde dando. Sunt tamen prædia etiam in agro. Itaque diffi
nire poſſumus fundum eſſe ruſticam poſſeſſionem: Prædium uero & ruſticam & urba/
nam: vnde anteurbana Prædia uocabantur: quæ urbi erant propinqua. Poſſeſſiones
generale nomen eſt: nam & tabernæ & hoſpitia: & horrea in urbe poſſeſſiones dicun/
tur: & ſimpliciter omnia bona: quæ uulgo uocantur immobilia. Cicero. Poſſeſſiones
notabat: & urbanas & ruſticas. Idem. Et enim iſti callidi Aeſtimatores prata: & agros
magis exiſtimant: quod ei generi poſſeſſionum minime noceri poteſt. Dicitur tamen eti
am poſſeſſio non ipſa proprietas: ſed vſus: & actio poſſidendi. Modeſtinus. Quicquid
enim apprehendimus: cuius proprietas ad nos nō pertinet: aut nec poteſt pertinere: hoc
poſſeſſionem appellamus. Fundum a funda dictum quidam exiſtimant Vnde extant ri
diculi uerſus Ciceronis. Fundum uero uocat: quo poſſit mittere funda. Ni lapis excide/
rit qua caua funda patet. Alii a fundo: quod eſt una pars vniuſcuiuſque rei quod ſilicet
Fundus ſit: ac fundamētū pecudū: atq; pecuniæ: uel qđ fundit quotquot annis multa: uel
quod ſit planus ad ſimilitudinem fundi uaſorum. Campus obiter eſt planities terræ am
pla: & grandis: ideoque ſpecioſæ plateæ ſiue areæ campi uocitantur: ut Romæ campus
Martius: diciturque a capiendo: quod animalium: ſeu rerum multitudinem facile capi/
at: ſiue quod ueteres principio ex agro tantum Plano fructus capiebant. Collis eſt exi/
guus monticulus: ſiue per ſe ſit a monte ſeparatus: ſiue pars montis ita uocatus: quia col/
les poſt campos cæperunt colere. Ab hoc Collatina Dea: quæ collibus præeſt. Hic Vrbrs
Roma Septicollis dicta: quod ſeptem habeat colles. Palatinum: Quirinalem: Auen/
tinum: Cælium: Viminalem: Exquilinum: & Ianicularem. Iugum ipſa montis procli
uitas: & ut ita dicam: prona ſupinitas: qualis eſt incolæ cliuus. quamuis cliuus po/
nitur etiā pro colle mitiore: uel Cliuus Capitolinus. Cliuus q ducit ad Ianiculum: quos ī
Vrbe ſcimus colles eē: ꝑpter qđ dr̄ ſepticollis: & apud Veteres feſta q̄dā fiebát Septimō
tialia. Liuius. Quantū in altitudinem egrediebantur magis: magiſq; ſilueſtria: & pleraq;

Left margin notes: Hoſpitium diuerſorium; Hoſpitor; Hoſpitale; Hoſpitalis; Hoſpitalitas; Hoſpitalier; Hoſpita; Ager; Aruum; Aruales fratres; Fundus; Prædium; Prædes; Prædium anteurbanum; Poſſeſſio; Fundus; Fundum; Campus; Collis; Collatina Dea; Iugum; Cliuus; Septicollis; Septimontialia

Right margin notes: Cicero; Saluſtius; Quintilia.; Acca Laurentia; Varro; Cicero; Idem; Modeſtinus; Cicero; Liuius

Inuia loca excipiebant: ut vero iugis appropinquabat: quod mirum in aliis eſſet: adeo
omnia contenta nebula: ut haud ſecus q̄ nocturno itinere impedirentur. Dictus autem
Cliuus a Clino: quod eſt inclino: & Iugū a Iungendo: quod iungatur: & in acutum at/
tetur. Ab hoc Iugantinus Deus: qui præeſt iugis: & Iugoſum dicitur: quod in iugū acui/
tur: & Decliuis inclinatus: atque incuruus: & Accliuis: erectus: & Incliuum acuminatus:
A quo Accliuitas. Cæſar. Ab eo flumine pari accliuitate collis naſcebatur. Item Cliuium
veteres difficile dicebant: Vnde Cliuia auſpicia vocabantur: quæ aliquid fieri prohibe/
bant. Montes diffiniunt eſſe terrarum tumores altiſſimos. Diminutiuum montis eſt
Monticulus: hoc eſt paruus mons: Sicut Colliculus paruum collis: cum per duplex ll ſcri
bitur. Nam ſi per ſimplex l ſcribatur: ſignificat exiguum ac tenerum braſicæ caulem. Di/
uidit autem mons in radices: latera: iugum: verticem pro qualitate locorum. Inter/
dumque mons pro ſaxo ponitur. Virgilius. Præſantemque vncis manibus capita aſpe/
ra montis: Ferro inuaſiſſet: ſicut aliquando ſaxum pro monte. Idem. Saxi de vertice pa
ſtor. A Monte deriuatur Montanus: ut montani imbres: montanæ nebulæ: & Montu/
oſus: & Montuoſa regio: Montuoſa loca: & Montiuagus: qui per montes vagatur: &
Montigena: qui in montibus genitus eſt: & Septimontium locus ſeptem montes ha/
bens. Vnde Septimontialia dicta. Ab eminendo quidam montem appellatum exiſti/
mant: quaſi eminentem: propter quod omne: quod eminet: dici mons poteſt. Virgili/
us. Præruptus aquæ mons. Promontorium quaſi præeminens mons dictum. Signifi/
cat enim montem in mari prominentem. Plynius. Promontoria aperiuntur mari: & re
rum natura agitur in planum. Idem. Adiunctaque inſula Euboea: & excurrente velut in
altum promontorium attica terra. Vallis dicitur id ſpatium concauum: quod eſt inter
duos montes uel colles ſiue quaſcunque rupes altiores: quod hinc atque hinc vallata ſit:
Cuius diminutiuum eſt Vallicula. A Valle Vallonia Dea: quæ vallibus præeſt. Item Cō
uallis: quæ noſtra ſententia eſt arcta vallis: & quaſi coniuncta: quales ſunt: quas meta/
phorice Fauces appellamus: quamuis ab aliis dicatur eſſe Planities ex omni parte com/
præhenſa montibus: vallibuſue. Vnde Conuallis appellatur ſciſſio terræ manu facta ad
deducendam aquam. Plynius. Flumina ad lauandam hanc materiam iugis montium
duxere: Corrogos vocant a Corriuatione. Præcepiſſe libramento oportet: ut fruaris
quādo influat. Itaque altiſſimis partibus ducitur Conuallis: & interualla ſubſtructis ca
nalibus iunguntur. Vallare firmare eſt: atque munire: & quaſi vallum facere. A quo fit
Circumuallare. Vallum eſt munitio caſtrorum: quod ex vallis fiat. Vallus ſudis eſt: ſiue
palus: cui vitis alligatur. Virgilius. Et vallos primus ſubtecta referto. Solebant autem
milites ſudes ſecum geſtare: quibus Caſtra muniebant. Idem. Quadrifidaſque ſudes: &
acuto robore vallos. A Vallo veteres Valleſſit pro perierit dixere: quod qui vallo obii/
ciuntur: pro perditis habentur. Item a Vallus Interuallum: hoc eſt ſpacium: quod inter
palos eſt. Vallum caſtrenſe conſtituentes: a quo omne ſpacium interuallum eſt nuncupa
tum. A Vallum vero Vallaris corona: qua donari ſolebat: qui primus vallum hoſtium
fuiſſet ingreſſus. Vallus etiam per diminutionem fit ab eo: quod eſt vannus. Cereale hoc
cribrum eſt dictum: ut varro putat: a volatu: quod inde dum iactatur: leuia volent. Vir/
gilius. Et Myſtica vannus hyachi. In hoc etiam ob capacitatem Coloni frugum primi/
tias congerere ſolebant: ut libero ſacrificarent. Ideo poeta myſtica dixit. Quippe myſti
cum græci dicunt omne id: quod in arcanis deorum ſacris vtimur: qualia erant bacchi:
orgia: quæ noctu clam a ſolis mulieribus celebrabantur: & Myſteria arcana ſacra appel
labantur: hinc non ſine myſterio fieri dicimus: quod occulta aliqua quaſi ſacrorum ra/
tione perficitur. A Vannus fit verbum Vanno: A quo Euanno: quod eſt ventilo: mo/
ueo. Cuius paſſiuum eſt Euannor: ſicut Vannor a Vanno. Lucillius. Nunc molere illa
aut frumentum euannetur vis,. Varro de re ruſtica. Vt quod leuiſſimum eſt in ea: atque
appellatur acus: ac palea: vannatur foras extra aream. Euanne Martis filia fuit ex The/
be vxore Aſopi: vxor Capanei: quæ qum maritum apud Thebas raptum audiuiſſet: in
mortis ſtuporem diriguit: deinde cum funus eius celebraretur: ſe in rogum proiecit. Oui
dius. Accipe me Capaneu: cineres miſcebimus inquit. Rupes ſunt præruptæ partes ter/
ræ propter altitudinem: ac procliuitatem inacceſſæ: Hinc a Rumpendo dictas exi/
ſtimant: quales ſunt: quæ vi torrentium fiunt. Vnde fluminum quoque altiores: atque
inacceſſas: ut ita dicam: Ripas: Rupes appellamus. Nam Ripæ planæ ſunt: quas Vl/

Vlpianus
Cæſar
Virgilius
Idem
Virgilius
Plynius
Idem
Idem
Virgilius
Idem
Virgilius
Lucillius
Varro
Ouidius

Ripa
Clino
Iugantinus Deus
Iugoſus
Decliuis
Accliuis
Accliuitas
Cliuia auſpicia
Mons
Monticulus
Colliculus
Coliculus
Montanus
Montuoſus
Montiuagus
Montigena
Septimontium
Septimontialia
Promontorium
Vallis
Vallicula
Vallonia Dea
Conuallis
Corrogus
Vallo
Circumuallo
Vallum
Vallus
Interuallum
Vallaris corona
Myſticum
Myſterium
Vanno
Euanno
Euannor
Vannor
Euanne
Rupes

pianus diffinit eſſe: quæ flumen continent naturalem curſus ſui rigorem tenens. Vnde
Ripariæ hirundines dictæ: quæ in ripis nidos faciunt. Nam Littus maris proprie dicit᷑
diffinitũq; a Celſo quouſq; maximus fluctus a mari p̄uenit: idq; M. Tulliũ aiunt primũ
conſtituiſſe: qum arbiter fuiſſet electus. Poetæ littus aliquando capiunt pro terra ma/
ri vicina. Virgilius. Cui littus arandum. Interdum etiam pro ripa littus vſurpant. Eſt
præterea Littus locus circa aram pedes duodecim a litando dictum: quamuis lito pri/
mam ſyllabam correptam habeat. A littore Littoreum: & Littorale deducitur. Vt lit/
torea arena: littoralis plaga: & a Linendo dicitur littus: quod fluctibus oblinatur. Sil/
ua proprie dicitur: quæ cæditua eſt: hoc eſt quæ habetur in eum vſum: ut ex ea materia
cædatur. Quod ſi ſucciſa ſit: nihilominus ſilua dicitur: quoniam rurſus ex ſtirpibus aut
radicibus renaſcitur. Silua a græco dicitur ὕλη: quod ſignificat materiam: Quapro/
pter materia denotat omne lignum: qum Tigna dicantur duntaxat ea materia: quæ ædi
ficiis apta eſt: A quo Contignatio deducitur: hoc eſt ſtrues e lignis in domo habitandi
gratia facta: vnde ſuperior Contignatio: & inferior Contignatio dicitur. Hinc Materi
arius faber: hoc eſt lignarius dicitur: & Materia fabrica lignaria: & Materiari lignari.
Hinc etiam ſiluam vocant ſubitum illud ſcribendi genus: quod quadam feſtinandi vo/
luptate defluit: eſtque velut prima materia: quales ſunt Papinii ſiluæ: de quibus ipſe ſic
ſcribit. An hos libellos: qui mihi ſubito calore: & quadã feſtinandi voluptate fluxerũt:
qum ſinguli de ſinu meo prodiſſent: congregatos ipſe dimitterem. Quintilianus. Diuer
ſum eſt huic eorum vitium: qui primo decurrere per materiam ſtilo q̃ velociſſimo vo/
lunt: & ſequentes calorem atque impetum ex tempore ſcribunt: hanc ſiluam vocant. Re
petunt deinde: & componunt: quæ effuderant: ſed verba emendantur: & numeri manet
in rebus temere contextis: quæ fuit læuitas. Materiam quidam exiſtimant a matre dictã
eſſe. eſt enim materia ex qua aliquid fit: ut materia libri eſt membrana: & attramentum.
Item materia libri ipſa hypotheſis. Horatius. Sũmite materiã veſtris: qui ſcribitis: æquã
viribus: materia domus. Calx: cementa: tigna: tegulæ. Quapropter non immerito mate
riæ appellatione ligna compræhenduntur: ſiue quod ex his diuerſa ædificia fiant: ſeu qđ
græci ὕλην pariter & ſiluam & materiam vocent. Ab hoc fit Materiale: quod mate/
riæ eſt: & Materialiter aduerbium. Materialiter enim ſummi aliquid dicitur: qum non
forma rei: ſed materia ſignificatur. A Silua Silueſtrem: & Siluaticum dicimus incultum
moribus: atque aſperum: & ſiluanum ſiluarum deum: quem græci Pana vocant: & Sil/
ueculam: ac Siluulam paruam ſiluam: & Siluicolam ſiluarum habitatorem: & Siluium
quod in ſilua ortus fuit. Lucus nequaquam cæduus eſt: ut ſilua: quin potius manu con/
ſitus religioſuſque: ac alicui Deo: uel alicuius hominis cineribus cõſecratus: ideoque aut
circa delubra Deum: aut circa ſepulchra poſitus eſt: & a luce ſacrificiorum lucus appella
tus. Saltus ſilua eſt non facile peruia: ideo a ſaltando dictus: in quo paſci: & æſtiuare pe/
cudes ſolent: & ſi locus atque aer patiatur hyemare. A quo Saltuarii huiuſmodi ſilua/
rũ cuſtodes dicunt᷑: ſicut inſularii: inſularũ cuſtodes. Põponius. Dominus proprietatis
etiam inuito vſufructuario fundum vero ædes per ſaltuarium uel inſularium cuſtodire
poteſt. Nemora voluptatis cauſa comparata ſunt: & plena amoenitatis dicta ἀπὸ τοῦ
νέμω paſco: quod in his greges: atque armenta depaſci ſoleant: A Nemore Nemora
le dicitur: quod nemoris eſt: ut Nemoralis vmbra: Nemorale frigus. Item Nemorenſis
Suetonius. Nemorenſi Regi: quod multos iam annos potiretur ſacerdotio: validio/
rem aduerſariũ ſubornauit. Nemus appellabatur lucus quidem haud longe ab Aricia:
in quo lacus eſt: quod ſpeculum Dianæ dicitur. Item Nemorenſis lacus: & Nemorenſis
ager: & Nemorenſe ſicut Thuſculanum: & Nemorenſis rex: qui Dianæ Aricinæ ſacrifi/
ciis præerat. Suetonius de Cæſare. Villam in Nemorenſi a fundamentis incohatam:
magnoque ſumptu abſolutam: quia non tota ad animum ei reſponderat: totam diruit:
Nunc eo in loco exiguum oppidum: quod incolæ veteri loci appellatione Nemus ap/
pellant. Quidam Dumum a Nemore non diſtingunt. Græce δρυμός: hoc eſt Dru/
mus dicitur. Hinc Dumoſum frondoſum dicimus: & Dumetum locum nemoribus cõ
ſitum: qui Duſmoſus locus a veteribus dicebatur. Interſerebant enim frequenter ſ litte/
ram Coſmittere pro Committere dicentes: & Caſmenas pro Camenas. Prata ſunt ex
quibus foenum colligitur. Vnde Pratum Vlpianus appellat: in quo ad fructum percipi
endum falce duntaxat opus eſt: ex eo dictum: q̃ ſponte ſua paratũ ſit ad fructũ faciẽdũ:
quapropt᷑ & fructus ipſe foenũ vocat᷑ a foenore: qm̃ id ipſum manẽs quotannis nouum

Littus
Littoreus
Littoralis
Silua
Tignum
Contignatio
Materiarius
Materiarie fabrica
Materiari
Materia
Materiale
Materialiter
Silueſtre
Siluaticum
Siluanus
Pan
Siluecula
Siluula
Siluicola
Siluius
Lucus
Saltus
Saltuarius
Inſularius
Nemus
Nemoralis
Nemorenſis
Nemus
Speculum Dianæ
Nemorenſis lacus
Nemorenſis rex
Dumus
Dumoſus
Dumetum
Duſmoſum
Coſmitto
Caſmena
Pratum
Foenum

Celſus
Cicero
Virgilius
Papinius
Quintilia.
Põponius
Suetonius
Idem
Vlpianus

parit: A quo Feſtuca appellatur:& A Fœno Fœnifex:qui fœnum ſecat:& Fœniſecium
ſectio:& veluti meſſis fœni:& Fœnariæ falces:quæ apertæ ſunt:ſicut arboriæ:quæ non
apertæ:& Lumariæ:qbus lumeta: hoc eſt ſpinas ſecamus. Luma enim genus ſpinæ eſt:
quæ in pratis naſcitur dicta:quod Agricolæ eam e terra luunt:hoc eſt ſoluunt. A quo Lu
meta loca lumis plena:& Scirpiculæ quibus in ſcirpandis hoc eſt ligandis vineis vtimur
ad amputanda ſuperflua ligamentorum. Scirpi fragiles paluſtreſque ſunt: nec in fruti/
cum: veprumue: aut caulium: ſiue herbarum genere numerantur. ex his teguntur domus
& tegetes fiunt. Item detracto cortice candelarum luminibus & funeribus ſeruire olim
conſueuerunt. his velificant in pado nautici: & in mari piſcatores afri præpoſtero more
vela intra malos ſuſpendentes. Mauri quoque mappalia ſua hoc genere tegunt. Hinc fa
ctum eſt Prouerbium: Nodum in ſcirpo queris de his qui in rebus claris: atque apertis
difficultatē faciunt. Ab hoc Scirpo verbū deriuat̄:qđ eſt vincio|ligo. Hinc Scirpita di
cuntur dolia quaſſa:quum alligata ſunt. Item Scirpea quæ virgis ſcirpatur: hoc eſt colli/
gando implicatur: in qua ſtercus aliudue aliquid ſimile vehitur iumentis. Sunt etiam
Præliares falces quibus Cæſar Venetos ſuperauit. Sunt item Vineaticæ falces: quibus pu
tantur vites & ſiluaticæ quibus ſiluæ cæduntur: & Ruſticariæ quibus paſſim ad diuerſa
opera vtuntur ruſtici. A Falce Falcarii dicuntur: qui falces geſtant: hoc eſt meſſores: &
Macrobi9 Falciferi falcem ferentes: & Falcati currus falcibus inſtructi. Macrobius. Inducebat eti/
am currus cum falcibus: & elephantos cum turribus: & falcariæ cotes: quibus falces acu
untur: ſiue illæ olearıæ ſunt: ſiue aquariæ: & Falcatum quodcunque in falcis formam
Plynius arcuatum eſt. Plynius. Falcatæ ſiliquæ ſunt: & Falcare|ac Defalcare: quod ſignificat tol/
lere: amputare: & falcones quorum digiti pollices in pedibus intro ſunt curuati ad ſimi
litudinem falcis: A quo & Falcones aues ex Accipitrum genere appellatæ: īter quas præ
ſtant hi: quos græci ιερακας: hoc eſt ſacras vocant. Apud Thuſcos veteres Falco: Ca/
pis vocabatur: vnde Capuam vrbem Campaniæ a ſe conditam Capuam vocitauere:
quod viſo Falconis augurio eam condidiſſent. Sunt tamen qui velint eam a locis cam/
peſtribus: in quibus ſita eſt: appellatam. Ab hac ea regio Campania dicta eſt. A qua
Campani niſi maluimus Campaniam quoque: quod Campeſtris regio ſit: A Campis
vocitatam: & Falcidia lex: quæ falcat: hoc eſt amputat legata: quādo ſaltem quarta pars
bonorum non ſuperſit hæredibus. Ea eſt huiuſmodi. Quicunque ciuis Romanus poſt
hanc legem rogatam teſtamentum faciet quantam cuique Romano pecuniam iure pu/
blico dare: lega reue volet: ius poteſtaſque eſt: dum ita detur legatum: ne minus quā quar
tam partem hæreditatis eo teſtamento hæredes capiant: eis quibus ita datum legatumue
erit: eam pecuniam ſine fraude ſua capere licet: iſque hæres: qui eam pecuniam capere iuſ
ſus: damnatuſque erit: eam pecuniam iam debeto dare quam damnatus eſt. Falcem a
farre dictam ſupra demonſtrauimus. In campania a ſecando Secula appellatur. A Pra/
to fit Pratenſe: quod prati eſt: ut pratenſis herba: pratenſes fungi. Hortus eſt ſiue in vrbi
bus: atque oppidis: ſiue in villis: rurique locus: in quo arbores: & olera oriuntur. Apud
veteres omnis villa hortus dicebatur: quod ibi: qui arma capere poſſent: orirentur. Ea
autem ratione a quibuſdam aſpiratur: ut differat abortus: quando natum: ſiue natiuita
tem ſignificat. Quidam ita diſtingunt: ut hortus tam in ſingulari ꝙ̄ in plurali hortum
olitorium: hoc eſt herbarium ſignificet: Cuius diminutiuum eſt Hortulus: In plurali ve/
ro duntaxat Arborarium qui a noſtris Pomarium: a græcis παραδεισος: hoc eſt pa/
radiſus vocatur. Olitor eſt qui olerum hortum exercet. Olus enim dicitur omnis herba
foliis intubo ſimilis: cuius foliis & caule in edulium vtimur. Inde Horti olitorii dicun/
Plynius tur: horti herbarum: & Hoſtia olitoria Hoſtia hortorum huiuſmodi. Plynius. Eſt la/
Theophraſtus ctucæ genus adeo lati caulis: ut hoſtiola olitoria ex his factitari prodiderint. Theophra
ſtus. Olera enim vocamus: quæ in vſu cibario ſunt: ut in tubum: Aphaca: Porcellia: Se/
necio: atque in totum quæcunque intubacea ſunt propter foliorum ſimilitudinem. Ply/
Plynius nius. Gemina betis natura & oleris: & capite ipſo exilientis. Idem vſus betis & cum len
Idē te: ac faba: idemque qui oleris. Idem. Olus cauleſque quibus nunc principatus horto/
rum apud græcos in honore fuiſſe non reperio. Villa non ager eſt: ſed domus in agro.
Idem Plynius. Modus hic probatur: ut neque fundus villam quærat: neque villa fundum: Nō
L. Lucull9 ut fecerunt iuxta diuerſum eadem ætate exemplum. L. Lucullus: & Q. Scæuola: quum
Q. Scæuola villa Scæuolæ fundus careret: Villa Luculli agro. Hinc domus: quæ in vrbe eſt: vrbana
domus dicitur. Villa vero hoc eſt domus: quæ ruri eſt: domus ruſtica: quæ pœnorum lin
Virgilius gua Magar appellatur: Vnde villæ Magalia dicuntur. Mapalia vero eadem pœnica lin
gua agreſtes caſæ: & furnoꝝ ſiles appellant̄. Virgilius. Et raris habitata Mapalia tectis.

Feſtuca
Fœnifex
Fœniſecium
Fœnaria falx
Arboria falx
Lumaria falx
Lumetum
Luma
Scirpicula falx
Scirpus
Prouerbium
Scirpo
Scirpita
Scirpea
Præliaris falx
Falces vineaticæ
Falces ſiluaticæ
Falces ruſticariæ
Falcarius
Falcifer
Falcatus
Falcariæ cotes
Falcatum
Falco
Defalco
Falcones
Ierax
Sacerfalco
Capis
Capua
Campania
Campanus
Falcidia lex
Secula
Pratenſe
Hortus
Hortulus
Pomarium
Olitor
Olus
Hortus olitorius
Hoſtium olitorium
Villa
Domus vrbana
Domus ruſtica
Magar
Magalia
Mapalia

Dicta autem Villa eſt a vehendo:hoc eſt trahendo quaſi vehilla:quod in eam fructus cõuehebant ex agris: & euehebant:qum eos vendebant: Sicut Via: quod per eam vehebant: propter quod a principio vocabant veheam: non viam: & vellam:non villam: & qui vecturis viuebant:vellaturam facere dicebantur. Quidã tamen viã quaſi iã dictã exiſtimãt:ꝙ p eã itur:ut ſupra diximus. A villa fit Villula diminutiuum:hoc ẽ pua villa. Item Villicus: & Villica:qui villæ præſunt:& Villicari:quod modo eſt ruſticari. Pomponius. Ego rus eo: ut aliquot diebus villicer:modo villæ præeſſe. Idem longe ab vrbe villicare:quo herus rarenter venit. Non villicari:ſed dominari mea eſt ſententia. A quo Villicatio ipſa:ut ita dicam:negotia ruſtica:& Villaticum quod villæ eſt:vnde Villaticæ paſtiones dicuntur alimenta: quæ pertinent ad animalia muta: quæ ruri nutriuntur: utputa ad pecudes:aues:feras:piſces. Apuleius. Modeſto vero hoſpiti quies villatica:omnique denique prouinciæ voluptarii ſeceſſus ſumus: & Villanus:qui in villa habitat: ſicut Paganus qui in pago: Vnde Semiuillanus: & Semipaganus dicuntur: hoc eſt ſemiruſticus. Perſius. Ipſe ſemipaganus ad ſacra vatum carmen offero noſtrum. Sunt qui vile quoque a villa dictum velint vna littera abiecta:quod omnia in villa viliora ſint: hoc eſt minori precio vendantur ꝗ̃ in vrbe. Vile enim proprie dicitur: quod parum valet: cuius contrarium eſt carum. L. piſo Romulum dicunt ad cœnam vocatum:ibi non multum bibiſſe:quia poſtridie negocium haberet. Ei dicunt Romule: Sic iſtuc omnes homines faciant: vinum vilius ſit. Is reſpondit imo vero carum. Si quantum quiſque volet: bibat:nam ego bibi quantum volui. Hinc vile etiam pro abundanti ponitur:quia quicquid nimis abundat: vile eſt:hoc eſt paruo venditur precio. Virgilius. Vilemq; faſelum: Ab hoc fit Vilitas: & Vilito: quod eſt vile facio: & Vileſco vile fio: & Viliter aduerbium hoc eſt exiguo precio:& quaſi cum contemptu. Rus locus dicitur extra vrbem vbi agri ſunt:& villæ dictum:quod in agris quotquot annis rurſus eadem fiant: ut rurſus capias fructum. Hinc Ruro fit & Ruror:& Ruſticor eiuſdem ſignificationis: hoc eſt ruri dego. Plautus. Dum rurant homines:quos liguriant. Varro. Dum in agro ſtudioſus ruror. Plynius. Qum ſimul æſtate ruſticaremur:& Ruſticus:qui modo ruris eſt:ut domus ruſtica modo vita: & moribus incultus: quaſi ſemibarbarus: Vnde veteres ruſtice pro barbare vſurpabant:& Ruſticanus adiectiuum: A quo aduerbium Ruſticane. Itẽ Ruſticatim pro ruſtice. Pomponius. Ego ruſticatim tangam. Vrbanatim neſcio:& Ruſticitas contraria vrbanitati. Eſt autem Vrbanitas:qua ſignificamus proprium quendam: ut ſupra diximus: geſtũ vrbis: & ſumptam ex conuerſatione doctorum tacitam eruditionem:& Ruſtica uinalia:quæ quartodecimo Kalendas Septembris celebrabantur:quo die primum in vrbem vinum deferebant:& Ruſticula auis Perdici ſimilis: niſi quod roſtrum longius habet. Martialis. Ruſtica ſum perdix:quid refert ſi ſapor idem: Carior ẽ perdix ſic ſapit illa magis. & Rurigena:qui ruri gignitur: & Ruricola: qui rus colit: & Rureſtris idem:quod ruſticus. Apuleius. Rureſtri vocabulo vulgus indoctum roſas laureas appellat: & Ruſci virgulta:quibus vites ligantur. Virgilius. Nec non etiam aſpera ruſci: Vimina per ſiluam. Frutex eſt:ex quo nunc ſcopæ fiũt. Græci Χαμαιμυρσινην κὶ ὀξυμυρσινην nominant:hoc ẽ humilem myrtum:& acutam myrtum:folia quippe myrto ſimilia:ſed acutiora:& rigidiora habet: producitque baccas rufas ad ceraſiorum ſimilitudinem. Item Ruſpor:quod eſt diligenter ſcrutor: & quaſi rus quoque perquiro. Actius. Vacantes ruſpantur ſiluas. proprie autem ruſpantur gallinæ: hoc eſt ſcalpunt: Ab hoc fit compoſitum Corruſpor: quod ſignificat examino inquiro. Plautus. Corruſpare tua conſilia in pectore. Agrorum diuerſæ ſpecies ſunt:eſt ager cultus a colendo dictus: ſiue ut Varro ſentit quod ibi qum terra ſemina coaleſcant: & ager incultus. Item ager conſitus: in quo ſatæ arbores ſunt:& inconſitus: vbi non ſunt arbores. Ager reſtibilis: qui reſtituitur ac reſeritur quotannis. Plynius. Ordeum in nouali: & in agro: quod reſtibile poſſit fieri. Idem. Vbertatis tamen tantæ ſunt:ut ſequente anno ſponte reſtibilis fiat ſeges impreſſis veſtigio ſeminudis. Columella. Paſtinum vocant agricolæ ferramentum bifurcum:quo ſemina panguntur: Vnde etiam Repaſtinari dictæ ſunt vineæ veteres:quæ refodiebantur. hæc enim propria appellatio reſtibilis vineti erat. Nunc antiquitatis imprudens conſuetudo quicquid emoti ſoli vineis præparatur Repaſtinatū vocat:& ab hoc Repaſtinatio dicta. Ager noualis e contrario:qui intermittitur: ut nouetur: Noualis inquit Paulus eſt terra proſciſſa:quæ anno ceſſat:& Plynius. Nouale inquit eſt: quod alternis ſeritur. Virgilius. Alternis idem tonſas ceſſare nouales: & ſegnem patiere ſitu dureſcere campum. Hic & Nouatus ager dicitur. Cicero. Vt agro non ſemel ſubacto: ſed nouato. Accipitur tamen etiam Nouale: ſiue Noualis ager: ſeu

Via
Velia
Vella
Vellatura
Villula
Villicus
Villica
Villicor
Villicatio
Villicatum
Villatica paſtio
Villanus
Paganus
Semiuillanus
Semipaganus
Vilitas
Vilito
Vileſco
Viliter
Rus
Ruro
Ruror
Ruſticor
Ruſticus
Ruſtice
Ruſticanus
Ruſticane
Ruſticatim
Vrbanatim
Ruſticacitas
Vrbanitas
Ruſtica uinalia
Ruſticula auis
Ruricola
Rurigena
Rureſtris
Ruſcus
Chamæmirſine
Oxymirſine
Ruſpor
Ager cultus
Ager incultus
Ager conſitus
Ager inconſitus
Ager reſtibilis
Paſtinum
Repaſtino
Repaſtinatum
Repaſtinatio
Ager noualis

Pompeius
Idem
Apuleius
Perſius
Virgilius
Plautus
Varro
Plynius
Põponius
Martialis
Apuleius
Virgilius
Actius
Plautus
Varro
Plynius
Idem
Columella
Paulus
Plynius
Virgilius
Cicero

Quintilia. Noualis fœminino genere pro aruo primo proſciſſo. Quintilianus: Mox vigentibus ſa/ Noualis
Hierony. certis humum fodere. Segnem futuris noualibus eruere ſiluam. Hieronymus. Nouale eſt
Virgilius ager nunc primum proſciſſus. Vnde Virgilius. Impius hæc tam culta noualia miles ha
Romulus bebit. Ager aruus dicitur: qui aratur. Agri enim apud veteres Romanos binorum dun/ Ager aruus
Romulus taxat iugerum erant. Nullique maiorem modum Romulus tribuit. Iugerum vocaba/ Iugerum
tur quod vno iugo boum in die exarari potuiſſet. Actus: in quo boues agerentur: cum ara/ Actus
tur: vno impetu iuſto. hic erat centumuiginti pedum: duplicatuſque in longitudinem iuge/
rum faciebat. In domo ruſtica eædem fere partes eſſe poſſunt: quæ in vrbana: ſed in ruſtica
loco atrii cors eſt. Sunt autem cortes villarum intra maceriam ſpacia. Eſt etiam in domo
ruſtica ædificium prope aream ex vna parte apertum: in quod nubilo tempore reponi to/
ta meſſis poteſt: dum tritura inſtat: quod ex ea parte feneſtras habet: vnde commodiſſime
Nero perflari poſſit: id a nubibus Nubilarium appellatur. STAGNA NERONIS. Habuit Nubilarium
Nero ut ſupra diximus in domo ſua ſtagnum maris inſtar circumſeptum ædificiis ad vrbi/
um ſpeciem. ERANT. Sum es eſt verbum eſt ſubſtantiuum ita dictum: quia per ſe ſubſtat: Sum
nec indiget alio. In ipſum vero cætera verba reſoluuntur: ut ego lego ideſt ego ſum: qui le/
go: tu dicebas: ideſt tu es qui dicebas: ille intelligit: hoc eſt ille eſt: qui intelligit: & in hūc mo
dum cætera: propter quod huiuſmodi verbum ſæpenumero præpoſitis pronominibus de/
Virgilius monſtratiuis: non poſitum intelligitur. Virgilius. Hic cæſar & omnis Iulia progenies. Idē
Idem Tu ne ille Aeneas quem Dardanio Anchiſæ. Idem. Nam Polydorus ego. Sæpe etiam de/
Idem monſtratiuis aduerbiis poſitis non eſt neceſſe huiuſmodi verbum ponere. Idem. Ecce tibi
Idem Auſoniæ tellus. Item nomine ſubſtantiæ poſitum idem verbum frequentiſſime deficit. Lu/
Lucanus canus. Quis furor o ciues: quæ tanta licentia ferri? Virgilius. Quis tibi tunc Dido cernēti
Virgilius talia ſenſus? Quos ue dabas gemitus? Qualis quoque & quantus ſi addantur in oratione
Iuuenalis deſunt aliquando verba ſubſtantiua. Iuuenalis. O qualis facies: & quali digna tabella. Co/
Virgilius pulat autem ſubſtantiuum verbum aliquando ſimiles caſus. Virgilius. Rex erat Aeneas no
Idem bis. Aliquando genitiuo adiungitur. Idem. Grates perſoluere dignas Non opis eſt noſtræ
Idem Nonnunquā datiuo. Idem. Sunt mihi biſſeptem præſtanti corpore Nymphæ. Interdum
ablatiuo uel accuſatiuo cum præpoſitione in: vel ſub: vel apud: vel alia huiuſmodi: ut ius eſt
in armis: Omnes ſub cælo ſumus. Non eſt hoc apud perſas: non penes ægyptios. Prætor
qum hæc agerentur: pro tribunali erat. Aliquando etiam ablatiuo ſine præpoſitione: ut ma
gno animo ſum. Plerunque duobus datiuis: ut ſum tibi impedimento: hoc mihi curæ erit.
Virgilius Sæpe etiam aduerbio. Virgilius. Hic illius arma: hic currus fuit. Item infinitiuo alterius ver
bi: ut animi fortitudo eſt aduerſa cōtemnere. Interim nullum poſt ſe caſum habet: ut quæ
ſunt quæ fuerunt? & quæ poſt facta ſequentur. Ab huius verbi infinitiuo: quod eſt eſſe: fit
Perſius Eſſentia: quæ idem quod eſſe ſignificat: quando eſſe nominaliter accipitur: quale apud Per Eſſentia
Idem ſium. Et noſtrum illud viuere triſte. & alibi. Velle ſuum cuique eſt: nec voto viuitur vno. Eſſe
Idem Item alibi. Vſque adeo ne ſcire tuum nihil eſt: niſi te ſcire hoc ſciat alter: Quod genus loquē
di apud græcos frequentius eſt: qui infinitiuo tanquā nomini apponunt articulum: & præ/
poſitionem: Infinitiua non plane verba: ſed verborum nomina eſſe dicentes. Vt ergo vel/
le ipſum idem eſt: quod voluntas: & ſcire ipſum quod ſcientia: & poſſe ipſum quod poten
tia: & viuere ipſum: quod vita: ita ipſum eſſe: quod eſſentia. A quo Eſſentiale dicimus: qđ Eſſentiale
ipſius eſſentiæ eſt: & Eſſentialiter aduerbium: quo nonnulli vtuntur ſecundum eſſentiam. Eſſentialiter
Aurelius Aurelius. Sicut enim ab eo quod eſt ſapere: vocatur ſapientia: ſic ab eo quod eſt eſſe voca/
tur eſſentia nouo quidem nomine: quo vſi veteres non ſunt latini ſermonis auctores: ſed iā
noſtris temporibus vſitato: ne deeſſet etiam linguæ noſtræ: quod græci appellant ὀυσιαν:
hoc enim verbum e verbo expræſſum eſt: ut diceretur eſſentia. Item ab eodem Ens: & En/ Ens
tia deducuntur. Præterea compoſita fiunt Aſſum: quod non ſignificat præſens ſum: ut qui Entia
Virgilius dam putant: ſed prope ſum. Propter quod Virgilius: cum præſentem ſignificare vellet ad/ Aſſum
didit coram libro primo Aeneidos. Coram quem queritis aſſum Troius Aeneas. Hinc ve/
teres aſſas vocabant nutrices: quod aſſint his: quos nutriunt: nec ab eis uel exiguo tempore Aſſa
diuellantur: & Aſſeclæ ſerui: quod omnibus dominorū imperiis aſſint: hoc eſt præſto ſint Aſſeclæ
huius contrarium eſt Abſum: hoc eſt longe ſum: quod ex ipſa componentium præpoſitio Abſum
nū ſignificatiōe percipit. Ad enim prope ſignificat. Vnde Admouere dicimus aliqđ ꝓpi/
us facere: Ab vero longe: Vnde Ammouere aliquid longius facere. Declarat præterea hoc
Cicero Cicero. Inter hominem & beluam hoc maxime intereſt: quod hæc tantum quantum ſen/
ſu mouetur ad id ſolum quod adeſt: quodque præſens eſt: ſe accommodat. Quod ad/
eſt inquit hoc eſt quod prope eſt. Alioquin non addidiſſet: quodque præſens eſt: hoc
idem ipſe Cicero declarat mox ſubiungens: Paululum admodum ſentiens præteritum
aut futurum: ideſt: ſentiens tamen quod adeſt: hoc eſt quod mox abiit: uel mox fu/

turum eſt. Aſſum per duplex ſſ & non per d ſcribi debere declarat. Plautus. Nilphio aſſũ — Plautus
Perſum — apud te. eccum AGORASTOCLES. at ego elixus ſis volo. Perſum valde ſum. Gelius. — Gelius
Exum — Platoni & Socrati perfuit familiaris. Exum extra ſum. Sic enim lictor in quibuſdam ſacris
clamitare ſolebat. hoſtis victus: mulier virgo exeſto hoc eſt non introito: quia ſcilicet ingre
Interſum — di ea ſacra prohibebantur. Interſum: præſens ſum: & q̃ſi in re ſum. ex in enim & re & ſum
Obſum — componitur: ut ſupra diximus. Obſum quod eſt noceo: quaſi contra & aduerſus te ſum. cu
Proſum — ius contrarium eſt Proſum: hoc eſt iuuo: quaſi pro te ſum. Veteres aliquando pro oberit ob
Obeſſet — eſſet ſcripſere. aliquando etiam pro eo quod eſt aderit: Præſum uel ante alios ſum: ut homo
Præſum — cæteris animatibus præeſt: hoc eſt ſuperat: antecedit: uel præfectus ſum. Cicero. Hi qui por/ — Cicero
Præſens — tui faciendo præerant: ab eo ſubornati fuere. Ab hoc fit Præſens: quod ſignificat non eum:
Præſento — qui præfectus eſt: ſed qui coram hoc eſt ante nos: & in conſpectu noſtro eſt. A quo Præſen
to verbu3: quod eſt offero: & in mediũ adduco. & Repræſento hoc eſt rurſus præſento: in
Præſentia — terdum & in mentem reuoco. & Præſentia ipſa: ut ita dicam: interuentio: & duo aduerbia
Repræſentia — Inpræſentia & Inpræſentiarum: quæ ſignificant præſenti tempore: hoc eſt quod uel præ/
Inpræſentiarũ — ſens eſt: uel præſens fuit: uel præſens erit: ut Inpræſentia diſputandum non eſt: & qum a Ci
cerone quereretur quid eſſet virtus? Reſpondit non eſſe Inpræſentia de virtutis nomine di — Cicero
ſceptandum. Et ſi quis tibi difficultatis aliquid obiecerit: differendum tibi in poſterum di/
Præſens — em erit potius q̃ inpræſentia reſpondendum. Item Præſens eodem modo accipitur: hoc ẽ
non tantum ſignificat: quod huius temporis eſt: ſed etiam alterius: aut præteriti: aut futuri:
Cicero. Ego incolumitati ciuium primum: & poſtea dignitati. Ille præſenti potius q̃ futu/ — Idem
ræ dignitati conſulebat. De mortuo loquitur. Ergo non nunc præſenti: ſed tunc. Horatius. — Horatius
Pleraque differat: & præſens in tempus omittat: hoc eſt in ſuum tempus. Capitur tamẽ ali
Inpræſens — quando in præſens pro inpræſentiarũ. Idem Lætus inpræſens animus: quod vltra eſt: Ode — Idem
Præſens — rit curare: & amara Lento temperet riſu. nihil eſt ab omni parte beatum. Præſens quoque
pro ſubito capitur: & non dilato in alterum tempus. Virgilius. Præſentemque viris inten/ — Virgilius
Præſentaneũ — tant omnia mortem. Iuuenalis: Pœna tamen præſens: & præſens vltio: Vnde Præſentane — Iuuenal'
Præſentiſſimũ — um venenum: & Præſentiſſimum dicimus: quod ſtatim occidit: uel liberat. Et quoniam ea
quæ præſentem vim: atque effectum habent præſtantiora: ac potentiora cæteris videntur.
Præſens — Ideo Præſens accipere ſolemus pro efficax: fortis: potẽs: ut præſens virus ideſt potens. Vir — Virgilius
gilius. Nunc ſi cui virtus: animuſque in pectore præſens. Hinc Præſens etiam pro propitio
In rẽ præſentẽ — accipitur. Idem. Et vos agreſtum præſentia numina fauni. In rem præſentem non tempus: — Idem
ſed locum ſignificat: quaſi in locum differentiæ. Cicero. Vt ſi conſtitueris cuipia3 te in rem — Cicero
præſentem eſſe venturum: ideſt ad locum: de quo controuerſia eſt. Liuius. Reſponderi le/ — Liuius
gatis vtriuſque partis placuit miſſuros ſe in Africam: qui inter populum chartaginenſem
& regem in re præſenti diſceptarent. Idem. Eodem anno inter populum chartaginenſem: — Idem
& regem Maſſimiſſam in rem præſentem diſceptatores romani de agro fuerunt. Valerius — Valerius
Q. Labeo arbiter a ſenatu finium conſtituendorum inter Nolanos & Neapolitanos da
Præſente — tus: qum in rem præſentem veniſſet: tum vtroſq; ne nominatim monuit. Veteres præſente ꝑ
præſentibus dixerunt. Pomponius. Qui id apud forum præſente teſtibus mihi vendidit. — Põponius
Præſum — Nouius. Dona pulchra donare volumus præſente omnibus. Præſum & Præſideo diffe/ — Nouius
Præſideo — runt: & ab hoc fit præſes: ſicut ab illo præſens. Præſidere enim eſt duntaxat ad opem præ/
Præſes — ſtandam præeſſe: quam præſtant proprie: uel dii precantibus hominibus: uel homines ipſi
aliis hominibus iniuriam patientibus: uel in diſcrimen adductis. Aliquando tamen indiffe
renter accipitur. Suetonius. de Tyberio. Præſedit & Actiacis ludis: hoc eſt præfuit. Cice/ — Suetonius
cero. Noli animos eorum ordinum: qui præſunt iudiciis offendere. Idem. Quamobrem — Cicero
vos dii & patrii penates: qui huic vrbi: atque imperio præſidetis. Quitilianus. Nam & be/ — Idem
niuolum auditorem inuocatione dearum: quas præſidere vatibus creditum eſt: & intentũ — Quintilia.
propoſita rerum magnitudine: & docilem ſumma celeriter compræhẽſa facit. Idem. Quẽ — Idẽ
Præſides — præſidentes ſtudiis deæ propius audirent. Hinc tam dii q̃ homines præſides dicti ſunt: illi
in ſuo quiſque numine: ſuaque vi: hi vero in ſua quiſque prouincia a rege: uel populo ſibi — Idem
commiſſa. Quintilianus. Quod omnia ſic egerit: ut genitus præſidio bellorũ. Vlpianus. — Vlpianus
Præſes is eſt: qui maius in prouincia imperium habet omnibus poſt principem. Aliquan/
do tamen Præſes pro auxiliatore ponitur. Liuius. Dii deæque: qui Capitoliũ incolitis ſic/ — Liuius
Præſidium — cine noſtrum militem: ac præſidem ſinitis vexari ab inimicis? Hinc Præſidium dictũ prin
cipale auxilium: ut milites: qui in tutela alicuius oppidi collocati ſunt: præſidium dicuntur
Subſidium — Subſidium vero: quod in auxilium ſuccedit. Quemadmodum autem a Præſum fit Præ/
Abſum — ſens: & Præſentia: ita ab Abſum fit Abſens: & Abſentia: dicimuſque Abſente pro Abſen/ — Plautus
Abſens — tibus: ſicut Præſente pro Præſentibus. Plautus. Abſente nobis id actum eſt. Afranius. Si — Afranius
Abſente — hanc abſente nobis inuenerit puer. Terentius. Neſcio quid profecto abſente nobis — Terentius

Seneca turbatum eſt Deſū; deficio. Seneca. Fœlix eſt cui nihil deeſt ad bene beateqꝫ viuēdū. A quo Deſum
Dextans dicit̃: quia aſſi deeſt ſextás: quemadmodum deunx: & duodeuiginti. Inſum quod
ſignificat in aliqua re ſum: Vt ineſt mihi diſcendi cupiditas: hoc eſt in me eſt. In quo notan/ Inſum
Quintilia. dum quod ineſt huic rei dicimus: & ineſt in hac re. Quintilianus. Verum hoc melius faciet
Cicero natura ipſa duce: ſed naturis ipſis ars inerit. Cicero. Illud honeſtum: quod ſæpe diximus:
ſi in alio cernimus: tamē nos mouet: atqꝫ illi: in quo id ineſſe videtur: amicos facit. Subſum Subſum
Plynius quod proprie eſt infra ſum. Plynius. Suberant tecto abiegnæ trabes. aliquando tamen ſub/
Virgilius eſſe accipimus pro latēter ineſſe. Virgilius. Quippe ſolo natura ſubeſt. Superſum: quod in/ Superſum
Idem terdum eſt affluo abundo. Virgilius. Auxilio urbes italiæ: populiqꝫ ſuperſunt. Interdum re
Ennius ſto: reliquus ſum. Ennius. Inde ſibi memorat vnum ſupereſſe laborem: aliquando ſuperſtes
Pollio ſum. M. Aſſinius pollo ad Ciceronem. Neqꝫ deeſſe rei pub. volo: neqꝫ ſupereſſe. Nōnunqꝫ
Cicero vinco: ſuperior ſum. Cicero. Nec vero ſcientia viris maioribus ſuis. Q. Lelius Tubero de
Virgilius fuit: doctrina etiam ſuperfuit. Virgilius. Florentiſqꝫ ſecant herbas: fluuioſqꝫ miniſtrant. Far
raqꝫ ne blando nequeant ſupereſſe labori hoc eſt vincere: & ſuparare laborem. Quandoqꝫ
Gellius ſuperfluus: ac ſuperuacuus ſum. Gelius. Memini ego prætoris docti hominis Tribunali
me forte aſſiſtere: atqꝫ ibi aduocatum eum non habere: & cum is: qui verba faciebat: recla/
maſſet. Ego illi ſuperſum reſpondiſſe prætorem feſtiuiter. Tu plane ſuperes non ades. Supe
Virgilius res inquit hoc eſt ſuperfluis: ſuperuacaneus es. plerunqꝫ longius ac diutius duro. Virgilius.
Primus ego in patriam mecum: modo vita ſuperſit: Aliquando etiam Superſum reperitur
Cicero pro nimis & ſupra neceſſarium modum abundo. Cicero. Non grauarer læli: niſi & hos
velle putarem: & ipſe cuperem te quoqꝫ aliquam partem huius noſtri ſermonis attingere:
præſertim qum heri ipſe dixeris te nobis etiam ſuperfuturum: verum id quod fieri non po
teſt: Ne deſis: omnes te rogamus. Græci in eoſdem fere omnes ſenſus ϖοςἱειναἱ accipiūt
Poſſum quoqꝫ a porro hoc eſt valde & ſum componitur. Valde enim eſſe videntur: qui va Poſſum
lidi ac potentes ſunt: quáuis aliqui poſſum a potis: & ſum compoſitum malint: Ego a poſ/
ſum potius deriuatum eſſe potis exiſtimo: quod & pote neutrum habet. ſignificat autem eū
Virgilius qui poteſt. Virgilius. At non Euádrum potis eſt vis vlla tenere. Propertius. Qua pote qſqꝫ
Terētius in ea conterat arte diem. Ab hoc fit aliud verbum Poteſſum. Terentius. At pol ego amato/ Poteſſum
res audieram mulierum eos eſſe maximos. Sed nihil poteſſe. A poſſum deriuatur Po/
tens: qui poteſt. Cuius contrarium eſt Impotens: hoc eſt inualidus. A quibus Potentia: & Potens
Impotentia: & Potenter: atqꝫ Impotenter aduerbia. Impotens tamen aliquando pro val/ Impotens
Cicero de potens vſurpatur. & Impotentia pro potentia. Cicero. Qui nihil metuant: nihil agant: Potentia
Paulus nihil concupiſcant: nulla impotentia efferantur. Item Poteſtas: quod Paulus iuris conſul/ Impotentia
tus inquit plura ſignificat In perſona magiſtratuum imperium: In perſona liberorum pa/ Potenter
triam auctoritatem: In perſona ſeruorum dominium. At qum agimus de noxæ deditione Impotenter
cum eo: qui ſeruum non defendit: præſentis corporis copiam ac facultatem. Item Poteſta/ Poteſtas
tes dicuntur principes potentes: quos græci Dynaſtas vocant: & ii: qui magiſtratus gerunt: Poteſtates
& iudiciis præſunt: vnde non inepte nec parum latine prætores vrbis a vulgo nunc Potē/ Dynaſtæ
Plynius ſtates appellamus. Plynius. Pingue draconis in pelle dorcadum neruis ceruinis adalligatū
in lacerto victoriam iudiciorum conferre exiſtimant: primum ſpondylum aditus poteſta/
Apuleius tum mulcere. Apuleius. Sed iuſſit poteſtas officialem ſuū; magna ſeueritudine coerceri. vbi
notandum eſt officialis quoqꝫ nō inelegans vocabulum eſſe pro miniſtro magiſtratus. Idē Officialis
Idem alibi. Iam enim faxo ſcias quemadmodum ſub meo magiſterio mali debeant coerceri: &
profuſa in medium ſportula iubet officialem ſuum ſuper piſces inſcendere: ac pedibus ſuis
Plautus totos obterere. Poteſtam quoqꝫ veteres pro poteſtate vſurparunt. Plautus. Neqꝫ deſidiæ in Poteſta
ocio operam dediſſe: neqꝫ poteſtam ſibi fuiſſe: adeo arte cohibitum eſſe a patre. Item a poſ Poſſibile
ſum Poſſibile: quod fieri poteſt: aut non poteſt: quibus verbis vſi veteres non fuere: nūc au Impoſſibile
tem paſſim omnes vtuntur. Item Impos: qui alicuius rei potis non eſt. Compos qui uel ha Impos
Cicero bet aliquid: uel ſuo ſtudio aſſecutus eſt. Accipiturqꝫ & in bonam & malam partem. Cicero. Compos
Plautus Omnium deſideriorum ſuorum compos factus. Plautus. Cedo manum accipe erumnarū
& miſeriarum compotem hoc eſt qui ſimul tecum erunnas ac miſerias habet: ſic enim Com
potem mentis: Compotem rationis dicimus: hoc eſt qui mentem & rationem habet: & Im
potem: qui non habet. Cicero. Nam quomodo victores dicimus voti compotes: qui quic/
quid volunt faciunt: ſic victos e contrario voti impotes: qui non poſſunt facere: quod vo/
lunt. Item poſſideo quaſi in poſſe: hoc eſt in poteſtate mea habeo: A quo Poſſeſſor: qui Poſſideo
poſſidet: cuius fœmininum eſt Poſſeſtrix. Afranius. Poſſeſtrix ita dicitur: ita Tonſtrix: ita Poſſeſſor
Afranius Impulſatrix: ita Curatrix: ita Planctrix: ita Aſſeſtrix: & Poſſeſſio quod modo actum ipſm Poſſeſtrix
poſſidendi ſignificat: modo bona: quæ vulgo vocantur Immobilia: quemadmodum ſu/ Poſſeſſio
perius diximus: & poſſeſſorium iudicium: quod non ſuper re principali: ſed ſuper poſ/

Poſſeſſiuũ ſeſſione eſt: Et apud grammaticos Poſſeſſiuum nomen: quod aliquid ſignificat quod poſ/
ſidetur: ut Euandrius enſis: qui Euandri eſt: & regiæ ædes: quæ regis poſſeſſio eſt. Item Po/
tior & Potius comparatiua: hoc eſt melior: & melius: quaſi potentior: & potentius: & po
tiſſimum ſuperlatiuum pro optimo. Præſtant enim hoc eſt potentiora ſunt: quæ meliora
ſunt. Item potius & potiſſimum: & quo Iuniores quidam vtũtur potiſſime aduerbia: quæ
ſignificant magis: & maxime: potius enĩ de duobus: potiſſimũ ſiue potiſſime de pluribus
dicitur: ut hoc potius ꝙ illud elegi: & ex omnibus hoc potiſſimũ elegi: ideſt magis: & maxi
Vtpote me elegi: & quaſi pro meliori| atq; optimo elegi. Item a Pote Vtpote aduerbiũ deducitur:
quod cõfirmãtis ẽ: & quaſi cauſatiuũ. Cicero. Me incõmoda valitudo: quia iam emerſerã: Cicero
utpote cum ſine febri laboraſſem: tenuit. Idem. Ea nos utpote qui nihil contẽnere ſolemus Idem
nõ pertimeſcebamus: qđ perinde eſt ac ſi dixiſſet: quia| uel quoniã| uel quãdo quidẽ ſine fe/
bri laboraſſem: & quia uel quoniã: uel quãdo quidẽ nihil contẽnere ſolemus. Saluſtius. An Saluſtius
tonius procul aberat: utpote q magno exercitu locis æquioribus expeditus in fugam ſeque
retur. Aliquãdo ſine qum: & ſine relatiuo reperit̃. Vt Antonius aberat a bello utpote æger
Quippe ac iacens. In eadem forma reperit̃ & Quippe: Quintilianus. Si alienum & ignotum tãꝙ Quintilia.
cõmunis omniũ mortalium (Quippe ſub vno parẽte naturæ cognatio eſt) hominem cibo
forte iuuiſſem pœna dignum videretur ſeruaſſe perituram animam? Titus Liuius. Nota iu/ Titus liuiꝰ
Vtiq; dici fabulã petitur. quippe apud quem auctorem argumenti peragit. ꝓfecto quoq; & Vtiq;
eodem modo affirmãt: Sed vtiq; nunꝙ fere apud Ciceronem: apud poſteriores frequenter
reperitur. Quintilianus. Solẽt huiuſmodi negociatores aliquid proprium ac priuatum ſti/ Quintilia.
pulari: Vtiq; qum rẽ alienam vendãt profecto potius ad reſponſionem adhibetur Cicero. Cicero
Certe Quis hæc renunciat? is profecto qui interfuit. Quod etiã per Certe facimus. Idem. Tãtam Idem
ſolicitudinem: tantũ amorem omniũ: in quo meminimus Certe in nullo: & per nimirum.
Quintilianus. Demus id: quod nullo modo fieri poteſt: idem ingenii: ſtudii: doctrinæ: peſ/
Nimirum ſimo atq; optimo viro vter melior dicetur: orator Nimirũ: qui homo quoq; melior: & per Quintilia.
Nempe quod vſitatius eſt. Cicero. Apud quem hæc dico? nempe apud eũ: qui qum hoc ſci/ Cicero
Nempe ret: me tamen anteꝙ vidit: rei publicæ reddidit. Aliquãdo ſine interrogatione ponit̃ Nem
pe. Horatius. Nempe hoc quæſiſti. Perſius. Nempe hoc aſſidue: iam clarũ mane feneſtras Horatius
intrat. Quintilianus. Nempe enim in hoc plurimũ laboris exhauſimus: ut rhethoricã oſtẽ/ Perſius
Nem deremus bene dicẽdi: ſciẽtiã: & vtilem: & artem: & virtutem eẽ. Veteres Nem quoq; aliqñ Quintilia.
Sane pro Nempe ſcripſerũt: ꝗuis & pro niſi etiam quãdoq; ſumpſere. Sane quoq; aliquãdo af/
Ita ſane firmatiua ẽ: ut Ita ſane. Sane vero nonnunꝙ pro valde ponitur: ut homo ſane nobilis. Iun
giturq; interim ſuplatiuo. Suetonius. Bellum ſane difficillimum geſſit. Quandoq; permiſ Suetonius
Certe ſiue accipitur. Quintilianus. Tulerit ſane filius. noſter merito pœnas: dederit ſpiritum ſup/ Quintilia.
plicio: nihil de præteritis loquimur: quaſi eſto ita ſit: ut tu vis. Certe quoq; modo affirmat:
At modo pro ſaltem accipit̃: ut ſi non tãgere: at certe potero videre. Adiungitur aũt illud At:
quomodo iungitur ſed. qum tamen alterum eorum ſufficeret: quippe At nonnunꝙ idẽ ſi/
gnificat: quod ſaltem. Virgilius. At Meſſapus erit. Certe coniuncta cũ coniunctione & ſem Virgilius
Et certe per affirmat. Cicero. Et certe cõtra Cæſarẽ eſt ingreſſus armatus. Eodẽ modo ſane. Quin Cicero
Et ſane tilianus. Et ſane quis cõcipiat uel declamãtis habitum: uel orantis vocem inceſſum: pronun Quintilia.
Certo tiationem illum deniq; animi & corporis motum? Certe coniuncta cum ſcio: & ſimilibus
Potior verbis. e in. o. ſolet mutare Cicero. Et ſi Certo ſcio. Item a Potis fit Potior verbum: qđ eſt Cicero
modo teneo: quaſi in poteſtate habeo: modo obtineo: & in poteſtatẽ vendico. In primo ſi
gnificato fere genitiuũ ſemp requirit: Vt Lacedæmonii rerum diu potiti ſunt: ideſt rerum
imperium diu tenuerũt. In ſecundo ſignificato frequẽtius habet ablatiuũ: Vt Potitus ſum
victoria: Potitus ſum amica: ideſt pugnãdo: uel laborãdo obtinui victoriam: uel amicam.
Aliquãdo etiã Potior pro fruor accipit̃. Cicero. Quod ſi his voluptatibus bona ætas frui/ Cicero
tur: libẽtius primũ paruulis fruitur rebus: ut diximus: deinde his: ꝗbus ſenectus etiam ſi nõ
Potior potiris habunde potitur non omnino caret. Pro eodem poſuit fruitur ac potitur. Hoc verbũ non Ouidius
Potior poteris modo quartæ: ſed etiã tertiæ coniugationis reperitur. Ouidius. Tuq; tuis armis: nos te pote
Omnipotens remur Achille. A Potens quoq; fit Oĩpotens: a quo Omnipotẽtia: & Armipotens: & Bel/
Omnipotentia lipotẽs: qui armis & bello potens eſt. & Viripotens mulier: quæ coire iam cum viro p ætã/
Armipotens tem poteſt: & Vniuerſipotens dicit̃ deus: ꝙ vniuerſa poſſit: a quo Vniuerſipotentia deri/
Bellipotens uatur. Poſſum quãdo caret appoſito modo accipitur pro potens ſum. Plautus. Non hic ut Plautus
Viripotens poſſit edit: ſed poſſe cupit ut edat: modo pro eo: qđ diuinari ab aliis: modo ꝙ exprimere:
Vniuerſipotens quale eſt apud Terentium. Amatores mulierũ audierã eos eſſe maximos: ſed nihil poteſſe. Terẽtius
Vniuerſipotẽtia Item ab eſt tertia huius verbi perſona fit ambeſt: quod ſignificat circum eſt: nullamq; aliam
Poſſũ Sumo habet declinationem. Præter hæc a ſum Sumo verbum deriuatur: quod proprie eſt mul/
Ambeſt tum: & pene nimium mihi tribuo: & quaſi ſum mihi. Cicero. Quanquã non tantum mihi Cicero

ſumo iudices:neq; arrogo:ponitur tamen pro accipio:tollo.Saluſtius. Epiſtolam ſuper ca put temere poſitam ſumit. Aliquãdo pro eligo.Horatius Sumite materiam ueſtris:qui ſcri bitis:æquam Viribus.Plautus.Sumat aliquem ex populo monitorem officii ſui . Interdũ pro conduco.Cicero.Quoadenim peruentum quo ſumpta nauis eſt non domini eſt nauis ſed nauigantium.Veteres etiam ſumo pro impendo accipiebant. Ab hoc ſummũ deriuari quidam falſo exiſtimant.Summum enim per ſyncopen fit a ſupremum: ut inferius oſtende demus:nam ſignificat:quod eſt omniu; altiſſimũ.Virgilius.Sũmoq; ulularũt uertice Nim phæ.Cicero.Summam aquam attinget enectus ſiti Tantalus.Modo extremum. Virgilius Venit ſumma dies:& incluctabile tempus Dardaniæ. Aliquando laudabile glorioſu;. Idẽ Me ne igitur ſociũ ſummis adiungere rebus Niſe fugis? Hinc Sũmates appellati ſunt Prin/ cipes ciuitatis:qui & Optimates dicuntur:& Summitas altitudo:ex quo altior pars mon/ tis Summitas dicitur.Et Summa:quæ eſt ſententiæ alicuius:aut rerum de quibus uerba fiũt collectio. Virgilius.Hæc Summa eſt:hæc eſt præcepti mei ſuccincta collectio hinc Summa tim:ad ſummã in Sũma: Sũmũ:ad Summũ de quibus ſupra diximus. Summitudo quoq; apud aliquos ꝑ ſummitate reperitur:& Summula parua Summa:& ſummæ: maxime:ex/ cellenter.Sum pro eum.Ennius:& pleriq; alii ex ueteribus poſuere.Summanalia appellan tur liba Farinacea in modum rotæ facta.Item a ſumo dicitur ſumptus:hoc eſt impenſa:qđ pecunia impendatur:uel exponatur.Plynius.Qui eam domum magno ſumptu ædificaue rat.Ab hoc fit aliud uerbum Sumptifacio.Plautus.Si nunc me ſuſpendam:meam operam luſerim:& præter operam reſtim ſumptifecerim.Item Sumptuoſus:qui prodige pecuniam expendit:& magnos ſumptus facit:& Sumptuariæ leges:quæ de moderandis ſumptibus la tæ ſunt:quas Cato cibarias appellauit.Prima omnium de coenis lata ad populum Lex Or chia fuit:quam tulit.C.Orchius Tribunus plebis de ſenatus ſentẽtia tertio poſt anno:q̃; Ca to cenſor fuerat.Hæc numerum tantum conuiuarum præſcribebat iubebatq;: ut patentibꝰ ianuis coenitaretur:quo obſeruatio eius uideri poſſet.Poſt hæc cum plures præſcripto i cõ uiuio uocarentur:ideoq; auctoritatem nouæ legis aucta neceſſitas imploraret:poſt annum vigeſimumſecundum legis Orchiæ Fannia Lex lata eſt anno poſt urbem conditam quin/ genteſimooctauo:neq; eam prætores:aut tribuni:ut pleraſq; alias:ſed ex omnium bonorũ conſilio:& ſententia ipſi conſules pertulere:qum Reſpuca.Luxuria conuiuiorum maiora: q̃ credi poſſet:detrimenta pateretur.Quippe eo redacta res erat:ut pleriq; ĩgenui pueri pu dicitiam:& libertatem ſuam uenditarent:pleriq; ex plebe Romana uino madidi inconi/ tium uenirent:& ebrii de rei publicæ ſalute cõſulerent:Hec non cõuiuiis tantum:ut Orchia ſed ſumptibus etiam modum impoſuit aſſibus Centum præſcriptis:propter quod a Lucil/ lio Lepidiſſimo poeta Centuſſis appellata eſt.Fãniam legem poſt duodeuiginti annos ſe/ cuta eſt Lex Didia:cuius ferendæ duplex ratio fuit:prima: vt non ſola urbs Roma:ſed uni uerſa Italia lege ſumptuaria teneretur:Secundo:ut non modo qui conuiuia maiore ſum/ ptu feciſſent: ſed ẽt qui ad ea uocitati eſſent atq; omnino interfuiſſent poena legis tenerenť Poſt Didiam lata eſt Licinia a.P.Licinio Craſſo diuite:cuius ferundæ tantum ſtudium ab optimatibus impenſum eſt:ut Senatuſconſulto iubereť:& tantumodo promulgata anteq̃; trinundino confirmaretur:ita obſeruaretur ab omnibus q̃ſi iam populi ſententia cõpro/ bata eſſet:Hæc lex nihil a Didia ſeu Fannia differebat autoritas tantumodo per eã quæſita eſt exoleſcente metu antiquioris quemadmodum olim de decem tabulis factum fuerat qua rũ antiquitas qum cõtemni coepiſſet:eadem illa:quæ iis legibus cauebantur:in alia legũ lato rum nomina tranſierunt.Legis autem Liciniæ ſumma hæc erat.Vt Kalendis:Nonis:Nun dinis liceret cuiq; in dies ſingulos triginta dumtaxat aſſes edundi cauſa cõſumere. Cæteris uero diebus ne amplius apponereť q̃; Carnis aridæ pondo tria:& ſalſamentorum libra:& quod ex terra uite arbore ue natum eſſet:Harum omnium legum cauſa fuit nimia luxuria. Quippe uetus ꝓuerbiũ eſt.Leges bonæ ex malis moribus procreantur. Poſt has ſecuta eſt Lex Cornelia:quam Cornelius Sylla dictator tulit.In ea non conuiuiorum luxuria prohi bita eſt:nec gulæ modus impoſitus: ſed minora rebus facta ſunt pretia ea opinor ratione ut gulæ ſeruire etiam qui parui eſſent facultatibus:poſſent Sylla mortuo Lepidus Conſul legem tulit ſumptuariam:quæ Lepidiana dicta eſt.Paucis deinde interiectis annis aliam le gem ad populum tulit Antius reſtio:quæ Antia nominata licet optima eſſet:luxuriæ tamen obſtinatione nullo abrogãte oblitterata eſt:propter quod Reſtionẽ ipſum latore; legis tra dunt q̃; diu poſtea uixit foris non coenaſſe: ne legem a ſe latam contemni uideret. Aſumo compoſita fiunt aſſumo quod aliq̃n ſignificat accipio.Cicero. Neq; id onus inuitus aſſum pſit:mõ nimiũ tribuo.Idẽ.Si id mihi aſſumo:uideor id mihi meo iure quodã uẽdicare. Ab hoc Aſſumptio deriuatur.Tranſumo ex alio ſumo:vnde quæ ex primis tabulis tranſcripta ſunt ſolennitate Iuris adhibita dicuntur Tranſumpta .Et actus ipſe Tranſumptio.Item trã

Saluſtius
Horatius
Cicero
Virgilius
Cicero
Virgilius
Idem
Virgilius
Ennius
Plynius
Plautus
Cato
C.Orchia
Cornelius Sylla
Lepidus
Antius re/ ſtio
Cicero
Idem

Sumnumo
Summates
Optimates
Summitas
Summa
Summatim
Ad ſummam
In ſumma
Summum
Ad ſummum
Sumitudo
Summula
Summæ
Sum
Sumanalia
Suptus
Sumptifacio
Sumptuoſus
Sũptuaria Lex
Cibaria Lex
Orchia Lex
Fannia Lex
Centuſſis Lex
Didia Lex
Licinia Lex
Prouerbium
Lex Cornelia
Lex Lepidiana
Aſſumo
Aſſumptio
Tranſumo
Tranſumptum
Tranſumptio

ſumptio figura eſt apud Rhetores: quam græci μετάληψιν uocant cum rem ex alio ad
alium tranſmouemus. Demoſthenes. Quum bellum phocenſe conflatum eſſet: Et non per
me nõdum enim ego ad Rẽpublicam acceſſeram. Cicero. Referctum tribunitiis legibus ex
hauſtum: a quibus ſit ipſi ſciunt. Abſumo: & Conſumo notæ ſignificationis. Plynius. Sar/
cophagus lapis eſt fiſcili uena: corpora defunctorum condita in eo abſumi cõſtat intra qua
drageſimum diem ideo nomen habet a carne edenda σὰρξ enim caro eſt. φαγω edo.
Quodq; quidam Sarcophagum pro ſepulcro uſurpant. Idem Mitior eſt autem ſeruandis
corporibus: nec abſumendis Chemites ebori ſimillimus: in quo Darium conditum ferunt
Solinus. Sunt etiam in Lycia ſaxa: quæ uiuentium quoq; corpora ad alligata conſumunt.
Ab his Conſumptio: & ſemiconſumptum: hoc eſt magna ex parte Conſumptum: & abſũ/
ptio deriuatur. Idem aliud conſumo primæ coniugationis: quod ſignificat perficio a quo
conſumatum opus dicimus perfectum: & Conſumatio perfectio quod quæ perfecta ſunt:
omnia ſibi Sumpſiſſe uideantur Martialis: Quod magni Traſeæ Conſumatiq; Catonis.
Reſumo rurſus ſumo. Plynius. Reſumptis poſt longam ægritudinem uiribus. Præſumo an
tecapio. Apuleius. Qui ætatis meæ floſculos præſumpſiſti. Hinc Rhetores pſumere ꝓ præ
occupare accipiunt: & præſumptionem dicunt: quam græci uocant πρόληψιν qum id
quod uel in aduerſarii cauſa: uel in iudicis opinione contrarium nobis eſſe: aut fore arbitra
mur: preocupamus dicere: & cum ratione diſſoluere. Demoſthenes: atq; ego illum iudices
arbitror lycurgum laudatorem proditurum ſcilicet: qui ſit teſtis eius pudori: ac probitati
ſed ego lycurgũ uobis præſentibus hoc vnum interrogabo: uelit ne ſe ſimilem eſſe illius fa/
ctis: & moribus: quod ſi negarit: ſatis uobis factum eſſe illius factis & moribus de ueritate
noſtra debebit. Lyſias. Hac oratione ſæpius apud me utebatur: & orabat: ut ſuarum erũna
rum miſererer: inopiæ ſubuenirem Quid multa? Commotus humanitate precibus depre/
cantis: quod petebat: dedi ſolus ſoli: quo minus nota calamitas hominis eſſet. Sed ut para/
tus ueniſſe uidebatur: iam ſe negabit accepiſſe: & flens uobis ſupplicabit: ut ſe a calumniato
ribus eripiatis: Vos autem qum eum ita agentem videritis: facitote ut & illius: & mei me
mineritis. A ſum poſtremo fit eſto: quod modo futurum eſt imperatiui: modo aduerbium
concedentis. Virgilius. Eſto ægram nulli quondam flexere mariti. Item ſum in præterito fa
cit fui: a quo Veteres ſuam pro Sim frequentiſſime uſurparunt. Item fore: quod licet decli/
natione præſentis ſit temporis: ſignificatione eſt tamen futuri. Cicero. Quos puto iam te/
cum eſſe: uel prope diem fore: & eodẽ mõ affere. Ouidius. Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur:
affore tempus. Statius tamen uidetur affore in ſignificatione præſentis temporis accepiſſe
ſenſit manifeſto numine ductos Affore quos nexit ambagibus augur Apollo. MOLES.
Magnitudo proprie enim Moles dicitur res magna: ac magni ponderis vnde Moleſtus di
citur: qui alicui grauis eſt: nec ſinit eum quieſcere: a quo Moleſtia ſollicitudo: & grauitas: &
Moleſte: grauiter: & Moleſto ango: ſolicito: & quaſi molem affero. Apuleius. Totiens quo
que moleſtaras obmutui. In hunc ſenſum molem accepit. Virgilius. Totãq; infuſa per artus
Mens agitat molem: hoc eſt magnitudinem mundi. Quoniam uero quæ magna ſunt: dif/
ficilia eſſe conſueuerunt: capitur aliquando moles pro difficultate. Idem. Tantæ molis erat
Romanam condere gentem: hoc eſt tantæ difficultatis. Item in mari moles dicitur quotiẽs
excluditur aqua. Accipitur etiam aliquando pro motu. Virgilius. Inde Gyan ipſamq; ingẽ
ti mole chimæram conſequitur. Et a mouendo dicitur moles: a quo fit Molior: quod ſigni/
ficat uel ingenio: uel corpore moueor ad aliquid agendum: & pro uarietate appoſiti uarie
exponitur etenim Moliri Claſſem eſt parare. Virgilius. Claſſemq; ſub ipſa Antandro: &
Phrygie molimur montibus idæ. Moliri iter ẽ per agere. Idem Datumq; Molitur iter. Mo
liri habenas eſt gubernare. Idem. Et manibus Molitur habenas: Moliri inſidias eſt Medi/
tari. Apuleius. Dum mihi Moliuntur inſidias: Moliri arcem eſt ædificare. Virgilius. Moli/
riq; arcem: & manibus ſubuoluere ſaxa: vnde fit Demoliri: quod eſt diruere: Cicero. Demo
liri ea: quorum altitudo officeret auſpiciis: & Amoliri expellere: ſubmouere: a quo Amula
vas: & Amuletum de quibus inferius dicemus. Terentius. Proinde hinc uos amolimini nã
mihi impedimento eſtis. Moliri etiam ſimpliciter poſitum inuenire eſt. Plautus. Aliquid
Moliar: quo me hoc diſcrimine liberẽ hoc etiã machinari dicimus a græco μηχανῶμαι
quod eſt inuenio: Molior: vnde μηχάνημα inuentum: & Molimen dicitur & μηχα
νη Molitio: machina: a quo bellicas machinas uocamus opera fabrilia: quibus ĩ bello vti/
mur. Item ipſa cõſilia: quibus decipere hoſtem conamur απο της μαχανης etiam di/
citur mechanicus: quod ſignificat fabrum: hoc eſt opificem eorum operum: quæ ingenio ſi/
mul: ac manibus fiunt: & Mechanica ars fabrilis: vnde quidam artes diuidunt in liberales:
atque Mechanicas. A Machinor: Machinator: Machinatrix: & Machinatio deducuntur.
Aliquando Moliri paſſiue accipitur pro retardari. Lucillius. Mutilantur: Molimur: ſubdu

Abſumo
Conſumo
Sarcophagus
Chemites
Conſumptio
Semiconſump/ tum
Abſumptio
Conſumo as
Conſumatim
Conſumatio
Reſumo
Præſumo
Præſumptio
Moles
Moleſtus
Moleſtia
Moleſte
Moleſto
Molior
Molior Claſſẽ
Molior iter
Molior habenas
Molior inſidias
Molior arcem
Demolior
Amolior
Amula
Amuletum
Molior
Molimen
Molitio
Domolio
Machina
Machinor
Machinator
Machinatrix
Machinatio
Moliri

Domeſthe nes
Cicero
Plynius
Idem
Solinus
Plynius
Apuleus
Demoſthe nes
Lyſias
Virgilius
Cicero
Ouidius
Statius
Apuleius
Virgilius
Idem
Idem
Virgilius
Idem
Idem
Apuleius
Virgilius
Cicero
Terentius
Plautus
Lucillius

cimur. Ab hoc fit molimē ꝑ eo:quod molimur:& molimētum pro cōatu: Si ſenna: ma
gno tam Molimento:ac perpetuo ſono procedunt. Emolumentum utilitas:quā ex ope
ra:& labore:& ut dicam Molimine noſtro aſſequimur:& molitio:ac demolitio: quibus
auctores frequenter utuntur. Item Mola.qua ueluti Mole quadam frumentũ:legumĩa:
& aliæ res quæcũq; terũtur:unde Molas frumentarias Molas fabarias:& Molas oleari
as dicimus. Quanquam etiam Mola far toſtum dicitur:ſale coſperſum:quo utebantur
Veteres in ſacrificiis. Virgilius. Sparge Molam:unde fit ĩmolo uerbũ:quod ē ſacrifico:
& quaſi Molam ſpargo:a quo ĩmolator. Immolatrix:Imolatio:& Molucrum lignũ qua-
dratum:quo Veteres Immolabant. Eſt etiam Molucrum tumor uentris:qui etiā uirgini
bus incidere ſolet. Afranius. Virgini tā creſcit uterus:q̃ grauidæ mulieri: Molucrũ uoca
tur:tranſit ſine dolore. Eſt enim etiam Mola a mole:de qua diximus:ſimilitudĩe appella
ta in utero mulieris caro informis:inanima:ferri ictum & aciem reſpuens:quæ ſiſtit mē
ſtrua:ut partus:& licet his quoque accidat:quæ coitu utuntur quotiēs mēſtrua uitioſa ſũt
aut ſemen uiri:aut formandum fœtũ debile eſt atque ineptũ:frequentius tamen his acci
dit:quæ a coitu abſtinent ſolitæ alias coire:quales uide ſunt. Fit enĩ in his tumor præter
naturā:& ſemen cum ſanguine miſtum indureſcit in carnem:q̃uis aliquādo ex ſolo ſpiri
tu fit mola:quin maior uis caloris ſemen illud cũ ſanguine conuertit in ſpiritum craſſio-
rem:quo ita ſæpe nũero uterus ĩtumeſcit:ut prægnantis ſpetiē præſe ferat. Mouet̃ mo-
la natura tentāte eā expellere:q̃uis medici motus cauſam aſſignent ſpiritum genitiuũ: q
incluſus eſt in ſemine mulieris:ſed huic opiniōi Philoſophi repugnāt. Simile quiddam &
uiris in uentre gignitur: quod ſcirron græci:hoc eſt Scirrum nominant:hoc plenis: &
epatis uitio extuberat præſertim in hydropicis:quod eueniſſe Oppio Capitōi prætorio
Viro memoriæ proditum eſt. Item a mola fit molo uerbũ:& molaris lapis:ex quo mola
fit. Hunc quidā Pyriten uocitent uel quod ei in ſit plurimus ignis:quem pyr græci uo-
cant: uel a frumento:quod nominat pyron: Eſt tamen aliud Pyritarium genus apo tu
pyros: hoc eſt abigne appellatum:quod plurimum ignis habet.& eſt ponderoſũ:noſtri
modo uiuũ:modo ignarium lapidem uocant:exploratoribus caſtrorum maxime neceſ-
ſarium:quoniā Clauo uel altero lapide percuſſum ſcintillas ædit:quæ Sulphure exceptæ
aut Fungis aridis aut foliis mira celeritate ignē trahunt. Itē molares dentes quod cibum
a cæteris dentibus confractum ipſi molunt. Hi & maxillares a maxillis dicuntur. Sũt enĩ
maxille:in quibus fixi ſunt dentes:& inferiores tantum in omni animātiũ genere mouē
tur:praeterq̃ ĩ Crocodillo qui mouet ſuperiores. Hae per diminutionē a malis uocitate
ſunt:malae a mali ſimilitudine dicuntur partes illae:quae homini tantnm ſũt ĩter oculos
& buccas ad mali ſpetiē rotundae:has priſci genas uocabāt. Ouidius. Sæpeq; purpureis
figere labra genis. Pacuuius: Nũc primũ opacat flore lāugo genas hinc lex illa duodecĩ ta
bularum erat. mulieres genas ne radunto:ne ue leſum funeris ergo habento. Dicātur ta
men etiam genae:quae ſuperius:ĩferiuſque ambiunt oculum. Ennius. Pādite quaeſo ge-
nas:& corde relinquite ſomnum. Plynius. Aquatilia dormire exiſtimant nō oculorũ ar-
gumento.quia non habēt genas:ſed ipſa quiaete placita:ſeu ſoporata. Extremus ābitus
ſuperioris genae Cilium dicitur:unde ſupercilia apellata Cilium uulnere aliquo diductũ
nō caleſcit. Quadrupedi ſuperioris tātum genae ſunt:uolucribus ĩferiores: & q̃bus mol
le tergus:ut Serpētibus:&quadrupedibus:quae oua pariũt:ut lacerte: Strucio|Camellus
alitum ſolo utrinq; genas habet:& Palpebras: Palpebre ſunt capilli:quos in genis homi-
nes utrinq; habeat:dictae uel a palpitando:ut quidā dicunt:hoc eſt tremendo:uel ut ego
ſentio a Palpando:hoc eſt praetentando obiecta ob hoc enim natura palpebras homini
dedit:ut ceu uallum quodam uiſus eſſet:& prominens munimentũ circa occurſātia ani
malia:aut alia fortuitu incidentia palpare ſiue palpari utroque enim modo dicitur. pro
prie eſt leuiter & quaſi tentādo tangere. unde pro adulari frequenter a capitur:& palpa-
tores ex eo dicuntur Adulatores. plautus. Vt palpator nullus eſt quādo hoc cœpit blādi
or. Hic palpo etiam dicitur. Idem: palpo percutus. Quidam etiam palpum pro blandi-
tiis uſurparunt: A palpo fit frequentatiuũ palpito:quod eſt leuiter ac frequēter moueor
& quaſi palpando unde palpitare cor dicitur ob frequentem motum: plynius. palpitat
certe cor:& quaſi alternatim mouetur. A palpo fit compoſitum ex palpo quod eſt elicio
plautus: Quid faciam? Exora:blandire:ex palpa. Idem. Nunc ſeruus argētum a patre ex
palpabit:pomponius. Si quid expalpare poſſum ab illo defluere palpcbras tradunt abun
dantibus uenere:preter hominem:& Strutiocamelum nulli animali ſunt niſi quibus & ĩ
reliquo corpore:pili. Strutiocamelus maxima auium eſt:ſi tamen auis eſt dicēda quo pē-
nas duntaxat habeat:ut adiuuent ad currēdũ:caetero uolucris non ſit:nec a terra tollat̃.

Sisenna
Virgilius.
Afranius
Oppius
Capito
Ouidius
Pacuuius
Ennius
Plynius
Plautus
Idem
Plynius
Plautus
Idem
Pomponius

Mechanicus
Mechanica
Mechāice artes
Molimentum
Mola Frumentaria
Mola Faſiaria
Mola Olearia
Mola muliebris
Imolo
Imolator
Imolatrix
Imolatio
Molucrum
Scirrum
Molo
Molaris lapis
pirates
Lupis unius
Lapis ignarius
Molaris dens
Maxillaris dens
maxilla
mala
Sena
Lex xii Tabularum
Cilium
Supercilium
palpebra
palpito
palpo
palpor
palpo
palpito
Expallo
Strutiocamelus

In Africa altitudinē equitis equo inſidentis excedit:celeritatem uincit. Vngulas Habet
Ceruinis ſimiles biſulcas compraendendis lapidibus utiles:quos in fuga contra ſequen-
tes pedibus ingerit:Concoquit quaecūque deuorat ſine aliquo delectu.Mira ī eo ſtolidi
tas eſt:& enī in tanta corporis altitudīe:ſi colla frutice occultauerit:latere ſe putat. Oua
eius in pretio ſunt propter amplitudinē pro quibuſdam uaſis habita:Item pennae : quia
Conos — conos bellicos:& Galeas uariis coloribus infectae adornāt.Conus ꝓprie a graecis uoca
tur nux pinea:propter quod geometrae eiuſmodi figurā Conum appellant.Hoc autem
Meta — differt a meta:ſiue piramide:quod meta lateribus conſtat. Conus rotunditatem habet
Pyramis — ſine lateribus.Hinc Conus appellatur curuatura:quae eſt ī ſumitate galeae:ſup qua Cri-
ſtae ponūtur & coniferae arbores dicunt:quae conos ferūt:hoc eſt nuces pineis ſimiles:
Conoides — Ouidius.Et coniferae Ciparissi.Quicquid praeterea tali forma ē conoides dicit. Vnde — Ouidius
Cupreſſus foemina Conoides eſt:quae in faſtigiū cōuoluitur: Nam mas ſpargit extra ſe
Coniferi — ramos:deputaturq;:& uitem accipit.Graeci etiā Konophorus:hoc eſt coniferos uocāt
eos:qui in bacchi exercitu:dū in Indiam proficiſceretur:thirſos ferebant:quod thirſi pi-
neae nucis ſpetiē habeant.Ob hanc cauſam mulieres poſtea in bacchi ſacris Conos: hoc
eſt pineas nuces geſtare cōſueuerūt:ſiue qd' hic fructus cordis ſimilitudinē habeat.Grae
ci autē humano cordi exiſtimant bacchum preaeſſe:quoniam cor hominis:in quo mēs
Moletrina — habitat:uino accenditur.A molendo praeterea Moletrina deducitur: quod priſtinū olī
piſtrinum — dici ſolebat:quo tēpore tundebantur frumenta:non molebantur. Quidam etiam molē
Molendinum — dinum uocant:a quo molendinarii opifices ipſi dicuntur.Item molēdinarium quicquid
Molendinarii — ad molendinum pertinet:unde molendinariam molam:& molendinarios aſinos dici- — paulus
Molendinariū — mus.paulus Iuriſconſultus Aſinam molendinariam:& molam negat ea appellatione cō
Meta — tineri.Idem autē eſt meta molēdinaria inferior pars mollae:Catillus ſuperior: priſtrinū — Varro
Catyllus — autem a piſcendo dicitur.piſcere enī tundere eſt. Varro.Nec piſorem ullū noſſent: niſi
eum:qui in priſtino piſceret farinam.Vnde piſores:ſiue piſtores Veteres uocabant tā
eos:qui frumenta piſebant:q̄ qui panes coquebant:iidē quippe erant utriuſq; rei artifi-
ces.Ab eodē etiam piſtillum dicitur:quo quid in mortario piſitur : Et piſtura actus ipſe — plynius
piſcendi.plinius.piſtura non omniū facilis.Quippe & Etruria ſpicam farris toſti piſcē-
te pilo praeferato feſtula ferrata:& ſtella ītus denticulata niſi intenti piſant: concidātur
Molle — grana:ferroq; frangantur.Secundū quoſdam mole:quod res molendo fiant molliores
Mola Olearia — Quidā molā non a mole:ſed a græco dictam exiſtimant:quod eſt Mylos: Vnde mylos
Trapetum — elaeon mola olearia nuncupatur:quam nos Trapetum diximus appellari.Ab hac dedu-
Amylum — citur Amylum:quod ſine mola fiat ex omni tritico:ac ſiligine.optimum uero extrime-
Moloſſa — ſtri fit.Inuentū primo in Inſula Chio.Id ita fit Madeſcit triticū aqua dulci inuaſis ligne-
Moloſſus — is ita:ut totum tegatur.Quinquies in die mutatur aqua:ita ut miſceatur pariter emolitū
anteq̄ aceſcat:linteoq;:aut ſporris ſiccatū tegulæ infunditur:quae illita ſit fermēto : atq;
Spectabilis — ita in ſolo denſatur.Probatur leuitate:laeuore:candore recentia.Moloſſa autē pars Epi
Admirabilis — ri eſt:a Moloſſo Pyrrhi:& Andromaches filio ſic noīata.Ab ea uero fit moloſſus adiecti
Formidabilis — uum.moloſſus ēt pes ē ab eius patriae ſaltatiōe ita noīatus. VENERABILIS.digna ue-
Riſibilis — neratiōe:ſicut amabilis dignus amore.Noīa enī:quae ī bilis deſinūt a uerbis uenietia.ali
Hinnibus — quādo īfinitiuū paſſiuum eius uerbi ſignificāt cū dignus: Vt Spectabilis dignus ſpectari.
Penetrabilis — Formidabilis dignus formidari. Admirabilis dignus:qui admiratiōi ſit. Aliqū infinitiuū
parabilis — uel actiuū uel paſſiuū cū pōt:uel natura aptū eſt:ut riſibilis q pōt:uel natura aptus ē ride-
Stabilis. — re hinnibilis q pōt uel natura aptus ē hinnire.Itē penetrabilis:qui pōt uel natura aptus ē
poſſibilis — penetrari.Stabilis q pōt:uel natura aptus eſt diu ſtare.Poſſibilis dicitur : qui fieri poteſt
Venerabilis — nec aliorum regulam ſeruat:propterea id nonnulli cum ſuo compoſito:quod eſt impoſ
Venerandus — ſibilis:tanq̄ parū latina reſpuerunt. Venerabilis a Veneror deriuatur:quod ē colo: ſigni
Veneratus — ficatq; eum:qui cultu & ueneratione dignus eſt.Plinius. Vir grauis:& ipſa iam ſenectute — Plinius
Veneror — uenerabilis.Idem & Venerandus dicitur.Seneca. Vocem aeſtimatione dignā:& oī ſae- — Seneca
Veneratio — culo Venerandā:Poetae Veneratum quoq; aliquando pro uenerabili:ſeu uenerādo po
Veneranter — ſuerūt:Virgilius.Curſuſq; dabit uenerata ſacerdos. Veneror autē compoſitū exiſtimāt — Virgilius
Venerabiliter — a uenia:& oro:ut ſit uenerari quaſi ueniā orare:ab eo fit ueneratio pro honore:& cultu
Specio — & ueneranter aduerbiū.Apuleius.Et ab eo ueneranter exceptus paululū quieui.Quidā — Apuleius
Conſpicuum — etiā uenerabiliter uſurparunt.CONSPICVI.Clari:Spectandi: Specio uerbum in uſu
Specere aues — apud Veteres fuit pro aſpicio:uideo:unde augures Specere hoc eſt iſpicere aues dicebāt
Spectio auium — & ſpectionē auium pro contemplationem:& inſpectiōem.Ennius uos epulo poſtquam — Ennius
Veſtiſpicus — ſpexit.& ueſtiſpici cuſtodes ueſtiū ſerui:quod frequenti diligentia ueſtes iſpiciebāt.Plau — plautus
Veſtiſpica — tus.Tum familia tota ueſtiſpici:iunctor auricuſtos.Afranius.Noui non inſciam ancillu- — Afranius

Iam ueſpere: & ueſtiſpicam: Ab hoc fit frequentatiuum Specto: quod interdum uideo ſigni — Specto
Virgilius — ficat. Virgilius. Heu magnum alterius fruſtra ſpectabis aceruum. Interdum inſpicio ca/
Plautus — ueo. Plautus. Spectandum ne tibi annulum det: neque roget. Aliquando approbo. Tereti/
Terentius — us. Spectandæ an exigandæ ſint uobis prius. Cicero. Non igitur ex ſingulis uocibus philo
Cicero — ſophi ſpectandi ſunt. Nonnunq̃ tendo: ut hic ad mortem ſpectat: hoc eſt quaſi reſpiciendo
Idem — tendit. Cicero ad extremum ſi ad perniciem patriæ res ſpectabit: patriæ ſalutem antepones
ſaluti patris. Quintilianus. Et quod ad peſſimum ſpectat euentum: miſerabilis ſis oportet
Apuleius — ut amator eſſe uidearis. Hinc ſpectabilis dicit̃ ſpectatiõe dignus: & quaſi admirabilis. Apu — Spectabilis
Virgilius — leius. Iubet conſtrui pulchrum: ac ſpectabilem currum: & Spectatus probatus: cuius ſcilicet — Spectatus
Plautus — ſpectata iam virtus eſt. Virgilius. Sunt nobis fortia bello pectora: ſunt animi: & rebus ſpe/ — Spectator
ctata iuuentus. Et Spectatores: qui ad ludos ſpectandi cauſa conueniunt. Plautus. Nũc ſpe
ctatores Iouis ſummi cauſa clare Plaudite. Item generaliter quicũq; aliquid aſpicit: eius rei — Spectaculum
Virgilius — ſpectator dici poteſt: & ſpectaculũ quod modo ſignificat id: quod ſpectat̃. Virgilius. No
Cicero — cte pluit tota: redeunt ſpectacula mane. Modo ipſam Spectationem. Cicero. O graue acer
Suetonius — bumq; ſpectaculum. Aliquando locum: qui ad ludos ſpectandos ædificatur: quem ſupradi
Liuius — ximus pluratiuo numero foros appellari: Suetonius de ſpectaculo excitatus deſcendit. Li/ — Fori
uius. Tum primũ circo qui maximus dicitur: deſignatus eſt locus diuiſa loca patribus: equi
tibuſq;: ut ſpectacula ſibi quiſque faceret: fori appellati. Item Aſpecto compoſita ſiunt Aſ/ — Aſpecto
pecto: quod eſt frequenter aſpicio: a quo Circumſpectus dicitur: non qui Circumſpicitur: — Circumſpecto
nunc enim Conſpicuum: uel Circumſpicuũ uocamus: ſed qui Circumſpicit: & in omnem — Circumſpectus
Plynius — partem ſpectat: hoc eſt prudens: & ſagax. Plynius: Quis eo acutior? quis Circumſpectior? — Conſpicuus
Expecto præſtolor: quia dum uenturum aliquem præſtolamur: an ueniat: frequenter aſpi/ — Circumſpicuus
Plautus — cere ſolemus. Plautus. Domi te Expecto. Aliquando tamen expectare accipimus pro mo/ — Expecto
Virgilius — ram trahere. Virgilius. Tyria Cartagine qui nunc Expectat. Nõnunq̃ pro deſyderare. Idẽ
Idem — Expectate uenis. Cicero. Nihil unq̃ expectatius fuit. Hinc fit Expectatio: quæ modo præ/ — Expectatio
Cicero — ſtolationem: modo moram modo deſyderium ſignificat. In Expectatione enim eſſe aliquẽ — Proſpecto
dicimus: dum eum cum ſpe & deſyderio expectamus. Proſpecto proſpicio Deſpecto deor — Deſpecto
Apuleius — ſum aſpicio. Apuleius. In puteum forte deſpectans. Suſpecto modo ſurſum aſpicio: & tunc
Martianus — a ſuſum componitur: Martianus. Oculiſque ſuſpectans ſydera. Modo deorſum aſpicio &
Martialis — tunc a ſub deducitur. Martialis. Sed ſuſpectat oculis deuorantibus Draucos. Item a ſpecio — Specimen
Seneca — fit Specimen: quod eſt argumentum quoddam: & probatio: ſiue exemplar. Seneca. Virtu/ — Species
Virgilius — tis Specimen: & patriæ ornamentum. Virgilius. Tale dabit Specimen. Et Species: quæ mo
Idem — do formam ſignificat: & ueluti effigiem rei: eſtque uocabulum meſſum. Idem. Neque enim
Specie: fama Ve mouetur: hoc eſt nec præſenti deformitate: nec rumore mox futuro. Spe/ — Specioſus
cioſus tamen ſemper in bonam partem accipitur: hoc eſt pro pulchro: quemadmodum for
Virgilius — moſus licet Forma meſſum uocabulum ſit. Virgilius. O Formoſe puer nimiũ ne crede co — Forma
Vlpianus — lori. Vlpianus. Tamen ſpecioſas perſonas dici affirmat clariſſimas perſonas utriuſque ſe/
xus. Item eorum: qui ornamentis Senatoriis utuntur modo ſpecies pro aſpectu: & re uiſa
Virgilius — accipitur. Virgilius. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Corebus: modo diffinit̃: quod
dicitur de pluribus differentibus numero: quomodo genus: quod dicitur de pluribus diffe
rentibus Spetie: Vtputa animal genus eſt: quod de homine: Elephanto: equo: auibus piſci/ — Species
bus: reptilibus: aliiſque: Specie differentibus Prædicatur. Homo uero eſt Speties: quoniam — Genus
de Socrate: Platone: Ariſtotele: Fabio Catone: Cicerone: aliiſque non ſpecie: ſed numero
differentibus dicitur: ob eam rationem ita appellata: quod multorum collectio una quaſi
uiſione compræhendatur. Hinc Speciale: & Specificum pro particulari accipiũtur: & Spe — Speciale
cialiter ac Speciatim pro particulariter: quod quidam etiam Specifice dicunt: & Speculum — Specificum
in quod aſpicimus: ac Spetiem hoc eſt effigiem noſtram contemplamur: quod datum no/ — Specialiter
bis a natura fuit non ut pilos e ſuperciliis: aut barba uelleremus: nõ ut faciem inficeremus: — Speciatim
coloribus: non ut rugas traheremus: ſed ut nos metipſos noſſemus: & formoſi deuitaremꝰ — Specifice
infamiam: deformes redimendum ſciremus eſſe uirtutibus: quicquic corpori deeſſet. Pro/ — Speculum
Socrates — pter Quod Socrates hortari adoleſcentes ſolebat: ut ſeſe frequenter in ſpeculo intuerentur:
Nam ſi inquit formoſi eſtis: elaborandum eſt: ut digni ea ſpetiæ ſitis: ſin autem deformes:
ut eam deformitatem virtute ac bonis artibus tegatis: q̃uis aliæ quoque ſint Speculi utilita
tes longe præſtantiores. Imprimis enim quid pulchrius eſt: q̃ naturam eius ſpeculari: & re
rum ad id pertinẽtium ratiões inquirere cur Concauum maiorem uera effigiem reddat: cõ/
uexum minorem: planum æqualem: Cur concauum modo intra: modo extra ſpetiem re/
præſentet: modo: rectam: modo conuerſam. Conuexum uero: planumq; ſemper eãdem: &
eodem modo. Cur concauum non lucem tantum: ac radios conuerſum ad ſolem reflectat:

ſed etiam calorem emittat talem:ut facilius accendatur:q̃ aliquis alius ignis. Planum uero
lucem tantum reflectat ſine calore:Conuexum nec luce; nec calorem? Ad hæc:quia imbeci
li oculi:quod ſubſtinere communis ſolem non poſſent:formam eius:habitumque:& uerũ
illum igneum colorem contemplari non ualebant:inuẽtum eſt ope atque adiumento ſpecu
li non modo Orientem:Occidentemque illum conſpicere:uerum etiam ſupra nos ſtantem
& nullo rubore perfuſum: ſed candida luce fulgentem. Præterea duorum ſyderum occur
Defectus ſolis uł Lunæ — ſum:quem Defectum:uł Defectiõem ſolis:ſiue græco uocabulo Eclypſin nominamus: quo
interpellari aliquando dies ſolet:quis unq̃ cernere potuiſſet: aut cauſam eius compræhen/
Defectio ſolis uł Lunæ — dere? niſi liberius in ſpeculo ſolis: Lunæque imagines uideremus. Taceo:quod iuuenis in
ſpeculo ſe videns admonetur flore ætatis:tempus illud diſcendi eſſe:& fortia audendi. Se/
Eclypſis ſolis uel Lunæ — nex uero:ut quæ canis indecora ſunt: deponat: & de morte iminente iam cogitet. Quid
quod uiri fortes cicatrices ſuas:ſi quas in facie habent:ſpeculis contemplantes memoria uir/
tutis excitantur. Audiui ego ſæpenumero Federice Princeps te quoties faciem tuam in ſpe/ — Federicus
culo contemplaris:nullo amiſſi luminis deſyderio affici:ſed læto:ac ſereno uultu modo uer
ba illa profere θαρρου φεδερικε και σαυτον βλεπε φανερωσ ινα τησ αρε
τησ καθημεραι μνημον ευ ησ: hoc eſt bono animo ſis Federice:teque ipſum mani/
feſte aſpice:ut uirtutis tuæ continue memineris. modo ita dicere:Dii boni quos ego uel uir
tutis:uel fortunæ ſocios habeo philippos:horatios. Annibales:Sertorios. Expergiſcere:ex/
pergiſcere:aliquando Federice:& illos non modo vnius luminis:ſed factis etiam: ac rerum
geſtarum gloria æquipararare contende:hæc nobis ab aliis relata ſunt. Illud uero ex me ipſo
uideor augurari:te quando per uigilem iſtum tuum oculum in ſpeculo contemplaris: non
mediocri lætitia affici:quod ſcias per omnem iam Italiam prouerbii loco haberi. Plus vnũ
Federicum vnico oculo uidere:Quem cæteros omnis principes duobus: Illa præterea Ser/ — Sertorius
torii uerba frequenti tecum uſurpare ſermone. Alii non ſemper uirtutis ſuæ inſignia ſecum
ferunt:ſed haſtas:torques:coronas domi relinqunt. Ego uero rei militaris inſignia mecum
aſſidue porto:eoſdemque & uirtutis meæ:& fortunæ habeo ſpectatores. Ad hæc igitur cõ
parata eſt materia excipiendarum imaginum potens:& inuenta ſunt ſpecula ex ferro:plum
bo:argento. Chryſtallo:uitro:miſtiſque materiis. Quin etiã natura ipſa nobis ſpecula pa/
rauit:quæ ſemper eſſent inpromptu. Fons cuique perlucidus:& quieſcens aqua:ac leue ſa/
xum imaginem reddit. Virgilius. Nec ſum adeo informis:nuper me inlittore uidi. Qum — Virgilius
Specularis lapis — placidum uẽtis ſtaret mare. A ſpeculo Specularis lapis dictus:quod ad ſpeculi ſimilitudinẽ
luceat:atque imaginem reddat. Finditur intenuiſſimas cruſtas:hunc olim tantum Citerior
hiſpania mtttebat:poſtea Cyprus:& Sicilia:& Africa miſere. Eſt & in bononiẽſi agro bre
uis:maculoſus:complexu ſilicis alligatus: nũq̃ uiſus eſt qninque pedum longitudine am/
plior:Humorem hunc terræ exiſtimant Cryſtalli modo glaciari:in lapidemq; concreſcere.
Huius olim ramentis circum maximum ludis cyrcenſibus ſtrauere:ut eſſet cõmendatio can
Specula — doris. Item a ſpecio Specula dicta:de qua aliquid conſpicimus. Virgilius. Specula Miſſenꝰ — Virgilius
Speculor — ab alta:a quo Speculor verbum:quod proprie eſt indago:perquiro:& ueluti e ſpecula pro
Speculator — ſpecto:a quo Speculatores dicti:q vel e ſpeculis aſpiciũt: uel in bello ante exercitũ explorã
Præſpeculor — di gratia mittuntur: & Præſpeculor uerbum ante ſpeculor. Suetonius de Cæſare. Exercitũ — Suetonius
neq; per Inſidioſa itinera duxit unq̃:niſi præſpeculatus locorum ſitus:per metaphoram ta
Speculatio — men ſpeculari accipimus pro ſcrutari:& exacte conſyderare:a quo ſpeculatio conſyderatõ
Specus — Specus quoq; a ſpecio deriuatur:quod locus ſit :ut Vlpianus diffinit:ex quo deſpicitur: uel — Vlpianus
Specu — quod vox in eo repercuſſa hominem ibi alterũ uideri faciat. Dicimuſq; hic ſpecus:hæc Spe
Specium — cus:& hoc Specus. Item hoc Specu:& in plurali hæ Specus. Item Specium cuius diminuti
Specillum — uum ẽ ſpecillum a ſpecio deducitur:inſtr̃m teres:ac paruum quo medici ad tentandam uul/
Oricularium — nerum:at fiſtularum uiam uel profunditatem utuntur. Pacuuius ut medici faciunt:qui pri/
us ſpecio uulnus tentant. Cornellius Cælſus:Ante omnia autem dimitti ſpecillum in fiſtulã — Celſus
Spica — cõuenit:ut quo tendit:& q̃ alte perueniat:ſcire poſſimus. Hinc Oricularium ſpecullum di
Spicus — citur:quod curandis auribus adhibetur. A ſpecu ſiue Specilli ſimilitudine Spiculum telum
Spiculum — dicitur ad ſimilitudinem ſagittæ. Item ipſa Sagitta:a quo Spiculor configo: & Spiculator
Carnifex:& Spica:quod ad ſpiculi ſimilitudinem acuta ſit:diciturq; & maſculino & neu/
Spico — tro genere ſpicus:& ſpicum. Eſt enini proprie qum perculmi folliculum ideſt extremum tu
Inſpico — morem ariſtæ adhuc tenues in modum ſpiculi eminent. Abuſiue tamẽ & de maturibus fru
gibus hæc uocabula dicuntur. A ſpica ſiue ſpico fit ſpico verbũ:quod ſignificat ſpicas emit/
to. Item in ſpico:quod eſt ad ſpicarum & ariſtarum ſimilitudidem incido uel fodio. Virgi — Virgilius
lius. Ferroque falx in ſpicat acuto:& Spiceus. Idem. Spicea iam Campis cum meſſis inho — Idem
ruit. Item ab eodem Spina hoc eſt ſentis:quod ad ſpiculi ſimilitudinem acuta ſit:a quo ſpiſ

ſeum:quod eſt ſpina eſt:ut corona ſpinea:& ſpinoſum ſpinis habundans:& Spinus pi
Idem rorum arbor:quod ſpinis referta ſit.Idem.Et Spinos pruna ferentes.Item a ſpecio com
Virgilius poſita fiunt Aſpicio:quod é uideo.Virgilius.Aſpice biſſenos lætantes agmine Cygnos Aſpicio
a quo fit Aſpectus:ideſt intutus atque effigies cuiuſq; animalis:ut horridus aſpectu:hoc Aſpectus
eſt uiſu horribilis:& qui effigiem habet horrendam.Transferturque etiam ad inanima/
Plynius ta.Plynius.Prærupata rupes:& aſpectu horrida.Deſpicio:quod proprie eſt deorſum Deſpicio
aſpicio.Quintilianus.Nullam ego res humanas deſpicere prouidentiam reor hoc eſt
humanarum curam habere.Quoniam uero ea:quæ contemnimus quaſi deorſum:& ad
Cicero pedes noſtros proiecta aſpicere ſolemus:capitur deſpicio pro contemno.Cicero.Deſpe
ctus ab omnibus:ac pro nihilo habitus.Ab hoc fit Deſpicus: hoc eſt itentus: uigil: cuius Deſpicus
exempla apud Apuleium frequentiſſima ſunt: & Deſpicientia: & Deſpectus quartæ Deſpicientia
declinationis pro comtemptu Exſpicio:Cuius frequentatiuum eſt expecto: quod pro/ Deſpectus
prie ſignificat obſeruo quaſi diligenter aſpicio.Terentius.Expecto quid uelis quoniam Suſpicio
uero aſpicientes aliquid diligenter manere diutius eodem loco ſolemus:Expecto aliquã Suſpicor
Virgilius do pro maneo uſurpatur.Virgilius.Tyria Chartagine qui nunc expectat.Martialis.Ex Spicio
Martialis pectant curæque catenatiq; labores.Item pro deſydero quoniam quæ deſyderamus: cũ Venio ĩſuſpicionẽ
uoluptate aſpicimus.Idem.Expectate uenis:& pro ſpero quoniam quæ ſperamus:qua/ Suſpicioſus
ſi cum præſentia aſpicere uidemur.Idem Sed illos expectata ſeges uanis eluſit ariſtis.Ab Proſpicio
hoc expectabundus:& expectatio deducuntur Suſpicio ſurſum aſpicio.Virgilius:& Proſpectus
faſtigia ſuſpicit urbis.Ab hoc fit ſuſpicor notæ ſignificationis dictum:quod cum timore Proſpicientia
quodam ea uidemur aſpicere:de quibus dubitamus.Virgilius.Suſpectaq; dona præcipi Proſpicus
tare iubet.Hinc fit ſuſpicio:quod ſi cum uenio iungatur ſemper paſſiue accipitur:ut ue/ Præſpicio
ni in ſuſpitionem:ideſt factus ſum ſuſpectus:& ſuſpicioſus tam qui ſuſpicatur: q̃ qui ſu/ Inſpicio
ſpectus eſt.Proſpicio longe uideo:quaſi porro ſpecio:vnde fit proſpectus:hoc eſt libe/ Introſpicio
ra & non impedita proſpectio.Item proſpicientia:hoc eſt cura: prouiſio:nam & pro/ Reſpicio
ſpicio pro curo:& pro uideo capitur.Plynius.Nam & rebus illius non minus:q̃ meis
proſpiciebam: & proſpicus intentus ac uigil.Præſpicio ante uideo:Inſpicio Cerno.In
troſpicio itrorſu; aſpicio Reſpicio retro aſpicio:ſiue rurſus aſpicio:ſiue aſpicio.A quo
fit reſpectus:quod modo ipſam ut ita dicam reſpectionem ſignificat.Plautus.Et me re/
Plynius ſpectu terruit:modo rationem:qua ad aliquid agendum mouemur.Plynius.Namq; eo
Virgilius reſpectu commotus abſceſſerat.Conſpicio cerno:vnde fit cõſpectus pro aſpectu.Virgi Conſpicio
lius.Vix e conſpectu ſiculæ telluris in altum:Vela dabant læti:& Conſpicilium iſtrumẽ Conſpectus
Plautus tum:quod adhibemus oculis:ut res maiores uideantur.Plautus.Vitrum cedo.Neceſſe é Conſpicilium
conſpicilio uti:& Conſpicuus adiectiuum quod modo ſignificat ſagacem perſpicacem Conſpicuus
Quintilia. acutum.Quintilianus.Conſpicuus ſagax callidus:modo clarum:& qui ab omnibus cõ Diſpicio
Martialis ſpicitur:quemadmodum hoc loco Martialis Conſpicuum Amphitheatrum appellat. Diſpitientia
Diſpicio prouideo diſcerno:hinc diſpicientia:hoc eſt diſcretio conſyderatio.Perſpi/ Perſpicio
cio intueor animaduerto:a quo Perſpicax:hoc eſt conſyderatus:acutus:vnde Perſpica/ Perſpicax
citer aduerbium.quod eſt conſyderate acute.Item Perſpicuus: clarus:tranſlucidus:ut a/ Perſpicaciter
qua uitrum.Cryſtallum:aliiq; tranſlucentes lapilli:a quo aduerbium Perſpicue hoc eſt Perſpicuus
clare:vnde Perſpicuam quoq; orationem dicimus:hoc eſt claram:atq; apertam:& per/ Perſpicue
ſpicuitas a quibuſdam ſicut perſpicacitas uſurpatur:illud ſplendorem ac facilitatem hoc Preſpicua oratio
conſyderationem & acumen ſignificat.Præter hæc Aruſpex a uictimis in araſpicien Perſpicuitas
dis:is enim eſt aruſpex:qui inſpectis extis futura prædicit: qui & extiſpex dicitur:a quo Perſpicacitas
aruſpicium inſpectio extorum:ſicut exſtiſpicium:& ars ipſa Aruſpicina: quæ Exſtiſpi/ Aruſpex
cina quoq; dicitur.Item Auſpicium ab inſpiciendis auibus:qum per inſpectionem ca/ Extiſpex
ptabat Auſpicium:hinc factum eſt: ut dicamus Auſpicia ductum atq; pricipium:quæ a Aruſpicium
ſolo duce capiuntur:a quo fit auſpicari quod non modo ſignificat auſpicium capere:ſed Exſtiſpicium
etiam incipere:nec in bonam tantum partem accipitur:quod frequentiſſimum eſt:ſed ét Aruſpicina
Plynius in malam.Plynius.At homo infœliciter natus manibuſq; pedibuſq; deuinctis animal Exſtiſpicina
cæteris imperaturum a ſuppliciis vitam auſpicatur:nam quando non eſt verbũ:fere ſem Aruſpicium
Terentius per in bonam partem accipitur.Terentius.Haud Auſpicato huc me appulli ideſt nõ fœ Auſpicor
Quintilia. liciter & quaſi non repugnatibus Auſpiciis.Quintilianus.Itaque apud illos Homerus Auſpicato
Virgilius ſic apud nos Virgilius Auſpicatiſſimum dederit exordium:hoc eſt fœliciſſimũ.Auſpex Auſpicatiſſimum
dicebatur:qui nuptiis præerat celebrandis:quia auſpiciũ pro nuptiis capere ſolebãt. Ad Auſpex
hibebaturq; hic ꝑ pte mariti ſicut ꝑnuba:quæ p̃eſt:& ipſa nuptiis celebrãdis ꝑ parte vxo Pronuba
Horatius ris.Aliqñ etiam pro eo ponit̃:qui dux militiæ eſt.Horatius Nil deſperandũ teucro du/
Virgilius ce:& auſpice.Virgilius.Auſpicium ꝑ poteſtate poſuit.Cõmunem hunc ergo populum

paribuſq; regamus auſpiciis:ab eo quod præcedit id quod ſequitur:quod iiſdem auſpi/
ciis creati conſules parē habent poteſtatem.Inter auſpicium:& augurium quidam hanc
Auſpicium differentiam faciunt:ut auſpiciū ſit auium conſpectio:& quod ex uolatu auium:& uoci
Augurium bus ſignificatur.Augurium uero quod rerum omnium coniecturas prudenter:ac diligen
ter complectitur:& tamen Augurium quoq; ab auibus:ac gerendo dicit̄:quaſi auigeriū
Augur ſiue ab auium garritu.Hinc Augur:qui futura præuidet:& Auguro:atq; auguror uerbū
Auguro eiuſdem ſignificationis:q̄uis aliqui ita diſtinguant:ut Auguro dicamus: qum præſagio
Auguror mentis futura colligimus.Virgilius.Et ſi quid ueri mēs augurat opto:auguror uero:qum Virgilius
Auguraculum futura ueris captamus auguriis.Ab eodem Auguraculum ueteres dicebant:quam nos ar
Auguſtus cem uocamus:quod ibi aues publice auſpicarentur.Auguſtum quoq; inde dictū opinan
tur.Eſt enim proprie auguſtum tectum augurio conſecratum:ſed per metaphoram po/
nitur pro nobili:& ſacro:ac maieſtatis pleno.Vnde Auguſti dicti ſunt omnes Romani
imperatores poſt Iulium Cæſarem ab octauio Auguſto:qui primus meruit hoc cogno/
Cæſar men:ſicut a Iulio Cæſare dicti ſunt Cæſares:& omnes Albani reges dicti ſunt Silui a Sil
Siluius uio Aſcanio Aeneæ filio:Et Aegyptii reges dicti ſunt Ptholemæi.Perſæ Arſacidæ.Lati/
Ptholæmeus ni Murani.Auguſtum quidam ab auiu; geſtu: alii a guſtatu dictum putant:quia aues pa
Arſacida ſtæ id ratum fecerunt.ERIGITVR.Eleuatur:ædificatur:in altum tollitur:de quo ſu/
Muranus pradiximus.AGER.Qui in ædibus Neronis erat incluſus cum ſiluis:atq; nemoribus.
SVPERBVS.Ingens magnificus: excellens: ſuperbus a ſuperbiēdo dicitur: Superbio
autem a ſupereundo:vnde quicquid in aliqua re excellit:ſuperbum dicere poſſumus:qua
Superbus ſi ſuper alia iens. Virgilius.Ceciditq; ſuperbum iliō: hoc eſt nobile magnificum:hinc ali Virgilius
Superbio quando pro elato ponitur:atq; alto.Idem.Et greſſus glomerare ſuperbos.Idem.Quin Idem
q; adeo magnæ poſitis in cudibus urbes Tela nouant Aruina potens.Tyburq; ſuperbū. Idem
Aliquando pro ornato.Idem barbarico poſtes auro ſpoliiſq; ſuperbi.Interdū pro opulē Idem
to. Idem. Simul enſe ſuperbum Ramnetem aggreditur:qui forte tapetibus altis extru/ Idem
ctus.Hinc fit quod ſuperbum aliquando etiam pro arroganti:ac truculento accipimus. Idem
Idem Stirpis Achilleæ faſtus:Iuuenemq; ſuperbum.Idem.Te Turne ſuperbū Cæde no/ Idem
ua quærens: & pro vitabili.Idem foribuſq; affixa ſuperbis Ora virum triſti pendebant Idem
pallida tabo: Et pro iniquo.Idem.Quos illi bello profugos ægere ſuperbo.Antiqui eti/ Idem
am ſuperbos propter Pompam funeris:quemadmodum ſupradiximus:mortuos dixe/
re.Plautus.Faciam ego hodie te ſuperbum:niſi abis:& mox addidit. Auferere:non abi Plautus
Superbia bis.Item a ſuperbio:quod eſt efferor:extollor:Superbia deriuatur:quæ diffinitur ſuper
Superbe grediens elatio mentis ex qua naſcitur arrogantia:nam niſi præceſſerit occulta elatio mē
Superbiloquens tis:non ſequitur aperta iactantia.Item Superbe aduerbium: hoc eſt elate arroganter: &
Superbiloquentia Superbiloquens:qui ſuperbe loquitur:a quo Superbiloquentia elatus atq; erogans ſer/
Superbiter mo.Cicero.O ſcelera animiq; impotentiam:& ſuperbiloquentiam.Ennius pro Super/ Cicero
Tectum be Superbiter ſcipſit.TECTA.domos:quas Nero incendi fecerat:ut domos ſuas ædifi Ennius
caret.Tectum proprie pars domus eſt ea ſcilicet:quæ domum tegit:ponitur tamen fre/
Architectus quentiſſime pro domo:ut hoc loco & generaliter pro omni loco:in quo tecti homines
Architector poſſunt habitare:unde ſpeluncæ:tuguria præſepia:caſæ:& generaliter omnia ædificia:te
Architectura cta dicuntur.Vnde Architecti:& Architectores dicti:qui ædificandi ſcientiam habent:
Machinalis ſcientia & Architectura ædificādi ſcientia dicitur.Plynius.Grande & Archimedi Machinalis Plynius
Architectari ſcientiæ teſtimonium:hinc fit Architectari:quod eſt componere machinari. Cicero. Vt Cicero
Tego optime poſſit Architectari uoluptates.A tegendo autem tecta appellāt̄. Tegere proprie
Nudo opire eſt:cuius cōtrariū eſt nudare:detegere.Plyni9.Hæ plātæ plauſtri harūdine p hiemē Plynius
Detego tegendæ ſunt p metaphorā tamen tegere p̄ cælare accipimus.Martialis. Quod tegit̄ ma Martialis
Tegmen ius credit̄ eſſe malum.Virgilius. Vix adeo agnouit pauitatē:& dura tegetem Supplicia Virgilius
Tegimen quemadmodū e cōtrario nudare pro indicare uſurpamus.Idē.Traiectaq; pectora ferro Idem
Tegmentum Nudauit.A tego fit ēt Tegmē:qđ ēt Tegimē dicit̄ Tegmentūq; pro quacūq; re aliqd te/
Tegulum gēte:& Tegulū eiuſdē ſignificatiōis.Plynius.Tegulo enī aq̄ticarū harūdinū domos ſuas Plynius
Tectum Septentrionales ppl̄i operiūt.Itē tectū ouiū genus:qđ maiori lana optū ſit.Idē.Ouium Idem
Colonicum ſūma gīa duo.Tectū:& Colonicū illud molli9:hoc i paſcuis delicati9 qppe q i tectū ru/
Toga bis ueſcat̄.Colonicū loca magis culta appetit:vñ h; nomē p̄terea toga ueſtimēti genus:
Togula de quo iferi9 dicem9:qđ corpus tegat:cuius diminutiuū ē Togula:& Tegulæ qđ domos
Tegula tegāt:ex qbus q ad balneas adhibent̄:a Laxitate dñr mămatæ:aliæ cōtiles appellant̄.
Mammatæ tegulæ Et Tuguriū q̄ſi teguriū ruſtica hītatio ita uocāt̄ tecta exulua paluſtri Tuguriis uti ab ini/
Tugurium tio cœpēt mortales priuſq; ad meliorē uitæ cultū ſe trāſferrēt.qppe aut de frōdibus facer
Spelea tecta:aut ſpelūcas fodere ſub mōtibus:q a græco uocabulo:vñ originem hñt:ſpelea dñr.

Virgilius Virgi.Certũ ẽ ĩſiluis iter ſpelea ferarũ Malle pati:aut hĩrũdinũ nidos mutãtes de luto:&
virgultis ſibi habitacula facerẽ ſolebãt.Tũ obſuãtes aliẽa tecta & cogitatõib9 ſuis res no Caſa
uas quotidie adiiciẽtes Caſas efficerẽ cœperũt a facile cadẽdo ita appellatas:qppe a Ca Caſo
Paulus do fit frequẽtatiuũ Caſo:A quo Caſito aliud frequẽtatiuũ.Paulus.Si antea ex tegula ca Caſito
ſitauerit ſtillicidiũ:poſtea uł extabulato:uł ex aliq̃ materia caſitarẽ ñ põt.Primũ.n.furcis
erectis:& virgultis ĩterpoſitis luto parietes texere.Alii luteas glebas arefaciẽtes: ſtruxere
muros:& ad dita materia quo ĩbres vitarẽt:& æſtus harũdinib9 texerũt:& fronde: po/
ſtea ſtramẽtis:& vlua paluſtri.Deĩde paulatim ingenii ſolertiã exercẽdo ad fabricatiões
ædificiorum gradatim progreſſi non caſas modo : ſed etiam domos fundauere e late/
ritiis parietibus : ſiue e lapide ſtructas : materiaque & tegula perficere tecta cœperunt :
quæ ut hybernis temporibus imbres ſubſtinerent: faſtigia facientes proclinatis tectis ſtil
licidia deduxere.Lutei ædificii inuentor Doxius fuit Celii filius exemplo ab hirundini
bus ſũpto:Laterarias domos conſtituerunt primi Euryalus & Hyperbius fratres Athe
nis oppidum Cecrops a ſe appellauit Cecropiam:quæ nunc eſt arx athenis.Quidã ta/
men Argos a Phoroneo rege ante conditum volunt : quidam & Sicyonem Aegyptii
multo ante apud eos Dioſpolin Tegulas inuenit Cynira Agriopæ filius:& metalla æris
vtrũq; in inſula Cypro.Item Forcipẽ:Marculũ:vectem:incudẽ:puteos Danaus ex ægy
pto aduectus in græciam:Lapidicinas Cadmus Thebis:Archeophraſius phœnice.Tra
ſon muros.Turres ut Ariſtoteles refert: Cyclopes:ut Theophraſtus phœnices.Aerariã
fabricam alii Chalybas putant inueniſſe:alii Cyclopas.Ferrum in Creta:eos qui vocati
ſunt Dactyli Idei:Ferrariam fabricam Cyclopas.Quæ ergo nunc veteri more ita ædi/
ficantur:ut nec parietes habeant:nec luto cruſtata ſint:ſed ſtramentis aut harundinibus
aut vlua:alioue ſimili genere tegantur:Tuguria dicuntur:Olim Teguria vocitata.A Tu Tugurium
gurium diminutiuum fit Tuguriolum:quod ſi arctius:atque anguſtius Gurguſtium no/ Tuguriolum
minatur:A Gurgulione verme:qui in horreis naſcens frumentum abſumit: Eius dimi/ Gurguſtium
Apuleius nutiuum eſt Gurguſtiolum.Apuleius.Ergo breuitatem Gurguſtioli noſtri ne ſpernas pe Gurguſtiolum
to:ſis contentus lare paruulo.Item a Tego Tectorium deducitur : quod modo adiecti/ Tectorium
uum eſt . nam & Tectorium opus dicimus : modo ſubſtantiuum. Eſt autem illud: quo
ædificatus paries incruſtatur ſupra quod poſtea illinitur: quod vocatur Albarium : niſi Albarium
pingi tectorium oporteat:etenim qum pingendum eſt:non illinitur Albarium. In ædi/
Murena litate Murenæ & Varronis Exciſum Lacedemone e lateritiis parietibus opus tectori/
Varro um fuit propter excellentiam picturæ:& incluſum ligneis formis Romam deportatum
ad comitium exornandum:quod opus:quod per ſe mirum eſſet:tranſlatum:tamen ma/
iori miraculo fuit.Item Teges ſtraguli genus e ſcirpo: aut ſparto: quo viliores vtuntur. Teges
Martialis Martialis.Nec eſt amici:filiuſue vicini.Sed in grabatis: tegibuſque concepti. Varro de
Varro re ruſtica.Sicque fiunt de Cãnabi:lino:iunco:palma:ſcirpo:ut funes:reſtes:tegetes.Ply/
Plynius nius.Nec in fruticum:nec in veprum:cauliumue:nec in herbarũ:aut alio vllo:q̃ ſuo ge/
nere nominentur iure ſcirpi fragiles:paluſtreſque ad tegulum:tegeteſque.Ouidius.Mat Matta ſcirpea
Ouidius tam ſcirpeam vocat.At dominus diſcedite ait:plauſtroque morantes: Suſtulit in plau/
Iuuenał ſtro ſcirpea matta fuit . Iuuenalis. Auſa Palatino tegetem præferre cubili. Hanc vulgo
nunc Storiam vocãt:quo verbo etiam veteres vſi fuere απὸ τοῦ ϛρωννύειν: qđ græ/ Storia
Plynius ci ſternere dicunt.Plynius.Cadiua mala ſeparari oportet:& ſtramentis:ſtoriis:paleiſue Tegillum
ſubſterni.Hircius.Storias aũt ex funibus anchorariis tres fecerunt.& Tegilũ paruũ te/ Tignum
Varro gmen.Varro.Ob aquam e nubibus tortã indicat fore : ut tegillum paſtor ſibi ſummat. Tigillum
Tignũ quoq; cuius diminutiuũ eſt Tigillum:a tegẽdo dictũ eẽ quis dubitat? ſignificat p Contignatio
Vlpianus prie trabẽ:cui tectũ ĩponitᷣ.Sed Vlpianus putat tigni appellatiõe cõtineri oẽm materiã Coaſſatio
ex q̃ ædificiũ cõſtat:vñ Contignatio textura ipſa trabiũ:ac tignoꝝ ſicut Coaſſatio aſſiũ Tegillum
dr.Quidã etiã putant tegulã & lapidẽ & calcẽ & harenã tignoꝝ appellatiõe nõiari. Itẽ Cortex
q̃cũq; vineis neceſſaria ſunt : ut pedamẽta: ꝑticæ & ſiſia.Eſt etiã Tegillũ cuculli vinculũ Corium
Plautus e ſcirpo.Plautus.Tegillũ mihi aret id ſi vis dabo.Corticẽ quoq; a tegẽdo q̃dã dictũ arbi Scortum
tranᷣ:q̃ſi coriũ teges.Eſt eñi Cortex veluti coriũ cuiuſq; rei:ut ĩ arboribus liber:& ĩ cæ/ Scorta
teris reb9 veluti Cruſta q̃dã ad tegẽdũ data.Nã Coriũ ꝓprie aĩaliũ ẽ ꝑſertim eoꝝ:q̃ craſ Scorteum
ſiorẽ pellẽ hñt:ac duriorẽ:qđ & Scortũ dr:vñ Scorta appellatæ ſũt meretrices:uel ꝙ ſi/ Scortor
cut pelliculæ ſubigantᷣ:qũ ſolũ calciamẽtoꝝ oĩbus ſubiectũ ſit:uel ꝙ ĩ grabatuł pelles ſtra Scortes
tas tenere cõſueuerũt:& Scorteũ qcqd ex pelle ẽ:& Scortor meretricor:& Scortes Arie Scutica
tinoꝝ teſtiũ pelles.Quidã ẽt Scrãteũ dcm̃ a ſcorto exiſtimãt pellẽ in q̃ ſagittæ recõdũtᷣ: Scuticula
ſed ſcortũ a græco tractũ eſt σκύτος eñi pellis eſt.vd Scutica fragellũ ex pelle: Cuius di Scutum
minutiuũ ẽ Scuticula : & Scutũ:qđ nõ ſine pellibus fit:De quo Scutulæ dictæ:q̃ſi parua Scutula

ſcuta:& Scutulata veſtis:de q̄ mox dicemus:& Scutra id ipm vaſis genus:q̄d & Scutu/
la dr̄. Horatius. Vilia vēdēte tunicato Scutra popello:& Scutilū tenue:ac macrū:i quo tantum exilis pellicula cernitur.Ponitur tamen Corium pro quacunque pelle:etiam re/
rum inanimatarum: A quo fit Excorio: hoc eſt Corium detraho: Sicut a Cortice De/
cortico:hoc eſt detraho corticem:& ab eiſdem Excoriatio:& Decoriatio. Corium eti/
am tergus dicitur. Virgilius.Tergora deripiunt coſtis:& viſcera nudant. Nam tergum dorſum eſt:Vnde a Tergo dicimus a parte poſteriori membranæ:ſiue papyri: aut alte/
rius cuiuſcunque rei.Iuuenalis.Scriptus & a tergo nec dum finitus horeſtes.Hinc fit Po
ſtergo verbum: hoc eſt poſt habeo:relinquo:poſtpono: & quaſi poſt terga iacio:A quo Poſtergator: & Poſtergatio:& Tergiuerſor:quod eſt fallo: & dicta muto. aliquando etiam contradico:quaſi terga verto:Nam Vertere terga proprie fugere eſt:quod & ter/
ga dare dicimus.Plautus. Quid expectas? Quid tergiuerſaris? Proprie tamen Tergi/
uerſari eſt eorum: qui terga vertentes adhuc tamen pugnant: nec ſeſe victos rationibus volunt agnoſci. Cicero. Et huc atque illuc tergiuerſantem teſtimonium contra ſe dice/
re cogo. Liuius.Monebant conſulem hæc: Sed Tergiuerſari res cogebat: ideſt quibuſ/
cunque rationibus poterat: veritatem diſſimulare:& quaſi ſubterfugere. Hinc Tergiuer
ſator dicitur:qui tergiuerſatur: & Tergiuerſatrix fœmininum: & Tergiuerſatio ipſe a/
ctus.Ponitur tamen aliquando Tergum pro Tergore. Virgilius.Obſtupuere animi tan
torum ingentia ſeptem.Terga boum plumbo inſuto:ferroque rigebant. quod de pelli/
bus intelligi Papynius indicat. At dum nigrantia plumbo tegmina cruda boum. Vn/
de quoniam ſcuta pellibus tegi ſolent:Tergum nonnunquam pro ſcuto accipitur. Vir/
gilius.Dentibus infrendens:& tergo decutit haſtas. A Terendo atem Tergum: & Ter/
gus dicuntur quoniam vehendis oneribus teruntur.A pellis Pellio dicitur: de quo poſt dicemus:& Pellicula diminutiuum: & Pelliceum: quod ex pelle eſt. & Verſipellis fal/
lax: De quo dicemus inferius. Plautus. Verſipellem ſe facit quando lubet. A pellendo autem dicitur pellis:quod externas iniurias tegendo repellat. Hæc poſtquam concinna
ta eſt ad calceos & cætera opera facienda aluta dicitur.Varro. Paſceolus ſacculus eſt ex Aluta factus.Cato.Pueris in ludo paſceolos furare. Ab aluta Alutamen ſiue Alutamen
tum veteres dixere opus ex concinnatis pellibus factum. Item Alutarii ſicut Coriarii hoc eſt pellium & coriorum concinnatores.Plautus. hic Alutarius cerdo. Proprie ta/
men Alutarii tenuiorum pellium dicuntur Coriarii craſſiorum. Pella autem vrbs Ma/
cedoniæ fuit in littore ægei maris illuſtrata maxime natalibus Philippi Macedonum Regis & Alexandri eius filii: vnde vterque pelleus vocitatus eſt.Iuuenalis. Vnus pelleo iuueni non ſufficit orbis.Lucanus.Illic pellei proles Veſana Philippi. Peleus vero Ea/
ci Regis: & Aeginæ filius fuit ex Cito filia Salmonei Regis quæ vxor fuit Cratei: cui Eſonem genuit patrem Iaſonis. Pelion mons eſt Theſaliæ ab orientali parte: in cuius vertice Pineta abundant:in reliquis partibus quercus.Ouidius. Pelion Emoniæ mons eſt obuerſus in auſtros: Summa virent pinu:Cætera quercus habent. Item a Pello Pel/
lirem galerum dixerunt quod fieri ſolebat ex pelle.Eſt autem genus clipei:A quo Gale/
rita auis de qua ſupra:& Galerus maſculino:ac Galerum neutro genere dicitur. Virgi/
lius.Et temperat aſtra Galero.Idem.Nec archadii bene protegit vmbra Galeri.Et pa/
lear quaſi pellear. Sunt enim Palearia pelles pendentes ex gutture quales in bobus vi/
demus. Virgilius. Et crurum tenus a mento palearia pendent.Et Pallor ſecundum quoſdam quaſi pellis liuor.A quo Pallidus & Palleo verbum.A quo Palleſco quod ſi/
gnificat pallidus fio:& Expalleo:A quo Expalleſco. Pallorem etiam veteres pro vetu/
ſtate & negligentia poſuerunt.Lucillius.Ocium inertia pallor eum ad pauperiem rede/
git. Pellem quoque ſiue corium alio nomine Cutem vocamus a græcis ſumpto voca/
bulo qui κωδιὸν nominant.Plynius.Ergo cutis ipſa ſenſu caret maxime in capite vbi cunque per ſe ac ſine carne eſt vulnerata non coit ut in bucca cilioque. Ab hoc fit Cuti/
cula diminutiuum: & Recutiti dicuntur iudei hoc eſt circumciſi:& cute hoc eſt præpu/
tio priuati:& Intercus aqua quæ inter carnem & cutem eſt. Item morbus de quo ſupra diximus:& Intercutaneum ſiue Subcutaneum ſiue Subtercutaneum quod intra cutem ſiue ſub cute:ſiue ſubter cutem eſt: & Cicatrix quaſi circa cutem. Eſt enim Cicatrix ſi/
gnum quod ex vulnere remanet: Vnde Cicatricare dicimus cicatricem inducere. Item Cicuta quod veluti cutem circumcirca habeat: intus autem vacua ſit. Eſt enim Cicuta quod inter Cannarum nodos eſt. Virgilius. Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta Ci/
cutis fiſtula: Vnde & Cicuta herba appellat̄ caule viridi:& geniculato:ac vacuo: ut ca/
lami:altiore ſæpe binis cubitis:& ĩ cacumine ramoſo: foliis coriādri tenuioribus: graui

Scutulata veſtis
Scutra
Scutilium
Corium
Excorio
Decortico
Excoriatio
Decorticatio
Tergus
Tergum
A tergo
Poſtergo
Poſtergator
Poſtergatio
Tergiuerſor
Tergauerto
Terga do
Tergiuerſator
Tergiuerſatrix
Tergiuerſatio
Tergum
Tergus
Pellio
Pellicula
Pelliceum
Verſipellis
Pellis
Aluta
Paſceolus
Alutamen
Alutamentum
Alutarii Coriarii
Pella Pelleus
Pelleus Pelias
Critheus Eſon
Iaſon Pelion
Pellis Pelliris
Galerita
Galerus
Galerum
Palearia
Pallor
Pallidus
Palleo
Palleſco
Expalleo
Expalleſco
Cutis
Cuticula
Recuticus
Aqua intercus
Intercutaneus
Subcutaneus
Subtercutaneus
Cicatrix
Cicatrizo
Cicuta
Cicuta herba

Horatius
Virgilius
Iuuenalis
Plautus
Cicero
Liuius
Virgilius
Papynius
Virgilius
Plautus
Varro
Cato
Plautus
Iuuenalis
Lucanus
Ouidius
Virgilius
Idem
Idem
Lucillius
Plynius
Virgilius

odoratu ſemie aniſi craſſiore:radice cõcaua nullius vſus. ſemini & foliis refrigeratoria
vis: quæ cum necat: incipiunt algere ab extremitatibus corporis: Remedium eſt prius
ꝗ perueniat ad vitalia: vini natura excalfactoria: Sed in vino pota irremediabilis ē: hac
Socrates extinctus eſt Socrates. Fit ex ea ad refrigerandum ſtomachum Malagma. Cohibet epi/
Anaxilaus phoras omnes: Dolorem in pleureſi ſuperpoſita mirifice ſedat. Anaxilaus tradit: mam/
mas a virginitate ſucco cicutæ illitas ſemper ſtare. Compertum eſt ſi teſtibus circa puber
tatem illinatur: venerem extingui. Item a Tego Texo: quod quæ texuntur: magna ex | Texo
parte tegunt. Ab eo Contexo: compono: Detexo: abſoluo: Intexo: ſimul texo: Retexo: | Contexo
interdum aperio: diſſoluo. Interdum rurſus texo: quod interdum ſignificat antetexo: A | Detexo
quo Prætexta: de qua inferius dicemus: Interdum Prætexo: contego: abſcondo: excuſ/ | Intexo
ſo: quaſi aliud ꝗ ſit oſtendo. Vnde Prætextum dicimus illud: quo moueri nos oſtendi/ | Retexo
Suetonius mus ad aliquid agendum: cum tamen alia cauſa moueamur. Suetonius. Et prætextum | Prætexo
Virgilius quidem illi ciuilium armorum hoc fuit. cauſas autem alias fuiſſe opinantur. Virgilius. | Prætextum
Non tamen anna nouis prætexere funera ſacris Germanam credit. Quamuis pretexēs | Textile
picta ferrugine cælum. Venturam amiciat imbrifer arquus aquam. Textile: quod texen/ | Textor
do factum eſt: ut textilis corona: textile opus: & Textor: ac Textrix vir: & mulier: quæ te | Textrix
xunt: & a Textrix Textricula per diminutionem deducitur: & Textura: opus: & actus | Textricula
ipſe textoris: ſiue textricis: & Textrina locus: in quo texitur: & Textim texendo. Item a | Textura
Tego compoſita fiunt Circumtego: hoc eſt circumcirca operio: A quo Circumtectum a/ | Textrina
mictus genus: quod circum habeat purpuram. Obtego: Intego: Contego: quæ fere a ſim | Textim
plicis ſui ſignificatione non differunt. Protego quod eſt foueo: tueor: Vnde Protector: | Circumtego
& Protectio deducuntur: Retego: & Detego: quæ pro denudo & aperio capiuntur. | Circumtectum
MISERIS. Infœlicibus: calamitoſis: qui propriis domibus expulſi fuere. Miſer pro/ | Obtego
Virgilius prie dicitur flebilis: ac calamitoſus. Virgilius. Stridenti miſerum ſtipula diſperdere car/ | Intego
Plautus men. Plautus. Studeo hūc Lænonem perdere: ut meum herum miſerum macerat. Cice/ | Contego
Cicero ro. O miſerum atque infœlicem hunc diem. Sunt qui exiſtimant miſerum dictum: quaſi | Protego
miſſum: hoc eſt dimiſſum & derelictum ab omnibus. Aliquando miſer pro ægroto po/ | Protector
Plautus nitur. nam & ægritudo genus eſt infœlicitatis. Plautus. Miſeram eſſe prædicat buccam | Protectio
ſibi fortaſſe medicos non eſſe putat. A Miſer Miſeria fit: hoc eſt infœlicitas. Idem. Ser/ | Retego
uire amanti miſeria eſt: qui præſertim: quod amat: caret. Item Miſeritudo eiuſdem ſigni/ | Detego
Actius ficationis. Actius. Qui fœlix miſeritudine factus eſt aliena: & Miſellus diminutiuum. | Miſer
Plautus Plautus. Cenſen miſello mali aliquid facturum: Et Miſereor: ac miſeror verba: quæ ita | Miſeria
diſtinguntur: quod miſereri paſſiuum affectum habet. eſt enim corde anxium eſſe ex | Miſeritudo
alicuius miſeria: Miſerari vero actiuum: eſtque verbis: aut lachrymis: aut ope dolorem: | Miſellus
quem ex alicuius miſeria habemus: oſtendere. Ab illo fit miſericordia: quæ eſt ægritudo | Miſereor
cordis ex miſeria alicuius iniuſte laborantis ſuſcepta. nam dolor ex parricidæ aut prodi/ | Miſeror
toris aut alterius ſcelerati ſupplicio ſuſceptus: mollities quædam animi: non miſericor/ | Miſericordia
dia eſt. Ab hoc fit Miſeratio: quæ eſt ſignificatio miſericordiæ: qua ex alicuius infœlicita | Miſeratio
te mouemur. Item a Miſerendo fit Miſericors: qui ex alicuius calamitate dolorem ani/ | Miſericors
mo ſuſcipit. A miſerando Miſerator: qui opus aliquod miſericordiæ exhibet in eum: cu | Miſerator
ius miſeret. Itē a miſer verbū aliud imperſonale deducitur Miſeret: quod ſimili mō paſ/ | Miſeret
ſiuum habet affectum. Idem. Eſt enī Miſeret me illius: & Miſereor illius: quippe vtrūq;
Cicero ſignificat ex illius me miſeria angorem ſuſcipere. Exemplis plena ſunt omnia. Cicero.
Virgilius Miſeret me infœlicis familiæ. Virgilius. Miſerere animi non digna ferentis. Idem. Num
Idem lachrymas victus dedit: aut miſeratus amantem eſt: quod perinde eſt: ſi dixiſſet. Num ſal
tem lachrymis oſtendit ſe amantis miſereri. Veteres Miſereo pro Miſereor dicebant: &
Ennius Miſero pro Miſeror: & e contrario miſeretur pro miſeret. Ennius. Miſerete manus: da | Miſero
Actius te ferrum: quo me anima priuem. Actius. Atque ita de illis merui: ut iure hæc nunquam | Miſeretur
Turpilius miſerarent mala. Turpilius. Nunc patris me miſeretur magis. Pacuuius. Vt accepiſti me
Pacuuius cum iſto verbo miſeretur me tui. A miſeror fit Miſerabilis: hoc eſt miſeratione dignus. | Miſerabilis
& Miſerandus: miſeratione proſequendus: & a miſereo: quo veteres vtebantur: Miſe/ | Miſerandus
Apuleius reſco: hoc eſt moueor miſericordia. Apuleius. Commodum omnes miſereſcimus. Vir/ | Miſereſco
Virgilius gilius. His lachrymis vitam damus: & miſereſcimus vltro. Item a miſer fit aduerbium
Cicero Miſere: quod interdum infœliciter ſignificat. Cicero. Neque moueri eius deſiderio nō | Miſerere
Terētius poſſum: qui tam miſere periit. Interdum ponitur pro valde. Terentius. Eam miſere a/
Virgilius mat. Miſerum aliquando dolentis eſt: ac ſi diceremus nefas. Virgilius. Cecropidæ iuſſi | Miſerum
miſerum ſeptena quotannis Corpora natorum. Miſerabiliter etiā aliq vſurpant. Apu/ | Miſerabiliter
Apuleius leius. Oppido ꝗ miſerabilit illachrymās. Itē a miſeratiōe Cōmiſeratio fit. Eſt aūt cōmi/ | Commiſeratio

Miſericorditer
Miſeriter
Thermæ
Thermopylæ
Thermæ agrippiãæ
Thermæ neroianæ
Thermæ Titi
Thermæ veſpaſiani
Thermæ domitiani
Thermæ ãtonianæ
Thermæ alexãdriæ
Thermæ gordianæ
Thermæ ſeuerianæ
Thermæ diocletiãi
Thermæ aurelianæ
Thermæ cnoſtãtinianæ
Thermæ nõatianæ
Diaula
Ephœbeum
Comſterium
Apoditerium
Lytron
Eleotheſium
Vnctuarium
Sudatio ɔcamerata
Lauatio calda
Paleſtra
Xyſtos
Platanones
Daphnones
Plataneta
Laureta
Ambulacrum
Xyſtum
Paradromis
Stadium

ſeratio: qum uel aſpectu alicuius: uel oratione: uel etiam cogitatione adducimur: ut eum
miſereamur: & amiſericorde fit aduerbium Miſericorditer: & a Miſero Miſeriter. Li/
berius. Mens incorrupta miſeriter corrumpitur. THERMAS. Balneas publicas.
Thermæ enim dictæ ſunt ab aquarum caliditate: Græci enim τερμὶν calidum di/
citur. Vnde Termopylæ dictus eſt mons longiſſimus: qui mediam græciam diuidit:
ut Apenninus Italiam incipiens a Leucade in occidente: & in ægæum mare haud longe
a Demetriade protendens: fauces habens anguſtiſſimas: iuxta quas calidæ aquæ ſcatu/
riunt: ideo a caliditate portarum nomen inditum. nã πύλας græci portas appellant.
Hic locus plurimorum ducum facinoribus inclytus eſt: ſed in primis memorabili mor/
te Læonidæ & ſexcentorum commilitonum: nec tam grandi q̃ turpi ſtrage Perſarum.
Mos veterum fuit ſingulis diebus lauari. Itaque omnes fere ditiores priuatas in domi/
bus ſuis balneas habebant. Erant præterea aliæ in publicum vſum ædificatæ: hæ thermæ
vocabantur. In primis celebres Romæ fuere Agrippinæ: Neronianæ: Titi: Veſpaſiani:
Domitiani: Antonianæ: Alexandrinæ: Gordianæ: Seuerianæ: Diocliciani: Aurelianæ:
Conſtantinianæ: Nouatianæ: hæ creſcente principum Luxuria magno ſumptu: ac ſplẽ
dore ædificabantur: ita ut lauacra ſæpe inſtar vrbium viderentur. Erant in his areæ am/
pliſſimæ: erant porticus in porticibus exedræ ſpatioſiores: habentes ſedes: in quibus phi
loſophi rhetores: reliquique: qui ſtudiis delectantur: ſedentes ſolebant diſputare: tum pe
ryſtilia quadrata: ſiue oblonga ambulationis circuitionem habent: quam græci vocant
Diaulam: vna ex quatuor porticibus: quæ ad meridianas regiones ſpectabat: duplex ſo
lebat eſſe vti: qum tempeſtates ventoſæ eſſent: non poſſet aſpergo in interiorem partem
peruenire. In duplici porticu ephœbeum in medio erat: hoc ẽ exedra ampliſſima cum ſe
dibus: tertia parte longior q̃ latior: Proxime Comſterium: quod & Apoditerium voci
tant: vbi veſtes deponebantur. A comſterio inuerſura porticus frigida lauatio: quã græ/
ci Lytron vocitant. Ad ſiniſtram ephebei Eleotheſium: quod noſtri Vnctuarium dicũt
iuxta id Eleotheſium frigidarium. Eregione frigidarii concamerata ſudatio. Ex aduer/
ſo calda lauatio. Atque hæc omnia non in ſolo tantum: ſed etiam penſilia erant. Tum
quæ dicebatur palæſtra: in qua exercebantur Athletæ. In palæſtra Periſtilia erant: qua/
lia ſupra diximus: Extra tres porticus diſponebant: vna ex Peryſtyllio exeuntibus: duæ
dextra: atque ſiniſtra ſtadiatæ: ex quibus vna ſpectãs ad ſeptentrionem perficiebatur du
plex: ampliſſima latitudine. Altera ſimplex ita facta: ut in partibus: quæ eſſent circa pa/
rietes: atque etiam quæ ad columnas margines haberent inſemitas non minus pedum de
num: mediumque excauatum: vti gradus eſſent marginibus in deſcenſum ſexquipedes
ad planitiem: quæ planities foret nõ minus pedes duodecim: ut veſtiti circum margines
ambulantes a cunctis ſe exercentibus minime impedirentur. Hæc porticus Xyſtos apud
græcos: ut ſupra diximus vocitatur: quod athletæ per hiberna tempora intectis ſtadiis
exercentur. Inter porticus ſiluæ erant: aut Platanones: aut Daphnones: hoc eſt loca Pla
tanis: uel lauris conſita: quæ Plataneta quoque: & Laureta dicuntur: in quibus perficie/
bantur inter arbores ambulationes: quas a noſtris etiam Xyſtos: & Ambulacra dixi/
mus appellari. Quidam etiam neutro genere Xyſta nominarunt: græci Paradromidas
vocant: in quas per hyemem ſereno cælo athletæ e Xyſto prodeuntes exercebantur. poſt
Xyſtum ſtadium erat ita figuratum: ut poſſent hominum copiæ cum laxamento athle/
tas certantes ſpectare. Stadium græca vox eſt. ςάδιον enim græci dicunt. Latinæ ap/
pellatur curriculum: in quo equi currunt: & certant athletæ dictum ἀπὸ τῆς ςάσεως
hoc eſt a ſtatione: quod Hercules eo ſpacio vno ſpiritu confecto conſtitiſſet: inſtitutum
quippe ab Hercule ſtadium tradunt: eumque pedibus ſuis metaſſe id ſtadium: quod
eſt Piſis apud Iouem Olympium: feciſſeque id longum pedes ducentos: Inde po/
ſtea cætera ſtadia in terris græciæ ab aliis inſtituta pedum quidem ſimili modo ducento
rum: veruntamen aliquãtulum breuiora: ex quo collegiſſe Pythagoras philoſophus di/ Pythagoras
citur plantam Herculis tanto fuiſſe q̃ aliorum proceriorem: quanto Olympicum ſta/
dium cæteris longius foret: comprehenſaque pedis menſura ſecundum naturalem mem
brorum omnium proportionem ſtatuiſſe: tanto fuiſſe Herculem corpore cæteris excel
ſiorem: quanto Olympicum ſtadium alia pari numero anteiret. Continet autem ſta/
dium octauam mille paſſuum partem: exquo inſtitutum: ut terrarum ſpacia: viæque
in ſtadia diuiderentur: antequam Romani mille paſſus inuenirent. Hinc Eratoſthe/ Eratoſthenes
nes in omnium litterarum ſubtilitate ſolertiſſimus vniuerſum orbis circuitum du/
centorumquinquagintaduorum millium ſtadiorum eſſe prodidit quæ menſura ſecun/
dum Romanam computationem efficit tricentieſquindecieſcentena millia paſſuum:

Hipparcus Hipparcus addidit ſtadiorum paulo minus uigintiquinque millia. Dionyſiodoro uero
Dionyſiodorus qui Geometriae ſcientia nobiliſſimus fuit: uita functo inuenta eſt in ſepulchro eius epi-
ſtola Dionyſiodori nomine ad ſuperos ſcripta. perueniſſe eum a ſepulchro ad infimam
terram: eſſeque id ſpacium ſtadiorum quadragintaduorum milliũ exquo Geometrae in-
terpretati ſunt a ſummo terrarum orbe: unde miſſa erat epiſtola: ad pilae mediũ eſſe lon
giſſimum ſpatium: & ex eo conſequi: ut in circuitu ſint ducentaquinquaginta millia ſta-
diorum: Cui mẽſurae Harmonica ratio: quae cogit rerum naturam ſibiipſam cõgruere
addit ſtadiorum ſeptem millia: terrarumque nonageſimamſextam milleſimã totius mũ
di partem conſtituit. Efficit nunc autem ſtadium centumuigintiquinque noſtros paſſus:
Poſſidonius hoc eſt pedes ſexcentoſuigintiquinque. poſſidonius non plus quadraginta ſtadiorum al pes
titudinem eſſe: in qua nubila: ac uenti: nubeſque perueniant: arbitratur: Inde purũ liqui-
dumque: & imperturbatae lucis aerem eſſe: Sed a turbido ad lunam uicieſcentum ſtadio
rum. Inde ad ſolem quinquies millies. perſae non ſtadio: ſed alio genere menſure uteban
tur: quod uocant paraſangen: Id uerbum apud hiſtoricos frequẽtiſſimũ eſt. praeter haec paraſange
nemora erant: prata: ſaltus: natatoria: aedificiis ſuperbiſſimis fornicibus camerata: colũ
nae marmoreae diuerſorũ colorum imenſae: inſignia pauimenta: teſtudines auro refer
tae: aliaeque deliciae: quibus non mirum eſt: ſi principes quoque ad frequentẽ thermarum
Cõmodus Imperator uſum alliciebantur. Cõmodum Imperatorem ſpeties in due lauaſſe: frequẽterque in ther-
mis coenitaſſe memoriae proditũ eſt. Succeſſorem uero eius pertinacem: quãuis in mul
pertinax tis eſſet modeſtiſſimus: in balneis tamen publico die natalis urbis Commodianis mini-
Gordianus ſtris lauiſſe. Gordianum iuniorẽ ita lauandi fuiſſe cupidum: ut bis hyeme quater & quin
Galenus quies aeſtate thermas adire conſueuerat. Galenum iuniorem hyberno tẽpore ter in die:
aeſtiuo ſepties lauiſſe: hunc qũ in hortos proficiſceretur: uniuerſa officia ſequi ſolita: iſſe
cũ eo praefectos: & magiſtratus omnes: adhibitoſque conuiuis: & natationibus ſimul cũ
principe lauiſſe: ſaepe etiam admitti ſolitas mulieres formoſas: & puellas: & cũ iis com-
mixtas aliquando deformiſſimas anus: quod ioci cauſa a ſe fieri dicere principem cõſue-
uiſſe. Vſque a deo autem thermarũ uſus promiſcuus erat: ut frequentiſſime principes cũ
Adrianus populo lauarentur. Tradunt Adrianum in primis hoc facere ſolitum. Is cum aliquando
Veteranũ quendam notum ſibi in militia conſpexiſſet: in balneo dorſum: ac poſteriores
partes corporis parieti atterentem: percontactus eũ fuiſſe dicitur: cur ſe marmoribus di
ſtringendũ dediſſet? cumque ille idcirco hoc a ſe fieri reſpondiſſet: quod ſeruis careret:
& ſeruis eum: & pecunia liberaliter donauit. Paucis uero ĩteriectis diebus: qum cõplures
ſenes ad prouocandã principis liberalitatem eodem ueniſſent: ſeque parieti identidem
Heliogabalus attererent: euocari eos iuſſit: & alium ab alio mutuo cõfricari. Heliogabalus. Bratteario Bractearius
rum: hoc eſt eorũ: qui Bratteas: ſiue per diminutionẽ Bracteolas: hoc eſt tenuiſſimas ex Brattea
auro uel argento uel alio metallo laminas faciebant: quorũ ars Brattearia uocatur: & qd' Bratteola
Bratteis tegitur: Bratteatum dicitur: & Vitrariorum: & Pellionum: hoc eſt eorum: qui ue- Brattearia
ſtes pelliceas: & alia ex pellibus opera faciunt: & clauſtrariorum. ideſt eorum: qui claues & Bratteatum
caetera: quae ad claudenda hoſtia pertinent laborant: & argentariorum: & aurificũ alia- Vitrearii
rumque artium uectigal maximũ inſtituit: ex eoque iuſſit thermas tam a ſe fundatas: q̃ a pelliones
ſuperioribus principibus factas populi uſibus exhiberi: ſiluas in thermis publicas deputa Clauſtrarii
uit: Tintinabulum ammouit: hoc inſtrumentum aeneum erat: quo populus lauãdi hora Tintinabulum
Martialis uocari ſolebat. Vulgo nunc Campana uocatur. Martialis redde pilam: ſonat aes therma
rum. Ludere pergis? Virgine uis ſola laetus abire domũ: de huius ſono Tintinire & Tin Tintinnire
tinnabunt. Neuius ſcribit: Oleum praeterea luminibus thermarũ addidit: qum antea nõ Tintinnabunt
ante aurorã paterent: & clauderentur ante ſolis occaſũ. Ipſe thermis frequentiſſime uſus
eſt cum populo aeſtate maxime: & ſaepe uiſus eſt cũ balneari ueſte domũ reuerti. E con Balnearis ue-
trario Alexander promiſcua balnea in urbe prohibuit. Itẽ. M. Aurelius Antonius a quo ſtis
dam philoſopho monitus Lauacra mixta traditur ſubmouiſſe ea lege: qua & difluentes
matronarũ mores compoſuit: & ſederi in ciuitatibus: equis: uehiculiſue prohibuit. Face-
te Diogenes philoſophus qum aliquando balneas exiret: interrogatus an in his multi ho
mines eſſent: pauciſſimos eſſe reſpondit: rurſuſque rogatus an turba multa? cõfeſſus eſt.
Idẽ in balneis pedes unxerat: a capite in aerem ſpirare unguentum dictitans: a pedibus
uero in nares prodire. MVNERA. Thermas ĩquit appoſitiue munera: hoc eſt dona da Donum
ta populo: Donum: munus: & præmiũ ſic ſeparat Donatus: quod Donum: & munus tã- Munus
ante factũ q̃ poſt factum dari dicit Præmium non niſi poſt factum. Donum uoluntariũ praemium
eſſe: Præmiũ deberi: Donum diis dari: munus hominibus: Præmiũ uiris fortibus. Donũ
Terentius a liberali homine: Præmium a praeclaro. Terentius. Quoduis donum a me: & praemiũ

dona:& munera hãc differẽtiam facit:quod munus eſt id:quod neceſſario ſubimus lege
more:imperio eius:qui iubendi habet poteſtatem.Donum autẽ:quod nulla neceſſitate
iuris:ſed ſponte præſtatur:& ſi non præſtatur nulla reprehẽſio: & ſi præſtatur plerunq;
eſt laus.Paulus uero Munus tribus modis accipi putat:uno pro dono :unde mũera dari paulus
ac mitti dicuntur:Alio pro onere:quod qum remittitur:uacationem militiæ præſtat:un
de Immunitas appellatur.Tertio pro officio:A quo munera militaria uocantur: & mi-
lites quidam munifici & municipes:qui in ciuitatem recepti munera nobiſcum faciunt:
de quibus ſupra diximus : Munus certe in ea ſententia proprie eſt donum dictum:ut
Varroni placet:quod qui mutuo animo ſũt:id dant officii gratia:nec a dono differt: niſi Varro
qum per metaphoram:uel pro officio ponitur:quoniam officia aut a prĩcipibus:aut a re
bus publicis muneris loco dari conſueuerunt:uel pro ludis:qui a principe populis quaſi
muneris loco exhibentur.Martialis de muliere leonẽ in ludis necãte.Priſca fides taceat:
Nam poſt tua munera Cæſar:Hæc iam fœminea uidimus acta manu uel pro onere:qa
Muneralis lex munera hoc eſt officia ſine labore atque onere exerceri non poſſũt.A mũere muneralis
lex appellata:qua Cincius cauit:ne cui liceret munus accipere.Plautus.Nec muneralẽ le plautus
Munus gem:neque Lenoniam rogo:fuerit nec ne flocci exiſtimo.Munem officioſũ ueteres di-
Munia cebant.Itẽ eum:qui onera populo ſoluit:unde Munia dicuntur obſequia lege debita: &
Immunus officia.Item Immunis:qui ab huiuſmodi onere liber eſt:& Immunitas exemptio ab one
Immunitas re.Munuſculorum dies appellabantur quĩquatriis idibus Iuniis:quia is dies feſtus erat ti
Munuſculorũ bicinum colentium Mineruam.Quĩquatriis proprie dies feſtus erat Mineruæ Martio
dies menſæ:quo tempore matronæ inter ſe inuicem munera miſſitabant:& cœnas ſeruis ap
Munero ponebant:ut uiri Saturnalibus.Item a munere fit munero uerbum:quod eſt dono. Ma- Macrobius
crobius.Ianus:qum Saturnum claſſe prouectũ excepiſſet hoſpitio:& ab eo edoctus peri
tiam iuris ferum illum & rudem ãte fruges cognitas uictum ĩ melius redegiſſet:regni eũ
Remunero ſocietate munerauit.Ab hoc fit Rẽunero:ideſt retribuo:redono:& munificus liberalis:
Munificus quaſi munera largæ præbens:Et munificẽtia:liberalitas:Et munifice:liberaliter:Et mũe
Munificentia rarius:quẽ græci Agonothetam uocant:qui ludos gladiatorios populo prebet: unumq;
Munifice uel plura paria gladiatorum ad ſpectacula pugnatura produnt:quæ res munus gladiato
Munerarius rum appellatur:quia populo tanquam munus donatur:& qui familiam gladiatorum ha
munus gladia- bet:gladiatoreſque domi inſtruit:ac poſtea uendit.A laniando dicitur Laniſta.Gladiato
torum res dicuntur generaliter omnes:qui gladiis pugnant:etiam diſcendi gratia antequam ĩ lu
Laniſta dum producantur.Specialiter uero inter gladiatores ſunt Retiarii:qui aduerſus mirmil
Gladiator lionem pugnabant dicti a rete:quod ſub ſcuto gerebant:ut mirmillionẽ inuoluerẽt:mir
Retiarius milliones dicebantur gladiatores:qui genere quodam gallicæ armaturæ utebantur: qđ
mirmillo mirmillionium nominabant:unde galli ante non mirmilliones nominabantur:in quorum
mirmillionum galeis piſcis effigies erat.Solebãt autem Retiarii aduerſus mirmillionem pugnãtes hæc
Gallus uerba cantare.Non te peto:piſcem peto:quid me fugis galle?Cuius ludi inuentorẽ fuiſ
ſe tradunt Pyttacum mitylenaeum unum ex ſeptẽ ſapientibus. Hic enĩ qum de finibus
inter Athenienſes:& mitylenæos cõtentio eſſet:creatus Imperator cũ Phrynone Athe phyrion
nienſium duce:qui Pancratiaſtes fuerat:ſingulari certamine pugnãt.In quo qum ræte ſe
cum ſub clypeo geſtaſſet:Phrynonem eo:dum non canit inuoluit:eoque perempto tuta
tus eſt agrum:quãuis poſtea orta rurſus de eo contentione electus cõtrouerſiae iudex Pe
Communis riander Athenienſibus adiudicauerit:Digna certe mẽoratu eſt illa pedõis urbanitas de periander
Communitas mirmillone:nam qum raetiarium conſequeretur:nec feriret:uinũ ĩquit capere uult. Itẽ pedo
Communiter a munis fit Communis:qui omniũ eſt quaſi omnibus conſentiens: A quo Communitas
munitas & aduerbiũ Communiter:pro quibus ueteres munitas:& muniter uſurparunt.Si quidẽ
muniter apud ueteres munes:& munifici non a largitione:quae ignota erat:dicebãtur:ſed ita ap
mumer pellabantur conſentientes ad ea:quae amici uellent.pacuuius.Nã quia tam largitio mul pacuuius
munifici tis ignota erat:munificus nemo putabatur:niſi pariter uolẽs.Lucillius:munifici comeſq; Lucillius
munico amicis noſtris uideamur uiri.A munis fit munico uerbũ:quo antiqui utebantur:Et a Cõ
Cõmunicatio munis Communico:A quo Comminio? & Communicatio deducuntur:quando qđ eſt
Communio aut eſſe poteſt priuatim fit uniuerſorum & actus ipſe communicãdi:unde ĩ communio
munuſculum ne bonorum eos eſſe dicimus:qui ſimul uiuunt:& redditus ſuos ac lucra cõmunicãt:hoc
munio eſt cõmunia faciunt.Item a munus per diminutionem fit munuſculum:hoc eſt paruum
Communio munus:Et munio uerbum:quod eſt proprie ĩſtruo:orno:& quaſi muneribus cõpleo: A
mœnia quo compoſitũ Communio:Et mœnia:Et murus de quibus ſupra diximus:Et mõile or
murus namentum gutturis:Quamuis aliqui hoc a moniẽdo potius deductũ uolunt:ut inferius
moniale dicemus:hoc etiã Segmentũ uocatur:quod quibuſdam Bratteolis quaſi præſegminibus

conſtet: Vnde Segmentatæ veſtes dicuntur Bratteolis argenteis: aureiſue depictæ. Iuue/
nalis. Segmenta & longos habitus. Plautus. Quam pulchre ſegmentatam veſtem. Vnde
opera quoqꝫ ex ligno vermiculatim depicta ſegmentata dicũtur. Iuuenalis. Et ſegmentatis
dormiſſet paruula cunis. Segmẽtatis inquit hoc eſt præſegminibus ideſt tenuiſſimis ligneis
ramentis: ac verſicoloribus depictis: ꝗuis etiã intelligere liceat ſegmentatis: hoc eſt ſegmen
to tectis. Item ornamentum equorum a collo in pectus præpendens: & Mundus hoc ẽ or
natus muliebris: quaſi munitus: quãuis alii a mouendo hunc dictũ volunt: quod mundus
id genus ornatus ſit: quod ſumitur: ac deponitur. Mundum etiam neutro genere veteres di
xerunt. Lucillius. Legauit quidam vxori mundum omne: penumqꝫ. Ab hoc Mundus adie
ctiuum: hoc eſt purus: terſus: politus: A quo Immundus: impurus: obſcenus: & Mundo: &
Mundifico verba: hoc eſt depuro detergo: & Munditia: quæ & Mundities dicitur: hoc eſt
lautitia: & contrarium eius Immunditia: ſiue Immundities: & Munde: atqꝫ Immunde ad/
uerbia. Vlpianus. Mundum muliebrem eſſe dicit: quo mulier mundior fit: contineriqꝫ eo
ſpeculum: matulas: vnguenta: vaſa vnguentaria: & ſiqua ſimilia ſunt. vnguenta autẽ: qui/
bus vnguntur valitudinis cauſa: mundo muliebri non cõtineri. Item ab hoc Mundo cælũ
ipſum appellatus eſt mundus. Nam ſicut græci Coſmon: quod apud eos ornatum ſignifi/
cat: ita nos a perfecta abſolutaqꝫ elegantia vocauimus mũdum: & ab hoc quatuor elemẽta
& quicquid cæli ambitu continetur ſimili appellatione mundum nominamus: A quo Mũ
danum dicimus: quod mundi eſt. Vnde interrogatus philoſophus: cuias eſſet? mundanum
ſe eſſe reſpondit. Mundum gentiles ter in anno patere putabãt poſtridie vulcanalia: & an/
te diem tertiam Nonas Octobris: & ante diem ſextum Idus Nouembris. Inferiorem enĩ
eius partem conſecratam Diis manibus arbitrãtes: clauſam omni tempore exiſtimabant:
præter eos dies: qui ſupra ſcripti ſunt: quos dies etiã religioſos iudicauerunt ea de cauſa: ꝙ
his diebus: quæ occulta & abdita religionis Deorũ inaniũ eſſent: in lucem proferentur: ni/
hil eo die in republica geri voluerũt. Itaqꝫ per hos dies non cum hoſte manus cõſerebatur:
non exercitus ſcribebatur: non comitia habebantur: non aliud quicquam in re publica: ni/
ſi ꝙ vltima neceſſitas coegiſſet: adminiſtrabatur. A Coſmus vero græca voce Coſmogra/
phia deducitur: hoc eſt mundi deſcriptio. ſicut Geographia dicitur terræ deſcriptio: & To
pographia loci deſcriptio. Item Coſmeta: qđ latine ornator: ſiue ornatrix interpretatur. Iu
uenalis. Ponũt Coſmetæ tunicas. Item Microcoſmus paruus mundus: quo verbo frequen
ter vtitur Ariſtoteles pro homine: Coſmus etiã excellens vnguentarius fuit: a quo vnguenta
dicta ſunt Coſmiana. Idem. Et Coſmi toto mergatur Aeno. Perionius. Affer nobis inquit
alabaſtrum Coſmiani. Item a munio fit Præmunio: quod ſignificat ante munio: uel valde
munio: & Munimen Munitio: ac Munimẽtum eiuſdem ſignificationis: quum ſcilicet caſtra
oppida: turres: aliæue huiuſmodi cõtra aduentum hoſtiuꝫ muniũtur ſiue vallo & foſſa: ſeu
alio quouis modo. Nam Monumentum a monendo deriuatur: ſignificatqꝫ quicquid mor
tui cauſa ædificatum eſt: uel quicquid ad memoriam alicuius eſt factum: Vnde ſepulchra: ſta
tuæ: tituli: libri: cæteraqꝫ quæ nos rei alicuius præteritæ moneant: monumenta dicũtur. Vir
gilius. Veterum monumenta virorum. Idem. Noſtri monumentum: & pignus amoris.
Per metaphoram tamen Monumenta aliquando dicuntur cellæ meretricum: ꝙ quaſi ſe/
pulchra ſint. Martialis. Abſcondunt ſpurcas & monumenta lupas. VELOCIA. Repen/
tina: quia diuus Titus Thermas iuxta amphitheatrum mira celeritate ædificauit. Suetonius
Amphitheatro dedicato: thermiſqꝫ iuxta celeriter extructis munus edidit apparatiſſimum
largiſſimumqꝫ. Velox celer dicitur a volando: quaſi volox: A quo Velocitas celeritas: &
Velociter: celeriter. Item Comparatiua & Superlatiua Velocior: Velociſſimus: Velocius:
Volo autem proprium eſt alas habentium: ſed per metaphoram & naues & eos qui celeri/
ter currunt: volare dicimus. Virgilius. Humilis volat æquora iuxta. Idem. Ecce volat: cal/
cemque terit iam calce diores. Terentius. Ne fruſtra illic expectet vola. Hinc Veliuolũ ma/
re dictum: quod per id velis volatur. Virgilius. Reſpiciens mare Veliuolum. Item Veliuo/
læ naues dicuntur: quod velis volant. Volare & Nare reciproce ponuntur. Virgilius. Ve/
lorum pandimus alas. Idem de apibus. Nare per æſtatem liquidam: quum nare proprium
piſcium ſit: A quo fit frequentatiuum Natare: Vnde compoſita ſunt: Adnatare: quod eſt
allabi: Circumnatare: Obnatare: ideſt contra natare: Tranatare: quod & Tranare dicitur:
ideſt natando tranſire: Enatare: hoc ẽ extra natare: Prænatare: ante natare: Innatare: Sub/
natare: Supernatare: ſupra vndas ſto: non mergor: Renato: rurſus nato: uel natando re/
uertor: Connato: ſimul nato: Nare quoque aliquando pro trepidare accipitur. Virgilius.
Conditque natantia lumina ſomnus. Et ab eo compoſita fiunt Anno. Idem. Huc pauci ve
ſtris annauimus oris: & Inno: Idem. Et fluuium vinclis innaret cloelia ruptis: & Trano
de quo ſupra diximus. Et Conno: ſimul nato: A quo Connatio dicitur: Sicut a Connato

Iuuenal
Plautus
Iuuenalis
Lucillius
Vlpianus
Iuuenalis
Virgilius
Idem
Martialis
Titus
Suetonius
Virgilius
Idẽ
Terentius
Virgilius
Idem
Idem
Virgilius
Idem
Idem

Segmẽtata veſtis
Segmentum
Segmẽtatũ opus
Mundus mulie/
bris
Mundum
Mundus
Immũdus
Mundo
Mundifico
Mundicia
Immundicia
Immundicies
Munde
Immunde
Mundus
Mundanus
Mũdum patere
Coſmus
Coſmographia
Geograohia
Topographia
Coſmeta
Micogroſmus
Coſmianum
Præmunio
Munimen
Munio
Munimentum
Monumentum
Velox
Velocitas
Velociter
Velocior
Velociſſimus
Velocius
Velociſſime
Volo
Veliuolũ mare
Veliuolæ naues
No
Nato
Adnato
Circumnato
Obnato
Tranato
Enato
Prænato
Innato
Subnato
Supernato
Renato

Connato
Anno
Inno
Tráno
Conno
Connatio
Neptunnus
Amnis
Antemna
Interamna
Natrix
Natatrix
Natator
Natare
Narinatio
Natinator
Naſſa
Naritia
Natatus
Natatio
Naſaniones
Narica
Naritia
Nar
Naſus
Naſum
Naſũ a diridẽdiſ
Ronchus
Ronchiſſo

Connatio.Plautus.Connationis noſtræ conſcius:hoc eſt ꝙ eandem adiremus mulierem. Idem.Connatat nobiſcum:hoc eſt riualis eſt:A Nando etiam Neptunnus dictus: ut Ciceroni placet:& amnis a circumnando:hoc eſt fluendo:ut quidam putant. Varro tamen ab ambiendo dictum amnem affirmat:ꝙ amnes:hoc eſt flumina omnia circũeunt: propt̃ qđ cornuta a veteribus pingebant̃. Ab Amnis Antemna:ut quidam exiſtimãt:quaſi anteamna:& Interamna vmbriæ vrbs: qđ inter duos amnes ſit conſtituta. Item a Nando Natrix ſerpentis genus:quod in aqua quoqꝫ venenum ſpargit.Cicero.Vt natricũ:viperarumqꝫ.Lucanus.Et natrix violator aquæ.Item Natrix herba eſt:cuius radix euulſa virus hyrci redolet:hac in piceno vtuntur: ut abigant a mulieribus faunos: ſiue fatuos: quoꝝ ludibria pati eas ꝑ noctem opinantur.Nec mirũ id videri debet:purgat enim eo humore:quo labefacta ta mens nocturnis viſis decipi ſolet.Natrix quoqꝫ dici poteſt mulier natans:ſicut Natatrix & Natator mas.Natare aliquãdo veteres pro nauigare accipiebant: A quo Natinatio dicebatur negociatio: & Natinatores ex eo negocioſi vocabant̃: & Naſſa a natando appellata vaſis genus:quo q intrauerit:piſcis exire nõ poteſt.Plautus. Nunq̃ ex iſta naſſa hodie eſcam petam.Naſamones populi ſunt Libyæ nauiũ ſyrtibus inuolutarũ ſpoliatores. Lucanus.Hoc tam ſegne ſolum:raras tamẽ exerit herbas.Quas Naſamon gens dira legit:quæ ꝓxima ponto.Nudus rura tenet: quẽ mundi barbara damnis Syrtis alit. Nam littoreis populator harenis imminet:& nullos portus tangente carina.Nouit opes:ſic cum toto commercia mundo.Naufragiis Naſamones habent.Item Naricã a nando quidam dictam putant:quod ẽ genus piſcis minuti.Nam Naritia inſula eſt in mari ægæo:quæ fuit Vlixis.Itẽ Natatus a Natando fit pro ipſo actu natandi:qui & Natatio dicit̃: quãuis natatio etiam pro piſcina:ſiue lauacro:ut ſupra oſtẽdimus. Sunt qui Nares etiam ac Naſum a nando deriuata exiſtimẽt:ꝙ per ea innatet:atqꝫ enatet ſpiritus. Natare eni videtur propter humorẽ in his exiſtentem:quæ veluti purgamentum quodã e cerebro defluit.Naſus quod & naſum dicitur:ea pars capitis eſt:quæ e ſupciliorum cõfinio oriens: & quaſi æquali porrecta iugo vtrãqꝫ aciem ſimul:& diſcernit:& munit:& ſuperius quidem vſqꝫ ad mediũ ſolida formata eſt.Inferius vero Cartilagine adhærente mollita:ut ad vſum digitoꝝ poſſet eſſe tractabilis.Duo aũt eius ſpiramina:geminiqꝫ hiatus: quos veluti quidã paries per medium ductus interſepit.Nares dicũtur ideo duplices a natura datæ:ut altera ſpiritum ducere:altera odorem capere:vtraqꝫ cerebri purgamenta ſine impedimẽto dimittere fas eſſet: hæ ſoli homini eminent:auibus:ſerpentibus:piſcibus foramina tñ ſunt ad olfatus ſine naribus.Notatum eſt aliquando auriũ:& narium foramina ſeptimo menſe genitis defuiſſe:a naſo Simorum ac Silonũ cognomina ſunt:de qbus ſupra diximus: hunc maiores noſtri ſubdolæ irriſioni dicauere.Quoniã ſcilicet deridentes naſo obſtrepunt: & quendam veluti ſtertentis ſonum emittunt: qui Ronchus facticio nomine dicitur. Martialis. Maiores nuſq̃ Ronchi iuueneſqꝫ: ſeneſqꝫ. Et pueri naſum Rinocerotis habent. A quo fit Ronchiſſo: quod eſt ſterto. Plautus.Cyathiſſat dum cœnat:dum dormit ronchiſſat.Quidam hoc a græcis tractũ exiſtimãt apud quos ῥύγχοσ roſtrum:& ῥυγχαίνα naſuta dicunt̃.Ponit̃ aũt Ronchus pro deriſiõe:uel quia deridẽtis roſtra labiis effingimus in acutum extendẽtes:uel quia quẽadmodum propt̃ ſomnũ:ita propter nimiũ riſum naſus humore impletur: plenus hunc ſonum reddit:quod notari ex epigrammate poteſt quod adoleſcentes ex phædro luſimus.

Mercurium hoſpitio mulieres duæ
Illiberali:& ſordido receperat.
Quarum vna in cunis paruũ habebat filiũ:
Quæſtus placebat alteri meretricius.
Ergo:ut referret gratiam officiis parem
Abiturus:& iam limen excedens:ait.
Deum videtis:tribuam vobis protinus
Quod quæqꝫ optarit:mater:ſupplet rogat
Barbatum ut videat natũ q̃primũ ſuum
Mœcha:ut ſequat̃ ſeſe quicquid tetigerit.
Volat Mercurius.Intro redeunt mulieres.
Barbatus infans ecce vagitus ciet
Idqumqꝫ forte meretrix ridet validius:
Nares repleuit humor:ut fieri ſolet.
Emũgere igitur ſe volens præhendit manu:
Traxitqꝫ ad terram naſi longitudinem
Et alium ridens ipſa ridenda extitit.

Ob hanc cauſam naſus quoqꝫ aliquãdo pro acrimonia:& dicacitate ponitur.Plynius.Primus Lucillius cõdidit ſtili naſum:hoc ẽ ſcripſit Satyram:quæ acerbitatem quãdam:& acrimoniam ſtili habet:in vitiis inſectãdis. Nã ut Quintilianus inquit:Primus Lucilius in Satyra inſignẽ adeptus eſt laudem. Martialis.Non cuiqumqꝫ datum eſt habere naſum:hoc eſt acrimoniam ad deridendum: & dicacitatem. A quo Naſuti dicuntur dicaces:ac deriſores. Idem. Nil naſutius hac: maligniuſqꝫ eſt:& Naſute dicaciter:& per diminutionem Naſutule.Apuleius.Naſutula mulier: ac dicacula.Hinc vetus prouerbium eſt in eos:qui dicaces ſunt:hoc eſt cuꝫ riſu aliquos inceſſunt. Naſus Rinocerotis:quia ſcilicet Rhinoceros cornu vnum in nare habet: vnde ei & nomẽ. Apud græcos enim ῥὶν narem ſignificat:κέρασ cornu.Animal ẽ:hoſtis Elephãti Cornu

Naſutus
Naſute
Naſutule
Naſus rinocerotis
Rinoceros

Plautus
Idem
Cicero
Varro
Cicero
Lucanus
Plautus
Lucanus
Martialis
Plautus
Plynius
Quintilia.
Martialis
Idem
Apuleius

prius ad ſaxa limato cum eo pugnat. In dimicatione aluum maxime petit: quia hanc intelli git ſuis ictibus per uiam eſſe. Longitudo ei quãta Elephãto. Crura multo breuiora: Colorẽ buxeum habet. Ludi Pompeii magni primo hoc animal oſtenderũt. Minores feras animi quadam generoſitate contemnit: nec niſi irritatus in eas fertur. Martialis. Sollicitant paui di dum Rhinocerota magiſtri: Seq; diu magnæ colligit ira feræ. Deſperabant promiſſi præ lia martis. Sed tamen his rediit cognitus ante furor. Namq; graue cornu gemino ſic extulit urſum: Iactat ut impoſitas taurus in aſtra pilas. Anaſo etiam naſiterna dicta uas aquarium anſatum: & patens. Varro. Vt ex ære aena urceos naſiternã: & alia. Itẽ. Plynius. Naſtur tium nomen accepit anarium tormento: hinc factum eſt Prouerbium ad excitandum tor porem εσθιε καρδαμον: hoc eſt Ede naſturtium: quod perinde eſt: ac ſi diceremus exp giſcere excitare: Hæc herba Erucæ contraria: qppe illa Venerẽ prouocat. Virgilius. Et uene rem reuocans eruca morantem. Columela: Et quæ frugifero ſeritur uicina Priapo. Excitet ut Veneri tardos eruca maritos: hæc uero cohibet: & exacuit animum. Commotas mentes ſedat ex aceto ſumpta: omnia inteſtinorum animalia expellit. Anſerem quoq; & Anatem ab ad natando dicta exiſtimant. Sunt enim ex aquaticarum: ac palmipedum genere: & in aqua coeunt præter eas: quæ domi continentur. Anſer Peruigil eſt: noctuq; excubias facit: cuius rei factũ eſt periculum: defenſo Capitolio ſilentibus canibus propter quod inſtitutũ eſt: ut Anſeres publice alerentur: & cibaria earum Cenſores in primis locarent. Martialis Hæc ſeruauit auis Tarpei Templa Tonantis. Miraris: nondum fecerat illa Deus. Ferũt. La cydi philoſopho Anſerem fuiſſe: qui tanq; perpetuus comes ei ſemper adhæſit: nuſq; ab eo neq; in publico neq; in balneis: neq; noctu: neq; interdiu digreſſus. Iecur anſeris pceres gu læ ſaporis bonitate cõmendant. Fartilibus creſcit mira amplitudine: & quod mirabilius ẽ: exemptũ quoq; lacte & mulſo augef. Martialis. Aſpice q̃ tumeat magno Iecur Anſere ma ius Miratus dices hoc rogo creuit vbi? Quis primus tantũ bonum inuenerit Scipio ne an Metellus uiri Conſulares: an. M. Seſſius eadem ætate eques Romanus: in quæſtione eſt. Il lud ſane conſtat Meſſalinũ Cottã Meſſale oratoris filiũ palmas pedum ex his torrere atq; patinis cum Gallineacorũ criſtis cõdire cœpiſſet. Velluntf his plumæ bis anno: rurſus plu migeri ueſtiunf: ea mollior pluma ẽ quæ corpori proxima. Laudatiſſimi uero: i Germania ubi: qui candidi ſunt uerũ minores Ganzæ uocãtur: E pluma nõ modo ceruicalia: ſed totos faciunt lectos: adeoq; deliciæ proceſſere: ut ſine hoc inſtrumẽto durare iam uirorum ceruí ces non poſſint. Syriæ pars: quæ Commagene uocatur. Adipem anſeris in uaſe æreo cum Cinnamomiue multa obrutũ: ac rigore gelido maceratũ ad uſu; præclari medicaminis uti tur: quod a gente dicif Cõmagenum. Ex Anſeru; genere ſunt penelopes a molliori pluma ita uocitati πηνια enim græci uocant fila molliora. Itẽ Chenalopeces: qbus pro lautiſſi mis epulis utuntur Britanni. Sunt aũt minores Anſeres habentes pennas nigricantes ad ſi militudinem uulpinæ pellis ꝓpterea Χηναλωπεκες dicti: & ẽt græci Χηνα Anſerem uocant: αλωπεκα Vulpem. Item Erythrotaones: in quibus nitor eximius: abſolutaque nigricia: & in ſuperciliis cocci rubor dicti απο του ερυθρου και ταωνος: hoc eſt a ru bro: & Paone. Et aliud genus Vulturibus maius quorum & concolorem reddit: ſignunf in Alpibus: & tota Septentrionali regione: nec eſt ulla auis maior excepto Struciocamelo: in tantumq; carne augetur: ut ſæpe in terra præhẽdanf immobiles. In auiariis perdunt ſa porem. Ab anſere Anſerinum deriuaf. Plynius. Tubera efficaciſſime anſerino adipe curã tur. De Anate locutus eſt. Martialis. Tota tibi ponatur anas: ſed pectore tantum: Et ceruice ſapit: cætera redde Coco. Hinc Anatarius cuſtos dicif: & Anatariæ plumæ: & Anataria Aquilia: quæ anates circa lacus uenatur. Nanũ quoque uas aquarium a natando dictum q dam exiſtimant: nos a paruitate potius appellatu; putamus: eſt enim breue uas: ac latũ: qđ uulgo Situlum barbatum appellant Græci autem νανους: hoc nanos uocant breui atque humili corpore homines paulum ſupra terram extãtes: quos noſtri Pomiliones appellant Sed nani uocabulum noſtri quoq; ueteres uſurparunt: nec de hominibus tãtũ: ſed de equis: muliſq;: ac etiam ſenſu carentibus. Heluius Cinna At nunc me geni nana per ſalicta: Bigis rheda rapit citata nauis Vnde quoq; nũc Mala nana appellamus: q̃ alio noĩe Melimella di cuntur. Item a uolo fit uolito frequentatiuum. Plynius ſuper aquas aſſidue Volitans. Inter dum tamen capitur pro diſcurro. Cicero. Qui per forum uolitant: & Volucres: quæcunq; uolant: nec aues ſolum: ſed illæ quoq; minutiores beſtiæ: ut apes: ueſpæ: tabani: & reliqua ex pennatis: quæ inſecta dicuntur: Sunt enim in Secta aliqua terræſtria: ut Scolopendræ: Stel liones: alia uolucria: ut Apes: ueſpæ alia utroque modo: ut Formicæ: alia & pennis & pedi bus carentia: ut tineæ: quæ in homine naſcuntur tricenum aliquando pedum: & plurium longitudine: putant hæc nec neruos habere: nec oſſa: nec ſpinas: nec Cartilaginem: nec pin guia: nec carnes: nec cruſtam fragilem: nec quæ iure dicatur cutis: ſed medie cuiuſdam inter

Left margin: Pompeius, Martialis, Varro, Plynius, Virgilius, Columela, Martialis, Lacys, Martialis, Scipio, Metellus, M. Seſſius, Meſſalius, Cotta, Ganzæ, Plynius, Martialis, Heluius, Cinna, Plynius, Cicero

Right margin: Naſiterna, Naſturtium, Prouerbium, Ede naſturtium, Anſer, Anas, Iecur anſeris, Commagene, Commagenum, Penelopes, Chenalopoces, Erythrotaones, Anſerinum, Anatarius, Anataria Aqla, Nanum, Pomilio, Mala nana, Melimella, Volito, Volucris, Inſectum, Tinea

hæc omnia naturæ corpus nihil intus niſi q̃ pauciſſimis inteſtinum implicatum: propter quod diuulſi uiuunt: & ſingulis partibus palpitant: quia in his ratio uitalis non certis mem bris: ſed toto corpore in eſt: minimeq̨ in capite: hoc enim ſolum non mouetur: niſi cum pe ctore ſimul auulſum. Dicta autem ſunt inſecta ab inciſuris: quæ nunc ceruicum loco: nunc pectorum ſunt atq̨ alui: Cupido etia; propter alas: quas gerere fingitur: uolucer dicitur: & aliquando ponitur pro Celer: facitq̨ comparatiuum uolucrior Martialis. Et uolucrem lon go porrexit uulnere Pardũ. Item a uolo Volatus fit: & aliud uerbum Volo uis: quod ani mus: in quo uelle eſt: talis ſit: ut puncto temporis peruolet: quo uult. Ab hoc deriuat̃ Volun tas: & uolentia eiuſdem ſignificationis: hoc eſt: quæ quid cum ratione deſyderat. Saluſtius Tamen Volentia plebi pro placentia plebi ſcripſit: hoc eſt quæ plebs uellet. Multiſq̨ ſuſpi tionibus uolentia plebi facturus uidebatur. A uolentia Beniuolentia: & Maliuolentia deri nantur pro amore & odio: quaſi bona & mala uolũtas: & Beniuolus: ac Maliuolus: & Be niuole: ac Maliuole aduerbia. Hinc Maliuoli Mercurii ſignum: hoc eſt ſtatuam appella bant ideo: quia in nullius tabernam ſpectabat: hoc eſt in nullius lucrum. A uoluntate uero dicit̃ Voluntarius: qui ſponte ſua aliquid uult: & Voluntarie & Volenter aduerbia. Item a uolo Volones: quod bello punico: qum deeſſent: qui ſcriberentur: ſerui ad octomillia pro dominis pugnaturos ſe polliciti in Ciuitatẽ recepti ſunt: & Volones quia hoc ſponte uolue runt: appellati. Item Voluptas: quæ diffinit̃ præter modum elata letitia opinione præſen tis alicuius magni boni: In qua Epicurus ſummum bonum conſtituit. Hinc quæcunq̨ aliq̃ delectatione animum demulcent: Voluptates dictæ: quod ea maxime uelimus: vnde fit Vo luptuoſum: & Voluptarium: hoc eſt plenum delectationis: & Voluptuoſus adiectiuũ pro Voluptuoſo: & delectabili. Plautus. Hic ſenex ſi quid clam uxore ſua animo fecit: Volup. Et Voluptia uoluptatis dea: quæ & Angeronia a tollendo animi angore appellat̃. Et Vo luptabile gratum: Voluptuoſum. Plautus. Voluptabilem mihi cum aduentu tuo attuliſti: Vultus quoq̨ a uolendo dictus: ſignificatq̨ proprie uoluntatẽ hominis: quæ pro motu ani mi in facie oſtenditur: cum facies ſit ipſa oris ſpecies. Saluſtius. Prorſus in facie: uultuq̨ ue cordia in erat. Ab hoc fit uultuoſus: hoc eſt triſtis. Cicero. In quo qum effeceris ne qd ine ptum ſit: aut Vultuoſum. Quidam exiſtimant faciẽ non os tãtũ: & oculos: ac genas dici qđ græci ϖροσωϖον uocant: ſed formam: & modũ: & facturã quandã corporis totius a fa ciẽdo dictum: ſicut ab aſpectu ſpeciẽ: & a fingendo figuram: quod ꝓclare oſtẽdiſſe Plautus uidet̃: dum inquit. Sed earum nutrix: qua ſit facie mihi expedi. Statura nõ magna Corpo re Aquilo: Ipſa eſt: ſpetie uenuſta: ore atq̨ oculis pernigris: q̃uis autem uultus ꝓprie ad ani mũ: facies ad corpus referat̃: ut mæſto uultu irato uultu: longa facie: breui facie: eſt tamẽ quã do utroq̨ uti liceat: fœdata facie: fœdato uultu: ſciſſa facie: ſciſſo uultu: conuerſa facie: con uerſo uultu: Item a uolo compoſitum fit Nolo: q̃ſi nõ uolo: pro quo Veteres Neuolo ne uis neuult. Plautus. Filiã meã tibi deſponſatã eſſe audio: niſi tu neuis. Titinnius. Ipſus qdẽ hercle ducẽ neuult: & Malo quod ſignificat magis uolo. Plautus. Mori mauult: q̃ in ſerui tute uitam agere. Volumen quoq̨ a uolendo dictũ nõnulli opinant̃: quod in uoluminibus hoc eſt libris ſcribentiũ uoluntas appareat: ſed melius ſentiunt: qui uolumen a uoluẽdo no minatũ exiſtimant: quod maiores noſtri in libris arboru; hoc eſt codicibus ſcribebãt: & li bellos illos quo ferrent cõmodius complicabant: ideoq̨ uolumina appellarunt libellis ſimi liora q̃ libris. Eſt enim proprie uolumen pars codicis Vtputa Metamorphoſeos liber in quindecim uolumina diſtinctus ẽ. Ouidius. Sunt mihi mutatæ ter quinq̨ uolumina formæ hinc & Euoluere librũ dicimus: quaſi complicatum explicare. Item a uolando Vulpes: ut Varro exiſtimat: dicta: quod uolat pedibus: a quo Vulpinari deducit̃: hoc eſt fraudibus at q̨ mendaciis uera peruertere: ſiue effugere tractum ab ĩtorto uulpiũ curſu: & Vulpinũ mo do quod Vulpis eſt. Suetonius. Vbi leonis pellis deficit: uulpina inſuenda eſt: modo aſtutũ Plautus. Vulpinus animus ne quid moliat̃ mali: & Vulpecula diminutiuũ hoc eſt parua uulpes: verſutum hoc animal eſt: & ſemper fallax: vnde tractũ eſt illud prouerbiũ. Vulpes pilos mutat: mores nõ mutat. Solertem in primis habet auditũ. In thracia locis rigentibus amnes gelatos: lacuſq̨ ad paſtus trãſit. Obſeruatũ eſt eam aure ad glaciẽ appoſita gelu craſ ſitudinẽ cõiectare. Itẽ a uolo ad uolo: circum uolo: interuolo notæ ſignificationis: Obuolo contra uolo: Peruolo uelociter uolo: Traſuolo ultra uolo: Abuolo uolando diſcedo: Pro uolo proculuolo: Præuolo anteuolo. Deuolo deorſum uolo: Euolo modo uolo: modo ex tra uolo. Inuolo irruo inſilio. Terentius. Vt ego unguibus facile illi in oculos inuolem Ali quãdo rapior: ſuffuror: & tunc a Vola deducitur: ut ſit inuolare quaſi intra Volam tenere eſt enim uola media pars manus: ſiue pedis: a quo Galli Volema appellant pira bona: & grandia eo: quod impleant palmam: Subuolo latenter uolo: ſiue latenter rapio: Reuolo re uertor: retrouolo Conuolo: ſimuluolo. Item a uolo Sis Veteres dixerũt pro ſiuis: & Sultis

Volucer
Volatus
Volo uis
Voluntas
Volentia
Beniuolentia
Maliuolentia
Beniuolus
Maliuolus
Beniuole
Maliuole
Maliuoli
Mercuri ſignum
Voluntarius
Voluntarie
Volenter
Volones
Voluptas
Voluptabile
Voluptuoſum
Voluptarium
Volup
Vultus
Facies
Voluptuoſus
Nolo
Neuolo
Malo
Volumen
Euoluo
Vulpes
Vulpinor
Vulpinus
Vulpecula
Aduolo
Circumuolo
Interuolo
Obuolo
Peruolo
Tranſuolo
Abuolo
Prouolo
Preuolo
Deuolo
Euolo
Inuolo
Inuolo
Vola
Volema
Subuolo
Reuolo
Conuolo
Sis
Sultis

Saluſtius
Epicurus
Plautus
Idem
Saluſtius
Cicero
Plautus
Plautus
Titunnius
Plautus
Ouidius
Varro
Suetonius
Plautus
Terentius

pro ſi uultis.Item ab eodem:ut quidam exiſtimant: Voluo deriuaẽ.Volando enim q̃ſi uo/lui alæ uidentur:ab hoc Voluens dicitur:Volubilis:qui facile uoluitur:Voluto quod pro/prie ſignificat uoluo:vnde Volutabra dicuntur loca:in quibus ſe apri uoluũt.Virgilius.Sæpe uolutabris pulſos ſilueſtribus apros:Latratu turbabis:agens:Aliquando tamen uolutare capitur pro eo:quod eſt mente uoluere:& cogitatione perquirere.Idem.Id quidẽ ago:& tacitus.Lycida mecum ipſe uoluto.Auoluo etiam.Tolutus quaſi volutus:& Tolutim quaſi volubiliter deducitur de quibus inferius dicemus.Volua ſeu Vulua appellata eſt:quæ non ſignificat naturam muliebrem:vt vulgus exiſtimat:ſed Vtriculum qui in fœminis veſicæ iunctus eſt:a quo uterus dictus:quem alio nomine locos appellant vulgo falſo matricem:qum matrix ſit fœmina:quæ fœtus gratia tenetur.Columella.Nam & octies anno pullos educat:ſi eſt bona matrix.Idem.Igitur cui placebit ſequi noſtra præcepta cõſyderet oportet primum q̃ multas:ſecundum cuiuſmodi parare debeat matrices.Idem.Sint ergo matrices robuſti corporis quadratæ:pectoroſæ:magnis capitibus.Eſtq; uterus duntaxat in mulieribus:Nam quod Virgilius de equo inquit:Vterumq; armato milite complet:ideo fecit:quia dicturus erat fœta armis.Apud Cecilium Vter pro vterus legitur.Nunc Vter creſcit non poteſt cælari.Dicta autem uulua eſt:quod fœtus inuoluat.Vulua ſuum:qua ueſcimur:enecto partu melior eſt q̃ ædito:Eiectitia uocatur illa:hæc porcaria.Illa amplior ẽ idcirco inquit.Horatius.Nil melius turdo:nil uulua dulcius ampla.Volua quoq; ĩ fungis dicitur tunica illa:quæ fungum inuoluit.Plynius de Boleto.Voluam enim terra ob hoc prius gignit ipſum poſtea in uolua:ceu in ouo:eſt luteum.Nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti.Item a uoluo fit Aduoluo:quod eſt agglomero:& Circumuoluo notæ ſignificationis:& Deuoluo deorſum uoluo:& Reuoluo Explico:& Inuoluo:quod proprie ſignificat glomero.Per metaphoram tamen aliquando pro implico capitur.Cicero.Sed qđ uideret nomine pacis bellum inuolutum fore.Varro.Adeſt fax in uoluta incẽdii.Aliquando pro impono.Virgilius.Scilicet atq; Oſſæ frondoſum inuoluere Olympum.Interdum pro tego.Idem.Vertitur interea cælum:& ruit Oceano nox.Inuoluẽs umbra magna terrã q; poluq;.Hinc Inuolucrum dicitur:quod modo pro glomere capitur:modo ſignificat qc quid aliquid tegit.Cicero.Qum uerborum quibuſdam inuolucris uteretur.Idem.Scite enĩ Chryſippus:ut Clypei cauſa inuolucrum:uaginam autem gladii:ſic præter mundum cætera omnia aliorum cauſa eſſe generata:& Conuoluo ſimul uoluo:a quo Conuoluolus vermis:qui & Voluox dicitur:de quo inferius dicemus.Vulgus quoq; a uoluẽdo deductum quidam exiſtimant:quod ſtulte huc atq; illuc uoluatur.Eſt enim proprie uulgus & maſculino:& neutro genere ignobilior multitudo.Virgili.Sæuitq; animis ignobile uulgus:Vnde uulgarem dicimus uilem:ac communem:& uulgo:ac Diuulgo uerbum:hoc ẽ omitto:ac uile & quaſi commune omnibus facio.Plautus.Cuiq; me abſente corpus uulgauit ſuum.Virgilius.Quid me alta ſilentia cogis Rũpere:& obductum uerbis uulgare dolorem:& promulgo quaſi pro vulgo:vnde promulgare leges dicuntur qum primum in uulgus educũtur.Hinc vulgator Diuulgator prouulgator uulgatio diuulgatio promulgatio:vulgatrix:diuulgatrix:promulgatrix deducuntur.Et Vulgo aduerbium:quod ſignificat paſſim vbiq; cateruatim.Virgilius.Hinc lætis vituli vulgo moriuntur in herbis:Vulgo conceptos appellat.Modeſtinus:qui patrem demoſtrare non poſſunt:uel qui poſſunt quidem:ſed eum habent quem habere non licet:qui:& Spurii appellantur.Item a uoluo Vulga:quod nummos aliaſq; res inuoluat.Eſt enim Vulga:quam etia; Bulgã ueteres dixere:ſacculus ſcorteus:ſiue ex alia materia in quo ferre uel pecuniam vel alia auiæ neceſſaria ſolemus.Lucillius Inuulgam penetrare piloſam.Varro.Vt viaticum ex arcula adderem in vulgam:Eſt etiam vulga ſiue Bulga folliculus ad Brachium pendens gerendæ pecuniæ gratia.Lucillius.Cui neq; iumentum eſt:nec ſeruus nec comes vllus bulgam & quicquid habet nummorum ſecũ habet cum bulga coenat:dormit:lauat.Item Bulgam aliquando pro Vulua:hoc eſt matrice poſuere.Idem.Ita ut quiſque noſtrum e bulga eſt matris in lucem æditus:& econtrario Vulua pro ſacculo ponitur.Item a voluendo Vulnus:quod uoluendo hoc eſt uibrando ſiat.Diſtatque ab vlcere:quod Vlcus per ſe naſcitur dictum vt quidam putant:ab olendo:eſt q̃ tecta & clauſa malignitas.Virgilius.Quam ſi qs ferro potuit reſcindere ſummum.Vlceris os:alitur vitium:viuitque tegendo:a quo fit Vlcero dilanio & quaſi vlcus facio:& Exulcero:quod ꝓprie eſt Vlcus dilanio:per metaphorã tamen capitur pro exaſpero Exacerbo.Cicero.Ita mihi animum exulcerauit.Item Vlciſcor:quod ẽ vindico:vnde vltio:quod vindictam ſignificat:& Vlcerariæ herbæ dicuntur:quæ vlcera excitant:vt Marubium herba notior:q̃ indicari oporteat:quæ exulcerare veſicam exiſtimatur:græci Praſion alii Linoſtrophon:quidam philopeda:nonnulli Philochares nominant.Vulnus autem ẽ hians:patensque apertura corporis ictu facta.Virgilius.Preſſi ue oculos:aut vulnera laui veſte

Virgilius. — Idem — Columella — Idem — Idem — Cecilius — Horatius — Plynius — Cicero — Varro — Virgilius — Idem — Cicero — Idem — Virgilius — Virgilius — Virgilius — Modeſtinus — Lucillius — Varro — Lucillius — Idem — Virgilius — Cicero — Virgilius

Voluo — Voluens — Volubilis — Voluto — Volutabrum — Tolutus — Tolutim — Volua — Vulua — Vtriculus — Vterus — Loci — Vter — Eiectitia vulua — Porcaria vulua — Aduoluo — Circumuoluo — Deuoluo — Reuoluo — Inuoluo — Inuolucrum — Conuoluo — Conuoluolus — Voluox — Vulgus — Vulgaris — Vulgo — Diuulgo — Vulgo — Vulgo cõceptus — Vulga — Bulga — Vulua — Vulnus — Vlcus — Vlcero — Exulcero — Vlciſcor — Vltio — Vlcerariæ herbæ — Marubium — Praſion — Lynoſtrophon — Philopæs — Philocares — Vlnus

Vulnero	tegens.Ab hoc fit Vulnero:quod proprie eſt ſaucio:tranſfertur tamen ad animum & ſigni	
Conuulnero	ficat ango:vnde & vulnus animi pro angore accipimus:aliquando etiam pro damno.Ply	Plynius
Vulnerarius me	nius.Maximum illi fortuna Vulnus intulerat duobus filiis immatura morte ſublatis.A uul	
dicus	nero fit conuulnero:& Vulnerarius medicus Chirurgus:quod Vulnera curet.Præter Hæc	
Chirurgus	a volatu tardo vultur dicta nota auis:& propter magnitudinem corporis tarde volans: ni	
Vultur	dificat in excelſiſſimis rupibus.Fœtus eius fere bini conſpiciuntur:quidam auem hanc pare	
	re tradunt oua tria:vno ex his reliqua oua nidumq; luſtrare:mox abiicere.Sunt q exiſtimēt	
Vulturinus	Vulturē triduo ante aut biduo volare vbi ſint futura cadauera:Ab hoc fit Vulturinus ad/	
Immuſulus	iectiuum:vt Vulturina caro.Romani augures Immuſſulum Vulturis pullum eſſe exiſtima	
Sanqualis	uerunt:ſicut Sanqualem Oſſifragæ:de qua inter aquilarum genera dicemus.Alii tamen Im	
Vultur	muſulū putarunt Aquilæ pullum dici priuſq̄ albicare cauda incipiat:Vultur etiam Apu/	
Vulturnus	liæ mons eſt notiſſimus.Item a uolando Vulturnum deriuatum putant.Ventus eſt: qui ab	
Euronotus	Oriente hiberno ſpirat.Græci miſto nomīe:quod inter Notum & Eurū ſit ευρονοτον:	
Loligo	hoc eſt Euronotum nominant.Et loligo:vt Varro exiſtimat:quaſi voligo:volitat enim hic	Varro
Voligo	piſcis extra aquam ſe efferens:quod & pectunculi faciunt ſagitte modo.Emolliū piſcium	
Pectūculus	genere eſt ſicut Sepia:& Polypus:his caput inter pedes:& uentrem.Pediculi octoni omni	
Sæpia	bus.Sepiæ & Loligini pedes duo ex his longiſſimi:& aſperi:quibus ad ora admouent ci/	
Polipus	bos:& influctibus ſe velut ancoris ſtabiliunt.Cæteri autem Cirri ſunt:quibus venantur.Lo	
Calamarius	liginem nūc Vulgo Calamarium uocant:a thecæ calamariæ ſimilitudine:habet enim oſſi/	
	cula duo quaſi cultrum & calamum.Item Cruorem nigrum atramenti modo: quod vbi	
Loligungula	ſenſit ſe appræhendi:effundit atque ita infuſcata aqua cerni non poteſt.A Loligo Loligun	
Miluus	gula diminutiuum.Plautus.Emitto Sepiolas:Loligūculas:& Miluus ſecundum quoſdam	Plautus
	a molli volatu:q̄uis alii facticium hoc nomen potius a uoce velint.Auis eſt nota ex Accipi/	
	trum genere.Notatum eſt eam q̄uis rapaciſſima ſit:& ſemper famelica: nihil eſculenti ra/	
	pere vnq̄ ex funerum ferculis.Eadem videtur artem gubernandi docuiſſe caudæ flexibus ī	
	cælo mōſtrāte natura:quod opus eſſet in profundo.Latet hibernis menſibus: & Solſtitiis	
	afficitur Podagra.A miluis fit Miluinus adiectiuum. Ab huius auis ſimilitudine:& piſcis	
	Miluus appellatur ſubiens in ſumma maria:& vagando aliorum Piſcium prædam agens.	
Vulcanus	Vulcanum quoq; plerique nominatum exiſtimant:quod canus hoc eſt candidus volet Vo	
	lat enim flamma & candida eſt.Vulcanus autem ignis eſt.Deum hunc & Iouis filium fuiſ/	
	ſe ex Iunone Veteres finxerūt:qui qum deformis natus eſſet:nec ei Iuno arriſiſſet:præcipi	
	tatus a Ioue fuit in Inſulam Lemnō:vbi a thetyde & Euthimone Oceani filia ſuſceptus ac	
	nutritus eſt:vno claudus pede ex caſu factus.Alii a ſimiis educatum volunt Deorum hic fa	
	ber fuit & Ioui fulmina ac cæteris diis arma contra Gigantes fabricauit:fecit monile Her	
	miones coronas Ariadnes Arma Achillis & Aeneæ aliaq; complura quæ ſupra ingenium	
	humanum fuiſſe exiſtimata ſunt:Non tamen ob hæc ad Deorum menſam admiſſus eſt: &	
	cum Ioui ſupplicaſſet ut ſaltem Mineruæ nuptiis iungeretur ab ea ſpretus eſt:Vnde Virgili	Virgilius
	us.Cui non riſere parentes:Nec deus hunc menſa Dea nec dignata cubili eſt.Poſt hæc Ve	
	nerem habuit vxorem.Cicero.Præter hunc alios duos Vulcanos commemorat Alterū Cæ	Cicero
Vulcanius a um.	li filium:alterum Nili qui ab egyptiis egypti cuſtos exiſtimatur.A vulcāo fit Vulcanius ad	
Velū	iectiuum:vnde Vulcaniam tellurem & Vulcanias inſulas dicimus.Itē a volo deducitur Ve	
	lum:quod vela ventis agitata volitare videantur. Varro tamen a vellere dictum mauult:	Varro
Velaria	quod ex Ouium velleribus fierent vela:quibus homines tegebantur: q̄uis nauium Vela ex	
Velabrū	lino:aut ſparto fierent.Item ea quibus theatra tegebantur:quæ & Velaria uocabantur.Pa	Papynius
Velatura	pynius.Iam Velaria linea Pluebant.Auelo velabrum dictum locus in urbe Roma iuxta a	
Auentinus	uentinum montem:q ratibus ac uelis eo veheremur:quidam tamen non a velo: ſed a veho	
Velatus	Velabrum:ſicut Velaturam pro vectura vocari exiſtimant. Item Auentinum. Nam olim	
Veles	mons iſte paludibus erat ab reliquis diſcuſſus:itaque eo ex vrbe aduehebant ratibus:vt Var	Varro
Velitaris	ro teſtatur.Sunt tamen qui Auentinum dictum ab auibus putent:quæ ſe ſe e tyberi in eum	
Velitor	locum recipiebant:vel a Rege Auentino Albano:quod ibi ſit ſepultus: vel ab aduentu ho/	
Velitatio	minum:quod cōmune latinorum omnium ibi Dianæ templum ſit conſtitutum.Ouidius	Ouidius
Aduelitatio	Luna reget menſes:huius quoque tempora menſis Sciuit Auentino Luna colenda iugo.	
Reuelo	Ab hoc fit velo verbum cum ſuis deriuatiuis:de quibus ſupradiximus quæ ſunt Velatus:Ve	
Reuelatio	les:Velitaris:Velitor:Velitatio:a quo Aduelitatio velitatim:Reuelo:a quo Reuelatio: &	
Velamen	præter ea velamen:quod modo pro veſte accipitur:modo pro quacunque re aliquid uelan	
Vexillum	te:& Vexillum:quaſi paruum velū pro ſigno:quo in exercitu:aut claſſe Imperatores vtū	
Vexilliferi	tur:vnde Vexilliferi:& Vexillarii dicuntur ſigniferi.Veſtem quoque a velando dictā.Var	Varro
Veſtis	ro exiſtimant:quod corpus velet:ſiue indumentum ſignificat. Virgilius.Nec nō threicius	Virgilius
Inueſtis	longa cum veſte Sacerdos:ſiue barbam:vnde Inueſtes imberbes appellamus: ſicut quidam	

volunt impuberes:vt econtrario Veſticeps dicitur puer:qui iam veſtitus eſt pubertate. Ab hoc fit Veſtiariũ locus:ĩ quo Veſtes uel ſeruant᷑:vł vẽdunt᷑ & Veſtiarius:q veſtiario p̃eſt:ac veſtes uendit:& Veſtiplicia mulier:quæ complicat ueſtes:& Veſtio verbum:& Veſtitus:& Veſtiſpicus:ac Veſtiſpica ſeruus:ſiue Ancilla cuſtodiens ueſtes.Et ueſtigium quod ueluti in dumetũ fit pedis.Eſt enim proprie ueſtigium impreſſio pedis ideſt ſignum quod a pede relinquitur.Virgilius.Et gradiens ima uerrit ueſtigia cauda.Veſtigium etiam ſignificat extremam partem inferioris pedis.Idem ueſtigia primi alba pedis:frontemq; oſtentans arduus albã.Item ueſtigium pro indicio ponitur:cuiuſcunq; rei:q͡ ſcilicet ueſtigia indicio ſint illic eum affuiſſe:cuius ueſtigia ſunt.Liuius.Pecuniam ex theſauris Proſerpinæ noctu clam ſublatam:nec ad quos pertineat facinus ueſtigia ulla indago:& perueſtigo:atq; inueſtigo quæ ſignificant quærendo inuenio.Cicero.Ipſa cunctatio:& quæſtio quottidie ex ſe gignit ali/quid:quod cum deſidioſa delectatione ueſtiges.Idem.Noſſe regiones:intra quas uenias:& perueſtiges:quod quæras.Terentius nihil:eſt tam difficile:quod quærendo ĩueſtigari nõ poſſit.Hinc Veſtigabundus:Veſtigator:perueſtigator:& inueſtigator deducuntur.Et Veſtimentum:quod ita a ueſte differt:quod ueſtis generaliter dicitur:ut Stragula forenſis muliebris.Veſtimentum uero particulariter: ut pallium tunica:penula.Iuriſcõſulti Veſtem difniunt eſſe quicquid induendi:præcingendi:amiciendi:inſternendi:tegendi: accubandi gratia paratum eſt.Alii nihil exiſtimant ueſtem a ueſtimento differre: & ueſtimenta dicunt eſſe non modo lanea: linea:bombycina:ſerica:ſed etiam Scortea frondea:Scirpea:Palea/ria & exquacunque materia facta ſint ad corpus tegendum.Multa earum genera ſunt: Vi/rilia:quibus ſoli uiri utuntur: Muliebria: quibus ſolæ mulieres: Puerilia: quæ ſolis pueris conueniunt:Familiaria:quibus utuntur ſerui atq; Ancillæ.Scenica:quibus Comoedi.Tra/gica:quibus Tragoedi.Citharoedica: quibus Citharoedi: Hiſtrionica:quibus Hiſtriones: Paraſitica:quibus paraſiti: & huiuſmodi alia pene infinita. Aliquando: quod a barbaris ſumpta ſint:barbara habent nomina:ut quæ a Parthis ſumpta ſunt:Saraballa dicũtur flu/xe ueſtes:& ſinuoſæ:quæ a germanis Renones:ueſtes pelliceæ:quibus in caſtris utũtur: quæ ab hiſpanis.Strigia.Plautus. Nudus eſt: iurat ſe triobolo Strigium oppigneraſſe: Quæ a Sardis Maſtrucæ.Idem.Maſtrucatus:& plenus puluere.Item quædam interius ſummuntur:ut ſubucula dicta:quod ea ſubter induamur: quædam exterius: ut ſuparus: ſiue ſupa/rum(utroque enim modo dicitur)quod eo ſuper induamur:Eſt autem togæ genus leuis at/que anguſtæ.Afranius.Puella non ſum Suparo ſi iduta ſum Lucanus Supara nudatos cingunt anguſta lacertos.Ponitur tamen aliquando Suparum pro ſinu: & rugatura panno/rum.Idem.Imaque pandens Supara uelorum perituras accipit auras.Induſium quoque interius ueſtimentum erat:quod mox ſupra ſubuculam ſumebatur dictum quaſi intuſtium Plautus.Induſiata:patagiata.Sicut pallium:& palla uocata ſunt: & foris ſupra induſium: ſiue Subuculam tunica:erat ueſtis apud Romanos quidem breuior:& ſine manicis. Nam his quæ manicas haberent:longiores prope uſque ad digitos:& propterea græco uocabu/lo Chiroditæ nominarentur:uti Romæ:atque in omni latio uiros indecorum fuit. Solis fœminis id genus longe lateque diffuſum conuenire exiſtimabant adulnas: Cruraque ad/uerſus oculos protegenda.Viri ſub Criſpas tantum:ac breuis tunicas ſumebãt citra hume/ros definentes:quod genus græci uocant ἐξωμίδας tunicas illas longas: & manicatas quaſi fœmineas Cicero & Virgilius exprobãt.Cicero.Manicatis ac Talaribus tunicis.Virgilius.Et Tunicæ manicas:& habent redimicula Mitræ.Plautus:Manuleatam tunicã ha/bere hominem decet?Horatius Malcinus tunicis dimiſſis ambulat:eſt qui Inguen ad Ob/ſcenum ſubductis uſque facetus.Quintilianus.Cui latus clauus non erit:ita cingatur:vt tu/nicæ prioris oris infra genua paululum:poſterioribus ad medios poplites uſque perueniãt Nam infra mulierum eſt:ſupra Centurionum.Erat & aliud genus tunicarum:quibus antiqui Romanorũ utebant᷑:quas colobia vocitabãt:quod manicis eſſent mutilata Nã græci κολοβον truncum:ac mutilatum dicunt.Item alia tunica adaſus dicta:quæ ab humeris non erat conſuta.A tunica fit tunico verbum:hoc eſt ueſtio.Varro.Hæc lanigeras deton/deri docuit:tunicareque homulum:eius paſſiuum eſt tunicor:vnde tunicati dicuntur modo qui tunicas induti ſunt:modo expediti:& nullam aliam ſupra tunicam ueſtem habentes: quales dum ruri ſumus incedere ſolemus.Iuuẽalis.Tunicati fuſcina Gracchi.Martialis.O ſoles o tunicata quies Dicta autem tunica eſt:ut Varro ſentit:quod corpus tueatur.Amphimala tunicæ erant Gauſapinæ ex utraque parte uillos habentes:quæ & Gauſapia diceban/tur.Patauii ex lanis eius regionis:quæ mediocres ſunt:texi olim ſolita Recta tunica ita contexta erat:ut ueluti rigens ſtaret:hac tirones & nouæ nuptæ ſimul cum toga pura induebantur.Prima hanc contexuit Tanaquil:quæ & .C.Cecilia uocitata eſt:cuius lanam cum colo: & fuſo in templo Anci Martii longo tempore duraſſe tradit.Varro.Ideoque a Romanis

Virgilius
Cicero
Idem
Terentius
Plautus
Idem
Afranius
Lucanus
Idem
Plautus
Cicero
Virgilius
Plautus
Horatius
Quintilia.
Varro
Iuuenalis
Martialis
Varro
Tanaquil
C.Cecilia
Varro

Veſticeps
Veſtiarium
Veſtiarius
Veſtiplicia
Veſtio
Veſtitus
Veſtiſpicus
Veſtiſpica
Veſtimentum
Virile ueſtimẽtũ
Muliebre ueſti/mentum
Puerile ueſtimẽ/tum
Familiare ueſti/mentum
Scenicum ueſti/mentum
Tragicum ueſti/mentum
Citharedicũ ue/ſtimentum
Hiſtrionicũ ueſti mentum
Paraſiticum ue/ſtimentum
Saraballum
Renones
Strigia
Maſtrucæ
Subucula
Suparus
Suparum
Induſium
Pallium
Palla
Tunica
Chirodita
Manuleata
Colobium
Adaſus
Tunico
Tunicor
Tunicatus
Amphmiala
Gauſapa
Tunica recta

Chalaſis Inſtitutum:ut nubentes Virgines comitaretur colus compta: & fuſus cum Stamine Chala
ſis tunicæ genus erat:ut quidam putant:quod græci χαλάσαν vocant a laxitate.Alii di/
cunt nodum eſſe tunicæ muliebris:quo connexa circa ceruicem tunica ſubmittitur. Supra
Toga tunicam uaria ueſtimentorum genera ſumebantur.In primis Toga propria Romanorum
Togati a qua Romani Togati dicuntur.Virgilius.Romanos rerum dominos:gentemq; Togatã Virgilius
Vnde ante ambulones hoc eſt hi:qui principes Ciuitatis in forum officii gratia deducebãt
ac deinde domum reducebant:quoniam id togis amicti faciebant:Togati uocabantur.Iu/ Iuuenalis
Togatuli uenalis.Turbæ rapienda togatæ.Martialis.At tibi non multum eſt: vnum ſi præſto toga/ Martialis
Epitogium tum.Hi per diminutionem etiam Togatuli uocabantur.Item a toga Epitogium dictum
Epirhedium pallii genus:quod ſupra togam ferebatur:compoſitum nomen a latino & peregrino:ſicut
Epirhedium ex duobus peregrinis hoc eſt ἐπὶ græca præpoſitiõe:& rheda uocabulo gal
lico:quod ſignificat uehiculum.Cicero.Quod ſi tuam heri rhedam non habuiſſe;: varices Cicero
habere.Iuuenanis.Trito ducunt Epirhedia collo. Non diſſimile eſt huic aliud uehiculi ge/ Iuuenalis
Benna nus:quod eadem lingua Gallica Benna appellatur: vnde cõbennones dicuntur in eadem
Combennones Benna ſedentes.Item togatæ uocatæ ſunt Comoediæ:quæ ſcriptæ ſunt ſecundum ritus: &
Togatæ habitum hominum togatorum:hoc eſt Romanorum:ſicut græcas fabulas ab illorum habi
Comoediæ tu palliatas appellamus:& enim græci ſupra tunicam pallium ferebant:Romani frequenti
Palliatæ us togam propter:quod a tegendo toga uocitata eſt.Pallium quod palam ſit:& foris:qum
Toga ſub eo tunica eſſet.Quoniam uero in pace dumtaxat togæ uſus erat:nam in bello depoſita
Pallium toga ſeu pallio chalamydem aut lænam:aut aliud militaris ueſtimenti genus ſumebant: fa/
ctum eſt:ut toga interdum metaphorice pro pace ſumatur:ſicut arma pro bello.Cicero.Cæ Cicero
dant arma togæ:concedat laurea linguæ.Plynius.Vt dubium ſit toga ne an bello p̄ſtãtior Plynius
fuerit In foro autem maxime togis uti uiri ſolebant. Nam principio Cõmunis hæc ueſtis
fuerat tam marium:q̃ fœminarum.Varro.Quas nunc in foro prius etiam in lecto habe/ Varro
bant togas.Ante enim fuit commune ueſtimentum:& diurnum & nocturnum & mulie/
bre & uirile:Poſtea uiris tantum relictus eſt togæ uſus:ſolæq; adulterii damnatæ mulieres Iuuenalis
ignominiæ ergo eam induere cogebantur.Iuuenalis.Talem non ſummet damnata togam Martialis
Martialis. Coccina famoſæ donas:& Iãthina moechæ. Vis dare quæ meruit munera:mit
Prætexta toga te togam.Togarum uaria genera erant.Imprimis toga Prætexta:quæ a uirili diſtinguebat̃
quoniam Prætexta duxtaxat adoleſcentes utebantur fere uſque ad ſextumdecimum annũ
deinde uirilem togam ſumebant.Seneca.Quantum credis me accepiſſe gaudii qum depo/ Seneca
ſita Prætexta ſumpſiſti uirilem togam.Cicero.Ego aũt a patre ita eram deductus ad Sceuo Cicero
lam ſumpta uirili toga:ut quoad poſſem:& liceret:a ſenis latere nunq̃ diſcederem:fuit ta/
men tempus:quo Prætexta non adoleſcentes:ſed uiri qui magiſtratum gererent utebantur
Quippe Tullus hoſtilius Romanorum Rex tertius debellatis ethruſcis Sellam curulem li/ Tullus hoſ/
ctores & togam pictam atque prætextam:quæ inſignia magiſtratuum Ethruſcorum erãt. tilius
Romam tranſtulit:Sed poſtea Tarquinius demarati filius quintus Romanorũ Rex:qum Tarquinius
de Sabinis egiſſet triumphum:quoniam eo bello filius eius annos quatuordecim natus ho
ſtem manu percuſſerat:& pro contione illum laudauit:& Prætexta ac bulla aurea donauit
inſigniens puerum ſupra annos fortem præmiis uirilitatis:& honoris.Nam ſicut Prætex/
ta magiſtratuum:ita bulla triumphantium geſtamẽ erat.Genus ſane togæ erat Prætexta: cui
Bulla purpura prætexebatur.Bulla autem inſigne aureum: uaſculi forma:quod triumphantes an
te pectus gerebant incluſis in eo remediis:quæ aduerſus inuidiam:& omnia ueneficia puta/
Alexicacum bant ualentiſſima eſſe:hoc genus remedii græci ἀλεξικακον:a depellendis malis dicunt
Amuletum quemadmodum Hercules Alexicacos uocitatus eſt ab eo: quod defenſor eſſet hominum.
Amula Nos a præbendo:ut ſit tutus:qui id in collo gerit: Præbium:& ab Amula amuletum uoca/
mus.Amula quippe uaſculi genus eſt:quod religionis:& expiandorum malorum gratia ge
Cyclaminum ſtatur dictum quaſi amola amoliendis periculis.Plynius.Infantibus alligat̃ Succinũ amu Plynius
leti ratione formam uaſculi habens.Idem.Vua aminea pro amuleto utuntur.Ide;.Cycla/ Idem
mini radix contra Serpentes omnes folia habet minora:q̃ hereda:ingriora & tenuiora ſi Idem
Tuber terræ ne angulis:in quibus albicant maculæ:caulæ exiguo inani:floribus purpureis:radice lata:ut
rapum uideri poſſit:cortice nigro:naſcitur in umbroſis.A noſtris Tuber terræ uocatur her
Panis porcinus ba in omnibus ſerenda domibus:ſi uerum eſt:vbi ſata ſit nihil nocere mala medicamenta:
Hæc eſt quam uulgo Panem porcinum uocant repræſentans ebrietatem:propterea ea ad
piſces capiundos utuntur radice tuſa:in amnem coniecta.Idem.Fel Canis nigri maſculi a/ Idem
muletum eſſe dicunt domus totius.Idem.Scarabæorum cornua grandia Denticulata:ad Idem
alligata infantibus amuleti naturam obtinent.Idem. Corallium religioſum inprimis eſſe Idem
geſtamen exiſtimant a moliendis periculis. Bullam ergo amulam eſſe manifeſtum eſt di/
ctam a ſimilitudine eius bullæ:quæ ſpiritu in aqua excitatur præcipue dum bullit: figura ro

tundæ a qua qum mox deficit:notiſſimum illud ueriſſimum Prouerbium eſt Homo bulla Prouerbium
Nulla certe fieri uerior comparatio potuit ad uitæ humane fragilitatem oſtēdendam. Nā Homo bulla
quod aliqui bullam απο της. βουλης:hoc eſt a conſilio deductam uolunt:plenum in/
Idem ſaniæ eſt. Ab hac bulla fit Bullo: verbum:quod ē bullas facio. Plynius. Mala ſigna ſunt uri Bullo
næ bullantis:& craſſæ. Et Bullula diminutiuum:& Bullio uerbum:quod ē ferueo:& Ebul Bullula
lio eiuſdem ſignificationis:a quo Ebullitio feruor. Prætextæ igitur:& bullæ geſtandæ mos Bullio
a priſci tarquinii filio deductus eſt. Alii tradunt eūdem priſcum:qum ſtatum ciuitatis ordi Ebullio
naret inſtituiſſe:ut patriciorum filii bulla aurea uterentur:& toga:quæ purpura prætexitur Ebullitio
Hi tantum quorum patres Ciuilem magiſtratum geſſiſſent:ceteris prætextam tantum in/
dulſiſſe uſque adeos:quorum parentes equo ſtipendia iuſta meruiſſent. Interiecto deinde
tempore etiam libertinis conceſſum:qui ex iuſta dumtaxat matre familias nati fuiſſent:ut
prætextam & Lorum in collo pro bullæ decore geſtarent. Lorum proprie corigia eſt ex co Lorum
rio:quam græci ιμαντα vocant. Ideo ponitur pro cingulo:vnde poetæ Balteum Vene/ Balteus
ris:qui ceſtus dicitur:Lorum appellant hinc Loripedes uocātur:qui pedum in modum lo/ Cæſtus
Iuuenalis ri tardum habēt. Iuuenalis. Loripedem rectus derideat:æthiopem albus Lora etiam habe/ Loripes
nas uocamus:& retinacula iumentorum. Item Zonas:ac uolumina ex corio bubalo: qui/
Papynius bus pugiles utebantur. Papynius. Et nigra gerebat lora manu. Præterea quæcunq; ligami/
Hierony/ na lora dici poſſunt. Et Loramenta ligamenta etiam:quæ ex tabulis fiūt. Hieronymus. Lo Loramenta
mus ramento ligneo circumdatum ædificii fundamentum non diſſoluetur. Ab hoc lorum etiā
pro corigia accipitur:qua homines uerberantur:unde Lorarii dicebātur:qui in Scenicis fa Lorarii
bulis parebant his:qui ludis erant præfecti:& uel uinciebant: uel cædebant eos: quos iuſſi
erant uincire:uel cedere. Tortores quoq; Lorarios uocatos inuenimus. Item Lora dicunt
Martialis corrigiæ:quibus lecti & ſellæ inſtruuntur ſuper quibus tomenta uel culcitræ imponuntur.
Martialis. Nouis Linteis loriſq;. Hinc etiam funiculus aureus argenteus ue:qui collo geſta
ri ſolet:lorum appellatur: A loro lorica dr̄ munimentū corporis:quale in Imperatorū an/
tiquiſſimis ſtatuis uidemus:quod ſi in numīe ſit: Aegis ægidis dicitur:habetq; in medio ca/ Aegis
Virgilius put meduſæ. Veteres e loris decorio crudo pectoralia faciebant. Virgilius. Cui pellis latos
humeros erepta Iuuenco Pugnatorem operit Poſtea ex annulis ferratam inſtituere. A lori Lorica
ca fit Lorico uerbum:quod eſt Loricam in duo capitur etiam pro armo. Ab eo compoſitū Lorico
Cicero fir dilorico:quod eſt diſcindo. Cicero. Qui in cauſa per oranda non dubitauit reum exci/ Lora loræ
re conſularem:& eius deloricare tunicam. Lora uero fœminino genere genus potionis eſt:
quam græci deuteriam appellant:quaſi ſecundariam nam δευτερον apud eos ſecundū Deuteria
dicitur. Non poteſt iure uocari uinum: q̄uis interuina operaria numeretur. Tria eorum ge
nera. Primum decima parte aquæ addita q̄ muſti expreſſa ſit:& ita nocte & die madefa/
ctis uinaceis:rurſuſq; prælo ſubiectis. Secundum tertia parte eius: quod expreſſum ſit: addi
ta aquæ expreſſoq; decocto ad tertias partes. Tertium fecibus uini expreſſum:quod fecatū Fecatum
Cato Cato appellat. Sunt qui exiſtiment a Romulo ingenuis pueris tributum:ut cordis figuram
in bulla ante pectus adnecterent:quam inſpicientes ita demum ſe eſſe homines cogitarent:
ſi corde præſtarent. Togam uero prætextam ea ratione aduinctam: ut ex purpuræ rubore
ingenuitatis pudorem præſe ferrent. A prætexta prætextati dicti:qui prætexta utuntur: ſi/ Prætextatus
cut a toga togati. Prætextati autem ſunt q̄diu uirilem togam nō ſumpſerunt. Hi pro male
factis non ſoluebant mulctam:ſed Anguillarum tergoribus uerberari ſolebant. Nefas au Anguillarum ter
tem his erat obſcoeno uerbo uti:ideo prætextum appellabant ſermonem:q nihil obſcoeni gora
tatis haberet prætexta pulla nulli alii licebat uti:q̄ ei:qui funus faciebat. Primus autem præ
textati cognomentum adeptus eſt papirius puer. Mos olim ſenatoribus erat incuriam cum
prætextatis filiis ingredi:quotiens in Senatu de re aliqua acturi eſſent: quod ſi inpoſterum
diem prolata res foret: Placuit ne quis rem ſuper qua ſermo habitus foret:nuntiaret priuſ/
q̄ decreta eſſet. Mater papyrii qui cum patre in curia fuerat quod nam in Senatu actum a
patribus foret: filium rogat. Ille nefas eſſe id dicere reſpondit fit illa cognoſcendi quid ac/
tum eſſet:auidior:filiumque importunius urget. Tum ille actum in Senatu confingit. Vtrū
rei publicæ utilius uideretur unus ne:ut duas uxores haberet:an ut duobus una nupta eſſet
Ea re intellecta mulier domo egreditur:rem cæteris narrat. Poſtridie magnus matrum fa/
milias numerus ad Senatum confluit:omneſque fluentibus lachrimis obſecrant una po/
tius ut duobus nupta ſit:q̄ ut vnus vir duas habeat uxores. Admiratur Senatus rei nouita/
tem ac Stupet. Tum puer Papyrius rem aperit. Senatus fidem atque ingenium pueri exo/
ſculatus Conſultum facit ne quis poſt hac puer cum patre curiam introeat præter vnum pa
pyrium:eique publico decreto Prætextati indit cognomen:ob tacendi loquendiq; in præ
texta ætate prudentiam. Id poſtea cognomen in omnem eius familiam tranſlatum fuit. Itē
a prætexta Prætextæ Dictæ ſunt fabulæ. Horatius Vel qui prætextas:uel qui docuere toga Prætextæ

tas. Togatarū enim Fabularum ſpecies tot pene ſunt quot palliatarum. Primæ ſpecies præ/
textæ dicuntur: in quibus Imperatorum negocia agebantur & publica: Regeſque romani
uel duces inducebantur perſonarum dignitate pene tragoediis ſimiles: dictæ prætextæ: qđ
in his fere regum aut magiſtratuum acta compræhenduntur: qui principio prætexta Toga
utebantur. Secunda ſpecies eſt togatarum: quæ Tabernariæ dicuntur: humilitate perſona/
rum: & ſimilitudine argumentorum Comoediis pares: in quibus non magiſtratus: reges ve
ſed humiles homines: & priuatæ domus inducuntur uocatæ Tabernariæ: quod olim tabu/
lis domus communiter tegerentur. Tertia ſpecies Atellanarum fabularum: quæ a Ciuita/
te Oſcorum Atellana: in qua primum coeptæ ſunt: Atellanæ ſunt dictæ argumentis dictiſ/
ꝗ iocularibus ſimiles Satyricis fabulis græcis. Quarta ſpecies Planipedes græce dicitur.
Mimus. Ideo enim latinæ Planipes uocatur: quia actores pedibus planis ideſt nudis pro/
ſcenium introibant: non: ut Tragici actores cum Coturnis: neque ut Comici cum ſoccis:
quod olim non in ſuggeſto Scænæ: ſed in plano Orcheſtræ poſitis inſtrumentis Mimicis ac
titabant. Togata prætexta a Tragoedia differt: quod in Tragoedia heroes introducuntur
ut Pacuuius. Tragoedias heroicis nominibus inſcripſit. Horeſten: Chryſen: & his ſimilia.
In prætexta autem introducunť magni uiri: inſcribunturque brutus: Decius: Marcellus: &
huiuſmodi. Togata tabernaria a comoedia differt: quod in Comoedia græci ritus inducū
tur: græceq; perſonæ: in illa uero latinæ. In hac maxime excelluiſſet afranius: niſi argumen
ta fœdis puerorum a moribus inquinaſſet. Atellana Satyrica differt: quod in Satyrica fere
Satyrorum perſonæ introducuntur: aut ſi quæ ſunt ridiculæ ſimiles Satyris. In Atellana ob
ſcenæ turpeſque perſonæ Mimus eſt ſermonis cuiuſlibet ſine reuerentia: uel factorum cum
laſciuia imitatio dictus quaſi ſolus ſolus imitetur μιμοῦμαι imitor Nam & ſi alia poe/
mata idem faciant ſolus tamen mimus quaſi priuilegio quodam quod fuit comune poſ/
ſedit. Mimus etiam hiſtrionem ſignificat ꝙ mores geſtus ac naturas hominum imiteť. To/
gæ Præterea alia quoque genera erant. Toga regia: quæ & vndulata dicebatur: qua Serui/
us Tulius Romanorum Rex uſus fuit facta primo a. C. Cecilia: & dicta Vndulata ab un/
darum ſimilitudine: quemadmodum ſupradiximus. Toga pura: quæ non erat obſita: non
fuliginoſa: non maculam habēs: Induebanturque ea ſacerdotes ad ſacrificium: & nouæ nu/
ptæ: & Tirones: qum ſacramento militiæ obſtringebātur. Toga picta: in qua aliquæ figuræ
intextæ ſeu pictæ erant. Nam picturam Homeri temporibus fuiſſe indicio eſt: quod picta/
rum ueſtium mentionem facit. Homerus τὴν δ᾽ αυρεν μέγαρῳ ἡ δὲ μέγαν ἰσον
υφαιμῳ διπλακα μαρμαρεον πολεας δενεπασσεν ἀέθλοις τρώωνθ
ιπποδαμον καὶ αχαιων χαλκοχιτώνων. Hanc inquit inuenit in atrio: hæc ma
gnum telum texebat duplex marmoreum: multa autem pingebat certamina. Troianoꝝ do
mitorum equorum & Achiuorum æneas habentium ueſtes Qui picturam uolunt Homeri
tempore non fuiſſe in uſu υνεπασυν exponunt non pingebant ſed intexebat: Toga So
riculata: quæ uariis conſerta coloribus erat. Varro. Vermiculata; ac Soriculatam ueſtem
dicta a conſerendo Nam & Sorilla nauigia iſtrica uocantur: quod lino ac ſparto cōſeranť
& condenſentur. Toga raſa Phrygiaque: quæ nullos habeat uillos: acuque texitur & a græ
cis fœminino genere γάλβανη: a nobis neutro Galbanum dicitur a colore albo ac ſub
lucido. Iuuenalis. Et Galbana raſa: a quo Galbanatus dicitur Galbano indutus. Et Galbi/
nus mollis laſciuus. Martialis. Galbinos habet mores: Et Galbaneus mali odoris: & Gal/
beum genus ornamenti muliebris. Galbanum arbor eſt Syriein Amano mōte ſimilis fe/
rulæ reſinam producens puram tranſlucidam: ſimilem Amoniaco candoræ: quæ lomento
& Sagapeno hoc eſt lachrima ferulæ obnitoris ſimilitudinem adulterari ſolet. Acu facere
huiuſmodi ueſtes Idæi phryges inuenere. Ideoq; appellatæ ſunt Phrygianæ: & qui eas fa/
ciebant Phrygiones dicti. Plautus. Stat fullo Phrygio aurifex lanarius. Hæc in uſu diui Au
guſti temporibus cœpere. Phrygia minoris Aſiæ prouincia eſt. A Phrygio amne: qui illa;
a Caria diuidit: ſic cognominata uel ut alii uolunt a Phrygia Cecropis filia in hac eſt Dar
dania a Dardano Iouis filio appellata: a quo Dardanidæ poſtea a Troe Nepote hoc eſt
filio Ericthonii filii Dardani troya nuncupata. Toga Crebra papauerata aliquanto an/
tiquior fuit. Si quidem a Lucillio pœta in Torquato notata eſt: Dicta crebra a ſpiſſitudine
Papauerata a colore candido Genus eſt Papaueris albi ſatiui: cuius ſemen toſtum in ſecun
da menſa cum melle apud antiquos edebatur: & eo panis ruſtici cruſtæ cū ouo infundebā
tur: hoc præcipuum quendam candorem lina & lanæ contrahunt. Eadem Toga & ſpiſ/
ſa dicebatur. Toga rara contraria cræbræ Martialis. Lis nunquam Toga rara: mens quie/
ta. Eadem per diminutionem & Ralla dicebatur. Plautus. Toga Ralla: tunica ſpiſſa. Erat
& alia Toga regia auro & purpura intexta: qua ſoli reges: & augures utebantur: eadem/
que Trabea uocabatur. Virgilius. Ipſe Quirinali Lituo paruaque ſedebat Succinctus

Togatæ Tabernariæ · Taberna · Atellanæ · Atellana urbs · Planipedes · Mimi · Mimus · Toga regia · Toga undulata · Toga pura · Toga picta · Toga Soriculata · Sorilla nauigia · Toga raſa · Phrygia · Galbanum · Galbanatus · Galbinus · Galbaneus · Galbeum · Galbanum · Phrygianæ ueſtes · Phrygiones · Toga Crebra · Papauerata · Papaueris · Toga ſpiſſa · Toga Ralla · Toga regia · Trabea

Seruius Tulius · Homerus · Varro · Iuuenalis · Martialis · Plautus · Lucillius · Martialis · Plautus · Virgilius · Plautus

Trabea: Læuaque ancile gerebat Et Regilla ac Baſilica: quibus ſimiliter reges vteban/tur. Plautus. An Regillam an Baſilicam induam an Mediculam? Toga Triumphalis: qua imperatores triumphantes vtebantur. hæc picta erat & Togæ Iouis ſimilis & palmata ſiue palmaris dicebať: qđ ea vtebantur q palmam hoc eſt victoriam meruiſſent. Martial. Palmatæq; ducem ſed cito redde togæ. Flammea toga ſiue flammas: qua boni ominis gra/tia ſponſæ vtebanť: ut inferius dicemus. Attalica toga: in qua aurum erat intextum: quod Attalum Regem in Aſia inueniſſe conſtat: ex quo ſumpſit nomen. Toga babylonica in q̃ diuerſi erant picturæ colores: quam babylon maxime celebrauit. Toga polymita: quæ plu rimis liciis contexta eſt. Græci μίτον filum vocant: quod nos Licium dicimus: A quo μο νόμιτα dicuntur: quæ vno licio cõſtant: δίμιτα: quæ duobus: τρίμιτα: quæ tribus: πολύμιτα quæ pluribus: hoc genus togæ alexãdria primum inſtituit. Alterũ eius genus eſt: quæ cubicularia polymita dicitur: de qua Martialis. Hæc tibi Memphitis tellus dat mu/nera: victa eſt pectine Niliaco iam Babylonis acus. Toga Scutulata: quæ Iſtriæ Liburniæq; & aliis huiuſmodi pilis potius q̃ lanis texta erat: & ſcutulis quibuſdã vndulatæ ſimilis. hãc prima gallia inuenit. Scutula aliquãdo ſerpẽtis genus eſt in Africa: aliquãdo vaſculi genus rotundi cõcaui. Martialis. Sic implet Gabatas: Paropſideſq; & læues Scutulas: cauaſq; lan ces. Lucillius. Et Scutulãq; ligneã i cerebrũ fixit: Huius diminutiuũ ẽ Scutella. Cicero. Col/locemus in culcitra plumea: pſaltriã adducamus: demus ſcutellã: dulciculæ potionis aliquid prouideamus & cibi nonnunq; ſignificat haſtam teretẽ: qua lina tunduntur. Quapropť & exigua haſtula: in qua Lacedæmonii mẽbranam inuoluẽtes litteras ſcribebant: Scutula vo cabatur. Id genus erat furtiuarum litterarum. Nam reuoluta ex trunco membrana litteras truncas mutilaſq; reddebat membraq; earũ ſpargebat in partes diuerſiſſimas: adeo ut nõ ni ſi implicata in eodem ſurculo mẽbrana legi poſſent. huiuſmodi epiſtolam Lacedæmonii σκυτάλην: hoc eſt Scutulam vocant. A Scutula igitur qñ vaſis genus eſt Scutulatæ veſtes appellatæ: qđ orbibus quibuſdam quaſi ſcutulis depictæ ſunt: Cærulea indutus Scutulata aut galbana raſa. Toga forenſis: quam ad forum proficiſcẽtes ſumebãt. Apuleius. Forenſi toga indutus accũbebat. Hæc & neutro genere Forenſia vocabãtur. Idem. Sumpſit pallium forenſia domi reliquit. Suetonius de Auguſto. Forenſia & calceos nunq̃ non intra cubicu lum habuit Toga triclinaris: cum qua diſcũbere in cõuiuiis ſolebant: hæc & cœnatoria di/cebãtur. Martialis. Cœnatoria mittat aduocato. Idem de cœnatoriis. Nec fora ſũť nobis ſed nec vadimonia nota: his opus eſt pictis accubuiſſe thoris. Vocabantur etiam recidipna compoſito ex vtraq; lingua vocabulo. Reciniũ enim apud nos eſt veſtis antiquiſſima qua/drata: ut Varro refert: cuius mediã partem retrorſum iaciebant: Vnde Reciniati Mimi di/cebantur. δεῖπνον vero apud græcos cœnam ſignificat. Itaq; Recidipna dictæ ſunt ve/ſtes: quas vocant Cœnatoria. Iuuenalis. Ruſticus ille tuus ſumit Recidipna Quirine. Ea/dem etiã triclinaria dicũtur. Plynius. Metellus Scipioni Triclinaria Babylonica ſeſtertiũ octuaginta milibus veniſſe iam tũc imponit in capitalibus criminibus: quæ Neroni princi pi quadringẽtis milibus ſeſtertium nuper ſtetere. Præter togam alia quoq; veſtimẽtorũ ge/nera in vſu fuere: Pallium ſupra tunicã ſereno tempore ſumebať: veſtis erat honeſtior lon/ge lateq; diffuſa & viris mulieribuſq; conueniẽs: Cuius diminutiuũ eſt Palliolũ: qđ ſignifi cat breuius Palliũ ad caput tegendum: Vnde Palliolatim aduerbium. Plautus. Palliolatim amictus ſic inceſſi ludibundus: & Palliolatus hmõi palliolo indutus. & Palliaſtrum rude Palliũ & vile. Apuleius. Ecce Socratem cõtubernalem meũ conſpicio: humi ſedebat ſciſſi/li palliaſtro ſemiamictus: & Pallio verbũ: quod pro cælo accipiť. Apuleius. Nec palliari tã aperta res poteſt. Palla vero duntaxat muliebre veſtimentũ eſt ad veſtigia vſq; demiſſum. Virgilius. Pro longæ tegmine Pallæ Tigridis exuuiæ per dorſum a vertice pendet. Idem. Pallam ſignis auroque rigentem. Plautus. Pallam ad Phrygionem fert confecto prandio. In gallia tamen viri quoque Palla vtebantur: ſed breuiore. Martialis. Dimidiaſque nates Gallica Palla tegit. Nebulo vero ſeu pluuio tempore pro pallio penulam ſupra tunicam ſumebant. Pomponius. Penulam in caput induce ne te noſcat. Quintilianus. Galbæ pe/nulam roganti: Non poſſum commodare inquit: domi maneo: qum cœnaculum eius per plueret. Idem. Galba penulã roganti: reſpondit non pluit: non eſt opus tibi: Si pluit ipſe vtar. hæc ſi e pellibus eſſet Scortea: ut ſupra diximus: vocabatur: Scorta enim veteres pelles nominabant. Martialis. Ingrediare viam cælo licet vſque ſereno. Ad ſubitas nũquam Scor tea deſit aquas. Erat etiam Penula Gauſapina candida ac villoſa: qua per æſtum vteban/tur. Idem. Is mihi candor ineſt: villorum gratia tanta eſt: ut me uel media ſumere meſſe velis. Abuſiue tamen Penula pro omni eo: quod tegit: Penularium quaſi theca eſt: & vagina Penula: ſiue locus: in quo Penulæ reponuntur. Peniculamentum vero non a Pe/nula dicitur: Sed a Pene quod proprie caudam ſignificat propter quod pudenda viri ho/

Martialis | Attalus | Martialis | Martialis | Lucillius | Cicero | Apuleius | Suetonius | Martialis | Idem | Varro | Iuuenalis | Plynius | Plautus | Apuleius | Idem | Virgilius | Idem | Plautus | Pompeius | Quintilia. | Idem | Martialis | Idem

Regilla | Baſilica | Toga Triũpha/lis | Toga palmata | Toge palmaris | Attalica toga | Toga babylõica | Toga polymita | Cubicularia po/lymita | Toga ſcutulata | Scutula | Scutella | Toga forenſis | Forenſia | Toga triclinaris | Cœnatoria | Recidipna | Recinium | Reciniati Mimi | Triclinaria | Pallium | Palliolum | Palliolatim | Palliolatus | Palliaſtrum | Pallio | Palla | Penula | Scortea | Penula gauſapi na | Penularium | Peniculamentũ | Penis

neſtiore vocabulo penem quaſi caudam appellamus. Eſt autem Peniculamentum pars
veſtis: quæ terram attingit. Ennius. Pendent Peniculamenta vnum ad quemque pedum. Ennius
Penita offa A pene etiam Penitam offam dicimus: offam porcinam cum cauda. Et Peniculos ſiue Pe
Peniculus nicillos. Item neutro genere Penicula & Penicilla: quibus calciamenta detergunt. Itē qui/
Pencillus bus pingūt: q̄m ex caudarum extremitatibus fiūt. Item quibus albariū tectorio inferūt: qui
Peniculum dicunt̃ Tectorii peniculi. Plynius. Setarū ex iis e penicillis tectoriis cinis cū adipe tritus. Itē Plynius
Penicillum quibus vulnera ſtipātur: uel ideo ne claudant̃: uel ut aperiātur magis: ut ſunt Penicilli ex lin
Penicillus tecto teolis cōcerptis ex medulla ſambuci: & ex ſpongia. Idē. Tum Penicillo vulnus apertum oē Idem
rius præterea quo ad aliquid mūdandum illinendumue vtimur: Peniculum ſeu Penicillū voca/
Penicillus mus præſertim ſi ex ſpongia factū ſit. Terētius. Quid ignaue Peniculon pugnare: qui iſtuc Terētius
Spongia huc portes cogitas? Plynius. Eſopumq; cū myrrha calidum Penicillo illitū. Item Spongiæ Plynius
genus eſt molliſſimū: qui Penicillus appellatur: ex quo fiūt Penicilli. Tria enim genera ſpō
giarum ſunt: ſpiſſum ac prædurum & aſperum: quod Tragos vocatur: quidā has fœminas
Achilleum putant maioribus fiſtulis. Spiſſum & minoribus fiſtulis ac mollioribus quos credunt ma/
Penicillus res & Achilleum nominatur: q vſus eo in vulnere curando fuerit Achilles: & molliſſimum
qui dicitur Penicillus. Spongias antiqui ī delitiis habuerūt: ſtrigilum vice linteorumq; illis
vtentes ad diſtringenda ac mūdāda corpora. Quapropē purpura tingebant eas: alias cura
cādidas faciebāt tinctas per æſtatem ſalis ſpuma ad lunam: & pruinas ſternentes inuerſas:
ut candorē biberent. Menſas etiā his tergere mos erat. Martialis. Hæc tibi ſorte datur tergē Martialis
dis ſpongia menſis. Vtilis expreſſo qum leuis imbre tumet. Animal hoc eſſe ex aquatilium
genere exiſtimant: aliq; conchis & piſce & limo. Intellectum in his eſſe apparet: quoniam
vbi auulſorem ſentiūt cōtrahūtur: & multo difficilius ex petris in quibus naſcūtur omnes:
auulſæ relinquunt in petris veluti cruoris veſtigium: atq; ex his quaſi radicibus molliores pe
Aplyſiæ nicilli recreſcunt. Peſſimum genus carū ē: quæ Aplyſiæ vocātur quia erui nō poſſunt. Aply
Plynius ſium enī illotum dicimus ab α priuatiua particula: & πλυνω lauo: a quo Plinio Vero/
nenſi inditum nomen putamus. Viuunt longiſſimo tempore: & ob hoc maxime proſunt
corporibus: quia noſtro ſuū miſcent vſus earum ad abſtergenda: fouenda: operienda in fo
mentis p̄ſertim: dum aliud remouetur: aliud imponit̃. Infinitæ pene earum vtilitates ſunt.
Impluuia Polybius ſcribit Penicillo ſup ægrum ſuſpēſos quietiores facere noctes. Impluuia quoque Polypius
Pluuiale veſtis erat: qua ſacerdotes per imbrem vtebantur. Pluuiale nunc vulgo appellatur. Varro. Varro
Lanerum Salium quoq; ſereno tempore Impluuia amictum fuiſſe criminabātur Lanerum genus ve/
Amictorium ſtimenti erat ex lana ſucida confectū vnde habet nomen. Amictorium veſtimentum puella
Chlamys re cādidum ac ſubtiliſſimum ex lino: de quo Martialis. Mammoſam metuo: teneræ me tra
de puellæ vt poſſint niueo pectore lina frui. Chlamys veſtis militaris ē pallio pene aduerſa
qum breuior multo: atq; arctior ſit. Plautus. Puer cape Chlamydē: & da pallium. Tū hoc Plautus
Clamydem hanc tene: ut ſi hæc vera non ſint: rurſus depoſito eam ſumam atq; inceptum
itiner perficere exequar. Idem. Cape ſis puer hoc pallio palliū: & da Chlamydem: ut habeā Idem
Chlamydula Ab hoc fit Chlamydula. Idem. Tu ſume Chlamydulam. Primus Numa Romanorum rex Idem
Chlamydem in vſum recepit. Nam qum legati Iſaurorum ad eum veniſſent: viſis illorū ve Numa
ſtibus ſumpſit Chlamydem: coniunxitq; veſtem regiam cum Senatoria non foris: ſed intus
purpura poſita: ut ex vtraq; vna conficeretur. Tranſlata poſtea hæc veſtis fuit in vſum mili
Prouerbium tarem. Virgilius. Sidoniam picto Chlamydem circūdata limbo. De hac Celebre prouer/ Virgilius
Siloſontis chla/ bium eſt. Siloſontis Chlamys: qd̃ de his dicitur: qui iactant ſe magnificentia veſtimentorū
mis quoniam Siloſon qum in exilio eſſet: veſtem habebat inſignem: ac ſumptuoſam: quā qum
Dario nondum Regi dono miſiſſet: is poſtea regno potitus ac beneficii memor natali ſo/
Chlamydatus lo eum reſtituit. A Chlamide Chlamidatus dicitur. Plautus. Quis hic homo Chlamydatus
eſt: aut non eſt: aut quem quæritat peregrina facies videtur hominis atq; ignobilis. Pallium
Paludamētum noſtri Paludamentum vocant: quāuis hoc etiam pro ornamentis militaribus capiatur. Sa
luſtius. Eodem tempore Lentulus duplici acie locum in æditum multo ſanguine ſuorū de/ Saluſtius
fenſus: poſtq; e Sarcinis Paludamenta obſtare animaduertit. Plynius. Coccum imperato Plynius
Palludati riis dicatum Paludamentis: Vnde Paludati dicuntur: qui uel imperatoriam Chlamydem
uel alia eius ornamēta geſtant. Cicero. Antonius gemens ante lucem Paludatus. Saluſtius Cicero
Aulæum Dum paludatus incederet: inire q̄ primum prælium cogitauit. Aulæum quoq; genus veſtis Saluſtius
eē manifeſtū ē peregrinū: & q̄ſi militare Paludamētū. Varro. Quod ex hæreditate attali/ Varro
ca aulea: Chlamides Pallæ aureæ. Virgilius. Purpurea intexti tollāt aulea Britāni. Sūt etiā Virgilius
Patagium Aulea vela picta: qbus aulæ tegunt̃: de qbus ſupra diximus. Patagiū aurea chlamis ē: q p̄ci
Patagiatus oſis tunicis ſup indui ſolet: vn̄ q ita induti ſūt: Patagiati dicūtur: & Patagiarii: q hmōi ve/
Patagiarii ſtes faciūt. Apuleius. Vberes enim crines leniter emiſſos: & ceruice depēdulos ac deinde p Apuleius
Patagio colla diſpoſitos: ſenſimq; ſinuato Patagio reſidētes pauliſper ad finē cōglobatos ī ſummum

vertice nodus aſtrinxerat. Læna ſimiliter veſtis genus eſt militaris villorũ craſſitudine cal/ Læna
Virgilius faciens chlamydem: vtũtur hac hyeme ac ſupra omnia veſtiméta induunt. Virgilius. Ty/
Varro rioq; ardebat muricæ Læna. Varro. Lænã a lana dictã putat. Ego potius ἀπὸ τῆς χλαί
νας Lænã deductam exiſtimo detractione primæ litteræ. Chlæna aũt ἀπὸ τοῦ χλαί
νειν deducitur: quod tepefacere ẽ. Item Abolla veſtis eſt militaris: ac etiam grauiorum: ac ma Abolla
Idem gnorũ virorum. Varro. Toga tracta eſt: & Abolla data eſt. Iuuenalis. Atq; audi facinus ma
Iuuenalis ioris Abollæ. Idem. Rapta properabat Abolla pegaſus. Sagum quoq; militare eſt veſtimẽ Sagum
Idem tum. Saluſtius. Occurrere duci: & ad prælium accedere adeo: vti Metello in Sagum. Hercu/
Saluſtius leio in brachiũ tela venirent. Virgilius. Virgatis lucent Sagulis. hac veſte utpote latiori &
Virgilius quadrata homini ſuppoſita iactare eum in altũ excutiẽdo ſolebant. Martialis. Ibis ab ex/
Martialis cuſſo miſſus in aſtra Sago. Suetonius. Ferebat & vagari noctibus ſolitus: atq; inualidum
Suetonius quemq; obuiorum uel potulentũ corripere ac diſtento Sago impoſitũ in ſublime iactare.
Hinc quidam ſaccum deductum exiſtimant: hoc eſt culeum: quod ad Sagi ſimilitudinem a Saccum
parte ſuperiori & inferiori æqualiter latus ſit. Saccus hordearius ſiue frumentarius eſt: quo
hordeum ſiue frumẽtũ geritur. Saccus niuarius: quo aquæ ex niuibus: Saccus vinarius quo
vini feces colãtur. Sacculus diminutiuũ eſt a Sacco: & ſignificat marſupium. Stolã veteres Sacculus
dixerunt quicquid corpus tegeret: & apud græcos στολὴ indumentum ſignificat: Vnde Stola
Varro Stola eſt deductum. Varro. Mulierem aliam cerneres cum Stola obſita. Poſtea ad honeſtæ
tantũ matronæ veſtem hoc nomen tranſlatũ eſt: quæ vſq; ad imos pedes demiſſa erat: & ex
Horatius tremam eius partem ambibat Inſtita aſſuta: quæ tenuiſſima faſciola erat: hanc notat Ho/
ratius qum inqt: Nil mediũ eſt: ſunt q̃ nolũt tetigiſſe niſi illas: Quarũ ſubſuta talos tegit In Inſtita
Ouidius ſtita veſte: Cõtra alius nullã niſi olẽti ĩ fornice ſtãtẽ. & Ouidius ĩ libro de triſtibus qum vel/
let oñdere ſe libros de arte amãdi nõ ſcripſiſſe grauioribus fœcis: poſtq; verſus illos repetiit.

Eſte procul vittæ tenues inſigne pudoris
Quæq; tegis medios inſtita longa pedes Mox addit
Ecquid ab hac omnes rigida ſubmouimus arte
Quas Stola contingi: ſumptaq; vitta vetat

Papynius Hinc Stola pro matronis & honeſtis mulieribus ponitur. Papynius. Omnis plebeio terit
prætexta tumultu: Hinc eques: hinc iuuenũ coetu Stola mixta laborat: & Stolatum matro Stolatus
Martialis nalem atq; honeſtũ dicimus. Martialis. Quis floralia veſtit: & Stolatũ permittit meretrici
Plautus bus pudorem. Limbus etiã muliebre veſtimẽtũ erat: purpuram in imo cõſutam hñs. Plau/ Limbus
tus. Textores Limborarii. Quidã tamen Limbũ putant Faſciam eſſe: quæ ambit partẽ ve/ Limborarius
Virgilius ſtis extremã: quam Inſtitã dici ſupra oſtẽdimus. Virgilius. Sidoniam picto Chlamidẽ cir/
Idem cundata Limbo. Peplum proprie palla eſt fœminea picta: & Mineruæ conſecrata. Virgi Peplum
lius. Interea ad tẽplũ nõ æquæ palladis ibant. Crinibus Iliades ſparſis: peplumq; ferebant.
Plautus Plautus. Tunc venio qum peplũ infertur. Lacerna pallii genus ẽ fimbriati dicta q; capitio Lacerna
minus ſit a lacerando: Lacerũ enĩ dicimus quicqd corpore ĩminutum eſt: hæc veſtis vtriq; Lacerum
indui poteſt: & ex vtraq; reiici parte. Capitiũ capitis tegmen ẽ a capite appellatum: Vel ſi/ Capitium
Varro cut Varro inquit. q; capiat: hoc eſt cõpræhẽdit pectus. Capitulum quoq; dicitur. Item Cu/ Capitulum
cullus operculum eſt capitis: Vnde penulæ gallicæ genus: ſi Cucullum non habet: Bardiacus Cucullus
Martialis dicitur: ſi cum Cucullo Bardocucullus vocat. Martialis. Gallia ſantonico veſtit te Bardo/ Bardiacus
cucullo. Cercopithecorum penula nuper erat. Item Calyptra genus ẽ veſtimẽti quo capita Bardocucullus
operiũtur. Rica quadratum veſtimentum eſt fimbriatũ: purpureũ: quo p palliolo vtebãtur Caliptra
Flaminicæ alii ex lana ſuccida fieri ſolitũ dicunt alba: qd conficiebant virgines patrimæ & Rica
matrimæ ciues: ut inficeretur luteo colore: quo indui Flammical mos erat. Eſt etiam Rica
Varro veli genus: quo mulieres capita tegunt dictum: ut Varro ſentit: a Ritu qd Romano Ritu
Serenus ſacrificia fœminæ: qum faciũt: capita velãt. Serenus. Aut Zonulã: aut Acum: aut Ricã. eius
diminutiuũ eſt Ricula: quæ pro ſudario accipitur. Flaminium tegmẽ: quo matronæ capita Ricula
tegebãt. Plautus. Flaminiarii violarii carinarii. Itẽ Flãmeũ genus veli lutei nuptial: de quo ĩ Flaminium
Plautus ferius dicemus. Suffibulũ veſtimẽtũ albũ prætextũ qdrãgulũ oblongũ: qd in capite veſtales Flaminiarius
virgines ſacrificãtes habebãt: idq; fibula comphẽdebat. Reticulũ tegmẽ capitis a rete dictũ Flãmeum
q; capillũ cõtineat. Rete: ut Varro ſentit a raritate Strophiũ faſcia ẽ pectoralis: q̃ virginalẽ Reticulum
tumorẽ cohibet papillarum. Turpilius. Me miſerã q; int vias epiſtola excidit mihi. Infœlix Strophium
Varro int tuniculã ac ſtrophiũ collocarã. Martial. Faſcia creſcẽtes dominæ cõpeſce papillas: Vt ſit Strophus
Turpilius qd capiat noſtra: tegatq; manus. Strophia etiam tenuiores coronæ a veteribus dictæ ab in Strophiolum
Martialis ſigni: quod ponebatur in capitibus ſacerdotum: quod ἀπὸ τοῦ στρέφειν: hoc eſt a ver/ Calantica
tendo, Strophus vocabatur: hinc nota ſunt Strophiola: quibus in ſacris vtebantur. Calan
Cicero tica tegmen muliebre: quod capiti innectit. Cicero. Tu ne qum mentirent pedes fuſci: qum
calanticam capiti accommodares. Ventrale: ſeu ſemicinctũ veſtimẽtũ eſt ventrẽ contegens. Ventrale

Plynius.Patris mei memoria cœpere Amphimala noſtra ſicut villoſa etiam vetralia.Martialis de Semicinctio.Det tunicã locuples:ego te præcingere poſſum: Eſſem ſi locuples munus vtrũq; darem.Plaga grãde erat lineũ tegmen candidũ: qđ ſindonem vocant: quale eſt quo nũc vtunť mulieres Romanæ:olim paſſim in vſu erat. Varro.Chlamydes:plagæ:vaſa aurea.huius diminutiuũ eſt Plagula.Nam lodices linteoli ſunt:qbus in lecto vtimur:& frequenter eos lauamus:vnde a polluendo Lodices appellatos nonnullos putant. Iuuenalis. Modo ſub Lodice relictis vteris in turba.Martialis de Lodicibus: Nudo ſtragula ne thoro paterẽt: Iũctæ nos tibi venimus ſorores. Cæſitiũ quoq; linteolus erat purus & candidus dictus:ꝙ cædẽdo ad candorem perueniret:uel ꝙ oras circũciſas haberet:ut ſupra diximus. Plautus.Linteolũ Cæſitum:Exoticũ peregrinũ veſtimẽtũ dicebatur.Idẽ.Baſilicã aut Exoticã induã.Mollicina veſtis a mollicie nomẽ ſumpſit.Nonius.Mollicinã:Chiroditã:Recinium:Succentonẽ quoq; legimus meretriciæ veſtis genus apud veteres fuiſſe. Item Encimibomata & Parnacidas veſtes appellatas puellares.Cato. Vt puellæ habeãt potius in veſtitu Chlamydas Encimibomata & Parnacidas ꝙ togas.Calaſſis quoq; veſtis genus eſt: qđ græci καλαασῶν dicũt.Alii dicunt nodũ eẽ tunicæ muliebris: quo cõnexa circa ceruicem tunica ſubmittiť.Item Cyclas veſtis genus ſuperius arcta:ampla inferius a circuli rotunditate ita appellata.Iuuenalis.Tenui ſudant in Cyclade:& Exomides comici veſtitus ſũt exertis humeris.Syntheſis veſtis erat breuis & expedita ex diuerſis lanaꝝ coloribus compoſita: quales ſunt qbus nunc milites in caſtris vtunť: propter quod Syntheſis dicta eſt: quod apud græcos cõpoſitionem ſignificat:hac veſte in ſaturnalibus ſumpto pileo & toga depoſita vti ſenatoribus quoq; atq; equitibus mos erat.Martialis.Syntheſibus dũ gaudet eques dominuſq; ſenatus.Dumq; decet noſtrũ pilea ſumpta Iouem.Idem. Dum toga per quinas gaudet requeſcere luces:Hos poteris cultus ſumere iure tuo. Aliis tẽporibus vti Syntheſi ſeruile atq; ignominioſum erat:propter qđ Nero princeps notatus ẽ: ꝙ Syntheſiatus aliquãdo:ac diſcalciatus in publicũ prodierit Scæuola iuris conſultus de Syntheſi ſic ſcribit. Semproniæ piæ hoc amplius coopertoria tabiana:& tunicas tres cũ palliolis:quæ elegerit: dari volo.Quæro an ex vniuerſa veſte:ideſt an ex Syntheſi tunicas ſingulas: & Palliola Sẽpronia eligere poſſit.Reſpondeo ſi eſſent tunicæ ſingulæ cũ Palliolis relictæ:ex iis dũtaxat eligi poſſe.Quod ſi non eẽnt hæredẽ uel tunicas & palliola ex Syntheſi præſtaturũ: uel verã æſtimationẽ daturum. Ex quo maniſeſte apparet Syntheſim a communi veſte diſtigui: qđ etiã Martialis oñdit.Sic tua ſuppoſitis per lucẽt lacernis.Sic micat in numeris arcula Syntheſibus.Syntheſis etiam vaſis genus fictilis ex diuerſis vaſis compoſiti.Martialis. Septennaria Syntheſis ſagunti.Papinius.Vnã mittere Syntheſim quod horres: Alborum calicum atq; cacaborũ. Item Multicia indumenta dicebãtur minutiſſimis filis contexta:vnde a multis filis & propterea ſubtilibus nomẽ inditum:uel a mulcẽdo:quoniã carnẽ demulceant:& tantũ pluratiuo numero declinať.Iuuenalis. Quæro an deceant multicia teſtẽ. Item Clauata veſtis ſiue Clauus veſtimẽti genus erat velut qbuſdam clauis aureis diſtinctũ: qđ & a plumarum ſimilitudine plumatile vocabatur.Quod ſi latior ipſa veſtis erat:Latus Clauus dicebať:hac ſoli ſenatores ac Patricii induebãtur:aliquando etiã ſacerdotibus ac pontificibus dabatur.Syllius.Sacrificam lato veſtem diſtinguere clauo. Tradunt mecenatem iequeſtri dignitate ſponte permanſiſſe:qum vtiq; ſumẽdi lati claui poteſtas ei pateret Martialis. Dum proauos atauoſq; refers & noĩa magna. Dũ tibi noſter eques ſordida conditio eſt. Dũ te poſſe negas niſi lato Gellia clauo nubere:nupſiſti gellia ciſtigero. Quintilianus.Notatur interim negligentia latũ habentium clauum:Modus eſt ut ſit paululum cinctura ſubmiſſior.Horatius.Nã ut quiſq; inſanus mediis nigrũ impediit crus pellibus: & latũ demiſit pectore clauum.Audit cõtinuo quis homo hic:quo prẽ natus. Hinc Laticlaui dicebanť patricii.Suetonius de Nerone.A Laticlauo:cuius vxorem attrectauerat:cæſus. Cœpit latus Clauus Veſpaſiani fere temporibus in modum Gauſape texi: Vnde Martialis. Et lato variata mappa Clauo.Præclauum pars veſtis erat:quæ ante clauũ texebať.Afranius.Tortum diem præclauũ vnum texere.Hinc a clauis etiã Clauata dicũtur uel veſtimẽta clauis intexta uel calciamẽta clauis cõfixa:& Clauati ſocci: ꝙ ſola habeãt clauis intexta: uel calciamenta clauis cõfixa.Clauus a claudendo dicitur:ob id enim figitur:ut claudat ſiue cõtineat aliquid.Claui annales appellabantur:qui figebantur in pariete templi per annos ſingulos ut per eos numerus annorum colligeretur. Erat enim lex priſcis litteris ac verbis ſcripta: ut qui prætor maximus eſſet:Idibus Septembris Clauum pangeret.Nã quia rare per ea tempora litteræ erant:notæ numeri annorum claui fuere.Mineruæ autem templo ea lex dicata erat: quod numerum Mineruæ putabant eſſe. Volſiniis quoque claui indices numeri annorum in templo Nortiæ Etruſcæ deæ fuiſſe traduntur. A conſulibus deinde addictatores: quia maius imperium erat: ſolẽnne Claui figendi tranſlatum eſt. Sed qum hic

Semicinctium
Plaga
Plagula
Lodices
Cæſitium
Exoticum
Mollicina
Succento
Encimibomata
Parnacides
Calaſſis
Cyclas
Exomides
Syntheſis
Syntheſiatus
Syntheſina veſtiſ
Multicia indu/
menta
Clauata veſtis
Clauus
Plumatile
Latus clauus
Laticlauus
Præclauum
Clauata
Clauus
Clauati
Socci
Clauus annalis

Plynius
Martialis
Varro
Iuuenal
Martialis
Plautus
Idem
Nonius
Cato
Iuuenalis
Martialis
Idem
Nero
Scæuola
Martialis
Idem
Papynius
Iuuenal
Syllius
Martilis
Quintilia.
Horatius
Suetonius
Veſpaſian9
Martialis
Afranius

mos intermiſſus fuiſſet: ſæuiente poſt multos annos in vrbe peſtilentia: repetitum ex ſom/
niorum memoria dicitur peſtilentiam quondã clauo a dictatore fixo ſedatã fuiſſe: Qua/
propter ea religione adductũ Senatum Dictatorem claui figẽdi cauſa dici iuſſiſſe: Dictũq;
L. Mãliũ imperioſum: qui. T. pinnarium magiſtrum equitũ dixit. Adeo hæc ꝑ ſe digna res
viſa eſt: propter quã Dictator crearetur. Clauũ etiã nauis gubernaculum dicimus: ꝙ eã di/
rigat: rectamq; contineat. Cicero. Ille aũt Clauum tenẽs quietus ſedeat in puppi. Virgilius.
Clauumq; ad littora torquet. Item ab huius claui ſimilitudine clauus appellatur tuberculi
genus calloſi: quod in diuerſis corporis partibus naſcitur: maxime tamẽ in pedibus: & præ
cipue ex contuſo: quãuis interdũ aliter. Doloreq; etiã ſi non alias: tñ ingredieti mouet: Ar/
bores quoq; clauum huiuſmodi patiũtur: qui & Fũgus dicitur: & Patella: Nihilq; aliud eſt
ꝙ̃ ſolis exuſtio. A Clauo per diminutionẽ Clauiculus dicit᷑. Item Claua que proprie fuſtis
eſt teres ex vna parte capitatus ad Claui ſimilitudinẽ. Plynius de lino. Iterum deinde in filo
politur illiſum crebro in ſilice ex aqua tectumq; rurſus tunditur clauis ſemꝑ iniuria melius.
Hinc Claua Herculis dicta id genus: quo Hercules vtebatur hanc eo loco: quo cum ea Ca/
cum occiderat: poſt primas templi eius valuas fuiſſe locatã tradunt in foro Boario: vbi tẽ/
plum ei a Sylla iuſſu Sibyllæ ædificatum fuit. Ouidius. Altera pars Cyrci cuſtode ſub Her/
cule tuta: Quod deus Euboico carmine munus habet. Idem. Si titulos quæris Sylla proba
uit opus. Huius clauæ odore nõ immerito abſterreri canes & muſcas opinabant᷑: quod ſci
licet nec muſcæ nec canes ædem Herculis in foro Boario intrarẽt. Claudo vero & Clauis a
celando: ut quidam exiſtimant deducuntur. Nos a græcis potius ſũpta exiſtimamus: apud
quos κλέω claudo dicitur: & κλεὸσ clauis: & κλεΐον & diminutiuum Clauicula: &
κλεϊδοποιοσ Clauicularius faber: & κλεθρον Clauſtrum: quod & Clauſurã dicimus
Item a claui fit Clauiger: q̃ clauẽ fert. Ouidius. Clauigerã vidit Vulcani occumbere prolem
Clauiculæ etiam dicũtur paruæ clauæ: hoc ẽ paruæ ſudes. Plynius. Clauiculæ quoq; ipſæ: q̃
bus repũt vites terræ: & ex aqua potæ ſiſtãt vomitionũ cõſuetudinẽ: conclaue de quo ſupra
diximus: dictũ ꝙ vna claui claudat᷑: vnde locus cõclauatus dicitur vna claui clauſus: A ver
bo Cõclauo: cuius paſſiuũ eſt Cõclauor: & a Clauſtro Clauſtrinũ vocamus: ꝙ clauſtri ẽ: &
Clauſtrariũ: de quo ſupra diximus: & Clauſtrinum: qui clauſtris Ianuæ præeſt. Claudere i/
terdum ſignificat includere. Virgilius. Aut intus clauſus ſatura ad præſepia ſeruat. Interdũ
arcere: obſiſtere. Idem. Ecce maris magna claudit nos obice portus. Aliquando circuire.
Idem. Claudite Nymphæ dictææ nymphæ nemorꝫ iam claudite ſaltus. Vlpianus. Clauſos
pro victis accipit: ſi mõ ita vincti ſint: ut omni mõ erũpere nõ poſſint. Clauiũ clauſtrorũq;
tutelam penes Portũnum eſſe veteres exiſtimabant: qui portuũ Deus eſſet: & clauim manu
tenere fingebatur. Nã & claui claudi portus conſueuere. Clauĩ mulieribus donare mos erat
ad ſignificandam partus facilitatem. Clauis inuẽtorem Theodorũ ſamiũ fuiſſe commemo
rat. A claudo Clauſula dicit᷑ quaſi breuis cõcluſio: & Claudus q̃ſi pedibus clauſus: hoc ẽ im
peditus prohibitus: A quo Claudico verbũ: hoc ẽ claudus incedo: & ꝑ metaphorã erro: &
Claudius propriũ nomen: A quo aliud propriũ Claudianus: & Claudiana tonitrua: quia
Claudius pulcher ĩſtituit: ut ĩ ludis poſt Scænã collectus lapidũ ita fieret: ut veri tonitrui ſpe
ciẽ repñtarẽt: nã antea leues ad modũ parui ſonitus fiebãt: qum Claui & lapides in labrum
Aeneũ coniiciebant᷑. Veteres pro Claudo Cludo dixerunt: vñ in veteribus numiſmatibus
legimus. Ianum. Cluſit. Ab hoc cõpoſita fiũt Circũcludo hoc ẽ vndiq; claudo. Intercludo
iter impedio: & q̃ſi intra claudo. Virgilius. Intercluſit hyems: & terruit auſter eũtes. Intro/
cludo in interioribus claudo. Seneca. Qui domi ĩtrocluſus ociabat᷑. Occludo claudo. Plau
tus. Occluſit hoſtiũ ancillæ. Excludo: eiicio. Terentius. Excluſit reuocat: & ꝑ metaphoram
accipitur pro libero. Actius. Qua virtute hic ſe ſeruitute excluſerit. Excludere etiam eſt in
cubando ex ouis pullum emittere. Plynius. Quædam gallinæ omnia gemina oua pariunt:
& geminos interdunt excludum: alterum maiorem. Alioquin negant omnino geminos ex
cludi. Idem. Incubationi datur initium poſt nouam lunam. Celerius excluduntur calidis
diebus. Idem. Columbæ excludunt vigeſimo die. Præcludo: claudo. Intercludo: impedio.
Includo intus claudo introcludo. Virgilius. Incluſos vtero Danaos. Subtercludo notæ ſi/
gnificationis. Recludo: aperio: detego. Idem. Veteres tellure recludit Theſauros. Secludo
ſeorſum claudo. Concludo: ſimul claudo. A quo Conclulus: annulus dicitur: & Cõclali/
um ſimiliter annuli genus: quod digitum concludat. Et per metaphoram per oro: hoc eſt
termino orationem: Vnde Concluſio dicitur: quam græci ἐπίλογον: noſtri modo per
orationem: modo cumulũ vocant: Nam cumulus proprie aceruus eſt: & in cõcluſione oĩa
q̃ſi in vnũ aceruũ colligunt᷑. A cumulus fit Cumulo verbũ: q̃d eſt augeo: coaceruo ſupaddo
A quo Cumulator: & Cumulatus: & Cumulatior: ac Cumulatiſſimus: & Accumulo q̃ſi ad
cumulũ addo: & Cumulate: Cumulatiꝰ: Cumulatiſſime: hoc ẽ habũdant: habũdãtiꝰ: habũ

L. Manlius iperioſus
T. pinarius
Cicero
Virgilius
Plynius
Sylla
Ouidius
Idem
Ouidius
Plynius
Virgilius
Idem
Idem
Vlpianus
Theodorꝰ
Virgilius
Seneca
Plautus
Terẽtius
Actius
Plynius
Idem
Idem
Virgilius
Idem

Clauum figere
Clauus
Fungus
Patella
Clauiculus
Claua
Claua Herculis
Claudo
Clauis
Clauicula
Clauicularius
Clauſtrum
Clauſura
Conclaue
Conclauatus
Conclauo
Conclauor
Clauſtrinum
Clauſus
Portunus deus
Clauſula
Claudus
Claudico
Claudius
Claudianus
Claudiana tonitrua
Cludo
Circumcludo
Intercludo
Introcludo
Occludo
Excludo
Præcludo
Intercludo
Includo
Subtercludo
Recludo
Secludo
Concludo
Conclulus
Conclaſium
Concluſio
Epilogus
Peroratio
Cumulus
Cumulo
Cumulator
Cumulatus
Cumulatior
Cumulatiſſimus
Accumulo
Cumulate
Cumulatius
Cumulatiſſime

Comulatim — danſiſſime: & Cumulatim aduerbium: aceruatim. Virgilius. Cumulum pro altitudine: & — Virgilius
quaſi cacumine aquæ poſuit. Inſeqtur cumulo præruptu aquæ mons. Eodem mõ Statius — Statius
Iſmenus — Aceruum poſuit pro cumulo aquæ. Horruit ingenti veniẽtẽ Iſmenon aceruo. Iſmenus flu/
Coaceruo — uius eſt Boetiæ ab Iſmeno Pelaſgi filio cognominatus. Ab Aceruo fit Coaceruo verbũ: qđ
Coaceruatio — eſt congero: cumulo: addo. Aceruus enim congeries ẽ cuiuſcũqꝫ rei: A quo Coaceruatio: &
Coaceruatim — Coaceruatim. Endromis genus veſtis erat hirſutæ: & villi longioris: quo in balneis præci/
Endromis — pue: ac gymnaſiis vtebãtur: mittebatur ex Gallia. Iuuenalis. Endromidas tyrias: & fœmi/ — Iuuenalis
neum ceroma. Martialis. Hanc tibi Sequanicæ pinguẽ textricis alũnam. Quæ Lacedæmo — Martialis
niũ barbara nomen habet Sordida: ſed gelido non aſpernãda Decẽbri dona: peregrinam
mittimus Endromida. Idem. Pauperis ẽ munus: ſed nõ eſt pauperis vſus. Hãc tibi pro to/ — Idem
Veſtis balnearis — gula mittimus Endromida. Propterea aũt Endromis dicitur: ꝙ ενδρομω: hoc eſt ĩ cur/ — Idem
Texta — ſu ea vtebant᷑. Idem. Siue leui curſu vincere qris Athaꝫ. Ridebis ventos hoc munere tectus:
Capital — & imbres. Quidã hanc balnearẽ veſtem appellant: ꝙ ea in balneis vterentur. Texta quoqꝫ
Zona — faſciola erat: qua capillũ in capite alligabant: & Capital: quod ſacerdotulæ geſtabãt in ca
Lorum — pite. Zona: qua cingimur. Martialis. Longa fatis nunc ſum: dulci ſed pondere vẽter: Si tu/ — Martialis
Balteus — meat: fiam tum tibi zona breuis. Hæc & Lorum dicitur: & Balteus: quãuis Balteus ſit etiã
Cinctus — a quo arma dependent: & Cinctus ac Cingulum a cingẽdo: quorũ alterum viris: alterũ mu
Cingulum — lieribus attributum Varro ſcribit. Alii Cingulum neutro genere hominũ eẽ exiſtimãt. Fœ/ — Varro
Cingulæ — minino vere genere Cingulas: brutoꝝ: utputa equorum: mulorum: aſinorũ: Cinctum etiã
Cictus gabinus — pro veſtitu accipimus. Virgilius. Cinctuqꝫ Gabino. Quãuis aliqui Cinctum Gabinum di/ — Virgilius
Gabii — cunt eẽ togam ſic in tergum reiectã: ut vna eius lacinia reuocata hominem cingat: hoc gene
Cicta flãminica — re veſtimenti cõſul romanus vtebatur bellũ indicturus. Quæ cõſuetudo inde tracta eſt: qđ
Cinctura — qum Gabini aliquãdo ſacrificiis vacarent: ſubito exortum ẽ bellum: Tunc itaqꝫ ciues togis
Cingulum — ſuis cinctis in bellũ profecti ſunt: & victoriam adepti. Gabini a Gabiis dicti ſunt: hæc Vol
Cingulus — ſcorum vrbs fuit: ſeptuaginta milibus paſſuum ab vrbe diſtãs a Galacto & Bio ſiculis fra/
Cinuligium — tribus condita: vnde nomen habet. Item Cincta flãminica dicebatur veſte velata. Cinge/
Herculanꝰ nodꝰ — re proprie circuire eſt: dictum quaſi circumagere. Plynius. Qum eum ſaltum venatores cin — Plynius
Herculanus — xiſſent. Hinc Cinctura dicta actus ipſe cingendi: & Cingulum annulus: ꝙ digitum circuat
Cinxia Iuno — & Cinguli homines: qui in his locis vbi cingi ſolent: ſatis ſunt tenues: & Cinuligium: quo
Clingo — noua nupta præcingebatur: id vir in lecto ſoluebat factum ex lana Ouis: ut ſicut illa in do/
Accingo — mũ ſublata coniũcta inter ſe ſit: ſic vir eius Cinctus cũ ea: iunctuſqꝫ eſſet. hoc Herculano no
Accinctus — do ligatũ ominis gratia vir ſoluebat: ut ſic ipſe fœlix eſſet in ſuſcipiẽdis liberis: ut fuit Her/
Diſcinctus — cules: qui ſeptuaginta liberos reliquit: Hinc Cinxiæ Iunonis nomen ſanctum habebatur in
Circumcingo — nuptiis: quod initio coniugii: ſolutio cinguli erat: quo noua nupta erat cincta: Clingo etiã
Procingo — pro Cingo vſurpant a græco κικλεῖν: A Cingo Cinciorũ cognomen Romæ deductum
Procinctus — A quo Cincia locus Romæ vbi Cinciorũ monumentũ fuit. Item ab eodẽ compoſita ſiũt
Endoprocinctu — Accingo: quod eſt cum ſtudio & diligentia paro. Virgilius. Paribuſqꝫ accingimur armis: — Virgilius
Præcicta claſſis — Vnde Accinctos induſtrios dicimus: ſicut e contrario Diſcinctos negligẽtes. Idem. Diſcin — Idem
Præcingo — ctos Mulciber Afros. Accintum etiam pro parato: inſtructo: armato frequenter accipimus
Præcinctus — Circumcingo notæ ſignificationis. Procingo: apparo: A quo Procinctus apparatus belli
Incingo — cus: & expeditio dicitur. Ouidius. Hæc in procinctu carmina facta puta. Plynius. Vinum — Ouidius
Succingo — curas: vigorẽqꝫ animi impedit ad procintum tendẽtibus. Veteres etiã Endoprocinctu dicẽ — Plynius
Succingulum — bant: quod ſignificat: qum ex caſtris in plium exitum ẽ: & Procincta claſſis vocabatur: cum
Succinctoriũ — exercitus cinctus erat Gabino ritu: confeſtim pugnaturus. Veteres enim & populi & mi/
Semicinctum — litum & nauiũ multitudinẽ claſſem vocitabant: hanc flamini diali non licebat videre. Præ
Semis — cingo: modo præparo: Vnde Præcinctos ſtrenuos & expeditos dicimus: modo cingo. Sue
Semihomo — tonius de Cæſare. Vſus fertur lato clauo ad manus fimbriato: nec vnqꝫ alit᷑ qſi ſup eũ cin/ — Suetonius
Semideus — geretur: & quidẽ fluxiore cinctura: vnde emanaſſe Syllæ dictũ optimates ſæpius admonẽ/
Semimortuus — tis: ut male Præcinctum puerũ cauerent. Incingo cingo: uel intus cingo. Succingo aliquã/
Seminex — do alligo: ut Succingo mihi enſem &, Succinctus ſum enſe: hoc eſt aligatum ad Cingulum
Semiuiuus — habeo enſem. Virgilius. Succictam pharetra: & maculoſæ tegmine lincis: vnde Succin/ — Virgilius
Semeſtris — gulum Balteum dicimus: & quo nonnulli vtuntur Succinctorium veſtis genus breuiſſi/
Semeſum — mæ: quo venter & tantum fere velanda corporis tegũtur: ut ſupra diximus. Id & Semicin
Semetrum — ctum vocat᷑: qđ mediũ hominẽ cingat: hoc eſt veſtiat. Martialis. Et tunicã locuples: ego te — Martialis
Semianimis — ꝑcingere poſſum: Eſſem ſi locuples: munus vtrũqꝫ darem. Semis enim dimidiũ ſignificat:
Semicirculus — ut Semihomo: Semideus: Semim ortuus: Seminex: Semiuiuus: Semeſtris: Sexmenſium: Se
Semiferus — meſum ſemicomeſtum: Semetrũ: media mẽſura: Semianimis qſi exanimatus: Semicirculus
Semimares — medius circulus: Semiferus nõ ꝑrſus ferus: Semifera enĩ dicimus aĩalia Ceruũ: Damam &
Seminudus — ſilia: Semimares ĩperfecti viri: ut ſũt Spadones: Galli: Eunuchi: Seminudus dimidia parte

nudatus: Semiobolus dimidius obolus: Semiuncia dimidia vncia: Selibra dimidia libra: Semiquinaria diuiſio: quum in ſcandendo quinq; pedes p dimidium diuidūtur[vltimæ di/ctionis ſupſint: Vt Arma virūq; cano. Semiſeptenaria diuiſio: qum id fit in ſex pedibus. Vt Arma virūq; cano troiæ. Semipes: dimidius pes: A quo Semipedalis: Semiplenus non per fecte plenus: Semip'agium. paruum rete: Semiruta: ex parte diruta: ac diſſipata: Semiſpa/thium breuior enſis: Semita: arcta quaſi dimidia via: Semiſſis: dimidium: Semiuir: ſpado: Eunuchus. Timidus: Semiuſtus: dimidia parte vſtus: Sextertiū: dipōdius: & ſemis: de quo ſuperius diximus: Sexquialtera proportio: quæ tantundem: & dimidiū habeat: Semitogiū breuis: & quaſi dimidia toga: A quo Semitogatus: & eius diminutiuū Semitogatulus. Se/mis aūt a græco deducitur ἡμίσυ: ſicut ab ἕξ ſex: A quo Hemiciclus ſemicirculus dicitur: Hemiſperiū dimidia ſpæra. Hemina menſuræ genus: quæ dimidium ſextarii continet: Vn/de Heminaria pro mediocri accipitur. Hemiſtichion dimidius verſus: qui & Hemiſtichon dicit: & Emiholus: qum ex duobus numeris maior habet totū minorē: & præterea eius me dietatē: ut ſunt tria ad duo: & Hemitritæum febris genus: de quo inferius dicemus: qđ terti anā vnā| & dimidiā cōtinere videtur. Aliquādo Succingere ē cinctura veſtis ita colligere ut breuiores videant: fiatq; homo ad agendū expeditior: Vnde Succinctā orōnē: breuē dici/mus: & Succinte aduerbiū breuiter. Segmētatæ veſtes dicunt: quæ ſegmētis hoc ē brateolis argenteis aureiſue laboratæ atq; depictæ ſunt. Segmenta enim proprie ſegmina: hoc eſt ſe/ctiones dicūtur a ſecādo: vn partes: & ut ita dicam mēbra mūdi: in quæ vniuerſa terra dige rit: quæ noſtri circulos: græci Parallelos appellant: Segmēta dicūtur. Plynius. Plura autem ſunt ſegmenta mundi. Principiū habet Indiæ pars verſa ad Auſtrū: patetq; vſq; Arabiā: & rubri maris accolas. Idem. Quinto cōtinent Segmēto ab introitu Caſpii maris: Bactria: Hiberia: Armenia: & reliqua. Idem. Quod ſupeſt terrarū tribus aſſignat Segmētis: & qm̄ ornamentum colli: quod Monile vocat: de quo ſupra diximus ex iiſdē Segmētis fieri ſolet Segmētum etiā appellatur. Valerius. Datum eſt mulieribus: ut Segmēta aurea geſtarēt. Iu/uenalis. Segmenta & lōgos habitus: & flāmea ſumit. hinc quicqd ex tenuiſſimis Segmentis vermiculatim cōpoſitum ē: etiā ſi Segmēta lignea ſunt: Segmētatum dicitur. Idem. & Se/gmētatis dormiſſet paruula cunis: hoc eſt vermiculato emblemate pictis: hoc in pauimētis Teſſellatum dicit: q od Teſſellis: hoc ē paruis quadratis lapillī intextū fit. Suetonius de Cæ ſare. Mūdiciarum lauticiarūq; ſtudioſiſſimum multi prodiderunt: quāuis tenuē adhuc & obæratum in expeditionibus teſſellata & ſectilia pauimēta circūtuliſſe. Britāniam petiiſſe ſpe margaritarum: quarū amplitudinē conferētem interdum ſua manu pondus exegiſſe. Teſſera cuius diminutiuū eſt Teſella: ideſt qđ omni ex parte quadratū eſt. Tradūt Geome/træ Punctū corpus eſſe indiuiduū: in quo neq; longitudo: neq; latitudo: neq; altitudo de/præhenditur: Vnde prō breuiſſimo ac minimo tempore ponit. Terentius. Tum temporis mihi pūctū ad hāc rem ē. Itē pro minima cuiuſq; rei particula accipit. Cicero. Nā qđ que/ſtus es plures te teſtes habere: qui quot in ea dubii puncta tuleris. Aliqn̄ etiā Punctū pro ſuf fragiis: & fauore accipit: qm̄ lege: quæ tabellaria dicta ē: veteres ſuffragia non ſcribebant: ſed puncto notabāt: Vnde Expuncti dicebātur viles: eiecti: indigni: ſiue priuati fauore. Ho ratius. Omne tulit punctū: q miſcuit vtile dulci: hoc ē ſolus ſuffragia iudicū tulit: qui & vti le: & dulce ſcripſit: qm̄ prodeſſet & delectaret. Geometricū vero punctū: qđ in nullas ptes diuidi poteſt: protractum Lineā efficit: ideſt corpus vnius dimenſionis. Longum enim eſt ſine lato: & duobus punctis ex vtraq; parte ſolam longitudinem terminātibus continetur. hanc lineam ſi geminamus: alterū metamaticum corpus efficit: qđ duabus dimenſionibus extruitur: longo: latoq;: ſed alto caret: Pūctis aūt quatuor cōtinet: p ſingulas ſcilicet lineas binis: & hoc græci ἐπίπεδον: noſtri planū ſiue ſuperficiem vocāt. A quo ſuperficiarius appellat: ut Paulus iuris cōſultus ait: Qui in alieno ſolo ſupficiem ita habet: ut certā pēſio/nem præſtet: & ſuperficiarias ædes Caius appellat: quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt: qua/rum proprietas & ciuili & naturali iure eius eſt: cuius & ſolum: Quod ſi hæ duæ lineæ fue/rint duplicatæ: ut ſubiectis duabus duæ ſuperponantur: adiicietur profunditas: & hinc So lidum corpus efficitur: dictum a græcis ϛερεὸν: quod ſine dubio octo angulis continetur & ſex latera habet: huiuſmodi figuras græci Cubos: noſtri Quadrantalia dixere: quamuis vaſis etiam genus ſit Quadrantal: pedis quadrati: octo & quadraginta ſextarios capiens. Plautus. Anus hæc ſitit. Quantillum ſitit: modica eſt. capit quadrantal. Tales ſunt: ut Var/ro inquit: Teſſeræ: quibus in alueolo luditur: ex quo ipſæ quoque appellantur κύβοσ: qui qum iaciuntur: quamcumq; in partem incubuerint: dum ſunt intacti immotam habent ſta bilitatem. Hinc Cybium dictum: piſcis genus: de quo inferius dicemus: quia piſcātes id ve/lut alea ludunt: ſiue quod ita ſciſſum eſt: ut medium eius æque pateat in omnes partes: hoc eſt ad ſimilitudinem Teſſerarum. Magnus eſt error multorum noſtri temporis: qui Talos

Plynius
Idem
Idem
Valerius
Iuuenalis
Idem
Suetonius
Terētius
Cicero
Horatius
Paulus
Caius
Plautus
Varro

Semiobolus
Semiuncia
Selibra
Semiquinaria
Semiſeptænaria
Semipes
Semipedalis
Semiplenus
Semiplagium
Semiruta
Semiſpathium
Semita
Semiſſis
Semiuir
Semiuſtus
Sextertium
Sexquialtera
Semitogium
Semitogatus
Semitogatulus
Hemiciclus
Hæmiſphæriū
Hemina
Heminaria
Hemiſtichion
Hemiſticon
Hemiolius
Hemitriteum
Succicta oratio
Succincte
Segmētate veſtes
Circulus
Parallelos
Segmentum
Teſſellatum
Teſella
Punctum
Lex tabellaria
Expunctus
Pūctū geometricū
Linea
Epipedon
Planum
Superficies
Superficiarius
Supficiariæ ædeſ
Solidū corpus
Cubus
Quandrantal
Cybium

pro teſſeris accipiũt:ſed maior inſania vnius: qui id etiam litteris mãdare: ut ē omniũ im/
pudētiſſimus:non erubuit:qum pueri quoq;: & vix iam fari incipiētes apud græcos ſciant
ασραγαλοσ talum eē:κύβον vero hoc eſt cubum id eſſe: qđ nos teſſeram dicimus Var — Varro
ro:Vitruuius:Gellius: Macrobius:Pompeius: & ipſe cuius teſtimonio vtitur Pollux: ſole — Vitruuius
clarius oſtēdant.Deceptus ē homo rudis: & Craſſus rõne nominis: qđ teſſera appellatur: — Gellius
Quadratum — qum græci teſſera quatuor dicant:nec intelligere potuit: nõ ideo teſſeram vocari: qđ qua/ — Macrobius
Quadrantal — dratam habeat:quod genus noſtri quadrata appellant: Sed qđ omni ex parte quadrata ſit — Pompeius
Talus — quod genus quadrantalia nominamus.Talus proprie oſſis genus eſt in articulo pedis ven — Pollux
tre eminens:cõcaua in vertebra: ligatum ſolidiſſimis neruis: quadratũ forma: altera parte
cõcauum:altera fere planum:eſtq; in poſteriori ſuffragine duntaxat nunq̃ in prioribus pe
dibus:nec eſt homini:aut aliis animalibus habentibus digitos:nec ſolidas habētibus vngu/
Talipedo — las: ſed tm̃ biſulcis. Hinc fit Talipedire verbum:quod ē vacillare pedibus:& quaſi ſupra ta
los conſiſtere:hoc genere oſſiculi ludere veteres conſueuere: quod nr̃a quoq; ætate quibuſ/
dam locis obſeruari animaduertimus.Situs ipſe tali numerũ facit: eumq; pro lateris diffe/
Canis — rentia diuerſum:Latus quod vnitatem ſignificat: Canis ſiue Canicula appellatur: in quem
Canicula — conuerſo talo:deponebatur ab eo qui iactauerat nummus vnus: aut quãtum inter ſe pacti
fuerant: ſine aliquo lucro: idcirco damnoſa canis vocatur. Ouidius. Quid valeant tali: — Ouidius
quo poſſis plurima iactu Figere:Dãnoſas effugiaſq; canes.Perſius.Dãnoſa canicula quan — Perſius
Venus — tum raderet:Eius oppoſitum Venus dicit̃:ſiue Cous ſignificans ſeptenarium numerũ:& is
Cous — qui talorum iactu hũc numerũ reddidiſſet:ſex lucrifaciebat:præterea quicquid eſſet Canicu
Chius — læ iactu eraſum.Alia duo latera Chius & Senio dicũtur:ternarium ille:hic quaternarium ſi
Senio — gnificans.Nam Binarius & Quinarius numerus in talis non erat.Chius tris nũmos lucra
batur:Senio quattuor.Ideo dexter hoc ē fœlix & propitius dicebat̃.Perſius.Quid dexter — Perſius
Senio ferret ſcire erat inuoto.Quod ſi pluribus poſitis talis eadem facies erat pro vno ac/
cipiebantur:diuerſitas numerũ augebat:Duo ſeniones quattuor lucri faciebãt.Chius & Se
Steſichorites — nio ſeptem.Fuit etiam aliquando in talis octonarius numerus:Quem Steſichoritē vocant — Steſichorus
a ſepulchro Steſichori poetæ:quod talorum octo figura conditum fuit.Euripides Athenis — Euripides
tempore principum quadraginta:qui poſt triginta imperarunt:numerum talorum vſq; ad
Euripidius — quadraginta auxit:eumq; Euripidium appellauit.Aliæq; in hoc ludi genere differētiæ fue/
re:ut fere in cæteris ludis accidit.Nam & vultorios habebant:& Herculem Baſilicũ.Plau/ — Plautus
tus.Talos poſcit ſibi in manum:prouocat me in aleam:iacit vultorios quatuor: Talos arri
pio:Herculem iacto baſilicum:Quapropter ab Auguſto ſcriptum legimus talis iactatis:ut
quiſq; canem:aut Senionem miſerat in ſingulos talos:ſingulos denarios conferebat in me
dium:quos tollebat vniuerſos:qui Venerem iecerat. Nec me latet pollucem de Chio aliter
ſentire:Sed noſtrorum in hoc ſentētiam ſequi maluimus: qui de hãc re longe apertius ſcri/
pſere. Vtebãtur aũt talis veteres:aut naturalibus:aut ex ebore aliaue materia factis:qui ꝑ di
Talea — minutionem etiã Taxilli dicũtur.A tali quidem ſimilitudine Taleã dictã putant:quæ ē fru
ſtrum ligni præciſum ex vtraq; parte æquabiliter:ſerendi gratia.præciſis enim lignis uel pe/
dali:uel cubitali magnitudine nonnullæ arbores ſerũtur:idq; lignũ ita præſectum græce ge/
nerali nomine ξύλον: Latine Talea dicitur.Plynius.Ficus omnibus aliis modis naſcitur — Plynius
præterq̃ talea.Idem.Seruandum in Taleæ ſatu ante omnia:ut Taleæ ex feracibus fiant ar/ — Idem
boribus:ne curuæ:ne ue ſcabræ:aut bifurcæ:ne tenuiores q̃ manum impleãt:ne minores pe
dalibus:ut illibato cortice:atq; ut ſectura inferior ponatur ſemper: & quod erit ab radice:
accumuleturq; germinatio terra:donec robur planta capiat.Cato.Taleas oleaginas quas: ĩ — Cato
ſcrobe ſaturus eris: tripedaneas facito:quas in ſeminario ſaturus eris:pedales facito:Qum
Talior — taleam demittis:pede taleam opprimito: ſi parum deſcendat malleo: aut mateola adigito:
Intalior — cauetoq; ne librum ſcindas.A Talea(ut Varro ſentit) Taliari vulgo dicitur lignum: dum — Varro
Talea — ſcinditur:& Intaliari dum præcidendo formatur:& qum ramus ex vtraq; parte æquabilit̃
Talia — complanatur:ut numerus aliquis in eo deſcribatur:dicit̃ Talea.Talia vero folliculus cepa/
Talus — rum eſt:& Talus ſabinoꝝ prænomē.Sicut aũt fruſtum ligni:qđ in terra ſerit̃:Talea voca/
Calamus — tur:ita id quod inſerit̃ ramo calamus:& Teſſera dicit̃:ſeu potius per diminutionē Teſſel/
Teſſera — la:qđ inſtar teſſeræ ſit.Plynius.Quod ſi longius afferantur pomoꝝ calami: rapo infixos — Plynius
Teſſella — optime cuſtodire ſuccũ arbitrant̃.Idem.Quidam huic generi miſcuere fiſſuram in vitibus — Idem
Teſſera — exempta cortice Teſſella ſurculo a latere plano adigēdo.Itē Teſſera lignũ eſt vtrinq; cõpla
Talea — natum:in quo numeri deſcribũtur:quod & Talea dicitur. Plautus. Suam vterq; teſſerã ha — Plautus
Teſſerula — bet:ratio conſtat:hoc & Teſſerula dicitur.Plynius. Frumenti rationem Teſſerulis oſtēde/ — Plynius
Teſſera — bat. Item Teſſera ſymbolum bellicum:quod in pugna exeũtibus datur. Virgilius. It bel/ — Virgilius
Talus — lo Teſſera ſignum. Liuius. Cæteris omnibus Teſſeram dari iubet. Talum quoq; a latinis — Liuius
aliquãdo appellatam inuenimus:eam partē:quæ in hoĩbus vno pede vtrinq; exuberat ꝑpe

calcem:græci Sphyrō uocant:vnde & pro calce aliquãdo taliora uſurpãt hinc talaris tunica appellatur ꝓlonga & uſq; ad talos deſcendens:& ſubtal dictum eſt concauū pedis: ſicut uola:quod ſcilicet ſubtalo ſit A ſecando autem Segmentum dicitur:& ſegmen quaſi ramẽtum:vnde & Præſegmen amputatio rei ſupfluæ dicitur:hinc quæ exunguibus animalis ſcindūtur:Præſegmina uocitantur.Plautus.Qum ipſi pridem tōſor ungues dempſerat. Collegit:omnia abſtulit Præſegmina:Eiuſdem ſignificationis eſt reſegmen.Plynius. Nec pauci apud græcos ſingulorum uiſcerum mẽbrorumq; etiam ſapores dixere:omnia perſecuti uſq; ad Reſegmina unguium.A Seco autem omnia hæc deriuantur Secare proprie eſt excidere.Cicero id totum ſecuit induas partes:& quoniã dum iter facimus:quodamodo uiam diuidere uidemur Secare per metaphoram modo producere uſurpamus.Virgilius.Ille uiam ſecat ad naues.Idem.Arboribus poſitis ſecto uia limite quadret: hoc eſt ducto limite. Tybullus.Et ſecet ad Phrygios uilia membra modos:modo pro Sequi.Virgilius. Quæcūq; eſt fortuna hodie:quam quiſq; ſecat ſpem.Hinc Sectores dicti emptores uenditorum bonorum exulis:quod empta ſua proſequuntur.Item qui ex damnatione eius qui accuſatus ẽ dimidium bonorum expectant:aut certe aliquam partẽ:& id ꝓſequunt᷑.Et Sectarius Veruex qui gregem agnorum præcædens ducit.Et Sectio modo conciſio modo perſecutio iuris:& Seceſpita cultrum fererum:oblongo manubrio eburneo:rotundo:ſolido:iuncto ad capulum argento:auroq;:fixo clauis æneis:ære cyprio:quo flamines:Flaminicæ Virgines: Pontificeſq; ad ſacrificia utebantur:& ſecum libum: quod Seceſpita ſecabatur. Et Siciculi ſcrupuli ſex:quod Semiunciam ſecet & Sicilices haſtarum ſpicula lata:& Sicilio uerbum cuius ſignificatum oſtendit.Plynius.Prata quotiens ſecta ſunt:ſicilire oportet:hoc ẽ quod Feniſecæ præterierunt ſecare.Eſt enim imprimis inutile naſci herbas ſementaturas:& Varro.In pratis herba:qum creſcere deſiit:& æſtibus areſcit ſubſecari falcibus debet:& quod perareſcat furcillis uerſari.Quum peraruit:de his manipulos fieri:ac uehi ad uillã: tum de pratis ſtipulam raſtellis eradi:atq; addere fœniſitio cumulū:quo facto ſiciliẽda prata ideſt falcibus conſectanda:quæ feniſices præterierunt:ac quaſi herba tuberoſu; reliquit campū: a qua ſectione arbitror dictum ſicilire pratū.A ſiciliendo Sicilia appellata herba: quã alio nomine fœnogræcum diximus uocari ꝙ nullus fere inexcultus fit:ſed tãtum ſicilitur: hoc eſt ſecatur:huic enim:quod mirum:prodeſt negligentia:& quanto peius tractatur:tanto ꝓuenit melius.Item Sicilia inſula:quod olim brutio agro cohærens:mox interfuſo mari reſecta atq; auulſa eſt:propter quod & oppidum e regione in margine Italiæ ſitum rhegium uocitatum eſt ἀπὸ τοῦ ῥηγνύω :quod eſt auello:Quãuis aliqui Siciliam a Ducis nomine Sicello appellatam uelint quemadmodum inferius latius differemus.Item a ſero Secale frugis genus:quod Taurini ſub Alpibus Aſiam uocant deterrimum:& tantum ad arcendã famem utile:fœcunda ſed gracili ſtipula:nigricia triſte:ſed pondere præcipuum.Et Secula Falx:de qua ſupra diximus:& ſecuris:a qua diminutiuū Securicula:qua ligna ſecabantur: utebant᷑ tamẽ ea lictores:atq; carnifices:milites quoq; frequenter in bello.huius inuentricẽ fuiſſe tradunt Panteſileam amazonem.Quidam ſecurim dictam putant: quaſi Semiquirin:ut inferius oſtendemus:Sabini enim Quirin haſtam appellant:& Secta: quæ a græcis hereſis dicit᷑:ut ſunt Philoſophorū Sectæ.Hereſis enim ab eligẽdo dicit᷑ apud græcos:hoc eſt ἀπὸ τοῦ αἱροῦμαι quod ſignificat eligo:opto.Cicero.Eſtq; in ea hæreſi:quæ nullū ſequitur florem orationis.Ab hoc Theologi noſtri Hæreticum uocauerunt eum: qui ſectã aliquam uel inſtituit uel ſequitur aduerſus fundamenta religionis:Et ſectile:quod excidi poteſt:& excidiuum quod excidi ſolet.Vnde Sectiuum dicimus porrum:quod folia eius ſæpius ſecant᷑.Duo eni ſunt Porri genera:alterum capitatum:quod in caput latius excreſcit: quod ut facerent ueteres:ſilicem:uel tegulam porro ſubiiciebant:atq; ita capita dilatabant Huic auctoritatem dedit Nero princeps ueſcendo eo ex oleo per æſtatem uocis gratia:pene ſingulis diebus.Tradunt Melam equitem Romanum ex procuratione a Tyberio principe in iudicium uocitatum:ſuccum porri in ſūma deſperatiōe ad trium denariorum pondus hauſiſſe:confeſtimq; ſine cruciatu aliquo expiraſſe.Si largius ſumat᷑:dicunt nō eſſe noxium Capitatū optimū mittebat Aricia.Columella:& mater Aritia porri.Martialis.Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros:Inniueo uirides ſtipite cerne comas. Sectiuū erat ꝓ̄cipuū Tarenti.Idem.Fila Tarentini grauiter redolẽtia porri Ediſti quotiẽs: oſcula clauſa dato:& Sectura ꝓ ſectione & Socius uł quod ſecet hoc ẽ diuidat laborẽ alterius:uel quod eum in re laborioſa ſequat᷑.Socius eni ꝓprie dicit᷑ q in re ſeria ac laborioſa alicuius par ẽ: vnde.Socii populi Romani dicebant᷑ ita qum iis fœdere coniuncti:ut pacis & belli participes eſſent:a quo Sociale dictū:quod Sociorū eſt:vnde Socialis perfidia:& Sociale bellū: quod cū ſociis geſtū eſt:& Societas q̄ſi participatio.Liuius.Infida regni Societas.Veteres Socienū pro ſocio dicebãt.Plautus.Ibo itro:atq; illi Socieno tuo iam interſtringã gulam

Left margin: Plautus · Plynius · Cicero · Virgilius · Idem · Tybullus · Virgilius · Plynius · Varro · Panteſilea · Cicero · Nero · Melas · Columella · Martialis · Idem · Liuius · Plautus

Right margin: Sphiron · Tallaris · Subtal · Segmen · Segmentum · Præſegmen · Præſegmina unguium · Reſegmen · Seco · Sector · Sectarius · Sectio · Seceſpita · Secium · Sicilicus · Sicilices · Sicilio · Sicilia · Secale · Sicilia herba · Sicilia inſula · Secula Falx · Securis · Securicula · Secta · Hereticus · Hereſis · Sectile · Sectiuum · Sectiuū porrum · Porrum Capitatum · Sectura · Socius · Socii ppli Romani · Sociale · Societas · Socienus

Comes Differt Socius a Comite: & Sodali. Nam Comes eſt: qui cum aliquo ſimul it: & tanq̃ du
cem ſequitur. Cicero. Non comitem ſe: ſed ducem præbuit. Cæſar. Quum ſe uictoriæ Pom Cicero
Comito peii comitem eſſe mallet: q̃ ſocium Cæſaris: Ab hoc fit Comito uerbum: & paſſiuũ eius Co Cæſar
Comitor mitor: ſicut a ſocius ſocio & ſocior. Virgilius. Atq; vno gradit̃ comitatus Achate. Comi/ Virgilius
tor etiã deponẽs inuenit̃. Plynius. Quicunq; enim comitati fuerãt. Quod ſi imp̃ator: aut Plynius
dux milites ſuos ſocios uocat: q ſibi impares ſunt: facit id conciliandæ beniuolentiæ gratia
Cõmilitones quaſi eos ſibi pares exiſtimare uideat̃ quemadmodum Cõmilitones uocat: ut ſe ueluti vnũ
ex illis faciat: Qum milites ipſi inter ſe cõmilitones ſint: non Dux aut Imperator cõmilito
Sodalis dicatur. Sodalis in rebus leuioribus dicit̃: & fere in cõuiuiis: dicti autem ſunt Sodales qua
ſi ſimul edales: uel quod ſederent ſimul in menſa: ul' quod e ſuo datis ueſci ſolerent: uel quod
inter ſe ſuaderẽt: quod comodũ eſſet. Quintilianus & tempeſtiua cõuiuia: & peruigiles io Quintilia.
cos aduocata Sodalium turba ſolutus: atq; affluens agerem. Cicero. Epulabar modice cum Cicero
Sodaliciũ ſodalibus: hinc Sodalicia & Sodalitates appellatæ: hoc eſt collegia. Idem. Sodalitates enim Idem
Sodalitas me queſtore ſunt inſtitutæ. Caius Sodales inquit ſunt: qui eiuſdem collegii ſunt: cũ quo con Caius
ſentire uidet̃ apud eundem Ciceronẽ Antonius: q Norbanum quæſtorem ſuum appellat Antonius
Sodalem. Et Scutum & Scutula: de quibus ſupradiximus: & Sica cultrum ferreũ: a quo Si
carii dicti: vnde eſt Lex cornelia de ſicariis: ſunt aũt Sicarii homicidæ: & q homines occidẽ
di: furtiue faciendi cauſa cum telo ambulauerint: & q in rebus capitalibus dolo malo fal/
Secus ſum iudicauerint: falſum ve teſtimoniũ dixerint. Et Secus quod ſignificat aliter: vnde haud
Haud ſecus ſecus dicimus: hoc eſt non aliter: a quo Secius: quod modo propoſitiuo ſuo accipit̃: modo
Secius ſignificat minus: uel tardius. Virgilius. Nec Secius omnis in vnguem Arboribus poſitis ſe Virgilius
Secus cto uia limite quadret. Aliquãdo Secus præpoſitõ eſt: & ſignificat iuxta: ut ſecus uiam: hoc
eſt quod immediate ſecat: ideſt ſequitur uiã: & ſecundum quod immediate ſequit̃ primum
ideſt: quod ſecundo loco eſt. Quapp & aduerbialiter accipit̃ pro iuxta: nam quod ſecũdo
loco eſt: iuxta eſt Sulpitius. Marcum Marcellũ poſt coenæ tempus a Magio Cellione fami Sulpitius
liari eius pugione percuſſum eſſẽ: & duo vulnera accepiſſe: vnum in ſtomacho: alterum in
capite ſecundũ aurẽ. Virgilius. Dulcibus illa quidem illecebris: aut plena ſecundũ flumina Virgilius
Aliquando pro poſt quaſi ſecũdo loco. Quintilianus. Nam quod vnũ mihi ſecundum pa Quintilia.
trem fortuna uidebat̃ paraſſe præſidium: id ego ſperare in illa ſorte non poteram. Cicero Cicero
proxime aũt: & ſecundum deos homines hominibus maxime utiles eſſe poſſunt. Capitur
Secundum etiam Secundum pro eo: quod eſt pro ut ſecundum te litem do: Secundum me iudica: ideſt
pro te & pro me: & p. In ut Secundũ quietem ideſt inqete. Interdum eam uim habet: quã
iuxta ſententiam: ut ſecundum Platonem: ſecũdum Ariſtotelem: hoc eſt iuxta ſententiam
Secundus Platonis: iuxta ſententiam Ariſtotelis. Item Secundum diximus proſp̃erũ: quod ita uti vo
Præſens lumus ſecet: ideſt ſequat̃: uel quod quæ ad ſunt proſpera eſſe dicuntur: vnde præſentem pro
ꝓpitio capimus. Plautus. Sis præſens obſecro: teq; ſine exorarier. Hinc ſecundã Fortunam Plautus
Secundo flumĩe vocamus: quæ uel nobis adeſt: uel nobis obſequit̃: & res Secundas: quæ pro noſtro deſyde
Aduerſo flumĩe rio ſequunt̃. Virgilius. Et ſeruare modum rebus ſublata ſecũdis. Et Secũdo flumĩe nauigat: Virgilius
Secũdare q aqua ſequẽte nauigat: hoc eſt in eã partẽ fluẽte: ad quã tẽdimus: Sicut aduerſo flumine na
Obſecundare uigat: q cõtra aquã nitit̃. Ab hoc fit Secũdare: quod eſt ꝓſperare. Virgilius. Dii cepta ſecũ/ Virgilius
dent. Propertius. Iam liquidũ nautis aura ſecũdat iter. A quo Obſecundare: quod eſt uel in Propertiꝰ
Secundarius melius conuertere: uel obſequi. Terentius. Hæc me rep̃hendere: & corrigere: & Obſecunda Terentius
Secũdarius pa/ re in loco. Et Secũdarius q̃ſi ſecundi ordinis. Vnde Secũdarius panis dr̃ uulgaris. Suetoni/
nis us de auguſto. Cibi minimi erat: atq; vulgaris fere. Secũdariũ panẽ: & piſciculos minutos:
& caſeum bubulũ manu p̃ſſum: & ficus uirides biferas maxime appetebat. Itẽ Secũdo ad/
Secundo uerbiũ: quod aliqñ ſignificat ordinẽ: ut primo: ſecundo: tertio. Aliqñ bis: ut ſecũdo eũ mo/
Secundæ nuerã: ideſt bis monuerã: & Secũdo cõſul ideſt bis Cõſul: Nonnũq; rurſus. Cicero. Semel Cicero
Volucrum hominẽ allocutus fuerã: an ſecũdo mihi redeundo eſſet: ignorabã: & Secũdæ Plurali nũme
ro tantum membrana illa: qua partus obuolutus utero prodit: dictæ quod naſcentem iſan
Inſecta tem ſequant̃: hæ niſi cũ partu exeant: mulier male torquet̃ Χοριον eas appellãt græci qdã
Serra e noſtris uolucrũ dixere. Plynius. Braſſicæ ſemẽ cõtra ardorẽ febriũ facit: & ſtomachi vi/ Plynius
tia: & ad ſecũdas. Itẽ a ſeco inſecta: de qbus ſupradiximus: & ſaucius: de quo iferius dicemꝰ
q̃ſi ſecius. Et Serra dentatũ inſtrm̃: quo ligna & lapides ſecant̃. Itẽ inſtrm̃ ligneũ ſimiliter
Serratus dentatũ: quo trahentibus bobus hoĩes torquebant̃: vñ Serrati dẽtes dñr: q inter ſe diſtincti
Serra præliari ſunt: ad ſimilitudinẽ dẽtiũ ſerræ: & Serratũ qcqd eodẽ mõ dẽtatũ eſt. Serra p̃liari dr̃: qum
Serræ inuentor aſſidue accedit̃ recediturq;: nec vllo tpe cõſiſtit̃: ut ſerra facit: dũ aliqd ſecat̃. Serræ inuẽto/
Aſcia rẽ fuiſſe Dædalũ tradũt: q & fabricã materiarũ iuenit: & Aſciã notũ inſtrm̃ ab a ſcindendo
Aſciola dictũ: cuius diminutiuũ ẽ Aſciola: & Perpẽdiculũ inſtrm̃ fabri materiarii: ſiue Cementarii:
Perpendiculum quo plũbo: a filo & gnomone pẽdente rectitudo ſiue obliqtas opis ꝓpendit̃: hoc ẽ exami

natur:& Terebrã inſtrm̃ ad pforandũ a teredo dictũ:a quo fit uerbũ terebro:quod ẽ teren
do pforo:& exterebro:quod eſt extorqueo:& ſcrutor.Plautus.Extrebra prorſus atq; excu
te Dicimus etiã neũtro genere Terebrũ:a quo fit diminutiuũ Terebellũ:Et Glutinũ:quod
græci Collã nominant:quo ligna ferruminant̃:Et Lithocolã hoc eſt glutinũ: quo lapides
coniungunt̃.Itẽ Sector quod eſt ſequor: A quo fit inſector:perſequor:& Cõſector:ſequor
& Aſſector comitor nõ i itinere:aut nauigatiõe:aut militia:ſed fere p urbẽ.Cicero.Qum
Edilitatem craſſus peteret:eũq; maior natu:& cõſularis Sergius Galba aſſectaret̃:& aſſec/
la cõmunis generis:q continue aliquem ſequit̃.Veteres tamen aſſeclas nutrices dicebãt:qđ
ſemper iis aſſint:quos nutriunt:nec exiguo abiis tpe diuellatur.Item a ſeco deducit̃ ſequor
eiuſdẽ ſignificationis: A quo ſequutor qui ſeqtur:cuius fœmininũ eſt ſecutrix:& ſequax tri
um generũ:quod mõ ſignificat id:qđ ſequit̃.Seneca:cæteriſq; Ariſtippi ſequaces:mõ qđ
ſe ſpargendo dilutat.Perſius.Quorũ imagines lambunt Hæderæ ſequaces.Virgilius.Soni
tumq; metũq; Miſcebant operi:flãmiſq; ſequacibus iras.Et Sequela conſecutio:& Scurra:
qui turpiter iocãdo domos aliorũ ſectat̃.Et ſequeſter:apud quẽ plures eandẽ rẽ:de qua cõ/
trouerſia eſt depoſuerunt:dictus ut Modeſtino placet:quod concurrenti:& quaſi ſequenti
eos:q contendũt:cõmittitur. Eſt aũt Sequeſter quaſi medius inter duos altercãtes: qua pro
pter.Virgilius.Pacẽ ſeqſtram inducias appellauit:quod media ſit inter Bellũ præteritũ:
& futurum.Biſſenos pepigere dies:& pace Sequeſtra per ſiluas teucri:miſtiq; impune lati/
ni Errauere iugis.Hinc fit Sequeſtro uerbũ: quod eſt apud ſequeſtrũ depono & paſſiuum
eius Sequeſtror:a quo Sequeſtrata res:& actus ipſe ſeqſtratio dicitur.Itẽ Seqſtro aduerbiũ
Cato Per deũ immortalẽ nolito uos ſeqſtro ponere.Veteres pro Sequeſtre Sculnã uſurpa/
uere:quaſi Sequulnam:quo uerbo uſus eſt Varro:& Sequẽs:quod trahentem facile ſeq
tur:ut cæra & Glutinũ.Item a ſequor compoſita fiunt Pediſequus:hoc eſt famulus:qui pe/
des domini ſequit̃:& pediſequa ancilla:quæ ſequit̃ dominã:& Odoriſequus canis: q odo
rem ſequit̃.Aſſequor adipiſcor:Obſequor:morem gero:nec ſolum de minoribus dicit̃ er/
ga maiores:ſed etiã de maioribus erga minores.Plautus.Ego ſane cupio obſeq gnato: hic
obſequia dicunt̃ officia.Terentius.Obſequiũ amicos:ueritas odium parit:a quo obſeqo/
ſus:& moriger eſt:Et obſequela ipſa morigeratio.Plautus.Omnes parentes liba næ liberis
ſuis:qui mihi auſculabunt:facient obſequelam.Perſequor modo inſector.Plautus.Quid
me miſeram:atq; innocentem pſequeris:mõ pſeuero exequi: quod agere cœperã. Plynius
Qui mihi omnes ſuaderent:ut ceptũ opus perſequi feſtinarem.Exequor pſequor abſoluo.
Apuleius.Neq; enĩ in tenebris:ſed impropatulo iuſſa domini exequebar.Hinc exequiæ di
ctæ funebre officiũ:quod ſcilicet in funere exequimur:a quo exequari uerbũ:quod eſt in exe
quiis cõuiuari & epulari.Varro.Ipſum propter ius liberti ſemitracti exequantur. Exeqas
quidã ita ab aliis ſeparant:ut exequiæ ſint:dum cadauer effertur:poſtq̃ ſepultũ eſt:reliquiæ
Inferiæ ſacra mortuorũ:quæ inferis fiunt.Virgilius.Totidem quos educat Vfens uiuentes
rapit inferias.Parentalia etiam dicebant̃:& parẽtare ẽ ſacra mortuis facere:uľ quod ita pa
rerẽt mortuis qui:ita uiuentes iuſſerant facere:uel quod filii parẽtibus hoc præſtarent: Ea/
dẽ iuſta uocabant̃:quod iure fierẽt iis:qui de nobis uiuẽtes bene meriti fuerãt:de qbus.Vir
gilius.Quiq; ſui Memores alios fecere merẽdo proſequor cũ affectu aliquo animi ſequor:
& fere ſemp habet ablatiuũ:ut proſequor te oculis:caritate: odio:honore uerſibus: cantu:
cõuitiis.Ab hoc fit proſequm:ſicut ab boſequor Obſequium:Inſequor: perſequor. Quin
tilianus.Qum eũ maledictis inſequeret̃.Subſequor ſtatim ſequor.Conſequor mõ ſequor.
Cicero.Ex quo intelligi põt illũ mẽtis agitatione:inueſtigationeq; earũ rerũ:quas cogitan
do conſeqbatur:neq; ocioſum:neq; ſolũ vnq̃ fuiſſe.Nonnũq; adipiſcor.Idem.Tũc qum
ea:quæ es a Senatu ſummo cũ honore tuo cõſecutus.Ab hoc Cõſequentia deducit̃:quæ ex
præcedẽtibus infert̃.A ſeco quoq; compoſita fiũt circũſeco:quod eſt circũcido: iterſeco q̃ſi
mediũ ſeco:pſeco pfecte ſeco: Proſeco idẽ:quod ſeco: vnde proſecta dicunt̃ exta:ſeu uiſce/
ra:quæ ſacrificiis adhibẽtur.Ouidius.Cuius ut ipoſuit pſecta calentibus aris.Itẽ proſiciũ:
qđ pſectũ proiicit̃.Deſeco ex aliquo ſeco:exſeco excido: præſeco pcido Subſeco ſucido:
Diſſeco mõ dilanio:mõ diuido:a quo diuiſiões patrimoniorũ inter cõſortes diſſectiões ſũt
appellatæ.Reſeco reſcindo:& Fœniſex:q Fœnũ ſecat:de quo ſupradiximus: a quo Fœni
ſiciũ ipſa ſectio fœni.Vnde apud.M.Catonẽ de Fœniſitio ſcribit̃.Eſt pterea genus itimæ
ueſtis:q̃ fere ex lino fit Subucula appellata.Itẽ Sucula:q̃uis Sucula paruã quoq; ſuẽ ſignifi
cet.Plautus.Eſt ſucula argẽteola:& duæ cõnexe maniculæ: & ſucula. Quin tu |i| dierecta
cũ ſucula:& cũ porculis.Crepũdia ſunt nõ modo ueſtes:ſed bullæ:enſiculi:ſecuriculæ crepi
tacula:& puerilia ornamẽta:a crepãdo hoc ẽ tinniẽda dicta:qm̃ ifantes hmõi crepitaculis
maxime gaudẽt.Martialis.Si qs plorator collo tibi uernula pẽdet.Hæc quatiet tenera gar
rula ſiſtra manu.Plautꝰ Sũt crepũdia? ecca uideo.Qua facie ſũt? Enſiculus aureolus primũ

Plautus
Cicero
Seneca
Perſius
Virgilius
Modeſti/nus
Cato
Varro
Plautus
Terẽtius
Plautus
Plynius
Apuleius
Varro
Virgilius
Virgilius
Quintilia.
Cicero
Idem
Ouidius
Cato
Plautus
Martialis
Plautus

Terebra
Terrebro
Exterebro
Terebrum
Terebellum
Glutinum
Colla
Lithocola
Sector
Conſector
Aſſector
Aſſecla. Sequor
Secutor
Secutrix
Sequax
Sequela
Sequeſter
Pax ſequeſtra
Sequeſtro
Sequeſtror
Sequeſtrata res
Sequeſtratio
Sequeſtro
Sculna. Sequens
Pediſequus
Pediſequa
Odoriſequus
Aſſequor
Obſequor
Obſequium
Obſequioſus
Perſequor
Obſequela
Exequor
Eexeqæ
Exequor
Exeqæ. Inferiæ
Parentalia
Parentare. Iuſta
Proſequor
Proſequium
Obſequium
Inſequor
Subſequor
Conſequor
Conſequentia
Circumſeco
Interſeco
Perſequo
Deſeco. Execo
Præſeco
Subſeco
Diſeco
Reſeco
Foenifex
Foeniſicium
Subucula
Sucula
Crepundia

litteratus: Poſt altrinſecus ſecuricula ancipes: itẽ aurea litterata Poſt hæc ſicula argenteola:
Caſtula & duæ cõnexæ manicule: & ſucula: & bulla aurea eſt p̄r quã dedit mihi natali die. Itẽ Ca/
ſtula palliolum erat: quo puellæ nude infra papillas præcingebant̃. Varro. Caſtulã mulier Varro
Femoralia ſumpſerat p̄ ſucula. Item Femoralia ſunt qbus pudẽdæ partes corporis tegunt̃: dicta a Fe/
Femur more. Itẽ a fœmine fœminalia: nã Femur exterior pars ſub coxendice dicit̃: Femen interi/
Femen or: uel Femur pars poſterior Femen anterior. Liuius. Quoſdam & iacentes uiuos ſucciſos Liuius
Subligaculum fœminibus: poplitibuſq; inuenerunt. Eadẽ Subligacula a ſubligando dicunt̃: Cicero. Sce Cicero
Subligar nicorũ qdem mos tantã habet uetere diſciplina uerecundiã: ut in ſcœnã ſine Subligaculo p̄
deat nemo: & Subligaria. Plynius. At hercle Alexãdriæ: vbi thura interpollant̃: nulla ſatis Plynius
cuſtodit diligẽtia officinas: Subligaria ſignant̃ opifici. Martialis. Tecta tñ nõ hac: qua de/ Martialis
Succintorium bes: parte lauaris Si pudor ẽ tranſfer Subligar in faciẽ. Sunt etiam: qui a Succingẽdo ſuc/
Campeſtria cintoria nominẽt. Itẽ Campeſtria: quod iis in gymnaſiis: & paleſtris: hoc eſt in campis ute/
Campeſtrati rent̃: a quo q Campeſtria induti ſunt dicunt̃ Campeſtrati. Ad hæc ſunt Candidiſſimæ ſi/
Xylinæ ueſtes mul ac ſubtiliſſimæ ueſtes: ex lino egyptio factæ: quæ plurimũ pulchritudinis: ac lucri mini
Goſſipinæ mum firmitatis habẽt. Hæ magno uulgi errore bombicinæ dicunt̃ Xylinæ autẽ debẽt ap/
Goſſipion pellari: ſiue Goſſipinæ: ſeu Goſſampine: Quippe Goſſipiõ: ſiue Xylon: ſeu Goſſampinus
Xylon frutex eſt ex ſuperiori parte ægypti: quæ in arabiã uergit allatus: nũc ẽt in qbuſdã locis Ita/
Goſſipinũ linu; liæ naſcens: ex quo lina fiunt: quæ Goſſipina: ſiue Xylina ſeu Goſſapina dicunt̃: paruulus
Xylinũ linum eſt: ſimilemq; barbatæ nuci defert fructũ: plenũ lanugine. Nec ullum genus lini in candore
Lignea lana huic mollitia ue præfert̃. Iuriſconſulti inter lanas potius cõnumerant: dicũtq; Lanã ligneã
a græcis appellari. Veſtes inde ſacerdotibus Aegypti gratiſſimæ fiunt. Quidã etiã huiuſmo
di linũ cotonũ uocant: quod futices id ferentes: quibuſdã in locis folia habent uitium ſimi/
lia: niſi quod minora ſunt: Feruntq; cotonei mali ſimilitudine cucurbitas: quæ maturitate
ruptæ lanuginis pilas emittunt. Cotoneã uero Veneti uocãt herbã: quam Galli halum no/
Sericeæ ueſtes minãt: ſimilẽ cunilæ bubulæ cacuminibus thymo dulcẽ: & ſitim ſedantẽ. Sũt itẽ ueſtes Seri
Seres ceæ leuitate omnibus præſtantes multiplici colorũ uarietate infectæ. Mittunt has Seres Scy
Sericam tharũ populi: a qbus nomẽ habẽt. Innaſcit̃ arborũ frondibus lanugo nobil̃: quæ ſericũ dr̃:
Lanigeræ arbo/ hanc ueluti quandam frondiũ canitiẽ aqua perfuſa depectunt: Geminus hinc fœminis la/
res bor eſt: redordiendi fila: rurſuſq; texendi. Aliæ quoq; gẽtes lanigeras arbores habẽt: ſed om
Bombix nibus iam nomẽ ſeres dedere: ſi qdẽ & bombicinas nunc a ſericeis nõ diſtingunt. Bombix
animal eſt ex inſectorũ genere Tria eorũ genera ſunt: primũ in Aſyria p̄ueniẽs Veſpæ ma/
ius nidos luto figit: & parieti applicat: ſeu alicui lapidi tãta duricia: ut ſpiculis p̄forari uix
poſſint. In his ceras largius q̃ apes faciũt: deinde maiorẽ uermiculũ. Aliud fit ex grãdiore
Eruca uerme q ueluti gemina protẽdit cornua: ſuiq; generis eſt: primũ toto in mutato Eruca: dei/
Bombilis de Bombilis appellat̃: ex quo Næcydalus: ex hoc in ſex menſibus bõbices telas araneoru;
Necydalus modo texunt ad ueſtem: ac luxũ virorũ: ac fœminarũ: quæ Bombicina appellat̃. Prima eas
Bombicina in filũ retorquere: ac inde texere in Co Inſula Pãphila Platis filia inuenit: a quo huiuſmo/ Pamphila
Co di ueſtis Cois appellata eſt. Horatius. Altera nihil obſtat Cois tibi. Tertiũ genus ĩ eadẽ Co Horatius
Cois inſula primo ĩuentũ tradũt: floribus q̃rundã arborũ imbre decuſſis: & terræ halitu aĩatis fa
ctos primo pall oẽs paruos nudoſq;: mox frigorũ ĩpatiẽtia villi horruiſſe: & aduerſus hye
mem iſtauraſſe ſibi tunicas dẽſiſſimas: pedũ aſpitate foliorũ lanuginẽ radẽtes ĩ uellera: quã
unguiũ carminatiõe ſubigẽtes: mox texerũt in ramos: & ueluti pectine tenuarũt. Poſtea ap
p̄heſam ĩuoluerũt corpori facto ſibi nido uolubili. Sic ab hoĩe ſublati ſunt: fictilibuſq; vaſis
tepore: & furfurũ eſca nutriti. Ita ſubnatos alios ſui generis bõbices. Deide in Italiã quoq;
trãſlatos tã gratos mulieribus: ut nõ fictilibus iã uaſis: ſed pectoribus: ac mãmis ipſos foue/
ant: alãtq; fere foliis mori. Horũ lanificia humore lẽteſcũt excerpta: mox ĩ fila exiguo fuſo te
nuant̃: & ueſtes fiũt: tã mulieribus: q̃ uiris: oĩ qdẽ tpe: ſed p̄ſertim æſtate gratiſſimæ. Sunt
Byſſinæ ueſtes Itẽ Byſſinæ ueſtes ex lana molliſſima: colore luteo: nigricãte: ac ſplẽdorem auri reddẽte. Eſt
Pinna cõchæ genus: qd̃ Pinna dr̃. Naſcit̃ ĩ limoſis: ſubiecta ſp nec vnq; ſine comite: quẽ Pinothe
Pinnoteres rẽ uocãt: alii Pinnophylacẽ: hic in aliqbus paruus eſt piſciculus: cui nomẽ Squilla ẽ. Cicero Cicero
Pinnophylax Duabus grãdibus obſita conchis: cũ q̃ paruus piſciculus Squilla dictus ſocietatẽ coit: ĩ aliq
Squilla bus Cãcer: dapis aſſectator. Aperit ſe ſe Pinna: atq; orbũ luminibus corpus minutis piſci/
culis p̄bet: Aſſultant illi p̄tinus: & ubi p licẽtiã audacia creuit ĩplent Pinnã. Hoc tp̄s ſpe/
culatus Cãcer leuis morſu ſignificat. Illa ore cõp̄ſſo qcqd ĩcluſit: exanimat: parteq; ſocio
p̄bet. Hãc ut pleraſq; alias Cõchas uenat̃ Polypus: quã ut ſine diſcrimine cõpræhẽdat. La
pillũ extra carnẽ ĩpõit ne claudi: & brachia eius cõcider poſſit. Adueniẽtẽ ergo puigil ſoci
us ſpeculat̃: idq; leui morſu ĩdicat Pinnæ. Illa clauſis teſtis ſaluti ſuæ cõſulit: hæc pauxillum
ĩtra ſe lanæ h; Cõchæ adherẽs: colore luteo ac p̄lucido: q byſſus dr̃. Fiunt ex eo p̄tioſiſſimæ
ueſtes Byſſinæ appellatæ: & byſſinũ eiuſmodi color uocat̃: q aliqñ etiã dr̃ byſſus: hoc fit ſi

cocco tinctũm:tyrio tingat᷑.Eſt etiã byſſinũ lini genus ꝓtioſi quod circa.Elin in Achaia gi
gni ſolebat:dictũ a ſimilitudine huius:quod diximus byſſini:& mulierem maxime deliciis
cõueniens:huic lino inter cætera genera principatus eſt eo excepto:quod Viuum appellãt:
nec ullis ignibus abſumitur.Ardent ex eo mappæ in focis conuiuiorũ:& igne exuſtæ magis
ſplendeſcunt: q̃ſi aqs abluerent᷑.Fiunt hinc funebres regũ tunicæ:quæ fauillã corporis dũ
cremat᷑:ab reliquo cinere ſeparant.Naſcit᷑ in deſertis:ac ſole aduſtis in diæ locis: ubi ĩbres
nõ cadũt:aſſueſcitqꝫ uiuere ardẽdo rarũ ĩuẽtu:& textu difficile ꝓpter breuitatẽ.Rufus alio
quin color igni maxime ſplendeſcit.Qum inuentũ eſt: æquat pretia margaritarũ: uocat᷑ a
græcis Aſueſtinũ propter calcis ſimilitudinẽ:quæ igni purificat᷑.Calcẽ eni græci ἄσβεστον — Aſueſtinum
uocant β græca littera aliquando non in b Latinũ:ſed in v conſonantẽ conuertit᷑:ut in — β
Aſueſtinum:& in Eruus.Lintheum ex aſueſtino factũ:ſi circa arborem ponat᷑:cedit᷑ arbor
Strabo ſurdis ictibus.Strabo ſcribit ad Caryſtũ in Euboea lapidẽ naſci:quẽ pectunt:nent: texunt:
conficiunt᷑ inde mantilia egregie cõtexta:Ea ubi ſordeſcunt:in flãmas ꝓiecta nõ ſecus emũ
dantur: q̃ſi aquis maculæ eluerent᷑:Ex hiſpania afferri quondã Linũ ſolebat:faciẽdis pla/ — Linum hiſpanũ
gis utiliſſimũ:quod Zoelicum uocat᷑:a ciuitate Galatiæ propinqua Oceano: & Cumanũ — Linũ Zoelicum
e Campania ad piſciũ:& auiũ capturã.Itẽ etiam ad faciẽdas plagas:quæ Cumanæ diceban — Linũ Cumanũ
Seruius tur:apros filo:ceu ferri acie cõcidẽtes.Plagæ nõ funiculi ſunt:q̄bus retia aſtringunt᷑: ut Ser — Plagæ Cumanæ
Virgilius uius ſentit:ſed retia rariora ad capiendas feras:qđ præclare. Virgilius diffinit. Retia rara — Plaga
Plagæ:lato uenabula ferro:Nam funiculi:q̄bus retia tendunt᷑:circa ſummã & imã partem
Epidromes appellant᷑:quod in iis rætia diſcurrant ἐπὶ eni ſignificat In δρομῶ curro — Epidromes
Viſæ ſunt tantæ tenuitatis:ut annulũ hominis cũ Epidromibus:hoc ẽ funiculis:q̄bus extẽ/
dunt᷑ tranſierint:uno tantam eorũ multitudinẽ portãte:ut ſaltus cingere poſſent:nec adeo
hoc mirũ eſt:qum illud ſit mirabilius ſingula Stamina earum centeno quinquageno filo cõ
ſtare Quanuis illud hoc miraculũ ſuperat:quod in egyptii quondã regis thorace:in Rho/
dorum inſula uiſum eſt in templo Mineruæ trecentis ſexaginta quinqꝫ filis ſingula fila cõ/ — Filorũ tenuitas
ſtare.Eſt etiã lini genus:quod Carbaſus dr̃: ex quo præcipua fiũt uela nauiũ:quæ & ipſa ab — Carbaſus
hoc pluratiuo numero Carbaſa neutro genere dñr: ſingularis fœminino Carbaſus. Hinc — Carbaſa
Carbaſina uela dicimus:quæ ex eo genere lini ſunt:ſiue naualia.Carbaſina hoc eſt naualia — Carbaſina uela
Lentulus uela primus in theatro fertur duxiſſe Lentulus Spinter:apollinaribus ludis:mox Cæſar di
Spinter ctator totum forum Romanũ eiſdẽ uelis texit:uiamqꝫ ſacram ab domo ſua ad Cliuũ uſqꝫ
Cæſar in Capitolium:quod ludo ipſo quem edidit gladiatorio mirabilius uiſum fuiſſe prodide/
Marcellus runt.Deinde Marcellus Octauia ſorore Auguſti genitus uelis forum in umbrauit: ut ſalu/ — Velũ purpureũ
brius litigantes cõſiſterent.Quidam etiã caua ædium uelis texerũt: Vt ſolem arcerẽt.Quin — Vela Theatri
Alexander etiã tingere coloribus lina cœpere:ex q̄bus fierẽt uela Talibus vſus eſt Alexander magnus: — Orthominum
M.Antoni dum:Indo amne nauigaret.Item velo purpureo ad actiũ cũ.M.Antonio Cleopatra venit — Linũ geniſtæ
us eodẽqꝫ effugit.Poſtea in Theatris tantum huiuſmodi uela vmbram fecere: quod primum — Linum malorũ
Cleopatra Q.Catulus:qum Capitolium dedicaret:inuenit.Lino ueteres culcitras implere ac tomen — Linũ cucurbita/
Q.Catu/ to ſolebant:præſertim in Gallia Ciſalpina.Eſt & lini genus:quod Orthominũ appellãt fit — rum
lus e pannicula paluſtris harundinis.Aſia linũ e geneſta facit ad piſcatoria retia:præcipuum. — Semen lini
Aethiopes Indiqꝫ e malis.Arabes e cucurbitis:Semen lini vtile medicinæ eſt:adhibeturqꝫ in — Styparius maleus
ruſtico quodã ac prædulci tranſpadanæ Italiæ cibo.Itẽ eo in ſacris vtebant᷑:Virgæ in aqua — Stupa
macerant᷑:tum ſiccatæ in ſaxo tendunt᷑ ſtipario maleo:quod ꝓximũ cortici eſt ſtuppa ap/ — Stypo
pellat᷑:a græco ςύπιον:quod ſtupã ſignificat:vnde ſtypo fit: quod ꝓprie ẽ rimas obthuro — Stypare
quia in hoc ſtupa uti ſolemus:eſt eni deterius linũ:quod lucernarũ fere luminibus ueteres ad — Stypo
hibebant:& rimis maxime nauiũ claudendis.Vnde Stypatores appellati q in nauibus ſty — Stypator
pam:hoc eſt ſtupam componũt.Hinc ſtypare pro denſare & componere accipit᷑.Virgilius.
Virgilius Stypatqꝫ Carinis Ingens argentũ:& ſtypatores dicuntur corporis noſtri cuſtodes:quos an
tiqui a latere latrones vocitabant:uel qđ ſtypati hoc eſt cateruati corpora regum circum/
dabant:uel quod ipſi ferro circũdati & ſtypati erant.Ab hoc ſtyps dicta merces:quæ ſtypa — Styps
Auguſtus toribus:& militibus dabat᷑.Augus.Putas te ſtypem Elephãto dare: q̃uis Varro Stypẽ di/
Varro ctam velit:quod q ſupra as maiorem numerũ accepiſſent:non in arca ponebãt: ſed in aliq̃
cella ſtypabãt:hoc eſt cõponebãt:quo minus loci occuparet.Hinc Stypẽdiũ æs militare ap — Stypendium
Ennius pellatũ a ſtype pendenda:& Stypẽdiarii milites:quod eã ſtypẽ pendebant.Ennius.Poeni — Stypendiarius
ſtypẽdia pendũt.Pecuniã quoqꝫ:quam uel in ærariũ reponebant:uel diis offerebant: Sty/ — Styps
pem ueteres dixere. Item quod mendicis ad ſuſtentationem infœlicis vitæ porrigit᷑. Hinc — Aſtypulor
qui pecuniã rogat: & qui ſpõdet Stypulari.ac Reſtypulari dicit᷑:quod verbum poſtea:ad — Stypulor
omnes rogationes:quæ ſolenniter fiunt tranſlatum eſt:& Stypulatio rogatio dr̃: & Stypu — Reſtipulor
lator qui rogat ſiue rogat᷑.Dicimus autẽ Stypulor abſte actiue:hoc eſt rogo te: peto abſte: — Stypulatio
& Stypulor abſte paſſiue:hoc ẽ rogor abſte:A quo fit Aſtypulor:quod ſignificat aſſentior — Stypulator

Styparius | A ſtypo: Styparium dicimus: quicqd ad ſtypandum pertinet: ut Styparius maleus: & Con
Conſtypo | ſtypo verbũ: quod eſt condenſo: & ſtypes fuſtis terræ defixus: qui qñ pullulare aliquando
Stypes | cõſueuit: putant aliqui ſtyrpẽ ab eo dictã: ſtyrps enĩ fœminino genere originem ſignificat.
Stirps | Virgilius. Heu ſtyrpem inuiſam Maſculino arborẽ. Idem. Sed ſtyrpẽ teucri nullo diſcrimi | Virgilius
Extirpo | ne ſacrum: a quo extirpo deducit᷑. quod proprie ſignificat radicitus euello: per metaphorã | Idem
Extirpor | tamen ad alia quoq; trãſfertur: vñ extirpari vitia dicimus: quaſi funditus tolli. Horatius ĩ/ | Horatius
Stypula | proprie: ut alii plures fœminino genere protulit Stirpeſq; raptas: & pecus & domos. Itẽ
ſtypula a ſtupa deducit᷑: ſiue quod ſtupe inſtar vrat᷑: ſiue quod ea quoq; ſtipari tectorũ ri/
mæ conſueuerũt. Eſt autem ſtypula calamus frumẽti: utputa tritici: hordei: farris & ſimili/
Vnicalamum | um: quod ſcilicet cõtinet ſpicam: quod unam dumtaxat ſtypulam habet vnicalamũ frumẽ/
frumentum | tum dicit᷑. Stypulæ intermedia dicunt᷑ genicula: & aliquãdo genicula a ſimilitudine genuũ
Geniculus | animalis. Plynius. Frumenta quædam in genu tertio ſpicã incipiunt cõcipere. Idem. Geni | Plynius
Genu | cula ſunt tritico quaterna: farri ſena: hordeo octona. Ab hoc geniculatum dr̃: quod frequẽti | Idem
Geniculatim | bus Geniculis cõſtat: ut Eſt herba: quæ Heliotropiũ vocat᷑: ob id Genicularis herba ab ali/
Genicularis | quibus nominata & Geniculatim frangi: aut aliud fieri dicimus: hoc eſt per ſingula Geni/
Geniculatim | cula. Stypula in campo remanet frumẽto demeſſo. Itẽ ea pars: quæ e frumẽto demeſſo: cõ/
Stypula | tuſa ſpica ſuperſtat ſimiliter Stypula generali uocabulo appellat᷑. Virgilius. Non tu in tri/ | Virgilius
cum eſſe etiã priſci crediderũt:ob id Succinũ appellãtes. De pado hinc fabula ſurrexiſſe vi/
detur: qđ tranſpadanæ agreſtes fœminæ decoris gr͂a: vice moniliũ Succina geſtare cõſueue
Nero rũt:Tãta Succini copia Neronis tẽporibus Romam allata fuit: ut in venatiõe publice edi
ta:retia populũ detegẽtia eo nodarent̃. Arma vero & Librilla totuſq; vnius diei appara/
tus eẽt e ſuccino.Viſa ẽ gleba vna tredecim librarũ.Liquidũ primo deſtillare argumẽto ſũt
quæ intus aliqñ trãſlucẽt:ut formicæ: culices:lacertæ:qs muſteo adhæſiſſe credibile ẽ: & ſic
indureſcenti remãſiſſe incluſas.Cãdida & tetra viliora ſunt:q̃uis optima odore.fuluis ma
ior auctoritas:quæ tñ nimio ardore non flagrent.Sũma laus iis:quæ ex vini colore falerna
dicũtur.Attritu digitorum accepta vi caloris paleas:& folia arida ad ſe trahunt: ut magnes
Nero ferrũ.Ramẽta ſuccini oleo addito dilucidius:ac diutius flagrãt:q̃ lini medulla.Nero po/
pexæ coniugis ſuæ crines quodã carmine ſuccinos appellauit.Ab infantibus ſuccinũ ꝓ amu
leto geſtat̃:fuluũ ab aliq̃bus Chryſolectrũ dicit̃.Eſt tñ metalli quoq; genus: qđ Electrũ vo
cat̃:quotiens enĩ in auro quinta argenti portio eſt:Electrũ dicit̃:qđ modo naturale ẽ: mo
do cura fit:qđ ſi quintam portionem exceſſerit:in cudibus nõ reſiſtit.Magna apud veteres
Homerus autoritate Electrum fuit.Homerus.Menelai regiam auro:electro:argẽto:ebore fulgere ſcri
bit.Helena apud Lindũ inſulam Rhodiorũ i mineruæ templo calicem ex Electro ſacrauit
mammæ ſuæ mẽſura.Electri natura ẽ ad lucernarum lumina clarius argento ſplendere.Na
tiuũ electrũ venena dephendere exiſtimatur.Diſcurrũt enim in calicibus arquus cæleſtibus
ſimiles cũ igneo ſtridore.Lyncurium lapis ẽ ſimilis ſuccino:q ex lyncis vrina generatur:ege
ſtam ſubito beſtia operiẽte:qm̃ inuideat hominũ vſui.Scalpitur hæc gemma:nec folia mo
Theophra/ do:aut ſtramẽta ad ſe rapit:ſed æris etiam ac ferri laminas: ut refert Theophraſtus. Præte/
ſtus rea Antiphates:quæ in lacte decocta id myrrhæ ſimile facit: & Aſbeſtus coloris ferrei:& A
piſtos:quæ igni excalefacta ſeptenis diebus calorem tenet:diſtinguentibus eã quibuſdam ru
bentibus venis:& Belus:quæ ẽ quaſi oculi pupilla nigra e medio auri fulgore lucẽte: cando
re circũcincta:& Bateptenus:ſiue Botrypes:in qua nigredo ſanguineis & albis nodis alli/
gata ẽ:& Botrytes:quæ nigræ vuæ ſimilis ẽ:& Boſtrichites crinibus mulierũ ſimilis: & Bu
cardia bubulo cordi ſimilis:& Brõtea ſimilis capiti teſtudinis:quæ a tonitruis decidere cre
ditur:& Bola: quæ nĩbo inuenitur glebæ ſimilitudine:& Cadmites:quã Cæruleæ interdũ
bullæ cingũt:& Chamites pluribus ſpiris fumida:& Catodutes impoſitam manum veluti
gũmi retinens:& Catopytites:quæ ex Cappadocia prouenit:& Ceramites:quæ inteſtaceũ
colorem tendit ex nigro:& Cerites:quæ ex nigro in cereum:& Crecos: quæ nigra piri ſpe/
ciem imitatur:& Craterites electro nigro ſimilis:quãuis ſit: & Craterites alia inter Chry/
ſolithi:& electri colorem:& Crocallis:quæ modo nigro:modo cereo colore eſt: & Chal/
cophonos:quæ illiſa æris tinnitũ reddit:& Chelidonia:quæ hirũdinum colorẽ habet:quæ
dam etiam purpureũ nigris interpellantibus maculis:& Chelonia teſtudineo oculo ſimilis
& Chelonitides ſimilis teſtudini aureis quibuſdam guttis inſignis: & Daphnia comitiali/
bus morbis vtilis exiſtimata:& Diphris:quãuis & hæc:& cãdida aliqñ reperitur: & Dio/
nyſias mixtis nigro rubẽtibus maculis:quæ in aqua trita ſaporẽ vini facit: & Ebrietati reſi
ſtere exiſtimat̃:& Ecardia:ſiue Ecardiſtæ:quæ nigri cordis ſpẽm oſtendit: quanq; aliud ge
nus eius viridi colore ſimilitudinẽ cordis præ ſe ferat:& Erotylos ſilici ſimilis:& Eumetis:
quæ capiti ſuppoſita nocturna viſa ad oraculi ſimilitudinem reddit: & Eurocias: quæ ſitu
videtur operire nigriciam: & Euſebes:ex quo tradit̃:tyri in Herculis tẽplo facta ſedes: ex
qua dii facile ſurgebant:& Epimelas: quæ nigricãtem colorem habet in cãdida gemma: &
Genianæ:quã inimicorũ pœnas efficere aiũt:& Hieracites:quæ nigrius emicãs veluti plu/
mis alternat.Et Idæi dactyli:qui ferreo colore humanũ pollicẽ exprimunt:& Medea a me
dea inuenta habet in nigrore venas aurei coloris:ſudorẽ reddit croci:ſaporẽ vini:& Mo/
rion:quæ nigerrimo colore trãſlucet:vocat̃ & Promnion:& Mirmedia: quæ eminentias
quaſdã habet ſiles verucis:& Myrſinites:quæ melleũ colorẽ nigricãtem habet: & Myrrhæ
odorẽ:& Meſoleucos:quã nigra linea alba diſtinguit:& Naſomonites: quæ qum ſangui/
nea ſit:ſcatet nigricãtibus venis:& Nebrides libero patri ſacra a nebridum eius ſimilitudi/
ne ita appellata:Nebrides enĩ ſunt damarum pelles:quibus vti veteres in Bacchi ſacris ſole
bant:nam νεβρὸσ dama eſt. Eſt tamen genus eius omnino nigrum: & Oleacum nigro
fuluum:viridemque: & candidum habens colorem: & Ombria: quam aliqui notiam vo/
cant: & Orites globoſa ſpecie a quibuſdam Syderites appellata: & Ophicardelos barba/
ro nomine:in qua nigrũ colorem binæ lineæ albæ includunt:& Obſidiana gemma dicta a

Gleſſum
Gleſſaria inſula
Auſtraria
Succinũ
Retia ex ſuccino
Succina falerna
Succini crines
Electrũ metalli genus
Lindus
Lyncurium
Antiphates
Aſbeſt9 Apiſtos
Belus
Baroptenus
Botrypes
Botrytes
Boſtrichites
Bucardia
Brondea
Bola Cadmites
Chamitas
Catodutes
Catopyrites
Ceramites
Cerites Cretos
Craterites
Crocallis
Calchophonos
Chelidonia
Chelonia
Chelonitides
Daphnia
Diphris
Dionyſias
Ecardia
Ecardiſte
Erotylos
Eumetis
Eurocias
Euſebes
Epimelas
Geniane
Hieracites
Idei dactili
Medea Moriõ
Promnion
Mirmedia
Mirſinites
Meſoleucus
Naſamonites
Nebrides
Nebres
Olea
Ombria
Orites
Syderites
Opphicardelus
obſidiana gẽma

Obſidianꝰ lapis
Obſidianū vitrū
Panchros
Pontica
Samothracia
Borſycites
Syderopoecilos
Spongites
Tricus
Thephrites
Veientana
Zathenæ
Hepatites
Digitus dei
Triophtalmos
Scorpites
Aegomalias
Hieracites
Myrmecites
Cantarias
Lycophtalmos
Taos Cyanea
Pyrites
Polizonos
Melichros
Spartopolia
Chalcites
Cæſius color
Glaucopys
Glauci equi
Glauciolus
Cæruleꝰ Celuleꝰ
Cumatilis
Cyaneꝰ Cyanꝰ
Sapphirus
Iaſpis Aerizuſe
Boriæ Grāanæ
Polygranum
Onycipunta
Iaſponix
Capnias
meroctes Sagda
Polyttichos
Cæruleum
Atticū cæruleū
Cæruleum mar/ moroſum
Cæruleū ſcyricū
Cæruleū germa/ nicum
Cæruleū indicū
Lomentum
Cæruleū indicū
Viridis color
Praſinus
Praſina
Chryſophraſius
Porraceus
Smaragdus

ſimilitudine Obſidiani lapidis:uľ qđ ex eo fiat.Obſidianus lapis in India naſcit᷑:& i ſānio Italiæ:& ad Oceanū in Hiſpania:maxime aūt in Ethiopia: vnde eū primo inuenit Obſi/dius:a quo appellatus ē obſidianus:nigerrimi coloris ē: & aliquando tranlucidi: gemmas quidā ex eo faciūt: Viſæ ex eo fuere ſolidæ imagines diui Augusti:Dicauitq; ipſe pro mira/culo in templo cōcordiæ Obſidianos quattuor elephantos: viſa fuit & Obſidiana imago Menelai. Ab hoc lapide vitrū quoq; eiuſdem coloris Obſidianū eſt vocatū: & Panchros ita dicta:q᷒ ſit aliud genus ex omnibus: coloribus cōſtās.& Pontica:quæ modo nigra eſt: modo ſtellata ſanguineis guttis:modo lineis diſtincta. & Samothracia ab inſulæ nomine ita appellata:nigra:ſine pondere:ligno ſimilis. & Borſycites in nigro ramoſa cādidis: aut ſanguineis frondibus.& Syderopoecilos:quæ nigra ē multis variantibus guttis. & Spōgites:a Spongiæ ſimilitudine:hæc tamen interdum rufa inuenit᷑.& Tricus:quæ licet nigra ſit tris tamē ſuccos refert a radice nigrum:a medio ſanguineum: a ſūmo candidū. & Tephri/tes:quæ nouæ lunæ ſpeciē habet in cornua curuatæ:nigri:aut cinerei coloris:& Veneris crines nigerrimi nitoris ſpeciē crinium habētes:& Veientana veiis repta albo limite: nigram materiā diſtiguēte.& Zathenæ modo nigri:modo flaui electri colore.& Hepatites iecinori ſimilis:& Digitus dei:qui a Syris colitur . & Triophtalmos:quæ in Sicyone naſcit᷑ tres hominis ſimul oculos exprimēs. & Scorpites ſcorpionis colore. & Aegomallias ſimilitu/dine villi caprini.& Hieracites a colore Accipitris vocatā. & Myrmecites: quæ innatā re/pentis formicæ effigiem habet. μύρμηκα enim græci formicā noiant.& Catharias:quæ Scarabeorum.quippe:iidem græci κανθαρίδας vocāt Scarabeos. & Lycophthalmos: quæ in medio nigrū colorem habet candido cinctū ex rutilo:& ſanguineo luporum oculis ſimilis.& Taos cuius alterū genus Pauoni ſimile eſt:qui græce dicitur ταώς. & Cyanea: quæ fracta fabæ ſimilitudinē præfert:quam græci κύαμον nominant.& Pyrites nigra qdem:ſed attritu digitos adurēs.& Polyzonos nigra multis zonis candicātibus. & Meli/chros modo niger:mō flauus a mellis colore vocatus.& Spartopolia poliæ colore contraria.& Chalcites ærei aliquādo coloris:ſed nigrioris.Cæſius color dicit᷑:qui cæli ſpeciē ha/bet:dictus quaſi cælius: græce Glaucopys dicit᷑ ab oculis noctuarū γλαύξ enim noctua appellatur.ὄψις viſus:vnde a nr̄is Glaucus vocat᷑:Hinc Glauci equi dicti:qui felmeis oculis ſunt:vulgo Glaucioli dicūtur. Virgilius.Glaucīq; color deterrimus albis:& Giluo.Item Cæruleus:q̄ſi cæluleus: Vn̄ Cæruleum mare a cæli colore nominamus.Dicitur etiā cumatil' color:quod græc κύματα fluctus vocant.Plautus.Cumatilē te gam:aut plumatilē.Item Cyaneus.Varro.Cyanea penula amictus graſſatur:dicit᷑ & Cyanus.Plynius. In nomine eſt & Cyani colos.Græci κυάνους dicūt:Hinc Cyaneus gēma appellatur ex Iaſpidū genere colore cæruleo:in qua ineſt aliquādo & aureus puluis: ſicut Saphyrus aureis aliquan/do punctis collucet.Cæruleæ enī ſunt & Sapphiri:quāuis & candidi reperiātur Adaman/ti ſimiles colore.Sed qui Cyanei ſunt mares exiſtimātur.Sunt iaſpides quidam Smaragdis ſimiles:alii glauci:alii ſimiles aeri:propter qđ Aerituſæ vocantur.Itē Boriæ:q᷒ eo cælo au/tūnali matutino ſimiles ſint. Alii quos Sphragidas vocāt: quoniā hi tātū: Alii quos Sphragidas vocant:qm̄ hi tātum optime ſignent.σφραγίζειν enim græci ſignare dicūt: Alii q vocātur Grammanæ:quod p trāſuerſum alba linea præcingātur.Alii Polygrāmi: qđ pluribus lineis.Eſt & Onycipuncta:quæ Iaſponyx vocat᷑ niues imitata. Eſt & ſtellata veluti fumo infecta:quæ Capnias vocat᷑:quod græci καπνὸν fumū dicunt. & Meroctes porra/cei coloris:quæ lacte ſudat.& Sagda:quā caldæi eodē colore adhærescentē nauibus habent & Polytrichos:quæ in viridi capillatur.Pictores cærulei coloris diuerſa genera habēt.Et/enim in argēti metallis naſcitur cæruleū:quod proprie limus ē:Optimū vocatur atticū:qđ nunc trāſmarinū nominant:ſecūdum marmoroſum.Tertiū a Scyro Aegei inſula Scyricū: Affertur & ex germania:q᷒ Germanicū ſiue lucidum vocant. Tranſmarinū:'quūi terit᷑ in quattuor colores mutatur:cādidiorem:nigriorem:craſſiorem:ac tenuiorē. Ex cæruleo fit: qđ vocatur Lomentū:perficitur lauando|terendoue:& eſt Cæruleo cādidius.Cærulei ſin/ceri experimētum in carbone ē:ut flagret: Adulteratur viola arida decocta in aqua:ſuccoq; per linteum expreſſo in cretam Erethriam.Aportatur & Indicum ex India ſupra modum nigricās:& attramenti fere tendēs colorem: Fit etiā ex flore:q᷒ in ſegetibus frequēs naſcitur Viridis color:qui maxime recreare oculos exiſtimat᷑: a viriditate ſucci foliorū porri: quæ ſumma ē:Praſinus dicitur: Nam græci πράσον nominant porrū:hinc veſtes e viridi la/na: Praſina vocant᷑: Plautus.Praſina coccina:tyria:focale ſoccos monilia amiſit. Itē gemma quædam e viridātiū genere:viliori turbæ:Praſius dicit᷑:& aliud eius genus virgulis tri/bus diſtinctū candidis:Chryſophraſius:paululū inclinās in aurū.Dicitur & a nr̄is Porra/ceus.Plynius.Heliotropiū naſcitur in Aethiopia: Africa:Cypro:porracei coloris ſangui/neis venis diſtincta:huius coloris ſūt præcipue Smaragdi:omniū lapillo℞ viſu iucūdiſſimi

Virgilius
Plautus
Varro
Plynius
Plautus
Plynius

quoniam nihil omnino viridius comparatũ illis uiret. Præterea ſoli gemmarum iplent ocu
los: nec ſatiant. Quin etiam feſſa alia intentione acies aſpectu Smaragdi recreat̃. Propte
rea ſcalpentes gemmas: hac maxime viridi lenitate laſſitudinem mulcẽt. Præſtãtiores Sma/
ragdi pariter & trãſlucent & nitent: hoc eſt colorẽ expellunt: & recipiunt aciem Ferunt in
Cæra Aegæi maris iſula tumulo Hermiæ Reguli iuxta cetarias marmoreo leoni oculos in
clitos e Smaragdis fuiſſe ita radiantibus ingurgitem: ut territi tynni refugerẽt: qđ qum diu
mirati piſcatores fuiſſent: tandem cauſa intellecta: mutauere oculis gemmas. Tradunt Iſme
niam Choraulem Smaragdon cẽtum aureis denariis emi iuſſiſſe: qum multas alioquin ful
gentes gemmas haberet: qumq; ex iis cõminuto pretio duo relati fuiſſent ægre tuliſſe: ſæuiſ/
ſeq; in Emptorem: quoniã male curatum exiſtimabat quod detractũ eſſet gemmæ dignitati — Amimone
Fuiſſe autem in eã gemma ſculptam Amimonem: hæc Danai regis filia fuit: quæ dũm ſe in
ſiluis iaculando exerceret: Satirum percuſſit imprudens. Qui impetu in eam facto vim illi
voluit inferre. Quapropter ĩplorato Neptuni auxilio: id ab eo paſſa eſt: qđ a Satyro for/
midaret. Itaq; prægnans facta Naupliũ peperit: quem poſtea conſtat in Euboia regnaſſe. — Nauplius
Alexander magnus in Smaragdo ſculpi voluit: ſed non ab alio q̃ a Pyrgotele: ſine dubio:
in ea arte clariſſimo. Inter Smaragdos ſunt quidem obſcuriores: quos vocant Cæcos: alii — Cæcus ſmarag/
Carchedonii dicunt̃ inter metalla æris reperti viliſſimi minimiq;: iidem fragiles: & colore — dus
incerti: ac uirentium in caudis Pauonum: columbarumq; collo plumis ſimiles Peculiare in — Carchedonius
iis vitium Sarcion eſt: hoc eſt quædam gemmæ caro: hic iuxta Carchedonem Smaragdi/ — Smaragdus
tes vocatus. Eſt Smaragdus in arabia quem Cholan uocant: & ædificiorum ornamẽtis in — Sarcion
cluditur. Eſt etiam inter Smaragdos Tanos e perſis veniens gemma ingrate viridis: & in/ — Smaragdites
tus ſordida. Item Calcoſmaragdos æris venis turbida. Scribit Theophraſtus regi ægiptio/ — Chola
rum a rege Babylonio miſſum Smaragdum dono: lõgitudine quattuor cubitorum: latitu — Tanos
dine triu3: fuiſſe. Itẽ apud eos in Iouis delubro obeliſcum e quattuor Smaragdis quadragi — Calcoſmarag/
ta cubitorum longitudine: latitudine vero in vna parte quattuor: in altera parte duorũ. Ite3 — dos
in tyro Herculis templo ſtatuam eſſe ſolidam e Smaragdo. Eſt & Pſeudoſmaragdus in Cy — Smaragdi ma/
pro inuentus e media parte Smaragdus: e dimidia Iaſpis non dum humore in totum trãſ/ — gnitudo
figurato. Tradunt etiam quidam in Labyrintho ægypti Serapin coloſſeũ fuiſſe e Smarag — Statua e Sma/
do nouen cubitorum. Proximi hinc colori ſunt Berylli qui ſexangula figura artificum in/ — ragdo
geniis poliuntur: gignuntur in India raro alibi reperti. Probatiſſimi ex iis ſunt: qui viridi/ — Pſeudoſmarag/
tatem puri maris imitantur. Proximi q uocant̃ Chryſoberylli: paulo quidẽ pallidiores: ſ3 — dos
fulgore in aureũ colorem exeunte. Quidam nimio pallore Hyacintizontes: alii Heroides: — Colloſſeus
alii Cerini: alii a colore olei Oleagini uocant̃. Poſtremi pene Cryſtallis ſimiles: ac prorſus — Beryllus
euanidi. Indi ſolos Beryllos: quorũ longiore gaudent forma: prædicant carere auro debe/ — Chryſoberillus
re: & ob id pforatos alligant ſetis Elephantorum: eos tñ: quorum perfecta bonitas eſt: non — Hyacintizontes
perforant. Vmbilicis ſtatim capita eorũ cõpræhendẽtibus: Ideo Cylindros ex iis facere ma — Heroides
lunt: q̃ gemmas: qm̃ ſumma eſt comendatio in longitudine. Similes quoq; Opali ſunt: in In/ — Cerini
dia ſimiliter geniti: & Smaragdis tantũ cædentes: Eſt in his Carbũculi tenuior ignis. Ame — Oleagini
thiſti purpura fulgens: & Smaragdi virens mare. Magnitudo eius nucem auelanam nõ ex — Cylindri
cedit: Ob hanc gemmam ab Antonio proſcriptus fuit Nonius Senator: qui hunc e fortu/ — Opalius
nis ſuis omnibus annulũ abſtulit ſecum Seſtertium viginti milibus æſtimatum. Dubiũ ma/
ior ne Antonii luxuria fuerit propter gemmam hominem proſcribẽtis: an Nonii cõtuma
cia proſcribi potius: q̃ vnam gemmã perdere ſuſtinentis: Hanc ob eximiam gratiam qui/
dam Pederota nuncupauere: quod pueri amorem ſignificat παισ enim puer dicit̃ ερωσ — Pederos
amor: q̃uis & alia gemma Pæderos: quam ſupradiximus vocari Sangenom. Virides eſt ẽt — Pæderos
Topazius repertus in Arabiæ inſula: quæ Chytis vocat̃: in qua Trogloditæ prædones qum — Sangenos
diutius fame: & tẽpeſtate preſſi herbas radiceſq; effoderent: eruerũt Topazion. Alii Topa — Chitis
zion inſulam eſſe affirmant in mari rubro nebuloſam: & ideo ſæpe quæſitã a nauigãtibus: — Topazius inſula
ex eaq; cã ita vocatã Τοπαζειν enim Trogloditarũ lingua idẽ eſſe quod quærere. Ex hac
primũ Beronicæ reginæ portatã fuiſſe Topazion a Philemone præfecto Ptholemæi regis:
mireq; ei placuiſſe: & inde factã ſtatuã Arſinoæ Ptholomei Philadelphi vxori quattuor cu
bitorũ: ſacratam in delubro: quod aureũ cognominabat̃. Duo eius genera faciũt Praſoidẽ — Praſoides
hoc eſt Porraceum. Et Chryſopteron ſimilẽ Chryſopraſio. Sola nobiliũ gemmarum limã — Chryſopteros
ſentit. Cæteræ ſaxo & cote poliuntur. Eſt & Callais viride pallẽs: quæ & angites dicit̃: na/ — Callais
ſcitur in rupibus: inuiis: & gelidis præſertim caucaſi montis oculi figura extuberãs: leuiterq;
adhærens: nec ut adnata petris: ſed ut appoſita videat̃. Optimus in his color Smaragdi: in — Nilon
cluſæ auro decorant̃. Sunt q in Arabia inueniri dicãt in nidis auiũ: q̃s Melãcoryphos no/ — Praſius
minãt iferius a nobis dicẽdas. Eſt & Nilion colorẽ hñs fumidæ Topazii: aut aliqñ melleæ: — Chryſopraſius
Eſt Praſius: & Chryſopraſius: de q̃bus iam diximus. Et Malachites ſpiſſius virẽs a colore — Malachithes

maluæ:quæ μαλάχη græce dicit᷑.Et Balanites ſubuiridis:& Chornithio ſimilis æri:ſe
cante mediá flámea vena.Et Batrachites ranæ viridi ſimilis colore atq; effigie.Et Baptes
huic ſimilis:ſed mollior.Et Calorites:quæ herbacei coloris ē.Et Choaſpites a flumine di/
cta:viridis & fulgoris aurei.Et Diadochos Beryllo ſimilis.Et Eumetres porracci coloris
Belo deo Aſſyriorũ ſacra.Et Heliotropiũ:q̄ porracei coloris ē:ſanguineis venis diſtincta:
ex eo trahēs nomē:quod deiecta ĩ vas aquæ fulgorē ſolis accedētē ꝑcuſſu ſanguineo mutat
Extra aquá uero ſpeculi modo ſolē accipit: depȟēditq; eclypſin:ſubeuntē luná oſtendens.
Tradũt magi hanc gemmá ſi qs gerat admiſta herba heliotropio inuiſibilem eſſe. Et Hor/
minodes:quæ ex argumēto viriditatis appellata ē:ambiēte circulo aurei coloris ὄρμινος
enim a græcis cuiuſcunq; oleris circulus appellat᷑.Et hexecōtalithos:quæ licet ipſa quoq; vi
reat in parua tamen multicolor eſt:ex quo nomē habet ἑξήκοντα enim ſexaginta ſigni/
ficat λίθος lapidē:quaſi ſexaginta colores habeat. Et Thracia quæ triũm generũ ē:prima
viridis:ſecũda pallidior:tertia ſanguineis guttis.Et Echites viperæ ſimilis:colore viridi ſub
obſcuro.Viridis color Chryſocolla eſt:humor in puteis per venas auri defluens craſſeſcēte
limo frigoribus hibernis:vſq; induriciá pumicis.Sed laudatior ē in ærariis metallis: & ꝓxi
main argentariis Inuenit᷑ & in plumbariis vilior etiá auraria.Fit & artificio: ſed deterior
naturali immiſſis in vená aqs tota hyeme vſq; in Iuniũ menſem deinde ſiccatis.Item herba
quæ appellat᷑ lutea tingit᷑.Sic tinctá pictores Orobitē vocant.Præter hos cæteri fere om/
nes colores mixti ſunt:& ex ruffo cōpoſiti:ſed ita diuerſi:prout ruffum aut intendunt atq;
acuunt:aut cum colore viridi miſcent:aut nigro infuſcant:aut virenti ſenſim in albo ellu/
minant.Rubeus & Ruffus generalia nomina ſunt ad oia:quæ quomodolibet rubēt: &.n.
fuluus:flauus:Rubidus:phœniceus:Rutilus:luteus Spadix:Rubei ſeu Rufi ſunt: ſiue etiá
Rubri.A rubeus fit Rubeo:a quo Rubeſco:& Erubeſco:& Rubefacio: & Rubefio notæ
ſignificationis:& Rubor:& Rubedo:& Erubeſcētia ꝑ Rubefactiōe:& ipſo colore Ru/
beo:& Rubicundus rubore plenus:& Ruber idē:quod Rubeus:& Robus rubro colore:
a quo Robigo:de qua ſupradiximus:& Robigus deus:& Robigalia:& Rubiginoſus:&
Robur:& Roboreus:quod ex Robore eſt:Et Robuſtus.Item Rubus ex genere fruticũ a
quaticarũ:quod virgulta eius rubeant:Spinoſa eſt:& mora ꝓducit:genus eius roſæ ſimili/
tudinē habet:q vocat᷑ Cynoſbatos.Itē aliud genus:quod græci a loco appellát:ideũ tenui
or eſt cæteris minoribus ſpinis:& minus aduncis:& Rubidus:quod modo Rubentem ſi/
gnificat:mō ſcabrum atq; aſperũ:vnde Scorteæ ampullæ rugoſæ rubidæ dici ſolent. Rubi/
dus etiam a ſcabricie dicit᷑ panis ſecundo coctus: qui & a nautarum vſu Nauticus appella
tur.Plau.Exiguá bucellá rubidi panis.Plynius.Nauticus Panis tuſus:atq; iterũ coctus ſi/
ſtit aluũ.Et rubeta:quod in uepribus tantũ:& inter Rubos viuat Genus ranæ eſt:quá græci
Phrynon vocant:grádiſſima cũctarum:& ueneficiorũ plena:gemina habēs veluti cornua:
veneni pernicioſiſſimi:celeriuſque etiam q̄ Aſpis interimens.Iuuenalis Miſcet ſitiente ru/
betam.Idē.Ranarum viſcera nunq̄ inſpexi.Mira de his magi tradidere:ſi in populũ infe/
ramur:ſilentium fieri Oſſiculo:quod eſt in dextero latere in aquam feruentē deiecto refrige
rari vas:nec poſtea niſi exemptũ fuerit:feruere e ſiniſtro vero latere oſſiculo deiecto ſtatim
feruere.Apocynon id uocari Amorem eo & iurgia: ſi in potionē addat᷑ concitari. Demo
critus tradit:ſi quis vulgari ranæ viuenti extrahat linguam: ita vt nulla alia pars corporis
adhæreat:ipſaq; in aqua dimiſſa illam mulieri dormiēti ſupra cordis palpitationē impo/
nat:quæcunq; interrogauit vera reſponſuram.Sed hæc ridicula ſunt.illud verũ eſſe conſtat
Ranarum fluuiatilum poſteriores pedes gratiſſimos eſſe in cibo:& cōtra ſerpentes eſſe ad
iumento.Et Rubia herba tingendis lanis:ac coriis idonea:vulgo nota:& vbiq; naſcēs. Itē
rubrica quam græci μίλτον vocant etiam Homeri tempore nobilitatam:licet nondum
pictura eſſet in vſu Tingebant᷑ dumtaxat ea nauigia Homerus τῷ δ᾽ ἅμα νῆες ἕποντο
δυώδεκα μιλτοπάρῃοι Naſcit᷑ per ſe rubra:minio proxima præſertim in In/
ſula Lemno:nec niſi ſignata venundari olim ſolebat ꝓpter quod Sphragidem appellabát
ἀπὸ τοῦ σφραγίζειν:quod ſignare eſt hac minium adulterant:& a ponto vbi naſcit᷑
dicitur pontica.Et rubellum vinũ ſubrubeũ.Martialis.Et Veientani bibit᷑ fex craſſa rubel
li.Perſius.Veientanumq; rubellum:Rubellæ etiá vites appellatæ:& rubellæ vineæ:quod vi
tiũ ipſarum materia rubra ſit.Ply.Proxima dignitas nomentanis rubēte materia:quapro/
pter quidam rubellas appellauere vineas:Columella Nomētanæ vineæ nobilitate ſequũt᷑
amineas fœcũditate vero ēt ꝓueniũt qppe qum ſe frequēter ipleát:& id:quod ediderint:op
time tueant᷑.Feracior ē minor:nec ita rubet:ut maior a quo colore rubellæ nũcupát᷑:eædē:
q̄ fecineæ:qd᷑ pluſq̄ cæteræ fecis afferát.Et Rubi Italie oppidũ a ruborũ frequētia.Horati
us Inde rubos feſſi ꝑuenimus:& a Ruffus Ruffo verbũ. Ply.Eadē ruffat capillũ:hoc ē ru
befacit.Ab hoc Ruffeſco:hoc ē Ruffus fio:& Ruffus cognomē viri.Hic ruffuli appellati

Balanites
Batrachites
Baptes
Calorites
Choaſpites
Diadochos
Eumetres
Heliotropium
Inuiſibilis quō fiat hō
Herminodes
Hexecontha li/thos
Tracia Echites
Chryſocolla
Lutea herba
Orobites
Rubeus
Ruffus
Rubrus
Rubeo
Rubeſco
Erubeſco
Rubefacio
Rubefio
Rubor
Rubedo
Erubeſcentia
Rubefactio
Rubicundus
Ruber
Robus
Robigo
Robigus
Robigalia
Rubiginoſus
Robur
Roboreus
Robuſtus
Rubus
Secreta mulierũ quō ſciri pñt
Cynoſbatos
Rubus ideus
Rubeta
Rubidus
Panis rubidus
Panis nauticus
Phrynon
Apocynon
Rubia
Rubrica
Sphragides
Rubellũ vinum
Rubellæ vites
Rubellæ vineæ
Fecineæ vites
Rubi Ruffo
Ruffeſco

Democri/tus
Homerus
Martialis
Perſius
Plynius
Columella
Horatius
Plynius

ſunt tribuni militum nõ a populo:ſed a conſule facti:quod de eorũ iure Rutilius Rufus le
gem tulerit:hi poſtea mutatiõe vnius litteræ Rutuli ſunt appellati: Ruffi: ſeu rutili coloris.
quoniã ſtudioſæ erãt veteres Romanæ mulieres rutilæ cognominatæ ſunt. Inde etiam viri
Martialis Rutili ſunt appellati. Rubeæ ergo ueſtes:& Rubræ:& Ruffæ ſũt rubei coloris. Martialis
Roma magis fuſcis veſtitur. Gallia ruffis Rutilæ quæ aliqd nigroris habent admiſtũ: quæ
& Hyacinthinæ dicunt̃:de qbus ſupra diximus:& Hiſginæ ab hiſge herba:& Ferrugineæ a
ferri igniti colore. Virgilius. Et Ferrugineus Hyacinthus:q̃uis aliquãdo Ferrugineus ꝑ ru
biginoſo accipit̃:& ab ipſius rubiginis ſimilitudine pro fuſco. Et Burræ:quia veteres Bur
rum rubrum dicebant:vnde Burranica potio appellat̃:lac ſapa miſtũ a ruffo colore:& ru
ſtici Burrã Buculam nominabãt:quod roſtrũ habeat ruffum. Pari modo rubẽs cibo ac po
tione exprandio Burrus appellat̃:quæ omnia a græco deducunt̃:nã græci πυρρον ruf/
ſum dicunt. Color uero qui eſt inter ruffum & nigrum qualẽ in bobus præcipue cernimus:
Heluus dicit̃:a quo Heluacia genus ornamẽti lydii a ueteribus vocabat̃. Heluella vero vo/
cabant olera minuta:quoniã Helus:& Heluſa ueteres dicebant ꝓ olus & olera. Itẽ Balau/
ſtinæ a flore mali punici:q Balauſtrum dicit̃:& nõ modo medicinis:ſed etiã veſtibus tin/
gendis vtilis eſt:quæ ſibi cõcolores fiunt:& color ipſe dicit̃ Balauſtinus. Rubri coloris ꝑ/
ter rubricam ſunt Minium:quod inuenit̃ in argentariis metallis:magnæ inter pigmẽta au
toritatis:& olim apud Romanos religionis. Quippe ſimulachri Iouis facies diebus feſtis
Camillus minio illini ſolebat. Itẽ triumphãtiũ corpora:ſic enim fertur Camillus triumphaſſe:ob eã
Cæſar ut arbitror rationem:ut Imperatores horribiliores uiderentur:quemadmodũ Cæſar Bri/
tannos ſcribit Glaſto ſe inficere:quo horridiores videant̃ in bello. Glaſtũ herba eſt plãta/
gini ſimilis:qua Britannorũ quoq; cõiuges nuruſq; quibuſdã ſacris toto corpore oblinun
tur: nudeq; incedunt:æthiopum colorem imittes. Præterea minium vnguẽtis coenæ triũ/
phalis ad lauãdas manus addebat̃:& cẽſores Iouẽ minio inficiẽdũ ſolebant locare. Aethio
pum quoq; proceres toti eo tingebant̃:eumq; deorũ ſimulachris colorem adhibebãt. Tra/
Callias dunt Miniũ a Callia Athenienſe primo inuentũ fuiſſe:dum ſperaret ex rubente harena in
metallis argenti aurum ex coqui poſſe:harenam cocci colorẽ habere:hanc teri:deinde laua
ri farinam:& quod ſubſidat iterum lauari. Quidã hoc magno errore Cinnabarim vocãt
Qum proprie Cinnabaris ſit ſanies Draconis:morientiũ Elephantorũ pondere eliſi: vtri
uſq; animalis ſanguine permiſto. Conſtat enĩ Elephantis frigidiſſimum eſſe ſanguinẽ: ob
id ſæuiente æſtu a Draconibus expeti:quam ob rem mergi in amnes:& bibentibus inſidiã
tes proboſcide inuolui:atq; in aurem morſum defigere:qñ is tantũ locus defendi ꝓboſci/
de nequeat. Sic a Draconibus totos Elephantos ebibi:ſiccatos concidere:& Dracones ſan
guine i ebriatos elidere:ac vtroſq; pariter cõmori. Proboſcis eſt porrecta corporis pars in
Varro hærens naribus: quæ excepto homine in aliis fere animantibus inuenit̃. Varro. Inueniſſe
Plynius ſe Eryciũ cum proboſcide. In Elephanto dicit̃ manus:quod ea tanq; manu vtat̃. Plynius
Reſoluũt Elephanti Manu Draconũ nodos. Eſt & alius dimicationis modus. Ab excelſa
ſe arbore Draco in Elephãtum iniicit:ille arborũ aut rupiũ attritũ quærit. Draco id ſentiẽs
alligat cauda:ille proboſcide nodos reſoluit:hic in ipſa nare caput condit:& ſpirãdi viã au
ferens enecat: Interdũ petit oculos:ex quo fit:ut cæci plerũq; Elephanti fame contabeſcãt.
Proboſcis ideo dicta:quod ante depaſcat. Græci enim προβοσκειν dicunt ante paſce/
re. Miſtura ergo illa ex duorũ animaliũ ſanguine Cinnabaris dicit̃. Nec eſt alius color: q i
picturis magis proprie ſanguinẽ reddat. Et antidotis:& diuerſis aliis medicinis vtiliſſima
qum minium: quo pro Cinnabari medici quidam vtunt̃:fit manifeſte venenũ. A miniũ fit
Plynius minio verbũ:quod eſt Minio tingo:& paſſiuũ eius Minior. Plynius. A Cẽſoribus in pri/
mis Iouẽ miniãdũ locari:a quo & Miniari libri dñr:qñ litteræ maiores verſicoloribꝰ fiũt.
Itẽ Miniariæ dñr loca:e qbꝰ effodit̃ Miniũ ſicut argẽtariæ:& aurariæ e qbus effodit̃ argẽ
tũ atq; aurũ:& miniariũ metallũ vocat̃ argentũ:cũ quo effodit̃ miniũ. Solebãt veteres mi
nio clariores litteras facere uel i auro: velint ære:uel i marmore:etiã i ſepulchris. Et Sinopis
iuẽta primũ i ponto:& a quo nomẽ hꝫ Sinope vrbe. Spẽs eius tres rubra:& minus rubens
& inter has media. Eã quæ ex Africa uenit Cicerculũ appellãt: Et Ochra quæ fit exuſta ru/
brica in ollis nouis luto circũlitis. Sinopidis põticæ ſelibra ſilis lucidi libris decẽ: & melini
græciẽſis duabus miſtis:tritiſq; vna ꝑdies duodecim Leucophorũ fit:hoc eſt Glutinũ auri:
qum inducit̃ ligno. Inter gẽmas aũt rubeo colore ſunt Carbũculi a ſimilitude igniũ appel/
lati:qum ipſi nõ timeãt ignẽ:ob id a qbuſdã uocati Apyrotes. Qui exiis languidius lucent:
Libycõtes appellant̃. Carchedonii ſunt minores:& nigrioris aſpectus:qbus ſignãdis ceris
vti ſolemus. Eſt & Anthracites appellata carbonibus ſimilis. Mirũ qđ lacte velut itermor/
tui extingunt̃:cõtra pfuſi aq; magis exardeſcũt. Cognata Carbũculo ẽ Sãdaſtros:quã aliq
Garamãtidẽ uocãt:hꝫ velut itrãſlucido ſtellãtes itus aureas guttas:& fere hyadũ numero:q

Rutilæ veſtes
Hyacinthinæ veſtes
Hiſginæ veſtes
Ferrugineæ veſtes
Burræ veſtes
Burranica potio.
Burra
Burrus
Heluus color
Heluacia
Heluella
Helus
Heluſa
Balauſtinæ ueſtes
Balauſtinum
Balauſtin9 color
Minium
Glaſtum
Cinnabaris
Proboſcis
Manus
Minio
Minior
Miniaria
Argentaria
Auraria
Miniarium metallum
Sinopis
Cicerculum
Ochra
Leuchophorum
Carbunculus
Apyrotes
Libycontes
Carchedonii
Anthracites
Sandaſtros
Garamantides

Sandaſites	dam & Sandaſiten nominãt.Nicander Sandaphorion:alii Sandareſon nũcupauerũt.Ex	Nicander
Sandaphorion	eodẽ genere & Lychnites eſt:appellata a lucernarũ accẽſarũ præcipua gratia: Probatiſſi/	
Sandareſon	ma in India naſcit̃:quã qdã remiſſiorem Carbunculum eſſe dixerunt.Secũda bonitate eſt	
Lychnites	Ionis appellata a præclaris violarum floribus.Nam græci ιον violam nominãt:hæc a ſo/	
Ionis	le aut digitorum attritu ex calfacta paleas & Chartarũ fila ad ſe rapit:Et Carchedonius:q̃	
Charchedonius	idẽ facere dicit̃:q̃q̃ ſit multo uilior.Naſcit̃ apud Naſamonas inmõtibus:ut icolæ putant	
Potoria uaſa	imbre diuino:inueniturq; ad repercuſſum lunæ maxime plenæ.Potoria vaſa ex hoc lapide	
Sarda	fieri cõſueuerunt:noſtra quoq; ætate aliquãdo viſa.Scalpturæ cõtumaciter reſiſtit: parteq;	
Sardis urbs	ceræ retinet ſemper.Et Sarda quæ ecõtrario ſignando vtiliſſima eſt:gemma uulgaris:& pri	
Demium	mum ſardibus reperta.Sardis pluratiuo numero urbs Lydiæ eſt:Regia oli Croeſi lydorũ	
	regis:ſed laudatiſſima in Babylonia:Alterum eius genus Demiũ uocat̃ a pinguedine.Græ	
Sardonyx	ci enim δημον propingui accipiunt.Homerus hoc frequenter utit̃: a quo δημιον ap	Homerus
	pellata.Nec fuit in uſu antiquorũ gemma ulla frequẽtior:ut Menãdri fabulæ teſtãtur. Ab	Menander
	hac & Onyce de qua ſupradiximus:alia gemma Sardonyx appellata candorem habẽs in	
	Sarda q̃ſi ungue hominis carnibus impoſito:& utroq; tranſlucido.Placere noſtris ob id	
	maxime cœpit:quod ſola prope gemmarum ſcalpta nõ auferat ceram.Indi perforatis utũ	
	tur in collo.Claudius Cæſar Smaragdo in primis uti ſolebat atq; Sardonice primus antẽ	Claudius
	romanorum Sardonyce uſus eſt prior Africanus:Deinde Romanis celeberrima fuit Per/	Perſius
Sardonicatus	ſius.Et natalicia tandem cũ Sardonyce albus.Iuuenalis.Antepedes ideo cõducta Paulus	Iuuenalis
Anulatus	agebat Sardonyce.Hinc qui Sardonyces geſtat:dicit̃ Sardonicatus:ſic ut ab anulo anula/	Martialis
	tus.Martialis.Ruffe vides illum ſubſellia prima tenentẽ.Cuius & hinc lucet Sardonicata	Polycratis
	manus.Hanc gemmam fuiſſe tradunt:quã Polycrates tirãnus:quum ei omnia in uita ſecun	
	da ſuccederent:nec vnq̃ aliquid aduerſi:quo ſemper fauentis:atq; ita inſidiantis fortunæ i	
	uidiam expiaret:ãnulo ligatam nauigio in altum mare prouectus:manu ſua deiecit inpro/	
	fundum:ſaltem hoc modo in uita aliquando doliturus:At fortuna nec flecti:nec mulceri	
	facilis id paſſa non fuit.Et enim piſce eximiæ magnitudinis eo die capto:regiq; incõuiuio	
	oblato ãnulus:quem dum mergeret̃ deuorauerat ſummo omniũ qui adderant:ſtupore re/	
	ſtitutus eſt:uentriculo piſcis dum ſcinderetur inuentus.Viſa poſtea Romæ hæc gẽma fuit:	
Hyacintus	in Concordiæ delubro cornu aureo Auguſti dono incluſa.Et Hyacinthus rubeo colore di	
Chryſolampis	luto flori:a quo nomen habet:oppido q̃ ſimilis.Et Chryſolampis noctu ignei coloris: li	
Eupetalos	cet die palleſcat.Et Eupetalos igneum ĩ primis colorem habẽs:ſed ceruleo:& minii:ac ma	
Gorgonia	li coloribus admiſſis.Et Gorgonia:quæ nihil aliud eſt q̃ Corallium:ita appellata: quoniã	
Corallium	Corallium extractum aquis ex ligno dureſcit in lapidem:quomodo Gorgonis capite oſten	
	ſo cuncta lapideſcere ſolebant.Nota eſt Perſei ac Gorgonis fabula:de qua inferius diſſere	
Iace	mus.Corallium in mari rubro gignitur:& in perſico quod vocatur Iace.Laudatiſſimum ĩ	
	Gallico ſinu circa Orchadas inſulas:& ĩ ſiculo circa Drepanum:& ante Neapolim:& an/	
	te Corniculum hoc quoq; tempore:Forma ei eſt fruticis:color uiridis: baccæ candidæ ſub	
	aqua:& molles. Exemptæ confeſtim durantur:& rubeſcunt quaſi corna ſatiua. Aiunt	
	tactu:dum uiuit prorſus lapideſcere:ꝓpter quod euelli retibus:ac ferramento præcidi. Hac	
Corallium	de cauſa Coralliũ:quaſi Cheraliũ vocatũ putãt ἀπὸ τῆς χειρὸς:hoc eſt a manu:qđ	
	ea tactum lapideſcat:quidam tamen potius ἀπὸ τῆς κειρος dictum uolunt:quod con/	
	geſtum quid ac teſtaceum ſignificat.Probatiſſimum eximie rubet:& q̃ ramoſiſſimum eſt:	
Baccas	nec ſcabroſum: aut lapideum:religioſum id geſtamen putant:& infantiæ pro amuleto alli	
Sacræ baccæ	gatur. Baccas quoq; ex eo faciunt:quibus & in numerandis precibus ſacris:quæ ſacræ Bac	
Sacræ baculæ	chæ ſiue per diminutiones:Sacræ baculæ dicuntur:& in collo pro munili vtuntur.Et He/	
Hepiſthites	piſthites:quæ ſpeculi naturam habet:in reddendis imaginibus:q̃q̃ rutila. Expimentũ eius	
Hæmatites	eſt:ſi feruentem aquam addita ſtatim refrigeret:aut ſi in ſole poſita aridam materiam accẽ/	
Meconites	dat.Et Hematites ſanguineo colore in Aethiopia principalis:& Meconites:quæ flore; ſil	
Nimpharena	ueſtris papaueris exprimit.Et Nimpharena vrbis & gentis perſicæ nomen habens ſimilis	
Telicardios	Hæpiſthitæ.Et Telicardios colore cordis Perſis maxime grata:quam muculam appellant	
Carcinias	& Carcinias marini cancri colore:& Triglites colore triglæ hoc eſt mulli. Coccinus uero	
Trigles	color eſt:qui exuberantiam quãdam ac ſplendorem ruboris oſtendit. Dictum a cocco qđ	
Coccinus color	latine granum dicitur:eſt enim coccus ueluti granũ:quod uel ex arbuſcula ilici ſimili:uel ex	
Coccus	rubenti gramine naſcitur olim in Galatia: Africa:ac Luſitania.poſtea & in Gallia tranſal	
Spadicus color	pina:nunc etiam in Pelloponeſo:atq; aliis greciæ locis.hic & Spadicus & Phœniceus no	
Phœniceus color	catur:quod non diſſimilis ſit fructu palmæ arboris nondum ſole in cocto.Spadica enim	
Coccina	grecæ noiant auulſũ e palma cũ fructu,termite.φοίνιξ uero palma appellatur:a quo græci	
Coccine ueſtes	φοινικὸν Phœniceum uocãt.Hinc Coccina:& Coccinæ ueſtes dicuntur.Martialis.Coc	Martialis
Roſeus color	cina famoſæ donas:& Ianthina mœchæ.Idem color & roſeus a roſarũ ſimilitudine dicit̃:	

Plynius a quo & Roſeus pānus:& roſeæ ueſtes appellātur.Ply.Aſini a coitu ſpuma collecta roſeo p anno:& incluſa argento ueerem ſtimulat.Roſa notiſſimus flos ē ſpina naſcēs ſine rubo Germinat primo incluſa granoſo cortice:quo mox intumeſcente:& iuirides Alabaſtros faſtigiato: paulatim rubeſcens dehiſcit:ac ſeſe pādit in medio calicis ſui complexa luteos apices.Ex hac fit oleum:quod roſaceum dicitur:fuiſſeq; uſu a troianis uſq; tēporibus teſtatur Homerus.ροδοεντι δε χρίεν ελαιω:hoc ē roſeoq; unxit oleo.I ē unguēto quoq; īponitur:de quo ſuperius diximus:& menſarum deliciis:Quæ ardentiſſimi coloris eſt:non excedens duodena folia Mileſia dicitur:Proxima minus rubens:Trachinia:Vilior albicantibus foliis Alabandica.Viliſſima pluribus & minutiſſimis Sicionia.Eſt quæ a foliorū multitudine Rentiuolia uocatur:quæ nec odore nec ſpecie probabilis habetur:nec coronis a ueteribus adhibebatur:præter ꝗ ad extremos uelut cardies.Eſt & quæ Græcula appellatur a noſtris:a græcis Lycnis nō niſi in humidis ꝓuenis:nec unq̃ excedēs āqnq; folia:uiolæ magnitudine colore nullo.Alia græcula funditur e caule maleo laceo folia oleacia habens:Muſceuton uocant.μόσχευ μάλα enim propagines uocantur.Inter has media magnitudine Autumnalis eſt:quam uocant Coroneolam:omnes ſine odore A roſa roſetum & Roſarium deducunt:hoc eſt copia fructicum uno loco roſas gignentium:& Roſeum unde roſeus color:& roſeus odor:& roſeus pannus:& roſeæ hoc eſt purpureæ genæ:& roſalia coronæ e roſis factæ.Roſa grecæ ροδον dicitur:unde Rhodinum unguētum:& Cynorhodō Lilii genus rubens:quod græci crinon uocant.& Rhododendros:quod ne nomen quidē apud nos inuenit latinum:Rhododaphnen uocāt:aut Nerium.frutex ē foliis Amygdalæ:ſed maioribus & pinguioribus:ſemine patenti ut cornu:Intus lana eſt ſimilis hyacintho:radix oblonga: guſtu ſalſa:anguſta.Naſcitur locis aquoſis & humidis.& Rhodora herba:quæ caulem habet uirgæ ficulneæ modo geniculatum:folia urticæ:in medio exalbida:eadē procedente tempore tota rubentia:florem argenteum ad ſimilitudinem roſæ.huius coloris inter gemmas eſt Amethyſti genus:de quo paulo mox dicemus:& Mitrax roſeo colore:ꝗ uis ſolis radiis oppoſita uerſicolor fit:& Telirrizos:quæ in colore coccino candidis radicibus ſpectatur:reperitur tamen & coloris cinerei.& Rhodites a roſa uocata.Græci enim ροδον roſam nominant.Pupureus color eſt:qui nigricantis roſe ſplendore ſublucet.Cæterorum omnium colorum gratiſſimus:& tingendis ueſtibus maxime expetitus a purpura uocatus.Purpura enim piſcis eſt ex concharum genere:uiuit annis ſeptenis:latet circa canis ortum tricenis diebus.Congregatur uerno tempore:mutuoq; attritu lentorem quendā ueluti ceræ emittit.Sed nobilem illum ſuccum ad tingēdas ueſtes in mediis faucibus habet:minimum liquoris eſt in candida uena:Reliquum corporis ſterile eſt.Viuas conantur capere:quia florem illum morientes cum uita euomunt.Lingua purpuræ eſt longitudine digitali:duricia tanta:ut reliquas conchas aculeo perforet:Aqua dulci & ſicubi flumine merſæ fuerint:facile necantur:alioquin quinquagenis diebus uiuunt captæ: & ſaliua ſua nutriuntur:Creſcunt celerrime omnes conchæ:ſed purpure præcipue anno magnitudinem implēt Maioribus purpuris detracta Concha auferunt ſuccum:minores frangunt Tyrii:& ita eorum rorem excipiunt:qui a loco Tyrius dicitur:ꝗꝗ in aliis quoq; locis id fiat:dicitur etiam Buccinum quando huiuſmodi Concharum genera ſunt:Buccinum minor Concha:ad ſimilitudinem eius Buccini.quo ſonus editur:a quo nomen accepit quod rotunditatem oris ī margine inciſam habeat.Purpura roſtrum habet caliculatim procurrens:& clauatum uſque ad turbinem aculeis in orbem ſeptenis:qui non ſunt Buccino:ſed utriq; tot orbes ſunt quot habēt annos:Buccinum non niſi petris adhæret:& circa ſcopulos ſemper inuenitur.Purpura a pelago pelagia uocitatur:a quo & ſuccus eius pelagiū dicitur:ſicut ſuccus buccini dr̄ Tyrius.Pelagiarum aliæ lutenſes a luto quo uerſantur:aliæ algenſes ab alga:aliæ calculoſæ a calculo maris:aliæ dialutenſes:quæ uario ſoli genere paſcuntur: Vtriuſque ſuccus ab artificibus decoqtur:atq; expumatᷣ deīde lana tingitᷣ.Buccinum per ſe damnatur:quoniam ſuccum habet remiſſionem: pelagio admiſtum dat ei auſteritatem illam nitorem q̃ qui quæritur roſeum ſic alterum altero excitatur.Summa laus huius coloris eſt:ſi ſanguini concreto
Horatius ſimilis ſit:aſpectu nigricanti.Qua propter Homerus πορφυρεον αιμα hoc eſt purpureum ſanguinem uocat: hinc ueſtes Purpureæ dictæ:& Tyriæ a loco ubi Purpura fit:& color ipſe a matre uocatur purpura:a quo purpuriſſum dicitur:coloris factitii genus:quo utūtur pictores:fitq; e creta argentaria:& cum purpuris pariter tingitur bibit que eum colorē celerius ꝗ lanæ:& quoniam purpura grecæ πορφυρα uocatur Porphyriacus quoq; pro
Ouidius purpureo accipitur.Ouidius.Et porphiriacis figere labra genis.& Porphyrites lapis i ægypto rubeus candidis iteruenietibus pūctis propterea leucoſticos appellatus:quod λευκοσ album dicimus: στιζειν pungere. Item Porphyriticus : hoc eſt ex porphyrite lapide: & Porphyris inſula in laconico mari ſita quinque milibus paſſuum a Maleæ pro-

Roſeus pannus
Roſeæ ueſtes
Mitrax
Telirrizos
Rhodites
Purpureus
Purpura
Tyrius
Buccinum
Pelagia
Pelagium
Tyrius
Luteſes pelagiæ
Algenſeſ pelagiæ
Calculoſe pelagiæ
Dialutenſes pelagiæ
Purpureæ ueſtes
Tyriæ ueſtes
Purpura
Purpuriſſum
Porphyriacus
Porphyrites
Leucoſticos
Porphyriticus
Porphyris

Cythera iſula montorio diſtás:eadem poſtea Cythera dicta:& Porphyrio auis:quæ ſola morſu bibit:
Porphyrio oēm cibū aqua ſubinde tingés:dende pede ad roſtrum ueluti manu afferés:crura huic præ
longa rubent & roſtra:Martialis.Nomen habet magni uolucris tam parua gigantis:& no
men Praſini purpureonis habet.Conſtat ſane inter Gigantes duos præcipue principatum
Porphyrio obtinuiſſe Porphyrionem & Alcioneum: Praſinus quoq; auriga:cuius in Nerone Tran
Alcyoneus quillus mentionem facit. Praſinus purpureo dictus eſt.Murex quoq; genus Conchæ a pur
Praſin9 purpura pura diuerſum:licet ſimiliter verno tempore cōgregetur:& lentorem quendam ſaliuet: at
Murex terat q; circa canis ortū.Idem & Conchylium per excellētiam dicitur.Plynius.Conchylia Plynius
Cōchylium & purpuras omnes ore atterit: unde veſtis tincta murice Conchyliata dicitur. Idem In Idem
Cōchyliata veſtiſ cōchyliata veſte cætera eadem ſine Buccino: Ponitur tamē Cōchylium & p ipſo colore:ſi Idem
cut purpura.murexq;.Idem Cōcharum ad purpuras & Conchylia eadem quidem eſt ma/ Idem
teria.Item pro genere ipſo Concharum:a quibus nomen ſumpſit.Idem Lingua purpu/ Idem
ræ longitudine digitali:qua paſcitur perforando reliqua Conchilia.Muricis ſiue Conchy/
lii cruor grauis ī ſucco eſt color auſterus inglauco:& & iraſcenti ſimilis mari:id oſtrum dici
Oſtrum tur:ab oſtris: Quapropter Conchylium.muricem:oſtrum:ī eadem ſignificatione accipi
mus.Virgilius.Tyrioq; ardebat murice lena.Idem.Vt gemma bibat:& Sarrano dormiat Virgilius
oſtro.Iuuenalis.horum ego nō fugiam Cōchylia:hoc eſt luxurioſas ueſtes:& murice infe/ Idem
ctas:Sed horū nominū ratio reddenda eſt.Inter piſces quidam cruſta fragili muniuntur:vt Iuuenalis
Locuſta ſunt locuſtæ:& cancri: Locuſtæ ſunt:quæ reptātium more fluitant recto meatu ſi nō ſit me
tus:cornibus ad latera porrectis:pauidæ vero iiſdem erectis ī latera procedunt:& iter ſe cor
Locuſta nibus dimicāt:dictæ á ſimilitudine terreſtrium ac volucrum locuſtarum:quæ oua ī terra pa/
riunt:cum pepererint:ſtatim matres in naſcente circa fauces vermiculo ſtrangulantur:eodē
tempore obeunt mares.he ſerpentem quotiens libuerit:ſingulæ necant:faucibus eius morſu
apprehēſis.Ariſtoteles.πολλοὶ δὲ καὶ τὴν ἀκρίδα ἑωράκασιν ὅτι ὅταν μάχη
ται τοῖς ἄφεσιν ἐπιλαμβάνεται τοῦ τραχήλου.hoc ē: Multi autem & locuſtā
viderunt quando aduerſus ſerpentes pugnat:eorum fauces apprehendere:Non naſcuntur
locuſtæ niſi in planis & rimoſis locis. In India longitudine trium pedum eſſe traduntur
Cruribus earum.atq; fæminibus.quum in aruerint proferris vtuntur.Aliquando gregatim
ſublatæ vento in ſtagna ſeu maria deducunt.Longinqua etiam æquora tranſeunt: plurium
dierum itinere continuato:tanto pennarum ſtridore volitantes: vt maiores aues videantur
Ingentem ſæpe numero meſſibus iacturam afferunt:tactu:multa adurentes:vnde nomē ha
bent:morſu vero cuncta atq; etiam tactorum fores erodentes.Apuliam maxime ex Africa ī
feſtant In Cyrenaica lex eſt:vt ter anno debellēt:& ī eum qui ceſſauerit:deſertoris pena
ſancita eſt:primo itaq; oua earum obterunt:ſecundo fœtum:tertio adultas.In Inſula Lēno
certa menſura præſcripta eſt:quam ſinguli necare:& ad magiſtratus referre debeant hn̄tes
ob id ī ueneratōe graculos:quod aduerſo volatu illarū exiguo occurrāt. In Syria quoq; mi
Locuſtarū cibus litari imperio necare eas mos eſt.Party eas in cibo ſummunt:vocem ab occipitio emittunt
vbi in commiſſura ſcapularum habere quaſi dentes exiſtimantur:qui inter ſe terendo edant
ſtridorem.Nefas eſt credere diuū Ioānem:quem regis noſtri præcurſorem merito vocant
hui9 cibi impuritate vſum ī heremo fuiſſe:Cauſa autem erroris hic fluxit:quod græci ἀκρί
δας modo locuſtas vocant:modo ſumitates herbarum:ſiue arborum: hoc ē teneriores p
tes:& quaſi quoſdam cauliculos:qui ſumi in cibo ſolent:vnde ἀκριζειν græci dicunt:hoc ē
ſūma decerpe.Interpres igitur pro cauliculo locuſtam poſuit.Nec me latet ab hiſtoricis tra
Pādore di:gentem quadam eſſe in India:quæ pandore appellatur annos ducentos viuentem in iu/
uenta candido capillo:in ſenectute nigro:contra aliam quadragenos nō excedentem ānos:
quorum vxores ſemel pariunt.Locuſtis eos ali:& eſſe pernices.Sed cibo tam immundo vi
Cācer xiſſe ſanctiſſimum virum:mihi certe parum credibile videtur. Cancri diſtinguntur in Ca/
Carauus ramos:Carauos: Aſtacos:Paguros:Heradeoticos:Leones:& quedam alia ignobiliora ge
Camarus nera.Sunt & in phœnice hippæ vocati tante velocitatis: vt conſequi eos impoſſibile ſit.
Aſtacus Octonos Cancri pedes habent:omnes ī obliquum flexos bina brachia cum forcipibus dē
Pagurus ticulatis. Superior pars mouetur.Inferior ē prorſus imobilis.Cochleæ criſtam paulo duri
Heradioticus orem habent:Suntq; & Aquatiles:& terreſtres exerētes ſeſe domiciliis:& quoniam oculis
Leo carent:binis corniculis iter prætentātes.Firmioris vero teſtæ piſces Conchæ & Oſtrea dicū
Hippa tur.Conchæ dicuntur:quæ teſtam leuem habent:ac politam:ſiue vniformiter rugatam:ſi/
Coclea ue denticulatam.Oſtrea vero:quæ aſperam ſcabramq; q̄uis generali nomine Oſtrea quoq;
Conchæ Conchæ vocentur:Item quæ ex vno tantum latere teſtam habent.altero ſcopulis aut lapi/
Oſtrea dibus aut alteri materie adheret. Nam teſte ipſæ duriores propriæ Conchæ dicuntur: Ouidius
Cōcha quales ſunt Coclearum: atque Concharum Ouidius. Oſtreaque in Conchis tuta fue/ Cicero
Cōcha re ſuis. Cicero de prima loquens Duabus grandibus obſita. Conchis. Columella i/ Columella

pliċitus.Conchæ ſimax:Vnde vaſis quoqꝫ genus concauum ac ſuperius patulum ab huius
Plynius Conchæ ſimilitudine Concham vocamus.Plynius:Puluis ſemper in catinos digeritur:&
ex aceto maceratur:vt omnis duricia ſoluat:ac rurſus tunditur:deind lauatur in cōchas:ſic
caturqꝫ hinc etiam Conchis dicta eſt faba:cum cortice ſuo elixa ad differentiam fabæ freſ/
ſe:quæ ſine corticibus coquitur a ſimilitudine videlicet Concharum:quod confracto corti
Martialis ce:velut implicita Conchis ſuis carūcula videatur. Martialis.Si ſpumet rubra Conchis ti/ Conchis
bi pallida teſta.Lautorum cœnis ſæpe negare potes.Eſt autem concha græcum vocabulum
quippe græci κονχην Concham dicunt:κονχύλιον muricem:κονχυλεύτην muri
cum collectorem:Itaque purpura inter conchas potius numerabitur.murices inter Oſtrea
ob ſcabriciē corticis: qua propter & murex pro ſaxo aſpero ponitur diciturqꝫ ab aſperita/
Virgilius te murorum.Virgilius.Et acuto murice remi Obnixi crepuere.Oſtrea vero ſimiliter a græ
co appellata ſunt.Nam ſicut nos a teſta teſtudinem vocamus:ſiue animal:quod veluti teſta Teſtudo
tectum eſt:ſiue id genus ædificii:quod ex teſta ē compoſitum:vel ad teſtudinis ſimilitudinē
factū:ſic græci ὄσρεα ἀπὸ τοῦ ὀστράκου nominauerunt Oſtracū quippe teſta a græ
cis vocatur vnde teſtacium pauimentum vulgo nunc Oſtracum vocant:& Oſtracina ſuffra Teſtacæum paui
gia Athenienſium dicebantur:quod Athenienſes ea in figulinis vaſis dare cōſueuerunt.hic mentum
Plynius Oſtreatum pro duro atqꝫ aſpero accipimus.Plautus.Itaqꝫ iam quaſi Oſtreatum tergum vl Oſtracum.
ceribus geſtat:& Oſtris ſiue oſtria vocatur arbor:quæ ſolitaria naſcitur circa ſaxa aquoſa ſi Oſtracina ſuffra
milis fraxino cortice & ramis& foliopilis tamē paulo lōgioribus:craſſioribuſque:ac rugo gia
ſis inciſuris:materia dura atque firma:qua in domum illata difficiles partus fieri morteſqꝫ Oſtreatum
A.Gellius miſeras veterū ſuperſtitio exiſtimauit.Dicuntur etiam fœminino genere Oſtreæ.A.Gellius
Oſtreæ ſeneſcente luna inuberes:macræ:tenues:exutæ ſunt:Creſcente luna pingueſcunt hic Oſtreæ
cibus in deliciis ſemper habitus fuit:& palma menſarum hodie quoque Oſtreis datur.Ga/
udent dulcibus aquis petroſis tamen gignuntur.Grandeſcunt creſcente luna:ſed priuatim
circa initia æſtatis multo lacte prægnantia:præcipua habētur quæ ſpiſſa ſunt nec ſaliua ſua
lubrica craſſitudine potius laudant quā latitudine Spōdilus dicitur calloſum illud rotūdū Spondilus
albicans:quod intus habet in medio:a ſimilitudine ſpondili:quod nos verticulum dicimus
appoſitum fuſis vt melius nendo vertantur:nam reliqua caro circumſparſa lacinia dicitur.
Meliora ſunt quæ Spondylum breuem habēt nec carnoſum:nec fibris lacinioſum:ac tota ī Lacinia
aluo:Generoſiora etiam exiſtimantur ambiente fibras purpureo crine parata appellantur: Parata
quia cruda meliora ſunt.Gaudent peregrinat one Brunduſina in Auerno meliora ſunt.Cō
tra iſta & ſuū retinere ſuccum:& a lucrino adoptare exiſtimantur.In Indico mari pedalia
inueniri prodiderūt. Nomenclator nepotis cuiuſdā inter veteres Romāos Tridacna oſtrea .Oſtrea pedalia
appellauit:tantæ amplitudinis intelligi cupiēs:vt ter mordēda eſſent.δάκνειν enim mor Tridacna oſtrea
dere eſt.Oſtrea ſtomacum mirifice reficiunt:faſtidio medentur:molliunt aluum leuiter:Cō
cta cum mulſo teneſmum:qui ſine exulceratione ſit:ſanāt ve ſicarum vlcera repurgāt.Cinis
Concharum dentes polit ideoque inter dentifricia numeratur dentrificium enim vocamus Dentrificium
quod fricando dētium rubiginem tollit.Sicut dentiſcalpium:quo ſcalpiuntur dētes:vt pē Dentiſcalpium
Martialis na:lentiſcus:& ſimilia.Martialis.Lentiſcum melius:ſed ſi tibi frondea cuſpis Defuerit:dē
tem penna leuare poteſt.Ab Oſtreis Oſtrearius panis dictus:quo veteres cum Oſtreis veſci Oſtriarius panis
ſolēt.Varia ſane pāis genera apud veteres fuere.Aliquādo ab obſōiis nomē hēbat:vt oſtre
arius.Aliquando a dliciis vt Artalaganus.nam græci λάγνον ganeonem.λαγνείαν Artolaganus pa
luxuriam dicunt:& ab hoc Lagana:quæ ex candida farina fiunt:tenuiſſima ad patinarum nis
vſum.Quidam a laganis potius dictum Artolaganum putant propter candorem.Nonnū Lagana
quam a feſtinatiōe:vt Speuſticius ἀπὸ τοῦ σπεύδειν quod accelerare ſignificat:hic q̄ Artolagāus pāis
lis ſit docet Cato Speuſticium panem ſic facito.Manus mortariumque bene lauato.Farina Speuſticius pāis
in mortarium īdito:aquam paulatim addito:ſubigitoque pulchre:vbi bene ſubegeris defin
gito coquitoque ſubtextu.Sæpe etiam a coquendi ratione:vt furnaceus qui in furno coqui Furnaceus panis
tur.Subcinericius qui ſubcinere:focacius qui in foco.Artopteſius qui in clibano.licet enim Subcīericius pāis
κλίβανος hoc eſt clibanus apud græcos furnum ſignificet:nos tamen clibanum vocamꝰ Focacius panis
inſtrumentum quo aliquid coquitur ſubtextu.quod ex ferro fieri ſolet:ſæpe ēt opere figuli Artopteſius pāis
Plynius no.Plynius.Lini cortices clibanus & furnus præbent vſum Mulieres quæ ita panem coque Furnus
Plautus bant artoptæ nominabantur:ἄρτος enim panis eſt.ὀπτάω coquo.Plautus.Dromo de Clibanus
ſquamma piſces:tu Macherio Congrū:murenam ex dorſa quantum potes:ego hic Artop Artopta
tam ex proximo vtendam peto:Plerunque etiam ab iis qui eo vtuntur nomen habet:vt par Particus panis
ticus:quod a partis aduectus ſit:alii aquaticum vocant:quoniam aquam trahit obtenuem: Aquaticus panis
& ſpongiam in anitatem.Item panis militaris:quo milites in expeditione vtebantur:qua/ Militaris panis
ctam: hoc ẽ animum ĩtenderis: Hic Attentos dicimus auditores: qui ad ea: quæ dicuntur: in — Obtendo
tendunt animum: & Attentio animaduerſio: & Attente aduerbium hoc eſt aĩo intento. Cir — Obtendiculũ
Plynius — cumtendo notæ ſignificationis. Plynius. Circũtendit retia: & omnis occupat ſaltus. Obten — Pertendo
do uel tendo: uel contratendo: a quo obtendiculũ: quo aliquid tegitur. Pertendo: deſtino: & — Extendo
libero. Extendo explico: & ſine rugis facio: a quo Extenſio explicatio. Protendo produco — Extenſio
Virgilius — extendo. Prætendo oppono: & aliud q̃ ſit oſtendo. Intendo animaduerto & ſolicite ac di — Protendo
Idem — ligenter intueor. Virgilius. Intenti expectant ſignum: a quo Intentio dicitur. Aliquando in — Pretendo
Idem — tendo accipitur pro ligo. Idem. Intenditq; locum ſertis. Idem. & ſtupea uincula collo Intẽ — Intendo
Cicero — dunt. Nonnunq̃ pro extendo. Cicero. Intentum enim animum tanq̃ arcũ habebat nec lã/ — Intentio
Saluſtius — guens ſuccumbebat ſenectuti. Subtendo decipiendi gratia ſubdo aliquid aut machinor. Sa — Subtendo
Virgilius — luſtius. Dum ſubtendit inſidias militi. Diſtẽdo extendo. ipleo. Virgilius. Diſtendũt nectare — Diſtendo

tellas.Idem.Denſo diſtendere pingui.Tractum autem eſt ab vtre:qui cum plenus eſt:ten/ *Idem*
Contendo ditur:qum vacuus:relaxatur.Contendo:quod modo eſt feſtino.Idem.Quæ proxima litto *Idem*
ra curſu:Contendunt petere:modo torqueo:aſtringo.Idem.Tanto nate magis contende te
nacia vincla.Interdum comparo.Plautus.Signum rete comparabat:huius contendi anu/
lum.Aliquádo certo.Cicero.Miſerrima omnino ambitio eſt honoꝝ contentio.A conten *Cicero*
Contentio do etiam Contentio deducitur:hoc ē certatio:a quo Contentioſus plenus rixe:& Contēti
Contentioſus oſe:vnde Contentio pro cócertatione accipitur.Idem.Id quod eius ſcripta declarát:et Có *Idem*
Contentioſe tentiones vocis:& remiſſiones.Plerunq; extorquere.Idem.Et extremi autem preceptum in *Idem*
beneficiis.operaq; danda:neqd contra æquitatem contendas: Sæpenumero iacio:dirigo. *Virgilius*
Virgilius.Qui tamé aercas telum contendit in auras.Quandoq; intédo.Cicero.Magna ē *Cicero*
animi contentio adhibenda.Idemq; fere eſt Contentio:& intentio: qum vehemētiá quádá
ſignificant in uoce: tracta ſimilitudine ab arcu:ſeu cythara:cuius nerui.quáto vehementius
intenduntur:tanto vehementiorem ſonum efficiunt:& vt illa:ita & vox vſum neruorum
Oſtendo corporis exigit.Oſtendo quoq; ab ore tendendo compoſitum uidetur:quod os extendere
Oſtento ſolemus in id:quod volumus demonſtrare.Ab hoc fit frequentatiuum Oſtento:qđ ſignifi/
Oſtentatio cat ſæpe & cum iactátia quadam oſtendo:vnde oſtentatio pro iactantia & inani gloria:&
Oſtentum Oſtentum de quo mox dicemus.Item portendo a porro:hoc ē longe tendo.Eſt autem por
Portendo tendere ſignificare:prædicere.Virgilius.Nunc illum fatis externa ſede profectum Porten/ *Virgilius*
Portentum di generum:Ab hoc deriuatur Portentum:quod aliquid futurum portédit:quáuis aliquan
do ponatur pro re inani:falſa atq; ridicula.Cicero.Aut quid negocii ē hæc poetarum & pi *Cicero*
Monſtrum ctorum portenta conuincere.Monſtra:Prodigia:Portenta:Oſtenta ſic inter ſe differunt.
Portentum Monſtra ſunt proprie quæ contra naturam fiunt:vt ſi homo cum bruti capite:pedibus ve
Oſtentum naſcatur:quæ et pro Monſtra aliquando dicuntur quaſi porro aliquid monſtratia ſiue mo
nentia. Portenta quæ licet naturalia ſint:raro tamē ſe oſtendunt.& futurum aliquid cum
Prodigium temporis interuallo denunciant. Oſtenta vero quæ ſtatim futurum aliquid iudicant:
vt ſunt ſereno die facta tonitrua. Cometæ:Mulæ partus:& ſimilia.Prodigia:quæ & ſi
naturaliter fiunt:ac ſæpe eueniunt:ſemper tamen aliquid præſagiunt mali:qua propter pro *Virgilius*
digiuū quidam dictum volút:quaſi porro agédum.Virgilius.Sola nouū:dictuq; nefas har
pya Celæno Prodigium canit:& triſtes denuntiat iras.Talia ſunt Bubonis eiulatus ítectis:
abeunti obuia muſtella:Corui cantus:& ſimilia:Confunduntur tamē hæc ſæpe ab auctori
Monſtrum bus:& pro eodem ſignificato accipiūtur.omniaq; ab eo:quod futurum aliquid oſtédúnt:di
Prodigium cta ſunt.Monſtrum a monſtrando.vel quaſi monſtrum:quod moneat aliquid futurū.Pro
Portentum digium quaſi prediciū:quod ꝑdicat:quáuis alii:vt diximus quaſi porro agendum dictū ve/
Oſtentum lint.Portétum quod protédat.Oſtentum quod oſtédat:Ad hæc pertinet etiam Omen:qđ
Omen ore augurium ſit dictum quaſi Oremen:licet alii ab Omento:quod extiſpices notare ſolent *Virgilius*
appellatum putent.Eſt autem Omen verbum medium:& modo ſignificat auſpicium pro *Idem*
ſperum.Omne quod firmans animum ſic incipit ipſa modo aduerſum.Idem.Ne ve omi/ *Idem*
ne tanto proſequere.Alii hæc ita diſtingunt:ut oſtēta:& monita generalia nomina ſint mó *Idem*
ſtra uero deorum monita.Idem.Móſtra deum refero.Prodigia iræ ac minæ deorum.Idē.
Sola nouum dictuq; nefas harpya Celæno.Prodigium canit.Protéta quæ aliquid impor
Procurari tari:ac iam imminere denuntiát.Lucillius.Si portéta:anguiſq; uolucreſq; pennatas.Scribi *Virgilius*
Auelli tis.Omnia uocis & métis notæ.Virgilius.Ignauus bubo dirum mortalibus omne.Procu/
Depelli portéta rari autem:ſiue auerti:ſeu Depelli Portenta:prodigia:monſtra:oſtéta:omnia dicunť qum
Explanare por/tenta mala:quæ ex iis portéduntur:ꝑcibus:ſuppliciis:religione:& deorum cerimoniis fuganť.
Explanare uero ē iterꝑtari:& declarare qd ſit:qđ futurū ońdát:niſi placatis ꝑ ſacrificia diis
Prodigiator auertátur.Vń ꝓdigiatores ꝓdigiorū iterꝑtes noiant.A móſtro fit móſtroſus Sicut a porté
Monſtroſus to Portétoſus:ab oſtéto Oñtoſus:a ꝓdigio Prodigioſus:& ab omie Oioſus:hoc ē móſtrū
Pontentoſus portétū:prodigium:omē faciens:& aduerbia Monſtroſe:portentoſe:prodigioſe:Omino
Oſtentoſus ſe:hoc eſt cum Monſtro:portéto:prodigio:Omine.Item prodigiale:quod prodigium ꝓ *Plautus*
Prodigioſus curat.Plautus.Sed mulier poſtq̃ experecta es prodigiali Ioui:aut mola ſalſa hodie aut thu
Prodigiale re cóprecatum oportet.Abomine fit Ominor:hoc eſt auſpicor:omen capio:a quo Abó/
Ominoſus minor execror faſtidio:& quaſi pro malo omine habeo.Ab hoc Aboníale: Abominator:
Ominor Abominatrix:& Abominatio.Item Audio:quaſi aures do:quoniam ad ea quæ audimus: *Terentius*
Abominor accómodare aures uidemur.Vnde audire proprie eſt auribus percipere.Terentius.Viſa ſū
Abominale audire uocem modo militis:ponitur tamen frequenter audio pro credo & precipienti pa/ *Quintilia.*
Abominator reo:ſed frequentius per negationem:& participium:quod tranſit in nomen.Quintilianus
Abominatrix Nec audiendi quidam:quorum eſt Albutius:qui tris modo primas eſſe uolunt.quia memo *Liuius*
Abominatio ria atque actio natura non arte contiugant.Nonnunquam ſine negatione.Liuius.Ciuem
Audio tuum non audiſti arma capere:ac ſequi iubenti.Aliquando accipitur pro fateor:unde dici

muſ:audeo & fateor:ut ſecundum primi declaratiui ſit. Sed cum datiuo iunctum ſemper
pro obedio vſurpatur. Cicero:& audiens eſſet huic ordini. Virgilius.audiendi vocabulum
etiam ad ea tranſtulit: quæ auribus:& ſenſu carent. Et fruſtra retinacula tendens. Fertur
equis ariga:neque audit currus habenas: Eſt etiã quando audio pro exaudio accipitur. Vir/
gilius. Audiit & Cæli genitor de parte ſiniſtra. Intonuit læuum. Ab audio compoſita fiunt
Obedio: qđ ẽ pareo Veteres & obaudio dixere. Exaudio: quod aliquãdio pro audio capi/
tur. Idem. Vox quoque per lucos vulgo exaudita ſilentes. Aliquando pro audita concedo.
Idem. Et nulli exaudita deorum Vota preceſque meæ. Inaudio quod aliquando idem ſigni
ficat: quod audio. Cicero. Quorum erupit illa vox de qua ego a te primum inaudirem. Ali
quando non audio. Idem. Rem certe nouam:& ante hunc diem in auditam. Aliquando ta
men inauditum accipimus pro eo: quod non audit. Varro. Animalium aliud alio ſenſu ca/
ret: quædam enim a natura gignuntur: aut inodora: aut inaudita. Conaudio ſimul audio:
& Coaudio dicitur. Subaudio modo parum audio: modo ſubintelligo. Item ab eodem de
riuatur Auditus quod modo ſenſum ipſum audiendi ſignificat: Vt quinque ſunt ſenſus
in homine. Viſus: Auditus: Guſtus: Odoratus: Tactus: modo id quod auditum eſt. Plynius
Ego exauditu loquebar: hoc eſt ex eo: quod audiueram. Auditio ipſe audiẽdi actus: audito/
rium locus in quo quis auditur: vel orans: vel legens: item multitudo ipſa audientium. Audi
entia ipſa: vt ita dicam anditio. Plautus. Exurge præco: fac populo audientiam: hoc eſt fac
ut populus præſtet aures. Auris vero ab hauriendo dicitur aſpiratione detracta: quod vocẽ
accipiat: haurire enim proprie accipere: & extrahere ẽ. Virgilius. Vocemq; his auribus hau
ſi. tractum ab aura: quæ humorem omnem extrahit: atque exiccat. Per metaphoram tamen
aliquando pro videre accipitur. Item. hauſit cælum: mentemque retexit. Aliquando pro aui
de ſumere. Cicero. Cum in explebili cupiditate: quo fluentis cupiditates vndiq; hauriret: eo
grauius ardentiuſque ſitientem. Virgilius. Ille impiger hauſit Spumantem pateram:& ple/
no ſe proluit auro: Nonnunquam pro confodere: vulnerare. Idem. Per tunicam ſqualletẽ
auro latus haurit apertum. Interdum pro defatigare. Idem. Exultãtiaque haurit Corda pa/
uor pulſans: plerunque pro luere. Idem. Spero equidem mediis: ſi quid pia numina poſſũt
Supplicia hauſurum ſcopulis. Sæpe etiam ꝑ vacuare. Lucillius. Quãdo haurire animis mu
ſarum:& fortia geſtit: Vnde ab eo fit: Auſter: de quo inferius dicemus: ab hauriendis aquis
& Auſtra rotarum cadi. Virgilius. Et fluuio verſare rotas: atque auſtra:& exhaurire: quod
eſt prorſus euacuare: a quo Exhauſtum dicimus finitum terminatũ. Virgilius. Quæ bella ex
hauſta canebat. Ex enim præpoſitio in compoſitione aliquando intentiua eſt: vt Excogito
Exaudio: quod eſt cogitando inuenio:& audiendo concedo. Aliquando priuatiua: vt Ex/
lex ſine lege:& Exanimis ſine anima: quod ſimiliter fit in e præpoſitione: nam in effero:&
elloquor intentiua eſt: in Eduro vero:& Enode priuatiua. Nam eduras Corylos dicimus:
hoc eſt non duras:& Enodes truncos: hoc eſt ſine nodis. In appoſitione vero E & Ex ali/
qñ ſignificat ꝑ vt: Ere. p. hoc ẽ ꝑ Re. p.& Ex utilitate & vbi dictio icipit ab. R. tollẽda eſt
X. vt e regiõe. i. ex oppoſito: vel e diuerſo vel e cõtrario. Extpe diceř ẽ: ex iprouiſo: & ipræ
meditatũ dicere: nec domi cõpoſitũ orõnem proferre. a quo Extpalis: ſiue extparia orõ di
citur. Cicero: Quos credimus expedire rem:& cõſilium extempore capere poſſe. Aliquan/
do tamen Extempore ſignificat pro temporis conditionẽ. Idem vnius generis quotiẽs ſunt
hæ omnes: in quibus ex tempore officium quæritur. Exrenibus laborare idem eſt: quod in re
nibus morbum pati. Exuinculis cauſam dicere eſt vinctum reſpondere criminibus. Exſen/
tentia aliquid habere eſt aduotum habere: licet illud videatur rationis eſſe: hoc affectus: eo/
dem tamen ſignificationis veniunt. Quintilianus. habes ne vxorem ex animi tui ſententia.
Idem.& ad omne votum fluente fortuna laſciuit ocium: haurio idcirco cum aſpiratiõe ſcri
bi exiſtimant: vt prima perſona præteriti perfecti differat a nominatiuo plurali huius no/
minis auſus:& ſecunda perſona preſentis indicatiui a nomine auris. Ab auris fit diminuti/
uum Auricula: quæ proprie eſt cartilago illa circum aurium concauitatem: & Auritus: qui
vel magnas aures habet. Virgilius. Auritoſq; ſequi lepores vel ſenſum audiendi. Horatius.
Doctũ & auritas fidibus canoras Ducere quercus:& auſculto: quod proprie ẽ audio. Pla
utus. Tum illum ſumiſſe loquentem auſcultabam. Interdum ponitur: pro obſequor: pa/
reo. Pacuuius. Qui ſe magis audiendum quam auſcultandum cenſet. Ennius. Mihi auſcul/
ta nate pueros Cremari iube. Cecilius. Audire ignoti: quod imperant ſoleo: non auſcultare.
Quandoque pro aſpicio cerno. Afranius. Ludos hinc auſcultaui procul. Varro. hoc ab au
dio deriuatum putat. Auſcultare etiam Veteres dicebant pro Oſculari. Plautus. Et inter
ſe auſcultant:& columbatim os cum ore cõferunt:& tunc ab oſculo: hoc eſt ore deducitur:
quod auſculum dicebant antiqui. Varro. nã ab auris Auricularis:& Auricularius: vñ Au/
cularium ſpecillum dicimus:& Verminatio Auricularis vocatur: qum putridæ aures vermi

Left margin: Cicero, Virgilius, Virgilius, Idem, Cicero, Idem, Varro, Plynius, Plautus, Virgilius, Idem, Cicero, Virgilius, Idem, Idem, Idem, Lucillius, Virgilius, Virgilius, Cicero, Idem, Quintilia., Idem, Virgilius, Horatius, Plautus, Pacuuius, Ennius, Cecilius, Afranius, Plautus, Varro

Right margin: Obedio, Ob audio, Exaudio, Inaudio, Subaudio, Auditus, Auditio, Auditorium, Audientia, Auris, Auſter, Auſtra, Exhaurio, Exhauſtum, Ex, Excogito, Exaudio, Exlex, Exanimis, Edurus, Enodis, E, Ex, Ere.p., Exutilitate, Eregione, Extempore, Extemporalis, Erenibus labora re, Ex vinculis cãm dicere, Ex ſententia, Haurio, Auricula, Auritus, Auſculto, Auſculum, Auricularis, Auricularius, Auriculariũ ſpe cillum, Auricularis ver minatio

Auricularis digitus bus ſcatent:& auricularis digitus paruus:quo aures mundantur.Item auriſcalpium inſtru
mentum quo mundantur aures:de quo Martialis.Si tibi moroſa prurigine verminat auris *Martialis*
Auriſcalpium Arma damus tantis apta libidinibus.Item ab haurio fit hauſtus quartæ declinationis qđ
Hauſtus ſorbitionem ſignificat.Inueniturque aliquado apud veteres:hauſtum facere pro eo quod ē
potare:& hauſto frequentatiuum:& compoſitum exhaurio quod eſt effero:euacuo:a quo
ſimiliter frequentatiuum exhauſto.Exhauſtum tamen aliquando pro finito ac terminato ī
uenitur.Virgilius.Quæ bella exhauta cācbat.Mandare quoq; a manu danda declinatum *Virgilius*
Hauſtum conſtat:quod in dandis in accipiendiſque mandatis manus ſibi inuicem dare mos erat.
Exhaurio Eſt autem mandare cuiuis perſonæ gerendum aliquid exequendumque cōmittere.Quinti *Quintilia.*
Exhauſto lianus.Mādata tamen tua fili perago:hoc eſt quod vulgo dicunt Commiſſiones.Virgilius *Virgilius*
Exhauſtū Multa patri mādata dabat.Aliquando tamen ponitur pro commendare.Idem.Furtim
Mando mandas mandarat alendum Threicio regi.Cicero.Deinde ipſis ſcriptis non ea quæ nunc:ſed etiam *Cicero*
Mandatum actiones noſtras mandaremus:vt ſæpe fecimus.hinc Paulus iuriſconſultus inquit mandatū *Paulus iu/*
niſi gratuitum nullum eſt:nam originem ex officio atque amicitia trahit.Contrarium por *riſcōſultus*
ro officium eſt merces.Interueniente enim pecunia ad locationem:& conductionem poti
Mandatarius us pertinet.Hinc mandatarii dicuntur:quibus dantur mandata:& res gerendæ committū/
Commendo tur.Item a mando fit Commendo:quod ſi cum datiuo iungitur:ſignificat Committo.vt
Cōmēdatitiæ lrē Commendo te regi:ſi vero accuſatiuo cum apud:vel ablatiuo cum in ſignificat laudo:vt cō
Cōmedatio mendo te apud regem.Cicero.Multis a me verbis in ſenatu commendatus.Hinc Commē/ *Cicero*
Cōmendo datitias litteras dicimus:in quibus aliqui commendantur:& Commendationem modo ꝓ
Cōmitto laude:modo pro commiſſione.Quidam commendo:& committo ſic ſeparant:vt com/
Mādo mandis mendemus non cognitis:committamus cognitis.Terentius.Ego me tuæ cōmendo:& cō/ *Terentius*
Manduco mitto fidei.Item a Manu & dando:mandere dictum exiſtimant:quod manu cibus ori ad
Mandones mouetur:quemadmodum a manu ducenda dicimus manducare:hinc Mandones:& Man
Manducones ducones dicti:de quibus ſupra diſſeruimus:& Manducus:& Manſum:hoc eſt dentibus cō
Manducus tritum hoc enim proprie mandare:& manducare:& commanducare eſt.Plynius.Radix *Plynius*
Manſum cyperi commanducata:& vulneri impoſita prodeſt:& mandibula:in qua ſiti ſunt dentes:
Mandibula quæ & Maxilla dicitur:& Manſucius:quod ſignificat edacem:& Maturum:quod mite:
Maxilla & decoctum:& admandendum aptum eſt:& menſa:quæ modo Diſcum ſignificat:in quo
Māſucius manditur.Virgilius.Poſtq̄ exempta fames epulis:menſæque remotæ.Modo ipſa cibaria: *Virgilius*
Maturum vnde primæ & ſecundæ menſæ dicuntur:ideſt primi & ſecundi cibi.Idem.Non ego te diis *Idem*
Menſa & menſis accepta ſecundis Tranſierim rhodia.Menſa enim ꝓ Trapeza hoc eſt tabula:qua
Secunda menſa argentarii vtuntur:a qua Trapezitæ dicuntur menſarii.Item A do ſatiſdo:quod eſt fideiu/ *Caius*
Trapeza beo:a quo Satiſdator fideiuſſor:Satiſdatio fideiuſſio:Satiſdatio īquit Caius.eodē mō ap
Trapezita pellata eſt:quo ſatiſfactio.Nam vt ſatiſfacere dicimur ei:cuius deſiderium implemus:ita ſa
Satiſdo tiſdare dicimur:dare aduerſario noſtro aliquem:qui pro eo:quod a nobis petitur:ita caue/
Satiſdator at:vt eū hoc nomine ſecurum faciamus:Satiſdare & ſatiſpræſtare:idem ſunt.Item a dando
Satiſdatio vadis primo deinde per ſyncopen vas dictus ſponſor:a quo vadimonium.Sic enim a dan
Satiſpreſto do vades:ſicut a preſtando prædes dicuntur:vnde Comprædes appellantur eiuſdem rei ſpō
Vadis ſores.Vadimonium quidam ita diffiniūt:vt ſit ſponſio ad certum diem ſiſtendi ſe ī iudicio
Vas id eſt comparendi per ſe vel per aduocatos.Quintilianus delegato frumentario qui ad pre
Vadimonium ſtitutū diem venerat:inquit.Niſi tamen ad vadimonium Legate veniſſes:non multorum
Prædes dierum commeatum habebamus.Alii vadem non a dando deductum exiſtimāt quod qui *Horatius*
Compredes vades dederit:vadere ei:hoc eſt diſcedere interim liceat.Horatius.Ille datis vadibus qui ru/
Vadere re extractus in vrbē ē.Vadare quoq; ē aliquādo vadē hoc eſt fideiuſſorē preſtare:Simili mo
do A do vado deriuatur:quod eſt eo quaſi viæ do.Vado vt nonnulli opinātur.Nos a græ
co potius deductum exiſtimamus:nam græci βαδίζειν dicunt ire:a quo Abatos hoc ē in
Abatos aceſſa vocitata eſt inſula Aegypti:ad quam nō ē acceſſus.Itē alius locus ultra Aegyptū atq;
Aethiopyas.Lucanus.Atq; Abaton quam noſtra vocat veneranda vetuſtas.A vado ſimili *Lucanus*
mō vt a do vado compoſita fiunt Circumuado:hoc eſt iuadendo circumdo:Euado:quod
Circumuado proprie ſignificat exeo ſiue tranſeo.Virgilius.Euaditque celer ripam irremeabilis vndæ:Te *Virgilius*
Euado rentius.Sic inquam quo euadat:vide:Aliquando tamen per metaphoram euadere ponit̄ *Trentius*
pro fieri:produci.Cicero.An verebare ne non putaremus natura potuiſſe improbum eua/ *Cicero*
dere.Nonnunquam pro liberare.Saluſtius.At ni Marius ſigna inferre atque euadere op/ *Saluſtius*
pido properauiſſet:profecto cuncti aut magna pars fidem mutauiſſet.Quandoq; pro aſcē *Virgilius*
dere.Virgilius.Euado ad ſummi faſtigia culminis:modo pro apparere.Idem.Vt tandem *Idem*
ante oculos euaſit & ora parentū.Plerunque ēt euadere eſt per quamcunque difficultatem
Inuadere ad aliquid peruenire.Terentius.Et heri ſemper lenitas verebar quorſum euaderet.Inuado *Terētius*
quoque proprie aggredior ſignificat.Saluſtius.priuſquam hoſtes inuaderet.Aliquando po *Saluſtius*

hitur pro ingredior:ſiue incipio. Virgilius. Tuque inuade viam. Idem. Aut pugnam aut ali
quid iamdudum inuadere magnũ. Item A do Vadum dicitur per quod via datur. Eſt enim
proprie uadum fundum fluminis:lacus maris:& cuiuſcunq; aquæ. Plynius. Frequentes qp
pe tæniæ candicantis vadi carinas territant. Idem. Orca inuitata naufragiis tergorum adue
ctorum e Gallia alueum inuado ſulcauerat. Idem. Saxum miri candoris a vado ad ſumma
per lucens. Idem Lignum uado herebat. Idem. Vel ſi aduada vſque glacientur amnes. Hinc
vadum quoque appellatur locus qui propter breuitatem aquæ pedibus tranſiri poteſt. Vn
de Vadoſus amnis:& vadoſũ mare dicit̃ cũ frequẽtia h3 vada hoc ẽ frequẽtia loca:q̃ trãſiri
pedibus poſſunt hinc vadare verbũ deducit̃:qđ eſt pedibus trãſire. Solinus. Flumẽ qđ ꝑ
ꝑ ter breuitatem facile vadari poterat. Papinianus. Flumine publico iteruenięte via cõſtitui
poteſt:ſi aut vado tranſiri poteſt:aut pontem habeat. Secus autem:ſi vadari non poſſit:ſed
pontonibus traiiciatur. A do præterea de quo deriuatur:nihil enim aliud eſt docere:quam
diſciplinæ aut alterius cuiuſcunque rei cognitionem dare. Virgilius. Docuit poſt exitus in/
geris. a quo doctus dicitur:quamuis peritus plus eſſe videatur:quam doctus. Cicero. Itaque
cum ſint docti: a peritis facile deſciſcunt ſententia. Et docilis qui facile docetur:& docibi/
lis:qui natura aptus eſt:doceri:Documentum quod experientiam ſignificat. Doctor qui do
cet:doctrina quod modo pro actu ipſo docendi accipitur:modo pro diſciplina. Plynius.
Virin omni doctrinarum genere excellens. Docere etiam aliquando pro dicere accipitur.
Lucillius. Ne doce:hoc eſt non dicas. Ab hoc fit dedoceo:quod eſt hoc quod doctus es. fal
ſum eſſe oſtẽdo:docens quod verum eſt. Quintilianus: Et quidem prius ac difficilius opus
dedocendi quam docendi. Item Dos non ſolum ea quæ marito ab vxore datur:vnde Dota
lia bona dicuntur:& Dotales fundi:hoc eſt ad dotem ſpectantes:& inquibus Dos a viro
locatur:ſed etiam quicquid alicui datũ eſt:vel a natura vel ab hominibus. Vnde Dotes ani/
mi dicimus prudentiam:iuſtitiam:fortitudinem:cæteraſque virtutes. Item dotes corporis:
Robur:pulcritudinem:incolumitatem:& alia huiuſmodi hinc fit Doto verbum:& paſſi/
uum Dotor:& uirtutibus dotatum hominem dicimus:& uiciis:& quacunque alia re:& In
dotatum ſimiliter. Cicero. Cuius artem qum indotatam uidiſſes:& inconiunctam:& in/
comptam:uerborum etiam dote locupletaſti. Item deus qa dat hominibus quicquid cõmo
dum eſt:quamuis alii aliunde deducant:ut ſuperius oſtendimus. Itẽ dono:quod eſt munus
do:quamuis aliqui Donum a græco dictum malint. quod eſt δῶρον. Donamus autẽ ple/
runq; præmii gratia. Cicero. Qum Gallos:& Hiſpanos ciuitate donaſſet in præmium ſci/
licet Interdum beniuolentiæ. Virgilius. Nemo ex hoc numero mihi nõ donatus abibit. Cer
te non præmii gratia:nam tres primi præmia accipiunt:& poſtremi nihil omnino merent̃:
ſed beniuolentiæ. Nonnunquam miſericordie & liberalitatis. Cornelius nepos. Auxit hoc
officium alia quoque liberalitate. Nam uniuerſos frumento donauit:profecto clæmentiæ:
ac liberalitatis gratia:non remunerationis. A dono Donaticæ Coronæ appellatæ ſunt:qđ
his ueteres in ludis donarentur. Item Donatiuum munus:quod a principe:ſiue imperatore
donatur donum honorarium:quod datur patrono. Donaria non in quibus dona repo/
nuntur:ut quidam ignari ſentiunt:ſed ipſa dona:quæ diis offeruntur:& ſacras menſas atq;
aras ornant. Macrobius. Ornamenta uero ſunt Clypei Coronæ:& huiuſmodi donaria.
Neque enim donaria dedicantur eo tempore:quo delubra ſacrantur. At uero menſa ar/
ulæ que eo die quo ædes ipſæ dedicari ſolent. Donatus:cui quid dono datum eſt:cuius con/
trarium Indonatus. Item Donatus proprium nomen:quaſi dono a natura hominibus da
tus. Donum aliquando etiam de rebus pernitioſis dicitur. Virgilius. Quas illi Philo
mela dapes quæ dona pararit. A dono compoſita fiunt: Redono:& Condono: Redona/
re renunciare eſt. Condonare uero modo donare:modo ignoſcere: Ab his Redonatio:&
Condonatio:ſicut a dono Donatio. Item a do Datim deriuatur: quod ſignificat inuicem
dando. Plautus. Tum iſti qui pila ludunt: Datatim in uia. Põponius. Quod ille dixit: qũ
ego i lecto datatim luſi tecum:hoc eſt inuicem dando:ideſt coeundo. Nam datim ludere eſt
mutuo coitu uti:quaſi dare alteri:quod alter det ſibi:& Datarius:nouum quidem:ſed non
inelegans nomen. Significat autem eum:qui inpoſtulationibus:ac litteris manu pontificis
maximi ſubſcriptis diem:ac locum notat:quibus date ſunt littere:& Datio notæ ſignificati
nis. Veteres pro dant Danunt aliquando ſcripſere: & duis pro dederis. Plautus. Cui ſerui
tutem dii Danunt Lenoniam: Mutuum dare eſt mutuare Mutuũ damus:ut Paulus iuriſco
ſultus inquit:non eandem ſpeciem recepturi:quam dedimus:hoc enim commodatum: aut
depoſitum eſt:ſed idem genus. Nam ſi aliud genus:ueluti pro tritico uinum recipiamus:nõ
erit mutuum. Mutuidatio in his rebus eſt:quæ pondere numero:menſura ue conſiſtũt:quo
niam in his nõ idem ſpecie redditur:ſed genere:qum incæteris rebus aliud pro alio inuito
creditore reddi non poſſit. Appellata eſt autem mutuidatio ab eo:quod de meo tuum fit:et

Left margin: Virgilius · Idem · Plynius · Idem · Idem · Idem · Idem · Solinus · Papinianus · Virgilius · Cicero · Plynius · Lucillius · Quintiali. · Cicero · Cicero · Virgilius · Cornelius · Macrobius · Virgilius · Platus · Pomponi. · Plautus · Paulus

Right margin: Vadum · Vadoſus · Vadare · Doceo · Doctus · Docilis · Docibilis · Documentum · Doctor · Doctrina · Dedoceo · Dos · Dotalia bona · Dotales fundi · Dotes animi · Dotes corporis · Doto · Dotor · Dotatus · Indotatus · Deus · Dono · Dõaticæ corõæ · Donatiuum · Donum honorarium · Donaria · Donatus · Indonatus · Redono · Condono · Redõatio · Condonatio · Donatio · Datatim · Datarius · Datio · Danunt · Mutuum do · Commodatum · Depoſitum · Mutuidatio

Ideo ſi non fiat tuum:non naſcitur obligatio.Mutuum a fœnore ſic ſeparat.Marcellus:qđ mutuum ſine vſuris:fœnus cum vſuris.Plautus.Nam ſi mutuo non potero certum eſt ſummam fœnore.Mutuo & Mutuor ita differunt:quod qui pecuniam dat mutuo:is mutuare dicitur qui vero accipit:is pecuniam mutuatur.Mutuũ pro vicario accipitur.Apuleius.Mutuam tibi operã preſtiti:hoc ẽ vicariam.Aliquando mutuo aduerbium eſt:& modo ſignificat alterutrum.Cicero.Mutuo ſe amabant:hoc eſt alter alterum amabat: modo viciſſim. Idem.Fac me mutuo diligas:hoc eſt fac mihi in amore reſpondeas:& me viciſſim ames.A mutuo Mutuatio deriuatur hoc eſt actus ipſe mutuãdi.Sunt etiam qui a do Suadeo deductum velint:quaſi Suadeo:hoc eſt Suaue dico.Eſt enim Suadere accommodatis: & ſuauibus verbis aliquem in opinionem noſtram inducere cõari:hoc ẽ hortari aliquem ad id qđ intẽdimus.Cuius contrarium eſt Diſſuadeo.Perſuadere vero ẽ Suadẽdo:aut Diſſuadẽdo aliquid hominem in opinionem noſtram inducere.A ſuadeo fit Suaſio:Suaſor:& Suadela pro ſuaſione:& Suaſorius adiectiuum:vnde pars deliberatiua a Rethoricis Suaſoria dicitur:& Suaſorium munus:hoc eſt officium ſuadendi:& Suadibile:quod ſuaderi facile poteſt:& Suaſibiter aduerbium.A diſſuadeo Diſſuaſor Diſſuaſio:Diſſuaſibile.A perſuadeo Perſuaſor:Perſuaſio:Perſuaſibile:pſuaſibiliter.Do vero a græco dcm̃ exiſtimant:qđ ẽ Διδῶ:a quo doſis Datio dicitur:& Antidotum:quod cõtra venena datur:quaſi ex aduerſo datum:nam & ipſa Antidota ferre venena ſunt: vt ſit antidotum: quaſi venenum cõtra Ab hoc Antidotariũ:unde Antidotarium librum dicimus in quod de antidotis ſcriptum ẽ Quidam Daniſtas quoque hoc ẽ fœneratores a dando dictos voluere:quod dent fœnori quamuis alii a græco potius exiſtiment:hoc eſt ἀπὸ τοῦ δανείζειν :qđ eſt mutuare.SIBI Romæ ſcilicet.Sui pronomen eſt reciprocum:dictum ita quia in ſe ipſum reflectitur. Reciprocum propriæ ſignificat repetitum:& Reciprocare repetere eſt:qm̃ veteres procari petere dicebant:vnde Proci a petẽdis mulieribus dicti.Sũt enim proci:qui mulieres i matrimonium poſcunt.Virgilius.Procos irriſa priores:& qui adeo impudentes ſunt:vt nimis petãt procaces appellant.Vñ ꝓcax:meretrix:petulãs dicitur ipudens:inuerecũda:mordax.Terentius.Maligna multo:& magis procax illico facta eſt.& Procacitas petulantia:quæ non ſolum de animalibus:ſed etiam de aliis rebus dicitur.Virgilius.Penituſque procacibus auſtris:hoc eſt ſæuientibus procellis:aſperis:malignis:Procaciter quoque aduerbium ab eo fit hoc ẽ petulãter.Procor autem a prociẽdo deriuat̃:Procire enim petere.Liuius.Matrẽ procitum venerat:habetque penulltimam ſyllabam correptam.quando enim producta eſt: ſignificat ruptum atque atque irritum.Hinc Iuriſconſulti irritum teſtamentum procitum dicunt:& procitare ſæpe dicere prouocare:& procet pro prouocet:procieo autem a cieo declinatur:qđ componitur a cis & eo.Eſt autẽ Ciere prouocare & quaſi Cis hoc eſt citra mouere:non vt Seruius inquit nominare.Virgilius.Extremoſque ciet gemitus.Idem.Lachrimaſque ciebat.Idem.Ere ciere vires:martemque accendere cantu.Dicimus autem & i quarta coniugatiõe:Cio cis:a quo accire deducitur:hoc eſt aduocare:ab hoc vero Accerſire eiuſdem ſignificationis:& Deaccire idem quod accire:A cio cito fit:quod proprie eſt voco.Cicero.Citat eum:non reſpondet citat accuſatorem.Idem. Citetur Salamis clariſſimæ teſtis victoriæ:hoc eſt vocentur.Salaminii:vt teſtimonium victoriæ perhibeant Per metaphorã tamen ponitur pro incito:prouoco:commoueo.Idem.Quorum ſtudiũ legendo non ſcribendo vehementius vides citat:ab hoc Citatio deriuatur notæ ſignificationis. Et verbum Oſcito: quaſi cito hoc eſt commoueo os Vnde Oſcitatio oris Extenſio dicitur: & vitium eius qui frequenti oſcitatione tenetur: Oſcedo:quod cum toto corpore fit: Pandiqui & toto corpore extenditur dicitur: Pandiculari. Idem Citus:hoc eſt celer:quaſi citatus:nam qui vocati ſunt celerius uenire conſueuerunt:& citatus quoque pro celer uſurpatur Apuleius.Citato nõ teſtudineo greſſu:Saluſtius.Modo citus modo tardus igreſſus ab hoc fit comparatiuum citior:& ſuperlatiuum Citiſſimus.Nullam ego rem citiorem apud homines eſſe.Quam famam reor.Afranius.Citior abiit ancilla citiſſimus omnium rediit.Itẽ cito aduerbium:a quo Citius:& Citiſſime.Item a cito alia quoque compoſita fiunt.Recito quod ſignificat repeto.Martialis.Fama refert noſtros te Fidentine libellos. Non aliter populo quam recitare tuos.Excito:quod proprie ſignificat expergiſacio.Ponitur tñ pro ſolicito.Seneca. Vt ocioſum excitarem.ab hoc Excitatio Excitamen:Excitabulum: Excitamentũ:Excitator:Excitabundus deriuatur.Incito prouoco:irrito:incendo.A quo incitatio:Incitamen:Incitabulum:Incitamentum pro eo:quod incitat.A.Gellius.Fomes atq; incitabulum uirtutis.Item Incitator:atq; Incitabundus pro eo:qui incitat.Suſcito interdum excito:interdum uiuifico.Seneca.Nec tã ſanare lãguentẽ uiſus eſt:q̃ mortuũ ſuſcitare.Ab hoc fit Suſcitabulum:quod ꝓ Incitamento accipit̃.Varro.Symphonia uocis ſuſcitabulũ Concito commoueo:ad iram Prouoco:a quo concitatus iratus dicitur.Gellius.Erat enim

Mutuum
Mutuo
Mutuor
Mutuum
Mutuo
Mutuatio
Suadeo
Diſſuadeo
Perſuadere
Suaſio
Suaſor
Suadela
Suaſorius.a.um.
Suaſoria ps deliberatiua
Suaſoriũ munus
Suadibile
Suaſibiliter
Diſſuaſor
Diſſuaſibile
Perſuaſor
Perſuaſio
Perſuaſibile
Perſuaſibiliter
Antidotum
Daniſta
Sui pronomen
Reciprocum
Reciproco
Procor
Procus
Procax
Procacitas
Procaciter
Procor unde
Procitum teſtm̃
Procito Procet
Procieo Cieo
Cio Accio
Accerſio
Deaccio Cito
Citatio Oſcito
Oſcitatio
Oſcedo
Pandiculatio
Pandiculor
Citus Citatus
Citor Citiſſimꝰ
Cito Citius
Recito Excito
Excitatio
Excitamen
Excitabulum
Excitamentum
Excitator
Excitabundus
Incito Incitatio
Incitamen
Incitabulum

Marcellus
Plautus
Apuleius
Cicero
Idem
Terentius
Virgilius
Liuius
Virgilius
Idem
Idem
Cicero
Idem
Idem
Apuleius
Saluſtius
Plautus
Afranius
Martialis
Incitamtũ
Incitator
incitabũdꝰ
Suſcitabulum
Suſcito
Concito

aliquanto concitatior: percito quod meminerim: non legi: inuenitur Percitus: hoc eſt com Concitus
motus: concitatus. Solicitus quoq; a cito componitur: quaſi ſolo citatus: hoc eſt permotus Percitus
quemadmodum inferius dicemus: Præterea a cio Concio dicitur: quod modo perturbo: cō Solicitus
Afranius moueo: Afranius. Dii ſunt irati tibi: qui conciere cogites tantum mali actius. Niſi quas terre Concio
Actius ſtris: Pontus: ſtrages conciet modo Conuoco: a quo Concionem vocamus multudinem Concionor
populi congregatam ad audiendum aliquem orantem pro vtilitate communi: propter qđ Concilium
& locus ipſe Concio appellatur: & ipſa oratio: & is qui orat: dicitur concionari. Item a Conciliabulum
Concio: Concilium: multitudo populi conſulendi gratia congregata: a quo conciliabulum Concilio
locus in quo concilium congregatur: & concilio verbum: quod eſt Comparo: Contraho: Conciliatus
capiturq; in bonam & in malam partem. Nam & concilio mihi amorē alicuius: ac beni/ Conciliatio
uolentiam dicimus: & concilio odiū: concilio inimicitias: hoc ē emo: comparo. Hinc Con
Terentius ciliatus pro empto accipitur. Terentius. Prodi male conciliate: hoc eſt magno precio ēpte:
Plautus & Conciliatio pro conuētione vſurpatur. Plautus. Extat conciliatio: ſeruanda promiſſa.
Quando autem non cum re: ſed cum deo ſiue homine iungitur concilio: ſignificat placo: &
Virgilius amicum facio. Virgilius. Tu ſeptra: Iouemq; Concilias: A quo Conciliatrix dicitur mu/ Conciliatrix
lier quæ viris comparat & Conuenire facit vxores: & vxoribus viros et Conciliabūdus qui Conciliabundus
conciliat. & Reconciliare eſt in gratiam reſtituere: quotiens ſcilicet amici: qui interpoſita Reconcilio
aliqua offenſa aliquandiu fuerint inimici: in priſtinam redeunt beniuolentiam: ac famili/
aritatem: a quo reconciliatio dicta. Dicimus præterea Concilio mihi laudem: famam & ho
Quintilia. norem: & ſimiliter Reconcilio hoc eſt cōparo & acquiro. Quintilianus. Nam & plus au/
ctoritatis afferunt ea: quæ non præſentis gratia litis ſunt comparata: & laudem ſæpe maio
rem: quam ſi noſtra ſint: reconciliant. Cis autem a quo cieo deduci diximus. licet proprie ci Cis
Saluſtius tra ſignificet aliquando tamen pro vltra ponitur. Saluſtius. Cis rhenum atq; inter mare nō Citimus
ſtrum: & oceanum: a quo Citimus dicitur extremus: & Citima vocantur: quæ cælo proxi/ Citima
Cicero ma ſunt. Cicero. Quibus erat ea minima: quæ vltima cælo: citima terris luce lucebat aliena Citra
Et Citra ꝙ pret notā ſignificationē ponit aliqñ ꝑ ſine. Vt cū dicimus Plus vſus ſine doctri
na q̄ citra vſū doctrina valet: & Ciſterna: đ qua inferius dicemus. Ciſſiū vehiculi biroti ge Ciſterna
Cicero nus eſt. Cicero. In quadam Caupona ſe occultans per potum Ciſſio domum venit. Ciſſeus Ciſſium
rex Thraciæ fuit pater hecubæ vxoris priami: a quo Ciſſeis patronymicū fœmininū. Cite Ciſſeus
ria appellabatur effigies quædam arguta: & loquax ridiculi gratia: quæ in pompa vehi Ro Ciſſeis
Varro mæ ſolebat. Varro. reciprocum a recipiendo deriuatum ſcribit: & id eſſe: quod alicunde ꝓ Citeria
Actius fectum redit: eo vnde profectum eſt. Actius: Reciproca tendens neruo equino concita te/ Reciprocum
Plynius la. Hinc reciprocatio dicitur retrogradatio ſiue circumactio. Solertiam caprarum Mutia/ Reciprocatio
nus viſam ſibi ſcribit. In ponte prætenui duabus obuiis e diuerſo: qum circumactum angu
ſtiæ non caperent: nec reciprocationem longitudo in exilitate cæca: torrēte rapido minaci/
ter ſubterfluente: alteram decubuiſſe: atque ita alteram proculcatæ ſupergreſſam. Hinc reci/ Reciprocor
procari eſt retrogredi ita: vt non vertaris: & Reciprocū argumentum dicimus: quod græ Reciprocum ar
ci vocant antiſtrephon: in quo quicquid conſtituitur verum: eſſe falſum reperitur: & quod gumentum
in aduerſarium dicitur: reflectitur in dicentem. Dialectici: quod ſenſum in diuerſa trahat: Antiſtrephon
tractum appellant: quale eſt illud. Viro forti præmium: quod optauerit: detur. Qui fortiter Tractus
fecerat vxorem alterius in matrimonium petiit: & accepit: is deinde cuius vxor fuerat forti
ter fecit: repetit eam: contradicit. Secundus qui fortiter fecit. Si placet lex inquit redde. Si
non placet redde: Alter ſi placet lex non reddo: quia ſecundum legem mea eſt: Si non placet
Africanus non reddo: quia repetere eā non potes: ex lege: quam improbas. Tale eſt apud Africanum
iuriſconſultum Qui quadringenta inquit habebat: trecenta legauit: deinde fundum tibi di/
gnum centum aureis: ſub hac conditione: ſi legi falcidiæ in teſtamēto ſuo locus non eſſet: qc
quid hic conſtitueris verum eſſe: falſum reperietur. Nam ſi legatum tibi datum valere dica/
mus: legi falcidiæ locus erit. Ideoque deficiente conditione: non debebitur. Rurſus ſi lega/
tum nō valet: legi falcidiæ locus non erit: et ſic legatum tibi debebitur. Hoc quidam Tractū Tractus
vocitauere. Idcirco igitur Sui: & deriuatium eius ſuus dicta ſunt reciproca: quod ſicut reci Suus
procatur: ſpiritus: qum recipitur: & vnda viciſſim alluens littus. Et Euripus ad priſtinum
ſubinde curſum rediens reciprocus eſt. Ita hæc pronomina: ad id vnde prodierant reuertun
tur: quod græci ἰδιοπάθεσ: & ἰδιοπατοιον. uocant. Neq; enim dicere fas eſt: Ego di/
xi ſibi. Non eſt ſibi cure Res publica. Tu fuiſti ſecum: vt vulgus indoctorum loquitur: quia
nulla in iis reciprocatio eſt. Ideo ita dicendum ego dixi ei. Nō ē ei cura Reſpublica. Tu fu/
iſti cum eo. Simili modo non eſt fas dicere vidi Ciceronem: & fratrem ſuum: Sed vidi Cice
ronem: & fratrem eius. E contrario vero barbare dicitur in ſacris litteris: Omnia a te expe
pectant: vt des illis cibum in tempore: ubi proculdubio reciprocatio eſt: ideoque non illis
ſed ſibi eſt ſcribendum. Sicut enim recte dicimus. Omnes expectamus: vt det nobis eſcam in

tempore omnes expectatis ut det vobis eſcam in tempore:ita dicendũ eſt Omnes expectãt
vt det ſibi eſcam in tempore.Item parũ latine tranſlatum eſt A gloria eoꝝ repulſi ſunt pro
a gloria ſua & perierunt propter iniquitaté eoꝝ pro ſuam.Recte ergo poeta inquit. Red/
dita Roma ſibi eſt Nam ſi ſcriberetur:reddita ei:de altero intelligeret̃:vt puta reddita Ne
roni:aut cuipiam alteri:& enim ſi ita dicamus.Dum Cicero cum Trebatio loqueretur: plu
ribus verbis negligentiam eius accuſauit: Profecto Trebatii negligentiam a Cicerone ac/
cuſatam intelligimus.Si vero negligentiam ſuam:dicamus.Ciceronem ſignificamus negli/
gentiam propriam:dum cum Trebatio loqueretur:accuſaſſe.Eſt tamen quando indifferẽ
ter:& ſe pro ipſum pro vt ad illius de quo loquimur:vel ad noſtram perſonam ſermonem
referemus:in quorum altero reciprocatio eſt alter nullam habet reciprocatiõem.Verbi cau
ſa Omnes optant:quod ſibi utile eſt:& omnes optant:quod ipſis utile eſt:illud ad perſo/
nam eius:de quo loquimur:refertur:& manifeſtam habet reciprocationem.Hoc ad perſo/
nam noſtram:ideoq; nulla eſt in eo reciprocatio.Cicero. Multi dubitabant: quid optimũ Cicero
eſſet:multi quid ſibi expediret.Idem.Legatus in pace profectus in prouincia pacatiſſima Idem
ita ſe geſſit:vt ei pacem eſſe expediret.Idem.Qui erranti comiter monſtrat viam:quaſi de Idem
ſuo lumine lumen accendit facit:vt nihilominus ipſi luceat qum illi accenderit.Hic notan/
dum eſt:ꝙ aliquando pro ſui ſiue ſuus:ponit̃ is: aut ipſe:aut ille dumtaxat ad vitandam
Amphiboliam:hoc eſt ſermonis ambiguitatem.Cicero.in Bruto ſic ſcribit.Is ſoceri inſtitu Cicero
to:quem quia cooptatus in augurum collegium non erat:non admodum diligebat:praeſer/
tim cum ille.Q. .Sceuolam ſibi minorem natu generũ pretuliſſet.Notat hunc locũ. Quin Quintilia.
tilianus:& id ſibi tam ad ſocerum ꝙ ad Fanium referri poſſe teſtatur. Quod ſi dixiſſet ei:
Suus de fanio utiq; locutus intelligeretur.Item notandum:quod Suus aliquando pro propri/
us accipit̃.Perſius.Velle ſuũ cuiq; eſt:nec voto viuit̃ vno Catullus.Suus cuiq; innatus eſt Perſius
error.Et interdũ huic pronomini additur ſibi:nulla neceſſitate:ſed veluti cuiuſdam feſtiui Catullus
tatis gratia.Terentius.Suo ſibi hunc gladio iugulo.Cicero:Suo ſibi uictitant ſucco. Colu/ Terentius
mella.Suo ſibi iure abluuntur:utimur etiam frequenter hoc dicendi modo.Suus eſt illius Cicero
mos.Sua eſt iſtius natura.Suus eſt ariſtotelis modus.Suum Platonis genus:ſua diſcentis di Columella
ligentia:ſua docentis.Nec illud contemnendum eſt.Hoc pronomen ſuus non carere uoca
tiuo.Nam quod in ſacris litteris legitur.Laudate dominum omnes angeli eius: profecto
angeli ſui legendum eſt:qui eſt vocatiui caſus.Preterea quis neget ita dici eleganter poſſe:de
fendite: adiuuate: protegite Cæſarem vita periclitantem o amici ſui:o milites ſui o ciues
ſui.Mouere me aliquando ſolet quod Virgilius ſcripſit Viuite fœlices:quibus eſt fortuna p Virgilius
acta iam ſua:vbi procul dubio non ſua:ſed ueſtra dicendum erat:nec mihi ab ſimile veri vi
detur:emendaturum hunc locum:poetam omnium maximum fuiſſe:ſi opus perfeciſſet.Nã
qđ alibi ait.Quiſq; ſuos patimur manes:non refertur id ſuos ad primam perſonam: quia
ſic reſoluenda oratio eſt.Nos patimur manes:ſed quiſq; noſtrũ:ſuos praeterea illud quoque
Mei ſciendum:quod hæc tria pronomina.Ego.Tu.Sui.binos genitiuos ſortita ſunt:Mei:Tui:
Tui Sui:& Mis:Tis.Sis.Sed alteri hoc eſt Mis:Tis:Sis actiue capiebantur:in quorum locũ ſuc
Sui ceſſere meus tuus:ſuus:quæ poſſeſſiua pronomina uocitantur.Ennius.Ingens cura mis con Ennius
Mis cordibus æquiparare:mis pro meis poſuit:non pro mei. At mei:tui:ſui:nũꝙ niſi paſſiue ac
Tis cipitur.Quintilianus.Et quod inter iſta difficillimum fuit:amore mei uicit etiam matrem Quintilia.
Sis ſuam.Cicero.Quod deſiderium tui ferre nõ poſſet.Virgilius.Quiq; ſui memores alios fe Cicero
cere merendo Terentius.Hoc unum ſcio hanc meritam:ut memor eſſes ſui.Non ſignificat̃ Virgilius
hic amor meus quem in alterum habeo:ſed quem alter erga me habet. Item non deſyderiũ Terentius
tuum:ſed alterius de te:& non memoria ſua: ſed de ſe. Similiter in plurali duorum: nã ſui
vocem genitiui pluralis:ac ſingularis nõ variat:noſtrũ & ueſtrum:reſpondent ad illa mis:
Noſtrum & tis:ut nemo Noſtrum:nemo Veſtrum:non aũt nemo Noſtri:nemo Veſtri.Veteres cer/
Veſtrum te maiores Noſtrum:pro maiores:Noſtri ſcripſere.Vnde importuniſſime feciſſe.Au.Gel Gellius
Noſtri lius ſcripſit: q in pleriſque Saluſtii exemplaris ſcripturam iſtam ſinceriſſimam corruperũt.
Veſtri Nam qum in Catilinario ſcriptum foret. Sæpe maiores Noſtrum miſerti plebis romanæ:
Noſtrum aboleuerunt:& Noſtri ſcripſerunt. Rurſus habete curam noſtri: ſicut habemus
curam veſtri: non autem noſtrum:& Veſtrum quia hec reſpondent ad illa Mei:Tui Ali/
quando tamen hæ confundunt̃:Sed per raro:ut cauſa mea: & cauſa mei: & apud Teren/ Terentius
tium. Vt apparet deſyderio id fieri tuo:videlicet quo tu deſyderaris: non quo deſyderas.
Proprie autem memoria mea actiue accipitur: quod ſcilicet ego recordor: memoria
mei paſſiue:quod alii de me recordantur. Dolor meus: quo ſolicitor: dolor mei:quo alii
ſolicitantur: Copia mea: qua ego poſſideo: copia mei: qua poſſideor. Vt meretrix fa
cit omnibus copiam ſui: non ſuam: poteſtas mea: quam habeo: poteſtas mei qua habe/

or. Vtilitas mea: quã ſuſcipio: vtilitas mei: quam ſuſcipit alius: hoc eſt quæ a me ſuſcipitur.
Quintilia. | Quintilianus. Sed ut aliquid preſtaret patriæ vtilitas mei: ideſt de me. Sic faſtidium me/
Idem | um: quo ego alios faſtidio: faſtidium mei: quo ab aliis faſtidior. Idem. Seu mulier omnibus
expoſita mortalibus vanitatem faſtidio mei: deſpectuque captauit. Sunt tamen quædam
ancipitem habẽtia ſignificationem: ſed quæ facile diſcerni poſſit: ut quum dico. Hæc eſt pars
mea: non de parte corporis intelligo: ſed hæreditatis: & rurſus: hæc eſt pars mei: non de hæ
reditate: ſed de corpore. Manus pars mei eſt: non mea: fundus pars mea: non pars mei. Nã
quod Cicero inquit: ex quo vereor ne nihil ſim tui: niſi ſupploſionem pedum imitatus: hic
Cicero | tui de tuo ſignificat nõ de te: eſtque atuũ in genere neutrali: nõ a tu pronomine primitiuo.
Adeo autem dare actiuam ſignificationem his tribus genitiuis mei: tui: ſui refugerunt auto/
res linguæ latinæ: ut eos mutauerint in aliam vocem: genitiuis aliarum dictionum cum qui
Cicero | bus coniunguntur: minime mutatis. Cicero. Dico mea vnius opera rem publicam eſſe li/
Idem | beratam. Idem. Solius enim meum peccatum corrigi non poteſt. Idem. Ex tuo ipſius ani/
Idem | mo coniecturam cœperis. Non dixit: quia non licuit: mei vnius opera: mei ſolius pecca/
Quintilia. | tum: tui ipſius animus: & in plurali Quintilianus. Deinde quum ſatis vires eorum explora/
uerint: ſuæ ipſorum fiduciæ permittunt: non dixit ſui ipſorum fiduciæ. Noſtræ quoque re/
ligionis homines: qui ſacras litteras interpretati ſunt: hoc diligentiſſime obſeruarunt. Do/
mine exaudi vocem meam clamantis ad te: & alibi: Domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſo/
lius. Item alibi. Suſtulit de latere meo ancillæ tuæ dormientis: & tuam ipſius animam per/
Terentius | tranſibit gladius. Nec alia cauſa Terentius ita ſcripſit. Saluus ſum meo præſidio: atque ho/
Idem | ſpitis: & non præſidio mei: atque hoſpitis. Idem. Hem tot mea ſolius ſoliciti ſunt cauſa: ut
me expleant. Gaudent autem maxime hæc pronomina: ſiue in primitiuorum genitiuorum:
ſiue in poſſeſſiua voce illis tribus ſolius: ipſius: vnius: Poſſumus tamẽ & trium & quattuor
Cicero | eleganter dicere. Item omnium plurium: cuiuſcunque: & ſi qua ſunt huiuſmodi. Cicero. | Sas
Brutus | Sed voluntati veſtræ omnium parui. Brutus. Qui veſtris paucorum reſpondeat laudibus. | Sam
Ennius | Veteres Sas pro ſuas vſurpauere. Ennius. Virgines nam ſibi quiſque domi Romanus ha/ | Deliciæ
Idem | bet ſas. Item Sam pro eam. Idem. Nec quiſquam philoſophiam in ſomnis vidit priuſquã | Delicio
ſam diſcere cœpit. DELICIAE. Oblectamenta. Deliciæ proprie dicuntur: quæ maxime | Liceo
nobis voluptati: a deliciendo: hoc eſt alliciẽdo nos ad voluptatem. Delicere enim elicere eſt | Trilix
Plautus | Plautus. Qui illum ſciat elicere: & noctem facere poſſit de die. Veteres Licere implicare di | Lænones
cebant: a Licio: quod eſt filum: quo in tela textrices implicant ſtamen: Vnde Trilicem dici | Lænunculi
mus veſtem: quæ ex tribus liciis conſtat. A Licere hoc eſt implicare Lænones appellati: & | Lenæ
per diminutionem Lænunculi: & fœminino genere Lænæ: quod adoleſcentulos alliciant. | Lenas
Significat tamen aliquando Lenunculus etiã nauigium piſcatorium. Lenas appellat Vlpi | Lenocinari
anus: quæ mulieres quæſtuarias proſtituunt. Item eas: quæ alterius nomine hoc vitæ genus | Lectus
exercent: ut ſi qua Cauponam exercens: in ea corpora quæſtuaria habeat: ut multæ ſolent | Dulce
ſub pretextu inſtrumenti cauponii proſtitutas mulieres habere: dicendum eſt hanc quoqꝫ | Dulciculus
lenæ appellatione contineri. Hinc Lenocinari: ſeu Lenocinium facere dicitur: qui qua/ | Dulcitas
cunque ratione hunc quæſtum exercet: ſiue principaliter hoc negocium gerat: ſiue alterius | Dulcitudo
negotiationis aſſertione vtatur. Per metaphoram tamen Lenocinari aliquando pro blan | Dulcedo
Cicero | diri accipitur: ſiue allicere: Cicero. Tibi ſeruiet: tibi lenocinabitur: minus aliquãto conten/ | Dulcor
det: quã poteſt. A Licio verbum fit etiam ſecundum quoſdam lectus: quod fatigatos ad qui/ | Dulceo
eſcendũ alliciat: quemadmodum inferius dicemus. Item a delicio dulce: hoc eſt ſuaue: quod | Dulceſco
Neuius | dulcia maxime alliciant. Ab hoc fit Dulciculus diminutiuum: & Dulcitas. Neuius. O ſua/ | Dulcior
Actius | uis linguæ ſonitus: o dulcitas animæ: & dulcitudo. Actius. Tanta hinc in corda dulcitudo | Dulciſſimus
Cicero | inuaſit. & Dulcedo. Cicero. Quin etiam guſtatus: qui eſt ſenſus ex omnibus maxime volu | Dulcit Dulcius
Plynius | ptarius: quippe dulcedine præter cæteros ſenſus commouetur. & Dulcor. Plynius. Contra | Dulciſſime
Idem | ctata dulcorem amittit: & Dulceo verbum: A quo Dulceſco. Idem. Paulatimque mature/ | Dulce Prædulce
ſcentia dulceſcunt. Item Dulcior: dulciſſimus: & aduerbia Dulciter: Dulcius: Dulciſſime: & | Subdulce
Dulce pro dulciter: Prædulce valde dulce: & Subdulce aliquantulum dulce: & Edulco ver/ | Edulco
bum: quod eſt dulcius facio. Cn. Martius. Quapropter edulcare conuenit vitam: Curaſque | Dulciloquus
acerbas ſenſibus gubernare: & Dulciloquus dulciter loquens: & Dulcifluus dulciter fluens: | Dulcifluus
& Dulciſonus dulciter ſonans. Item a Licio fit compoſitum Allicio: quod eſt attraho: in/ | Dulciſonus
Cicero | duco: A quo Allecto frequentatiuum. Cicero. Ad quem fruendum non modo non retar/ | Allicio Allecto
Suetonius | dat: verumetiam inuitat: atqꝫ allectat ſenectus: & Allicefacio: A quo Allicefio. Suetonius de | Allicefacio
Vitellio. Pronus vero ad cuiuſqꝫ: & quacũqꝫ de cã necem atqꝫ ſuppliciũ: nobiles viros cõdiſ | Allicefio
cipulos: & quales ſuos omnibus blandiciis tantummodo ad ſocietatem imperii Allicefa/ | Pellicio
ctos vario genere fraudis occidit. Pellicio: quod eſt blandiendo decipio: A quo Pellicator | Pellicator

qui ad fraudem pellicit: & Pelliculatio: quo Cato vtit̃ pro blãda: & fraudulẽta inductiõe: & Pellax: fallax. A quo Pellacia: fallacia. Virgilius. Verum vbi nulla fugam reperit pellacia. Lucretius. Subdola cum ridet penitus pellacia ponti. Item a pellicio Pellex: quia blandiendo virum ab vxore ſeducit. Eſt enim Pellex: quæ cum eo corpus miſcet: qui habet vxorem: ſicut Concubina: quæ cum cælibe viro ſine nuptiis locum tenet vxoris: quam græco vocabulo παλλακήν: hoc eſt Pallacen appellamus. Suetonius de Veſpaſiano Inde quieti vocabant accubante aliqua pallacarum: quas in locum defunctæ genidis plurimas conſtituerat. Iuſtinus quoque Cyri pallacem nominat. Sed hæc loca vitio fere librariorum corrupta ſunt: ut alia pleraque quippe pro pallacen: pellicem: ſcripſere: Qum pellex latinum ſit: nec viri pellex dicatur: ſed vxoris. Nemo enim latine loqueretur pellex mea: ſed pellex vxoris meæ. Pallace vero ſit græcum: & Concubinam ſignificet: recteque viro iũgatur hoc modo: hæc eſt pallace mea: hæc eſt pallace Veſpaſiani: quemadmodum hæc eſt concubina mea: concubina Veſpaſiani. Vbicunque ergo repertum fuerit pellicem ad maſculum referri: ſciendum eſt errorem ibi eſſe librarii: & pro pellicem pallacem eſſe ſcribendum. Non ſine errore Maſurius iuris conſultus ſcripſit pellicem eam habitam: quæ cum vxor non eſſet cum aliquo tamen viuebat: quam vero nomine Amicã: paulo honeſtiori concubinam appellamus. Hinc Caius flaccus emendauit Pellicem vocari ſcribens: quæ cum eo cui vxor ſit corpus miſcet. A pellex ſit Pellicatus: ſicut a Concubina Concubinatus. Delicio a quo Delecto: quod proprie ſignificat attraho: duco. Ennius. Et me Apollo ipſe delectat: ac ducat Delphicus. Quadrigarius. Fabius de nocte cœpit hoſtium caſtra oppugnare: hoſtem delectare: dum collega id caperet: quod captabat. Et quoniam quæ grata ac iocunda ſunt: nos attrahere: atq; allicere ſolent: factum eſt: ut delectare ſit gratum eſſe ac iocunditate afficere: A quo Delectatio: & Delectamentum: & Delectamen. Item Deliciũ in ſingulari: & in plurali deliciæ. Martialis. Stellæ delicium mei columba: Verona licet audiẽte dicam: vicit maxime paſſerem Catulli. Suetonius. Titus amor ac deliciæ generis humani: tantũ illi adpromerendum omnium voluntatem uel ingenii: uel artis: uel fortunæ ſuperfuit. Ab hoc Delicatus plenus deliciis: ſiue in deliciis viuere aſſuetus: & per metaphorã mollis: ac tener: A quo aduerbium Delicate. Delicia vero lignum ẽ: quod a culmine ad tegulas angulares infirmas verſus faſtigiatum collocatur: vnde tectum ipſum deliciatum: & tegulæ deliciares appellatæ. Delicare autem veteres dicebant explanare: indicare: aperire. Actius. Qua re alia ex crimine inimicorum effugere poſſis: delica. Terentius. Quid iſtuc eſt: aut iſte vult ſermo mater: delica: hoc eſt indica: oſtende: explana. Item a licio ſit Oblicio idem ſignificans: quod delicio: A quo Oblecto: & ab eo Oblectatio: Oblectamen: Oblectamentum. Veteres etiã Delicare aliquando pro dedicare vſurparunt. Sunt tamen qui delecto: & Oblecto non a Delicio & Oblicio verbis deduci exiſtimant: ſed a Lacto verbo. Lactare enim eſt non ſolũ lac præbere: ſed dulcedine aliqua retinere: & ad perſuaſionem inducere. Terẽtius. Niſi me lactaſſes amantem & falſa ſpe produceres. Idem. Eorum animos lactas. Hoc a lacte deriuatur: quod ſignificat ſuccum maternum: quo animalia nutriuntur. Virgilius. Et lac ſubducitur agnis. Dictum ſimiliter a liciendo: quia admotis mammis infantes alliciuntur. Hinc ſit etiam Lacteo: quod eſt lac ſugo. Lactans enim eſt: quod lac præbet: Lactens cui præbetur: & Lacteus candidus: ſuauis: ſucculentus: & Lacteſco in lac conuertor: & Lactuca a lacte dicta: quod id genus oleris lacte habundet: præſertim ea quam Meconim vocant: a copia lactis ſoporiferi: quippe apud græcos μήκων papauer dicitur: quæ herba ſoporem inducit: A lactuca Lactucinorum familia appellata. Lactes quoque a liciendo dicuntur: quod cibum alliciant. Sunt enim Lactes in oue: & homine: per quas labitur cibus. In cæteris hæ ilia: quibus capaciora ſunt inteſtina ad aluum. Plautus. Ita tibi vacuitate venio laxis lactibus. Item a lacte Lacticinia: hoc eſt cibi ex lacte facti: & Lactiphagi Scythiæ populi: qui & Galactophagi dicuntur: & Lactaria herba: quæ & Tithynallus dicitur: & Lactuca caprina de qua inferius dicemus: & Lactaria columna: quæ erat in foro Boario: dicta quod ad eam infantes lacte alendos deferebantur. Item Elicio quod eſt educo: extraho: A quo Illecebræ argentariæ dictæ ſunt meretrices: ab Eliciendo argento: & Elices ſulci aquarii: per quos aqua collecta educitur: & Electo frequentatiuum. Plautus. Electabo adoleſcentem muneribus: & Elicius Iupiter: Etenim Numa Pompilius Regnum vrbis Romæ adeptus Pontificem elegit: cui ſacra omnia excripſit: atque exignauit: quibus hoſtiis: quibus diebus: ad quæ templa ſacra fierent: cæteraque omnia publica: priuataque ſacra pontificis ſcitis ſubiecit: ut eſſet: quo conſultum plebs veniret: ne quid Diuini iuris negligendo patrios ritus: peregrinoſque aſciſcendo turbaretur. Nec cæleſtes modo cerimonias: Sed iuſta quoque funebria: placandoſque manes: ut idem Pontifex edoceret: Quæque prodigia fulminibus: alioue quouiſmodo miſſa ſuſciperentur: atque curarentur.

Pelliculatio
Pellax
Pellacia
Pellex
Concubina
Pallaca
Concubina
Amica
Pellicatus
Concubinatu
Delicio
Delecto
Delectatio
Delectamentum
Delicium
Deliciæ
Delicatus
Delicate
Delicia
Deliciatum
Deliciares tegulæ
Delicare
Oblicio
Oblecto
Oblectatio
Oblectamen
Oblectamentũ
Delico
Delecto
Oblecto
Lacto
Lacteo
Lactans
Lactens
Lacteus
Lacteſco
Lactuca
Lactucinorũ familia
Lactes
Lacticinia
Lactiphagi
Galactophagi
Lactaria
Tithynallus
Lactuca caprina
Lactaria colũna
Elicio
Illecebræ argẽtariæ
Elices
Electo
Elicius Iupiter

Cato
Virgilius
Lucretius
Suetonius
Iuſtinus
Maſurius
Caius flaccus
Ennius
Quadrigarius
Martialis
Suetonius
Actius
Terẽtius
Terentius
Virgilius
Plautus
Plautus
Numa põpilius

Ad ea elicienda e mentibus diuinis Ioui Elicio aram in Auentino dicauit. Pontifex ve/
ro appellatus eſt uel a poſſe & facio: ut Sceuolæ placet: uel ut Varro affirmat: A ponte:
nam a pontificibus pons ſublicius primum ē factus: & poſtea ſæpe reſtitutus: necnon cæte
rorum pontium cura eis data. Illicio attraho: illaqueo: A quo Illecebræ dictæ blanditiæ: q/
bus illicimur: A quo Illecebroſus: qui inanibus blandimentis hominem allicit: & Illix qui
allicit: ſicut Illex: qui ſine lege: & ſine iure viuit: & Illecto pro Allecto:: & Illicium: de quo
inferius dicemus: qum populus illicet. Illico vero non ab illicio declinatur: ſed a loco: quaſi
in loco. Proprie enim Illico ſignificat in eo loco. Neuius. Septimum decimū annum illico
ſedent. Ennius. Et quia quo irent neſciebant: illico manſerunt. Ponitur tamen frequentiſſi/
me pro ſtatim. Plautus. Illico hic ante hoſtium eramus. Locus proprie dicitur quicquid ali
quid cōtinet. Virgilius. Hic locus vrbis erit: Poniturq; a dialecticis inter accidentia ſubſtā/
tiæ: & eſt vna de ſeptem circunſtantiis: quæ ita numerātur: perſona: qualitas: negocium: fa/
cultas: cauſa: modus: tempus: quæ hoc verſu clauduntur. Quis: quid: vbi: quibus auxiliis: cur:
quomodo: quando. Aliquando locus ponitur pro genere. Saluſtius. Natus haud obſcuro
loco. Eſt & locus argumenti ſedes. Item qum dicimus loco patris: loco fratris: loco filii te
habeo: non ſignificamus ꝙ vbi illi antea erant: ibi tu nunc apud me ſis: ſed ꝙ in ea caritate:
qua illi aut fuerunt: aut ſunt: aut eſſent: aut eſſe deberent. Terentius. Si te in germani fratris
dilexi loco. Interdum tamen in locum potius dicimus ꝙ̄ in loco: quotiens aliud erat: aliud
ſucceſſit: quod non fit ſine verbo ſignificante motum. Quintilianus. Nam quomodo pu/
gnam ineuntibus tot ſimul metus: laboris: dolorum: poſtremo: mortis ipſis exciderint: niſi
in eorum locum: pietas: & fortitudo: & honeſti præſens imago ſucceſſerit. Item loco ſolatii
mihi eſt dicimus loco voluptatis: loco honoris: loco turpitudinis: pro iocūdum: voluptuo
ſum: honorificum: turpe. Dicimus autē in ſingulari locus tantum maſculino genere. In plu/
rali vero loci: & loca: tam maſculino ꝙ̄ neutro: Sed pro ſedibus argumentorum duntaxat
maſculino vſurpamus: & in plurali locos mulieris vuluam appellamus: nam in reliquis ani
malibus: dicimus tantū Vuluam. A locus fit diminutiuū Loculus: quod ſacculum ſignificat
qui alio nomine Vulua: & Bulga: & Marſupium dicitur: & capſula: hinc loca diſtincta: in
quibus aues nidificant: & quecūq; ſimilia dicuntur: Loculamenta. Columella. Vel ſi nō ita
cōpetit: paxillis adactis tabulæ ſupponātur: quæ uel Loculamenta quibus nidificent aues:
uel fictilia colūbarum recipiant. Item Loco verbum: quod proprie ſignificat pono: quaſi i
loco conſtituo. Virgilius. Hic alta theatri fundamenta locant: alii. Aliquādo ponitur pro
repono: vnde locatum repoſitum dicimus. Plautus. Dum aulam domi locatam perquirit:
ablatam reperit. Interdum per vſum alicuius rei precio concedo: A quo Locatio dicitur.
Cicero. Vel ꝙ locatio ipſa precioſa. Idem. Vxoris fundus erat colono locatus. Sæpe etiam
pro marito do. Plautus. Filiam eius pupillam locauit: A quo Illocabilis dicitur: quæ tradi
viro non poteſt. Idem. Virginem habeo grandem: dote caſſam: atq; illocabilem: & a loco
fit Locatarius: qui domum aut fundum: aliudue ſimile in locationem conducit. Nomina
enim maſculina in arius: & fœminina in aria: deſinentia: officia hominū: qualitatemq; ꝓ/
prie ſignificant. Vt Caprarius: Capraria: Saltuarius: Camparius: Horrearius: Claſſiarius:
Cuſtos: exercitatorq; caprarum: Saltus: campi: horrei: Claſſis: Sagarius: Lintearius: Veſti/
arius: venditor ſagorum: linteorum: veſtium: Proprietarius: Fructuarius: Vſuarius: cuius ē
proprietas prædii: cuius fructus: cuius vſus: quæ omnia ſignificant actionem: paſſionemq;.
Pauca ſunt: quæ paſſiue accipiuntur: ut Legatarius: Commodatarius: Depoſitarius: Bene/
ficiarius: Fideicōmiſſarius: qui legatum: cōmodatum: depoſitum: beneficium: fideicommiſ
ſum accepit. Sic Locatarius: qui accepit locatum: hoc eſt conduxit. In arium vero neu/
tra plerunq; repoſitorium ſignificat: ut tabularium: repoſitorium inſtrumentorum: & litte
rum: ærarium repoſitorium æris: ac nummorum: pecuniæq;. Sacrarium repoſitoriū ſacro/
rum. Armarium vbi reponuntur libri: Armamentarium: vbi armamenta. Atramentarium
vaſculū: in quo reponi ē atramentum. Calamarium: in quo Calami reconduntur: quod &
theca calamaria dicitur. Penarium vbi reponitur penus. Viuarium vbi continentur aues:
piſces: feræ: quæ ad victum pertinent. Pomarium locus reponendorum pomorum: uel lo/
cus conſitus pomis. Ouidius. Id metuens ſolidis pomaria clauſerat Athlas Mœnibus: Al/
uearium locus: vbi ſūt aluei apium: & alueorum copia. Roſarium locus vbi eſt copia fru/
ticum roſas ferentium. Plantarium non ſolum locus plantarum: ſed ipſe plantæ: etiam ſi
euulſæ ſint: quamuis Seruius dicat plantaria eſſe: quæ e ſeminibus nata cum radicibus: &
terra propria traſferuntur. Plantas vero quæ de arboribus rapiuntur. Seminarium ipſum
ſemen: hoc eſt plantulæ. Pampinarium palmes: qui e duro exit: materiamq; in proximum
annum promittit: ſiue congeries virentium ramuſculorum. Calcearium: & veſtiarium pro
calceis & veſtibus: fuſtuariū pro fuſtigatione. Cibaria pro cibis. Carnariū: & Donariū: de

Sceuola
Varro
Neuius
Ennius
Plautus
Virgilius
Saluſtius
Terentius
Quintilia.
Columella
Virgilius
Plautus
Cicero
Idem
Plautus
Idem
Ouidius
Calceariū
Veſtiarium
Fuſtuariū
Cibaria
Carnariū
Donarium

Pontifex
Illicio
Illecebre
Illecbroſus
Illix Illex
Illecto Illico
Locus
Circūſtantiæ.7.
Loco patris
Loco fratris
Loco filii
In locum
Loco ſolatii
Loco voluptatiſ
Loci Loca
Loci muliebres
Locul9 Vulua
Bulga
Marſupium
Capſula
Loco Locatio
Illocabilis
Locatarius
Caprarius
Capraria
Saltuarius
Camparius
Horrearius
Claſſiarius
Sagarius
Lintearius
Veſtiarius
Proprietarius
Fructuarius
Vſuarius
Legatarius
Cōmodatarius
Depoſitarius
Beneficiarius
Fideicōmiſſari9
Locatarius
Tabularium
Aerarium
Sacrarium
Armarium
Armentarium
Armamētarium
Atramentarium
Calamarium
Calamariatheca
Penarium
Viuarium
Pomarium
Aluearium
Roſarium
Plantarium
Plantæ
Seminarium
Pampinarium

quibus ſuprà diximus. Item a loco Locuples: ꝙ pleraq; loca: hoc eſt multas poſſeſſiones te neat: Omnes enim veterum diuitiæ in agris atque pecoribus erant: & ut Cato refert quem virum: bonum colonum dixiſſent: ampliſſime laudaſſe exiſtimabantur. Hinc Pecunia a pe core appellata: & Locupletes dicti diuites: qd' loci hoc eſt agri pleni eſſent: & Locupletare ditare: Cuius paſſiuũ eſt Locupletari. Plautus. Viſus ẽ paterna hæreditate Locupletarier. Item a locis vrẽdis Locuſtæ vocitati ob iacturã: quam meſſibus afferunt: tactu multa: ut ſu/ pra diximus: vrentes morſu vero omnia erodentes. DOMINI. Neronis. POPVLI. Ro mani ſcilicet. Populus diffinitur multitudo hominũ iuris conſenſu: & concordi cõmunio/ ne ſociata: differtq; a plebe: ꝙ in populo omnis pars ciuitatis: omneſq; ordines continẽtur: In plebe aũt nõ inſunt nobiliores: & patricii: Itaq; vtrũq; a græco dictũ volũt. Plebẽ ἀϖο τῶν ϖλείνων hoc eſt a pluribus: ꝙ plures ſint plebei: ꝗ̃ patricii: Populum ἀϖὸ τῶν ϖόλλω ϖλείονων: hoc eſt multo pluribus: ꝙ populus omnes ordines: ut diximus: cõ/ plectatur: A populus fit diminutiuũ Popellus: hoc eſt paruus populus: & Popularis: quod modo ſignificat id: quod populi eſt. Terentius. Amicus meus ſũmus: & popularis geta. mo do carus populo: vnde & populare eſt amorem populi conciliare. Pacuuius. Atq; ut pro/ merui pater mihi patriam populauit meã. Aliqñ etiam popularis pro vili ignobiliq; accipi tur. Plautus. Præſtat diuitẽ eſſe ac popularem: ꝗ̃ nobilem & mẽdicum. hinc Popularia nu gatoria: & puerilia dicimus. Laberius. Dum popularia agimus per ludum. A populus etiã fit Populor verbum: qd' & Populo dicitur. Virgilius. Populatq; ingentẽ farris aceruum: A quo Depopulor: hoc eſt prædor: & Deprædor: paſſimq; & quaſi populatim diripio: A quibus Populatio: & Depopulatio: & Populator: ac Depopulator: & Populatrix: ac De populatrix: & Populatim: quod modo ſignificat per populos. Apuleius. Populatim ab oĩ prouincia: reuocatus: modo cateruatim: & in vniuerſum. Cecilius. Ego perdidi te: qui om/ nes ſeruos perdo populatim: quæſo ne addas malum ad hoc malum: & Populabundus: ꝑ prædabũdus: & populoſus populo plenus: & Populariter: hoc eſt affabiliter: humaniter: blã de: & cum fauore ac gratia populi. Iuuenalis. Et verſo pollice vulgi Quemlibet occidũt po pulariter: & Popularitas affabilitas: humanitas: blanditiæ: & Publicus: ut quidam exiſti/ mant quaſi publicus: quod nõ priuatim alicuius: ſed populi ſit: A quo fit publico verbum: quod eſt diuulgo: & Publicatio diuulgatio. & Res publica res populi: & Publice: ac Publi citus aduerbia: & Publica ſacra: quæ pro populo fiebant: ſicut Priuata: quæ pro ſinguľ ho/ minibus: familiiſq;: & Publicani: qui rebus ad populum ſpectantibus fruũtur. omnes enim qui a fiſco aliquid cõducũt: recte publicani nominãtur: ut qui vectigalia populi cõducta ha bent: & Publica via: quæ in ſolo populi eſt: ſiue qua iter populo eſt: & Publius prænomen eius: qui populo gratus fuit: & Publipores publii ſerui: Sicut Marcipores pueri hoc eſt ſer/ ui Marci: huiuſmodi enim appellationibus veteres vtebãtur: quod genus intercidit: & Pu/ blicola: quod a populo coleret: ſiue quod coleret populum. Sic enim appellatus eſt. P. Va/ lerius primus cum Bruto poſt exactos reges Conſul creatus: quoniam qum affectare regnũ ob ædificari cœptam in ſumma Velia domũ creditus fuiſſet: ædificata poſtea in infimo cli/ uo domo: lataq; de prouocatione aduerſus magiſtratus ad populum: ſacrandoq; cum bo/ nis capite eius: qui regni occupandi conſilia iniiſſet: lege: adeo ſe omni regni ſuſpitione ab ſoluit: ut popularis etiam factus ſit: & publicolæ cognomẽ adeptus. Item Dies Populifu/ gia nominatus Iunio menſe: ꝙ eo die tumultu repente orto fugerit populus. Nõ multo enĩ poſt hic dies fuit: ꝗ̃ deceſſus Gallorum ex vrbe: quo tẽpore: qui tum ſub vrbe erant populi: ut Fidenates: & alii finitimi cõtra populum Romanum coniurarunt. Scribit Seruius po/ pulum in ſingulari numero vnius ciuitatis multitudinem: In plurali vero vrbes ſignificare. Eſt etiam Populus arbor excelſa: folio Hederæ: ſed parte altera ſine angulo: altera oblon/ go: dicta: ut quidã putant: a frondiũ multitudine. Tria huius genera ſunt: alba: & nigra: & quæ Libyca appellatur minima folia ac nigerrima: Huic arbori: & vlmo: tiliæque: & oleæ: & ſalici euenit: ut circumagantur earum folia poſt ſolſtitium: quod certiſſimum eius ſyde/ ris confecti teſtimonium eſt. Ab hac Populo fit Populeus: ut Populea virga: Item Popul/ nus: Sicut a Ficu Ficulnus. Quidam etiam putant Populoniam Etruciæ vrbem a popu/ lorum multitudine: quæ in eo agro eſt: appellatam: Alii a Populando: quod frequentibus pyratarum depopulationibus pateret: quoniam ſola ex omnibus Etruriæ vrbibus ad ma/ re fundata erat: quod ea tempeſtate vrbium conditores vitare conabantur: ne barbarorũ depopulatõib9 paterẽt. A plebe vero diminutiuũ fit Plebecula: & Plebeiũ: qd' plebis ẽ: Ple bii ædiles diſcedẽte plebe a patribus ſũt creati Plebeiæ pudicitiæ Sacellum Romæ: ut Sacra cætera: colebantur. Item Plebiſcitum lex: quam plebs non populus accipit: de q̃ inferius dice mus. Dicebãt aũt veteres Plebs plebis tertiæ declinatiõis: & plebs plebei. Ply. Tãta plebei cõſternatiõe: ut primo pulſus ex ea regiõe mox et interẽptus ſit. PRAESIDE. Impatore:

Locuples
Pecunia
Locupleto
Locupletor
Locuſta
Populus
Plebs
Popellus
Popularis
Populare
Popularia
Populor
Depopulor
Populatio
Depopulatio
Populariter
Depopulariter
Populatim
Populabũdus
Populoſus
Populariter
Popularitas
Publicus
Publico
Publicatio
Res publica
Publice
Publicitus
Publica ſacra
Priuata ſacra
Publicani
Publica via
Publius
Publipores
Marcipores
Publicola
Populifugia
Populus arbor
Libyca populus
Populeus
Populnus
Populonia
Plebecula
Plebeium
Plebeii ædiles
Plebeiæ pudici/ tiæ ſacellum
Plebiſcitum

Cato
Plautus
Terentius
Pacuuius
Plautus
Laberius
Virgilius
Apuleius
Cecilius
Iuuenalis
P. Valerius
Seruius
Plynius

& magna laude Domitiani Neronem dominũ: ipſum vero preſidem nominat. Nam Do/ Dominus
minus dicitur: ut ſupra diximus: cui populus ſubiectus eſt: quiq; plenã habet in ſubditos po
teſtatem: hunc græci κοίρανον vocant. Homerus οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἰσ
κοίρανοσ ἔςω: Hoc eſt: Non bonus eſt multorũ dominatus: Vnus dominus eſto. Veteres
Virgilius hunc tyrannũ etiam appellabant. Virgilius. Te propter Lybiæ gentes: Numadũq; tyranni Tyrannus
Idem Odere. Idem. Pars mihi pacis erit dextrã tetigiſſe tyranni: quãuis poſtea Tyranni nomen
ad eos tantum tranſlatum eſt: qui non iure: & æquis legibus: ſed vi & quadam animi libidi
Idem ne dominantur. Idem. Conueniũt quibus aut odium crudele Tyranni: Aut metus acer erat: Tyrannus
Ab hoc Tyrannis dicta ſæuũ ac violentum imperium: & Tyrannicus: quod Tyranni ẽ: & Tyrannicus
Tyrannice: quod violenter crudeliter. Domini ergo nomen neſcio quid ſuperbum ſonat: Tyranice
quẽadmodum regis: de quo ſupra diximus: & Tyranni: propter qđ diuus Auguſtus Domi
ni appellationem ut maledictum & opprobrium ſemper exhorruit: & qum ſpectãte eo ali
quando ludos: pronuntiatum eſſet a Mimo O dominum æquum: & bonũ: vniuerſiq; q̃ſi
de ipſo dictum cõprobaſſent: ſtatim manu vultuq; indecoras adulationes repreſſit: ſequẽti
vero die: grauiſſimo corripuit edicto: dominũq; ſe poſtea appellari: ne a liberis quidẽ: aut
nepotibus ſuis paſſus eſt. In imperatoris vero: ſeu præſidis nomine nihil inſolens: nihil ſup Imperator
bum erat: Quippe Imperatores dicebantur: qui Senatus & populi Romani iuſſu uel du/
ctabant exercitus: uel prouincias adminiſtrabant: & ſinguli duos legatos habebãt. Itaq; hi
non domini erant: ſed miniſtri: q̃uis poſtea in Tyrãnidem verſus ſit hic magiſtratus: & Im
peratoris mitiſſimum nomen in eũ tranſlatũ ſit: qui Romani iperii gubernacula tenet. Ab Impero
impero dictus eſt imperator: Imperare aũt iubere eſt: dictũ ab in intentiua particula: & Pa
ro quaſi ſtatim paro: uel prorſus paro. Ab hoc Imperiũ declinatur: quod modo iuſſũ ſigni Imperium
Virgilius ficat. Virgilius. Hic vaſto Rex æolus antro: Luctãtes ventos tempeſtateſq; ſonoras. Impe/
rio premit: ac vinclis: & carcere frenat: modo regnum dominium: vnde Romani imperii
Idem fines dicimus. Idem. Imperium oceano: famam qui terminet aſtris. Idem. Non illi imperiũ
Idem pelagi: ſæuũq; tridentem: Sed mihi ſorte datum. Aliquãdo Imperiũ ſignificat poteſtatẽ: vñ Poteſtas
Vlpianus Vlpianus imperium ſcribit: aut merum dici: aut mixtũ. Merum eſt imperium habere gladii
poteſtatem ad animaduertendũ in facinoroſos homines: qđ etiam poteſtas appellat̃. Mi/
xtum eſt: cui etiam iuris dictio ineſt: quod præcipue in danda bonorũ poſſeſſione cõſiſtit.
Iuriſdictio ẽ etiam iudicis dandi licentia. Ab imperio Imperioſus dicitur: nimis ſeuere im/ Iuriſdictio
Torquatus perans: crudus: & quaſi oſtentator imperii: qualis Torquatus apud Liuium: qui filium licet Imperioſus
victorem: quia contra imperiũ ſuum pugnauerat: ſecuri percuſſit: ob id dictus imperioſus: Mãliana iperia
& Manliana imperia: crudelia vocitata. Ab hoc fit aduerbium Imperioſe: hoc eſt acriter: ſe Imperioſe
Plynius uere: & cum oſtẽtatione imperii. Itẽ ab Impero Imperito frequẽtatiuũ: & quod apud Ply Imperito
Iuuenalis nium reperitur: Imperitabundus pro Imperitans. Poetæ aliquãdo Induperatorem ꝓ Im/ Imperitabũdus
peratorem vſurparunt. Iuuenalis. Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperato Induperator
rem. Præſes aũt eſt: qui maius in vrbe aut prouincia imperiũ habet: de quo ſuperius late diſ/ Præſes
ſeruimus. A præſidendo ita appellatus: A quo Præſidium: Præſidere vero eſt præeſſe: ut ſu Præſidium
Plautus pra: & a ſedẽdo deducit̃. Sedere quid ſit manifeſtum ẽ. Plautus. Si non vbi ſedeas locus eſt
Terẽtius at eſt vbi ambules. Aliquãdo ignauiam: ceſſationemq; ſignificat. Terentius. An ſedere opor
tuit domi virginem tam grandẽ. De auibus vero ſedere dicitur in altiori loco eſſe: ut paſſer
ſedet in tecto: Cornix ſedet i arbore: ita enim de auibus dicitur ſedere: ut de homine: dũ ſe/
det ſuper equo aut iumẽto: quocunq; coporis habitu ibi maneat. Sedere etiam pro placere
Virgilius ponitur a poetis. Virgilius. Idq; pio ſedet Aeneæ probat autor aceſtes. Secundum Augures
ſedere eſt conſiderare: comtemplari: conſilium capere. Nam poſt deſignatas cæli partes a ſe
Plautus dentibus captantur auguria. Plautus. Sine iuxta aram ſedeã: & dabo meliora conſilia: hoc
Virgilius etiam Virgilius oſtẽdit: inducens picum ſolum ſedentem qum alios ſtantes induxerit. Par/ Sedẽdo iudices
uaq; ſedebat ſuccintus trabea. & alibi. Turnus ſacrata valle ſedebat. Ab hoc tractum eſt ut ſentẽtiam ferre
iudices pro tribunali ſedeant: nec niſi ſedentes ferre ſentẽtiam poſſint: ut intelligant ſe quid
Virgilius decernant conſiderare diligenter oportere. Item Sedere manere eſt. Virgilius. Et ſedet hoc
animo. Sedeo aũt a ſe: & eo compoſitum putant quaſi ſeorſum eo. Videmur eni ſeorſũ ire:
& quaſi a cæteris ſeparari: dum conſidemus. Differt autem a Sedeo Sido: quoniam Side/
Idem re eſt deorſum deſcẽdere. Virgilius. Sedibus optatis gemina ſup arbore Sidũt: ideſt ab alto Aſſido
demittuntur. Ab hoc compoſita fiunt Aſſido: qđ eſt apud aliquem officii grã ſedeo: utputa Aſſiduus
ægrotũ: aut regem: aut præſidem: A quo Aſſiduũ: Aſſiduitas: Aſſidue: de qbus ſupra dixi/ Aſſiduitas
mus. Itẽ Aſſidelæ menſæ: ad q̃s ſedẽtes flamines ſacra faciebãt: & Aſſeres: ꝙ aſſidãt parieti Aſſidue
& Aſſes: & Aſſulæ: de qbus ſupra diſſeruimus: & Aſſeſſores quoq; officiũ ẽ aſſidere ꝓſidi: Aſſidelæ
atq; cõſulere: atq; in iis fere cauſis conſtat: cognitionibus: poſtulationibus: libellis: edictis: Aſſeſſores
Afranius decretis: epiſtolis. Huius fœmininũ eſt Aſſeſtrix. Afranius. Dimitũt iã Aſſeſtricẽ: me ad/ Aſſeſtrix

Confeſſor · Circumſideo · Obſideo · Obſeſſus · Obſidio · Obſidium · Obſes · Obſidiæ · Diſſideo · Diſſidium · Diſſidioſus · Deſido · Deſes · Deſidioſus · Deſidia · Subſido · Subſidium · Inſido · Inſiſto · Inſidiæ · Inſidior · Inſidioſus · Inſidiator · Inſidiatrix · Reſideo · Reſides · Inſtantes · Reſina · Reſinatum · Reſidiare · Rheſus rex · Rheſus fluuius · Rhetus gigas · Rhetus mons · Rheteius · Rheteus · Superſedeo · Conſideo · Confeſſus · Conuentus · Sedes · Sedula · Sedile · Sella · Subſellia · Sella curulis · Curulis · Sedulo · Sedulus · Sedulitas · Solium · Dureta · Solia ſternere · Soliſternium · Solaria babylonica · Sellaria · Seditio

eſſe vocat:& Cõſeſſores:qui ſimul ſedent.Martialis. Nec conſeſſorum vicina numiſma/ta tanti Aera:ſed a cuneis vlteriora petis.Circũſideo quod ẽ cõtra ſedeo:circũdo:obſideo: quod interdum pro Circũſideo ponitur:Interdum pro contra ſedeo:vnde Obſeſſi dicun/tur:qui egredi vrbem:aut oppidũ:ſeu alium locum non poſſunt:aut hoſtibus circũſeſſi:& Obſidio circũſeſſio:& Obſidiũ:quod fit ut hoſtes dimicare cogantur:& Obſes:qui tradi/tur imperio alterius ea conditione:ut ſi dator obſidis a fide recedat: recipiẽti ſit poteſtas in corpus:& vitam eius:qui datus eſt obſes.Hic quoniam obſidionis gratia dari cõſueuit: In de nomen aſſumpſit:quis aliqui ab ob & fides cõpoſitum velint:ꝙ ſit ob fidem datus.Ob ſidiæ quoq; ſicut inſidiæ dicũtur.Columella.Dum tamen anus ſedula: uel puer adhibeatur cuſtos vagantium:ne obſidiis hominũ:aut inſidiatorum animaliũ decipiatur.Diſſideo diſ ſentio: A quo Diſſidium:hoc ẽ diſcordia:& Diſſidioſus contentioſus:Diſſido ocioſus ſe/deo: A quo Deſes deſidis:& Deſidioſus:hoc eſt piger ignauus:vnde Deſidia ignauia:Sub/ſido:qđ ſignificat ſubterſedeo.Virgilius.Subſedit dubius: A quo fit Subſidium:hoc ẽ auxi liũ.Inſido aliquẽ doloſe expecto: A quo Inſidiæ:quæ clam inſident:ut hoſtes fallant: & ab eo Inſidior verbum:& Inſidioſus inſidiis plenus: fallax.Item Inſidiator: & Inſidiatrix: q inſidiatur.Iungit̃ aũt Inſido cũ datiuo. Virgilius.Arripuitq; locũ:& ſiluis inſedit iniquis qum Inſiſto cũ accuſatiuo iungat̃. Idem. Nulli fas caſto ſceleratũ inſiſtere limen. Reſido: ocior:cõmoror: A quo Reſides:ocioſi:quieti:ſegnes.Viegilius.Iam pride; reſides animos ſicut ecõtrario Inſtantes dicimus induſtrios:& Reſina humor: qui ex arboribus fluens: in iiſdem reſidet: A quo Reſinatum dicimus:ſicut a Pice Picatum.Iuuenalis. Quid enim reſi nata iuuentus.Reſidiare vero veteres dicebant pro eo qđ eſt ſæpe reſilire.Rheſus rex Thra ciæ fuit:quem Homerus ſcribit cum equis albis in auxiliũ Troianorũ veniſſe:& a Diome/de:atq; Vlyxe noctu in caſtris fuiſſe occiſum. Eſt etiam nomẽ flumінis Troiæ. Rhetus gi/gas fuit:quem Dionyſius in leonẽ cõuerſus occidit. Item Rhetus mons Troiæ: ĩ quo Aiax Telamonius ſepultus ẽ: A quo Rhœteius:& Rhœteus deducũtur. Superſedeo:maneo:ceſ ſo:differo.Plautus.Superſede de iſtis rebus:iam tuipſe vbi lubet finem face. Cõſideo ſimul ſedeo : A quo fit Conſeſſus:quod non ſignificat confeſſionem : ſed homines ſimul ſeden/tes in vno loco:quẽadmodũ conuentus non conuentionẽ ſignificat:ſed homines: qui vno in loco cõuenerunt.A ſedeo propterea ſedes deducitur:in qua ſedemus: poniturq; pro ha/bitaculo & domicilio.Cæſar.Creſcẽte enim populi multitudine mutare ſedes ſtatuerũt.Itẽ ꝓ ſepulchro.Virgilius.Sedibus vt ſaltem placidis in morte quieſcã:eius diminutiuũ eſt Se/dicula:et eiuſdẽ ſignificationis eſt ſedile:quod et locus ad ſedendũ eſt:et ſella quaſi ſedda:et Seſſio quod modo actũ ipſũ ſedendi ſiguificat:modo ipſũ ſedile.Cicero.Tot locis ſeſſiões gymnaſiorũ:ideſt tot ſedilia:et ſubſellia minores ſedes:in quibus audientes poetas:aut ſpe/ctantes ludos ſedere ſolebãt:erãtq; etiã tribunorũ:triũ uirorũ:queſtorũ:et huiuſmodi mino ra iudicia exercentiũ:qui nõ in ſellis curulibus:nec ĩ tribũnalibus: ſed in ſubſelliis cõſidebãt Sella curuli maiores magiſtratus utebant̃:quã ſimul cũ toga:et prætexta:et lictoribus Ro/mani ab etruſcis ſumpſere.Curulis aũt a curru dicta eſt:quod in ea ſedentes curru uehi maio res magiſtratus ſolebant.Sella græce θρονον:hoc eſt thronũ nominant.Hinc θρονον βα σιλικον ſolium:hoc eſt ſedem regiam vocant:& θρόνον ἡγημονικον ſellam currulẽ. Item a Sedeo Sedulo aduerbiũ:qđ ſignificat diligenter:inſtanter:continue quaſi aſſidẽdo hoc eſt ſine intermiſſione.Cicero.Sedulo inquã faciã.Nam quod Marcellus ſcribit ſedulo dictum:quaſi ſine dolo:nimis affectatum nobis videtur:quippe ſedulus eodem modo quo aſſiduus dicitur:idemq; ſignificat:& Sedulitas eſt aſſiduitas:& diligentia.Itẽ a Sedeo So/lium armariũ e ligno factũ: in quo reges ob corporis ſui tutelam ſedebant. Item Sedes re/gia.Curtius.Reginam in ſolio viſam vehementer admiratus:aliquando vas: in quo homi nes in balneis:uel domi:uel quouis alio loco ſedentes lauantur.Martialis.Non uis in ſolio prius lauari. Hiſpani id Duretam vocant.Suetonius de Auguſto. At quotiẽs neruorũ cau ſa marinis:albuliſq; calidis vtendum eſſet:cõtentus hoc erat ut inſidens ligneo ſolio: quod ipſe hiſpanico verbo Duretam vocabat: manus ac pedes alternis iactaret. Nonnunq; huic ſimile vas:in quo defuncti ſepeliũtur. Plynius. Qum & defuncti ſeſe multi fictilibus ſoliis condi maluere. Quidam non a ſedendo: ſed a ſoliditate quaſi Solidum appellatum exiſti mauere.Quidam a ſolo:quod in iis ſoli ſederent.Ideo Solia ſternere dicebantur:qui Soli/ſterniũ habebant:& Solaria Babylonica vocabantur:quibus ea ſterni ſolebãt. A Sella etiã Sellaria dicta loca:ĩ qbus diſponi ſedes ſolebãt. Plynius. Atq; ex oibus: q̃ retuli clariſſima quæq; ĩ vrbe iã ſunt dicata a Veſpaſiano pricipe in tẽplo pacis: aliiſq; eius operibus violen tia Neronis in vrbẽ cõuecta:& ĩ ſellariis domus aureæ diſpoſita.Itẽ a ſedẽdo: Seditio hoc ẽ:ſicut Cicerõi placet:a ſeorſũ eũdo.Eſt aũt Seditio:qum populo diſcordãte itur ad manꝰ Qualẽ ciuitatis ſtatũ deſcribit Virgilius:Ac veluti magno ĩ pplo:qũ ſæpe coorta ẽ Seditio:

Martialis · Columella · Virgilius · Virgilius · Idem · Virgilius · Iuuenal · Plautus · Cæſar · Virgilius · Cicero · Cicero · Marcellus · Curtius · Martialis · Suetonius · Plynius · Idem · Cicero · Virgilius

ſæuitq; animis ignobile vulgus.Iamq; faces:& ſaxa volant:furor arma miniſtrat.Similiter
Seditio in exercitu dicitur:in claſſe:in campo:in ſchola: & vbicũq; multitudo eſt hominũ:
qui ab hoc ſeditioſi dicuntur.Item Seliquaſtra ſedilium genus eſt: & Sedentarium dicitur: Seditioſus
Apuleius quod ſedendo fit:Vnde Sedentarium laborem dicimus:qui ſedẽdo contrahitur.Apuleius. Seliquaſtra
Vt etiam fatigationem Sedentariam in ceſſus vegetatione diſcuterem: & Sedentaria ope/ Sedentarium
Columella ra:quæ ſedẽdo fit.Columella.Neq; enim Sedentaria eius opera eſt:ſed modo ad telam de/ Sedẽtaria opera
bebit accedere:modo eos qui cibum familiæ conficiunt:inuiſere:tum etiam culinam: & bo
uilia:nec minus præſepia mundanda curare.Item a ſemper Sedendo Sedum herba:quæ & Sedum
Semperuiuũ dr̃:de qua inferius diſſeremus:& Aſſeres: & Aſſides ab aſſidendo parieti.Se/ Semperuiuũ
duculum non a ſedendo:ſed quaſi Suduculum dictũ:genus flagelli eſt:quod vapulantes ſu/ Seduculum
dare facit. Nec Sexus a Sedendo dicitur: ſed a græco υξύσ: quod eſt habitus: ſignificatq;
naturam:& habitum:vnde maſculinũ:& fœmininũ ſexum dicimus

AD DOMITIANVM EPIG.III

VAE TAM SEPOSITA EST.Blãdit̃ Domitiano.q̃ quũ ad ſpectacula eius
ex toto terrarum orbe: diuerſarum linguarum ſpectatores conueniant: omnes ta/
men vna voce:eum patrẽ patriæ ſalutant:quaſi vna vrbe oriũdi. Conſtat ſane tan
tam aliquando hominũ multitudinem ludorum gratia ad vrbem cõfluxiſſe:ut Senatores q̃
dam nimia p̃ſſura fuerint eliſi.Q VAE GENS.Interrogãtis eſt.Quis eni:Quæ:Quod: Quis
Martialis uel Quid aliquando interrogatiue ponunt̃.Martialis.Nam tantos rogo quis ferat labo/ Quæ
Apuleius res? Apuleius.Quinam hic nouus ẽ hoſpes? Gellius. Quænam malum ẽ iſta intemperies? Quod
Gellius Plautus.Quod facinus admiſi tantũ? Idem. Quid ad illas artes optes:ſi optio adueniat ti Quid
Plautus bi? Aliquãdo indefinite.Plynius.Tum mihi neſcio quid in aurẽ inſuſurrauit. Idem. Mor/
Idem bus neſcio qui ante eam ætatem incognitus noſtris. Cicero. Quum præcepta neſcio quæ diſ
Plynius cipulis ſuis palam tradidiſſet.Plautus.Nec mihi qđ facinus conſcirem inueni.Seneca.Pau
Idem lulum neſcio quid viſus ẽ balbutire.Nonnunq̃ quis ponitur pro aliquis.Cicero.Si quis ve
Cicero ſtrum eſt:qui forte miretur.Plautus.Si quẽ ſeruorum domi habes. Nam qui pro aliquis in
Plautus nominatiuo caſu:raro præterq̃ apud vetuſtiſſimos inuenitur.Cicero.Si quæ ſunt in hac re
Seneca difficultates.Etenim in ſingulari non Quæ:ſed Qua pro Aliqua dicimus. Martialis. Si q̃
Cicero fides veri:præferri maxime Cæſar:Tẽporibus poſſunt ſæcula nulla tuis.Plautus.Si qđ poſt
Plautus hac verbum fecero.Virgilius.Spero equidẽ mediis: ſi quid pia numina poſſunt: Supplicia
Cicero hauſurum ſcopulis.Quis & Quid nunq̃ relatiue ponitur:quum Qui:Quæ:Quod:frequẽ
Martialis tiſſime referant antecedens:quod adiectiuũ eſt:& ſemper iũgitur ſubſtantiuo:quod vero ſẽ
Plautus per eſt ſubſtantiuũ.Præterea qui:quæ: quod frequenter accipiũtur pro tãtus ta.tum.& hoc
Virgilius tribus modis.Nam & cuius humanitatis es dicere poſſumus:& qua humanitate es: & quæ
tua eſt humanitas:pro tantæ humanitatis es: tanta humanitate es: tanta tua eſt humanitas. Is
Similiter cuius amoris es: quo amore es: qui tuus eſt amor. Cuius officii es: quo officio es: Ea
Quintilia. quod tuum ẽ officium.Quintilianus.. Hoc ſi ſciſſes pater affirmo:promitto: cuius pieta/ Id
Idem tis es:nemo te anteceſſiſſet.Idem.Quæ tua pietas eſt.In eundẽ ſenſum accipiũtur:Is:Ea:Id Quo
Nam eius pietatis es dicimus:& ea pietate es:& ea tua eſt pietas: habetq; aliquid plus uiriũ Aliquis
talis oratio:q̃ ſi dicas pro tua pietate.Itẽ Quo aliquando pro quanto accipitur:ut quum di Aliquo
cimus:eo magis quo magis. A quis compoſita fiunt Aliquis:quaſi alius quis. A quo Aliquo Aliqua
Aliqua: Aliquorſum: Aliquotiens aduerbia:hoc eſt ad aliquem locum:per aliquam partem Aliquorſum
verſus aliquam partem:aliquot vicibus: & Alicũde:ex aliquo loco. Item Q iſquam quiſ/ Aliquotiens
piam eiuſdem ſignificationis: Siquis ideſt ſi aliquis: Et quiſquis quod ſignificat quicunq;: Quiſquam
Et quiſq;:a quo Vnuſquiſq;:quæ ſignificant omnes:Et quiſnã interrogatiuũ: Et quiſputas Quiſpiam
eiuſdẽ ſignificationis:Et neqs qđ cõponit̃ ex ne:& qs p̃ aliqs:ſignificatq;:ut nullus:Et qſq Siquis
liæ a qſqs q̃ſi qcqd cadit. Sũt eni qſqliæ purgamẽta terraꝝ:& qcqd ex arboribus: herbis: Quiſquis
floribus minutim cadit. A quo quiſqliũ vocat exiguũ fruticẽ ilicis: producentem coccum: Quicunq;
quod granum eſt:ad tingẽdũ veſtes gratiſſimũ.A qui quiuis:quicũq;:quilibet:A quo Vnuſ Vnuſquiſq;
quilibet:de quibus ſupra diximus.Item quidam:qđ non eſt particulare:ut aliquis:quemad Quiſnam
modum pleriq; falſo exiſtimant: ſed potius ſingulare.Aliud eſt enim eſt: quum dico aliquis Quiſputas
veſtrũ hodie me p̃cuſſit: & aliud quũ dico:qdã veſtrũ hodie me p̃cuſſit. Illic enim incertũ Nequis
aliquẽ ex duobus ſignifico:quẽ percuſſorẽ meũ eſſe non dep̃hendo: hic vero certũ hominẽ Quiſquiliæ
ex vobis a me:qđ ab eo percuſſus ſim agnitum: ut non aliter ſe habere quidam videatur: q̃ Quiſquilium
nomen proprium: verbi gratia: ſi ſciam Pyrrhum mecũ locutum fuiſſe: idq; tacito nomi Nequis
ne exprimere velim:recte dicam:quidam mecum locutus eſt:non autem aliquis:quod ſigni Quiuis
ficaret:neſcire me quis mecum eſſet locutus. Vnde vulgo ſic loquimur: quotiens aut nolu/ Quicunq;
mus nominare homines: aut eorum nomina neſcimus: quidam ad quendam ſcribens ſic. Quilibet
inquit: non autem aliquis ad aliquem: ſed hoc multo manifeſtius cum negatione apparet Quidam

Nam ſi dicam. Non percuſſit me hodie quidā veſtrū: profecto ſignifico vnum ex vobis cer
tum: utputa Pyrrhum me non percuſſiſſe. Si vero dicam non percuſſit me hodie aliquis ve
ſtrum: ſignifico nullum veſtrum me hodie percuſſiſſe. Itaq̧ illa ſingularis enunciatio ē: hæc
Quia vniuerſalis. Item a Qui Quia coniūctio cauſalis: A quo Quianam aduerbium interrogā/
Quianam di. Virgilius. Heu Quianam tanti cinxerunt æthera nimbi. Idem. Cælicolæ magni: Quia/ Virgilius
Quiane nam ſentētia vobis Verſa retro: & Quiane quod ſignificat certe re vera. Idem. Quiane au Idem
Quidem xilio iuuat ante leuatos. Quidem quod ſimiliter ſignificat certe. Et tribus modis in oratio/ Idem
ne accipi ſolet. Vno ad diſtinguendas res: ut ego quidē Romæ ſum: Tu vero Athenis: fra/
ter autē Alexandriæ: in quo modo tantum duobus comitibus vti poteſt: quæ ſunt vero: &
autē altero: quaſi per exceptionem eius: qđ affirmes. Quintilianus. Torquebis quidem fi/ Quintilia.
lium: ſed fatebitur mater: & nunq̄ fere apud hunc: & Ciceronem coniūgitur quidē: & ille:
quin exceptio huiuſmodi ſequatur. Cicero. Ab optimis qdem viris: ſed non ſatis eruditis. Cicero
Idem. Qui aūt in virtute ſummum bonum ponūt: præclare illi quidem: ſed hæc ipſa virtus Idem
amicitiam & gignit: & continet. Pluresq̧ in hoc modo comites habere hoc aduerbium po
teſt: ut verum: veruntamen: ſed: ſedtamen: at: attamen: cæterum. Tertio modo qum nulla ex
prædictis coniunctionibus ſequitur. Idem. Aut enim nemo: quod quidē magis credo: Aut Idem
ſi quiſquā eſt: ille ſapiens fuit. Ab hoc fit Equidem: quod proprie ſignificat ego quidem: nec
Equidem vnquā aliter a Virgilio: Cicerone: Quintiliano vſurpatur. Virgilius. Equidem merui: nec Virgilius
deprecor inquit. Ab aliquibus capitur interdum pro quidem. Perſius. Non equidem hoc du- Perſius
Siquidem bites amborū fœdere certo Conſentire dies. Et Siquidem: quæ ex ſi & quidem componi vi
detur: tamen primā ſyllabam breuem habet: qum ſi producta ſit. Item ſignificationem non
habet partium: ex quibus componitur: ſed idem ſignificat. quod nam. Quintilianus. Atq̧ Quintilia.
natura ipſa videtur ad tolerandos facilius labores muſicam veluti muneri nobis dediſſe: ſi/
quidem remigem cantus hortatur. Aliquādo Siquidem pro Si certe. Cicero. Deinde profe
ctus eſt id tempus: qum iam Clodius: ſiquidem eo die Romam venturus erat: redire potuiſ/ Cicero
ſet. Quidam putant duplam hanc eſſe dictionem: ſed vnam eē Ouidius oſtendit: qui i hoc Ouidius
eodem ſignificato vtitur prima breui: quod non accideret: niſi eſſet compoſita: Quæ mihi
Quin ventura eſt: ſiquidem ventura ſenectus: Qum deſit numeris ipſa iuuenta ſuis? Quin in qđ quat
tuor modis accipitur: Vno qum increpantes: uel interrogātes: uel exhortantes dicimus: ſi/
gnificatq̧ cur non? Vt quin venis? quin legis? quin fugis? Virgilius. Quin tu aliqd ſaltem Virgilius
potius quorū indiget vſus: Viminibus: molliq̧ paras detexere iunco? Secūdo quin ſignifi/
cat q̄. Terentius. Non dubiū eſt: quin vxorem nolit filius. Tertio quin per hanc particula/ Terētius
tim magis confirmamus: ſignificatq̧: atq̧ etiam. Virgilius. Quin aſpera Iuno: Quæ mare Virgilius
nunc: terraſq̧ metu: cælūq̧ fatigat: Conſilia in melius referet: quod & Quinimo aliquan/
Quinimo do dicit. Quarto qum ita ponimus quin: quaſi priori videatur eſſe contrarium: & aliquā/
do: qđ non: aliquando ut non ſignificat. Cicero. Non idcirco cauſas Iſocrates non defen/
dit: quin id vtile eſſe & honeſtum exiſtimaret: quin ideſt: quod non. Virgilius. Hic tibi neq̄ Virgilius
moræ fuerint diſpendia tanti: Quin vatem inſanam aſpicias: quin ideſt ut nō. Quo quod
Quo loci aduerbiū eſt. Idem. Quo ve tenetis iter: ideſt ad quem locum tēditis. Hinc veteres Ad/
Adquo quo quantum vſurpabāt. Afranius. Vt ſcire poſſis adquo te expediat loqui. Aliquādo ē cō Afranius
Qui iunctio & ſignificat: vt. Plynius. Neq̧ enim id feci: quo tibi moleſtus eſſem. Qui quod ſi/ Plynius
militer aduerbialiter capit: & ſignificat quomodo. Cicero. Qui fieri poterat: ut eius dolo Cicero
Qum re non angerer? Qui mecū ſemper familiariſſime vixiſſet? Qum: quod veteres Quom ſcri
Quom bebant: eſtq̧ aliquādo aduerbium tēporis: & ſignificat quando. Virgilius. Qum faciam vi Virgilius
tula pro frugibus ipſe venito. Aliquando ponitur pro dum. Cicero. Cum me in Africā cō Cicero
tuliſſem. Nonnunq̄ pro quāuis. Idem. Qum in omnibus cauſis grauioribus Cai Cæſar ini Idem
tio dicendi cōmoueri ſoleam vehementius: q̄ uel vſus: uel ætas mea videtur poſtulare: tamē Idem
in hac ita me multa perturbant. Idem. Satis ne conſtanter facere videamur: qui qum præci/
pi nihil poſſe dicamus: tamē & aliis de rebus diſſerere ſoleamus: & hoc ipſo tēpore præce/
Tum pta officii proſequamur. Interdum iungitur cū Tum: & indicatiuū fere poſtulant. Eſt autē
in qum quidā minus: in Tum quidā maius: Et hoc duobus modis fit: Vt aut generale præ/
cedat: ſeqtur ſpeciale: Aut ambo ſint ſpecialia. Primo modo ſic. Quintilianus. Quod qum Quintilia.
omnibus confitendum eſt: Tum nobis præcipue: qui rōnem dicendi a bono viro nō ſepa/
ramus: ideſt omnibus multum: mihi autē maxime. Altero modo. Idem. Quod opus Mar Idem
celle victori tibi dicauimus: quē: qum amiciſſimū nobis: Tū eximio lrarū amore flagran/
tem: digniſſimum hoc mutuæ inter nos caritatis pignore iudicabamus: ideſt multum pro/
pter amorem tuum in nos: plus tamen propter amorem litterarum. Aliquando tamē cum
coniūctiuo iungūtur. Cicero. Graui teſte priuatus ſum amoris erga te mei patre tuo clariſ/ Cicero
ſimo viro: qui cum ſuis virtutibus: tum vero te filio ſuperaſſet omnium fortunas: ſi te ante

vidiſſetq̃ vita decederet. Tum ſæpenumero ponitur geminatum: triplicatū: & multipli/
catū: ſed fere ī rebus paribus. Quintilianus. Nec indignet̃ herodotus æquari ſibi T. Liuiū:
tum in narrādo miræ iucunditatis: clariſſimiq; candoris: tum in concionibus ſupra q̃ enar
rari poteſt: eloquentē. Aliquando tū pro tunc accipitur. Virgilius. Tum primū noſtri Cacū
videre timentē. Interdū p̄ deinde. Idem. Aeneas matri eumenidum: magnæq; ſorori Enſe
ferit: ſterilemq; tibi p̄ſerpina vaccam. Tum ſtigio regi nocturnas inchoat aras. Nonnunq̃
pro aliquando. Cicero. Tum hoc tum illud arguere. hoc eſt: modo hoc | modo illud. Qui/
dam a tum putant tunc eſſe declinatū: ſicut nec a neq;. Significat autē tunc eo tempore: &
de omnibus temporibus dicitur de preterito Virgilius. Tunc decuit cum ſceptra dabas. De
preſenti. Plautus. Tunc ad eā accede: qum potes. De futuro. Idem Ego tunc adero: qum tui
videndi mihi copia erit. A cum pro quando: fit Qumprimū: quod ſignificat ſtatim poſtq̃:
Iuriſcōſulti: qum fari poterit: & poſtq̃ fari poterit ita diſtinguūt: ut poſterior ſcriptura vbe
rior ſit: & omne tempus ſignificet poſt illud: quo fari poteſt. Primus uero arctior: & id tan
tūmodo tempus denotet: quo fari poſſit. Cum uero præpoſitio primogenia eſt: nec a qui de
ducitur: ideoq; non per. q. ſed per. c. ſcribitur: nec iūgitur rei notanti inſtrumentū: ſed comi/
tem. Quintilianus. Vt queramus nunquid apud nos ſit vis quædam ſeptimi caſus: & apud
grecos ſexti. Nam qum dico haſta percuſſi: non utor ablatiui natura: nec ſi idem grece dicā:
datiui. Sic impuli te manu dicimus: non cum manu: video te oculis: nō cum oculis: deleo lit
teras lachrymis: non cum lachrymis. Abſtergo ſordes aqua: Liquefacio ceram igni: non cū
aqua: aut cum igni. Quod ſi dicamus: acceptus eſt cum honore: ſcripſit cum beniuolētia: al/
locutus eſt cum affabilitate: aſpexit cum truculentia. hi ablatiui: non inſtrumentū ſignificāt:
ſed coniunctionē. Si quidem acceptus eſt non inſtrumento corporis: non honore: ſed hono
re comite ſcripſit inſtrumento manus: non beniuolentia: ſed hac comite. Allocutus eſt inſtru
mento linguæ: comite: atq; operatrice affabilitate: Aſpexit inſtrumento oculorum truculen
tia ſuffuſorum: quæ nihil facit ad ipſam inſpectionē: ſed oculi. Cum poteſtate apud ueteres
dicebatur: qui a populo alicui negocio preficiebatur. Cum imperio eſſe: cui nominatim da/
batur a populo imperium. A Cum factum eſt cumalter: quod antiqui pro cum altero vſur/
pabant: ita hoc breuitatis gratia dicentes: ut Sodes pro ſi audes: & ſis pro ſi uis. Quoad qd̃
ſignificat donec: ut quoad vixit: in amicitia conſtantiſſime perſeuerauit: id eſt donec vixit:
nihilq; differt ita loqui quoad viuet: & quoad morietur. Item Quoad Senatus habebit̃: &
Quoad Senatus admittetur. Hæc enī q̃uis contraria videantur: idem tñ ſignificāt: quoniā
duo tempora: qū inter ſe oppoſita ſunt: atq; ita coherentia: ut alterius finis cū alterius initio
miſceatur: non refert utrū per extremitatē prioris: aut per initium ſequentis locus ipſe confi
nis demonſtretur. Ponitur etiam Quoad pro quantū: & ab eo fit Quoadusq; eiuſdē ſigni
ficatiōis: ſicut a quo quouſq;: quod aliqñ ſignificat q̃diu: ut Quouſq; tandem hoc patieris:
aliquādo uſq; ad quem locum: ut Quouſq; agri tui fines p̄traxiſti. Quominus: quod ſignifi
cat ſtatim. Virgilius. Et quominus arua inſequitur. Quondam quod modo pro olim | ſiue
aliquando accipitur. Cicero. Vt tuus quondā familiaris facere ſolebat. mō pro ſemper. Vir
gilius. Vt quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis. Quoniam: quod ut Feſtus refert:
mō quia ſignificat: mō poſtq̃. Quoq; quod aliqñ ſignificat etiam. Seneca. Tu quoq; ſimili
modo exercere te debes. aliqñ ſimiliter. Virgilius. Vocabere tu quoq; votis. Quot a quo
Quotquot: quotcunq;: quotannis: quottidie: quottidianus: quotiens: de quibus ſupra dixi
mus. Item Quotennis: quod ſignificat quot annorū: ſicut ſeptennis ſeptē annorū: quidam
etiā Quotenniū vſurpāt: ſicut Septenniū. Quomō. quemadmodū: quodāmodo: Quuiuſ
modi notæ ſignificationis. Quorſum id eſt verſus quē locū: quaſi quo verſum: & Quoquo
uerſus ſeu quoquouerſum: hoc eſt uerſus omnes partes. Qur: quod ueteres Quor ſcribebant
aduerbiū: quod ſignificat quare: Vnde quidā qur a quare per ſyncopen: atq; apocopen de/
ductū exiſtimant: a. & . e. litteris detractis. Quocirca: quod ſignificat quamobrem. Quuius:
quuia: quuiū: a quo Quuias: que & ſi nunc per. c. a vulgo ſcribunt̃: ueteres tñ p. q. ſcribere
ſolebant: hoc autē inter ſe differūt quuius: & quuias: q̄ quuius ad perſonam hominis refer
tur. Virgilius. Dic mihi dameta quuiū pecus: an Meliboei. Quuias uero ſignificat vnde. Ci
cero. Socrates quidem qum rogaretur quuiatem ſe eſſe diceret: mūdanū inquit. Veteres pro
quuias quuiatis dixere. Actiue. Qui neq; quuiatis eſſet nunq̃ potuimus multa rogātes ſcire
Poſtea hæc per. c. non p. q. ſcribi cœperūt: qum magna inter has litteras affinitas ſit. Quies
qd̃ proprie ſomnū ſignificat: dicta quaſi: qui tibi es: & nullo alio negocio diſtineris: tūc cum
cæteris negociis vacamus: qum dormimus: propter qd̃: etiā pro trāquillitate accipit̃ quies:
a quo fit Requies eiuſdē ſignificatōis: & contrariū eius Inquies: hoc eſt cura: ſolicitudo: mo
leſtia: hinc Quietus: tranquillus: & inquietus: ſollicitus: turbatus. & Quietudo: atq; inquie
tudo: & quieſco: acquieſco: & requieſco. Eſt autē quieſco aliqñ dormio: aliqñ ſto: non mo

Left margin: Quintiali. — Virgilius — Idem — Cicero — Virgilius — Plautus — Idem — Quintilia. — Virgilius — Cicero — Virgilius — Feſtus — Seneca — Virgilius — Virgilius — Cicero

Right margin: Qumprimū. — Cū fari poterit. — Poſtq̃ fari potuit — Cum — Cum poteſtate — Cū imperio eſſe — Cumalter — Quoad — Quoad viuet — Quoad moriet̃ — Quoad Senatꝰ habebit̃ — Quoad Senatꝰ admittetur — Quoaduſq; — Quouſq; — Quominus — Quondam — Quoniam — Quoq; — Quot — Quotquot — Quotcūq; — Quotus — Quotannis — Quottidie — Quottidianus — Quotiens — Quotennis — Septennis — Quotennium — Septennium — Quomodo — Quemadmodū — Quodāmodo — Quuiuſmodi — Quorſum — Quoquouerſus — Quoquouerſū — Qur — Quor — Quocirca — Quuius — Quuia — Quuium — Quuias — Quuiatis — Quies — Requies — Inquies — Quietus — Inquietus — Quietudo — Inquietudo — Quieſco — Acquieſco — Requieſco

Requietalis ueor:aliqñ curis vaco.Quod ſi addať accuſatiuus:eſt quieſcere facio.Plautus.Quiſce tu/ Plautus
Queo multũ hnnc:qui eſt ante hoſtiũ.Quietalis ab antiquis Orcus dicebať:hoc eſt pluto deus in/
Nequeo ferorum:qđ defunctorũ aïas quieſcat:hoc eſt quieſcere faciat.hinc ὅρκον græci iuramentũ
Nequeit dicunt:ꝙ per eũ:& paludẽ Stygiam ſanctiſſimũ erat iuramentũ:qđ violare minime licebat
etiam diis.hinc ὅρκοσ ςτρατιωτίκοσ militare ſacramentũ vocatur:& ὀρκῶ iuro:&
Queo ὀρκωμοσία iuſiurandũ:& ὀρκωμόσιον iuramentũ.Sũt etiá qui Queo quaſi qui eo di
Nequeo ctum putant:ſignificat autẽ poſſum:cuius compoſitũ eſt Nequeo:nõ poſſum.Vñ nequeũt
Nequeit aliqñ vſurparũt antiqui pro nõ eunt.Veteres Quentiam pro potentia ſcripſere:& Nequi/
Quentia nunt pro nequeunt:non poſſunt.Poſtremo Quippe confirmandi aduerbiũ:de quo ſupra
Nequinunt diximus.A quæ uero fiunt aliqua:quæpiam:quæq;:vnaquæq;:nequa:quænam:ſiqua:quæli
Quippe bet:quæuis:quæcũq; ſupradictarũ ſignificationũ.Qua aduerbiũ:qđ mõ ſignificat ꝑ quẽ lo
Aliqua cũ.Virgilius.Dic mihi qua ſit iter:mõ inquantũ.Seneca.Hominẽ quippe:qua aïal eſt:mo/ Virgilius
Quæpiam ueri ſenſu oportet.Aliqñ capiť pro tum:ſiue pro partim.Plynius.Mediũ tps diſtentũ:im/ Seneca
Quedam peditũq;:qua officiis maximis:qua amicitia principũ ægiſſe.Quam qđ mõ ſignificat quod Plynius
Nequa græci dicunt ἢ ut eloqntior apud noſtros Cicero habitus eſt:q̃ apud grecos Demoſthenes: Cicero
Vnaqueq; mõ quantũ.Vt q̃ bene marmorei directa eſt ſemita pontis:id eſt quantũ bene.Aliqñ ualde
Quædam Curtius Collemq; traiecto q̃ celerrime flumine occupat.id eſt ualde celerrime.Sed notan/ Curtius
Siqua dũ ꝙ q̃ qñ pro quantũ accipiť:ſemp̃ poſitiuo iungiť.Cicero.Quã moroſi ſunt:qui amant Cicero
Quelibet Ex hoc potes intelligere.Quando uero accipiť pro ualde:ſemp̃ requirit ſuplatiuũ.Idem. Idem
Quæuis Cñ quo ſemp̃ q̃ familiariſſime vixerat.Excipitur vnũ verbũ poſſum:& q̃ idem ſignificant:
Quæcũq; ut queo:valeo:licet & ſimilia:cũ quibus iũctũ q̃ pro quantũ:etiã ſuplatiuo cõnectiť.Quin/ Quintilia.
Qua tilianus.Que oïa nõ omittẽda ſunt:ſed narranda q̃ breuiſſime poſſumus.Vbi etiam ipm
Quam quantũ frequẽtiſſime poniť.Cicero.Niſi ꝙ tanta eſt inter eos:quãta maxima poteſt moꝝ:: Cicero
ſtudiorũq; diſtantia.Quintilianus.Qum aliquid adhibita quanta maxima poteſt cura dili Quintilia.
genter elimauerit.Cũ cõpatiuo uero nunq̃ iungiť q̃.Vnde male quidã q̃plura pro com
Complura plura ſcribũt:& narraui tem geſtam q̃ breuius potui:pro q̃ breuiſſime potui.Quemadmo
dũ autẽ q̃ pro valde nunq̃ poſitiuo:aut compatiuo:ſed ſemp̃ ſuplatiuo adiungiť:ſic econ/
Per trario Per pro valde nunq̃ compatiuũ:aut ſuplatiuũ:ſed ſemp̃ poſitiuũ reqrit:dicimus eni
Perq̃ perpulchre:perbelle:ꝑdiligẽter.Sic Perq̃:Saneq̃:Admodumq̃:Oppidoq̃.Plynius.Perq̃ Plinius
Saneq̃ velim ſcire.Terentius.Perpol q̃ paucos reperias meretricibus fideles euenire amatores:qđ Terentius
Admodumq̃ ſic reſoluiť.Pol perq̃ paucos.Gellius.Saneq̃ vtile eſt.Idem.Voce admodumq̃ ſuaui.Idẽ. Gellius
Oppidoq̃ Oppidoq̃ libens audiui.Idem.Admodumq̃ celer accurrit.Seruius Sulpitius.Poſtq̃ mihi Idem
renunciatũ eſt de obitu filiæ tuæ:ſaneq̃ pro eo ac debui moleſte tuli.Gellius.Saneq̃ litteris Idem
cæſaris ſumus cõmoti.Brutus.Saneq̃ gauiſus ſum.Cicero.Nã qđ de Pompeio Canninius Idem
Plautus. Quin meam vxorem vidi catulientem. Laberius. Catulientem lupam ſcripſit coi- Plautus
Catulatio tus appetentem. Hinc Catulitio dicitur: qum Canes maritari quærunt: quo tempore etiam Laberius
terra aperitur: ut Varro teſtatur. Plynius. Catulitionem ruſtici vocant geſtiente natura ſe- Varro
Catulus mina accipere: eaque animam inferente omnibus ſatis. Eſt etiam Catulus genus quoddam Plynius
Canis vinculi: quod interdum Canis appellatur. Plautus. Faciam te delicatum Catulo ut accubes
Cati fons ferreo. Cati fons dicebatur: ex quo aqua petronia in Tyberim fluebat: quod in agro cuiuſ-
Catulaſter dam erat Cati. Catulus etiam nomen proprium eſt: a quo fit Catulaſter: ſicut ab Antonio Plautus
Oleaſter Antoniaſter. Sunt autem huiuſmodi nomina in aſter: & aſtra: & aſtrum deſinentia non di
Pinaſter minutiua: ut aliqui putant: ſed potius imitatiua. Neque enim ea ratione dicitur Oleaſter
Mentaſtrum Pinaſter: Mentaſtrum: Siliquaſtrum: quod ſit parua olea: parua pinus: parua menta: par-
Siliquaſtrum ua Siliqua: ſed quod ſilueſtria ſint: Oleam: Pinum: Mentam: Siliquamq; imitantia: & Fi-
Filiaſter liaſter quo quidam pro Priuigno vtuntur: non paruus filius: ſed qui imitatur filium:
Paraſitaſter & Paraſitaſter: non paruus paraſitus: neque enim diceretur a Comico Paraſitaſter: par-

uulus:ſed qui imitatur Paraſitum.Cicero.Hic noſter Antoniaſter eſt.Idem.Omnino ſolet eē Fuluiaſter: ideſt Antonii: Fuluiq; imitator:& Aurelius Philoſophaſtrũ dicit nõ paruũ philoſophũ:ſed quaſi imitatorem philoſophorum:& Filiaſtram priuignam quaſi filiá imitantem. Duo tamẽ nomina ſunt quæ diminutionem quádá ſignificare videntur.Surdaſter & Recaluaſter: quoꝝ alterũ ſignificat diminutionẽ ſurditatis: alterũ qui non toto capite: ſed ſola fronte calua eſt:quaſi recaluus:Pullaſtra non paruá pullam ſignificat:ſed paruá gallinam:eodem modo Pullaſter:quo aliqui vtuntur:non paruũ pullum: ſed ipſum pullum ſignificat.Sic etiam Catulaſter:non paruum catulum:ſed ipſum Catulum.A catulo (ut Varro inquit) Canis dictus latrabile animal:ni forte,ut tuba:& cornua:ꝙ ſignũ canẽdo dent: canere dicuntur:ſic quia & noctu canis in cuſtodia: & in venando ſignũ voce dat:canis dictus eſt:queádmodum ꝙ voce indicant:noctéq; latent:latrare dicuntur.Vnde & Latratus quod ficticio verbo Baubatus dicitur:& Baubare latrare.Lucretius.Et cum deſerti baubabant in ædibus omnes.A canis Caninus dictus.Plynius.Sanguine Canino nihil cõtra toxica præſtantius eſt.Idem.Si quis linguam caninam in calciamento pollici ſubditam geſſerit:non latratur a canibus.Idem.Eſt vermiculus in lingua Canina: qui vocatur Lytta: hic ſi infantibus catulis eximitur:nec rabidi fiunt:nec faſtidium ſentiunt.Canini etiam dentes qui diſtinguũt duplices ab acutis dicuntur:& Caninum prandium vocatur abſtemium: in quo nihil vini potatur:quoniam Canis vinũ non bibit.Item a canis Canarius:Vnde Canarii dicti ſunt gentes circa Atlantem Africæ montem habitátes:ꝙ victus eius animalis iis promiſcuus ſit:& viſcera ferarum diuidua: & Canaria lapa genus Lapæ exiguæ: quæ canibus adhæret:ná q̃ aliquanto maior eſt Philanthropos appellatur:ꝙ veſtibus hominum adhærens eos amare videatur:eadem vocatur Aparine.Tertium vero genus maximum perſonata nominatur:naſcitur iuxta riuos & flumina:Græci enim ἄρκτιον nominant: Folia habet ampliora Cucurbitis:& hirſutiora:nigrioraq; & craſſiora:hac propter amplitudinem foliorum vti veteres ſolebant ad perſonatos faciendos:Propterea perſonata dicta eſt ꝙ perſona ſit facies conficta:ut alibi latius differemus.Græci quoq; eam ſimili nomine vocant προσωπῖτιδα.Galenus. ἀρκτιον ὃ δὴ καὶ προσωπῖτιδα καλοῦσιν. οὗ τὰ φύλλα τοῖς τῆς κολοκύνθης ἔοικεν ὁμοιότατα πλὴν ὅσον μείζω τέ καὶ σκληρότατα. Arctium inquit quod & perſonatam vocant eſt:cuius folia Cucurbitæ ſimillima ſunt:niſi ꝙ maiora ſunt:& duriora:Quippe πρόσωπον græce Perſonam ſignificat:Vnde Proſopopeia appellata eſt figura:qum perſona aliqua fingitur:utputa qum inanimatum loquitur ad animatũ.Ouidius.Qui modo naſonis fueramus quinq; libelli:Tres ſumus:uel ꝙ animatum ad inanimatum.Horatius.Quod amplius o mare: o terra ardeo. Proſopis inſula eſt in Delta Nili: in qua eſt Atarbechis oppidum: ut teſtatur Herodotus. Item a canis Anticanis:de quo inferius dicemus: qui græce Procyon nominatur.Cicero. Anticanem procyon grato qui nomine fertur.Item Caniculus diminutiuum: hoc eſt paruus canis:Cuius fœmininũ eſt Canicula:A quo Canicularis adiectiuum.Canis ſydus ẽ leporem fugientem ſequens:poſterioribus pedibus diuiditur ab hyemali circulo: pedem dextrum Orionis pene ſuo capite contingens:occidens oriente Sagittario:ex oriens cũ Cancro habet ĩ lingua ſtellá vná:quæ proprie appellat̃ Canis:magna quidẽ & ſplendida:in capite autem alteram:quam nonnulli Sirion appellant.Sirius ſtella eſt in medio Centro cæli ad quam:qum ſol peruenerit:duplicatur æſtus:& nimio calore languent mortalium corpora:latinæ Canicula dicitur:A qua Caniculares dies vocati.Sirius aliquando pro æſtate ponitur:ut Bruma pro hyeme.Papynius.Hic Sirius alget Bruma tepet.Dicit̃ ἀπὸ τοῦ σείρειν ω:quod eſt arefacio exicco:quia tum maxima ſiccitas eſt:amnibus: ac fontibus deficientibus uel ἀπὸ τοῦ βαίρω mutatione:α:litteræ in: ι:σκίρειν enim Hiare eſt:quod per æſtum præcipue canes faciunt:quo tempore plerunq; in rabiem conuertũtur.Canem hũc dicũt ab Ioue olim Europæ cuſtodẽ datũ ad Minoa perueniſſe:hũc Procrin Cephali vxorẽ: qũ forte ĩ ægritudinẽ ĩcidiſſet ſanaſſe:& ꝓ eo bñficio carnẽ dono accepiſſe:ꝙ ſtudioſa erat venatiõis:& huic cani cõceſſũ fuerat ne ꝓteriri ab aliq̃ fera poſſet.Poſt eius obitũ canẽ ad Cephalũ perueniſſe:quẽ qũ Thebas ſecũ duxiſſet: Vulpẽ:cui datũ fuerat: ut canes oẽs effugere poſſet:inficere voluiſſe:q̃ꝓpt̃ Iouẽ cõſilii ábiguũ vtrũq; ĩ lapidẽ cõmutaſſe: Nõnulli canẽ Orionis fuiſſe dixerũt:hũc ꝙ venádi ſtudioſiſſimus fuiſſet cũ ipſo canẽ int̃ ſydera tráſferri meruiſſe.Orion ut Heſiodus ſcripſit Neptuni filius fuit ex Euryale Minois filia: Alii ꝓdiderũt Hireũ quẽdá ſenẽ fuiſſe:qui qum apud Thebas:ut Ariſtonicus refert:uel in Chio inſula:ut Pindaro placet:Iouem ac Mercurium hoſpitio accepiſſet:petiitq; ab iis:ut aliquẽ ſibi filium concederent:habuiſſe enim ſe olim coniugem:cui morienti promiſerat:ſe aliam non ducturum:optare tamen ſe ſibi aiebat:quem ſibi hæredem poſſet relinq̃re:hoc ut facilius aſſequeret̃:bouem eis immolauit: carnemq; ad veſcendum appoſuit.Illi vero accepto

Cicero. Idem. Aurelius. Varro. Lucretius. Plynius. Galenus. Ouidius. Horatius. Herodotꝰ. Papynius. Ariſtonicꝰ. Pindarus.

Antoniaſter. Fuluiaſter. Philoſophaſter. Filiaſtra. Surdaſter. Recaluaſter. Pullaſtra. Pullaſter. Catulaſter. Canis. Latro. Latratus. Baubatus. Baubare. Caninus. Lytta. Canini dentes. Caninũ prandiũ. Canarius. Canarii. Canaria lapa. Philantropos. Aparine. Perſonata. Arction. Proſopopeia. Proſopis. Anticanis. Procyon. Caniculus. Canicula. Canicularis. Sirius. Caniculares dieſ. Canis fabula. Orionis fabula.

bouis corio in illud minxere:terraq; inuolutũ texerunt: vnde natus ē Hireo filius:quem ab
vro ita enim græci Vrinā vocāt: Vriona: deinde mutatione vnius litteræ Oriona noiauit.
Ouidius. Tūc ſup iniecta texere madētia terra.Iamq; decem mēſes:& puer ortus erat.Hūc Ouidius
Hireus quia ſic genitus vocat Vriona:Perdidit antiquum littera prima ſonũ.Hic ergo cum
adoleuiſſet:ingens venator euaſit:& a Diana in comitē aſſūptus eſt. Idem. Ille deæ cuſtos Idem
ille ſatelles erat.Veruntamē vſq; adeo venandi ſtudio elatus eſt:ut dicere auſus ſit:nullũ gi-
gni animal poſſe:q̃ ipſe non ſuperaret.Quapropter volentibus diis emiſit terra paruũ ani
mal Scorpionē:a quo ſuperatus occubuit.Lucanus.Ille minax nodis:& recto vulnere ſæ- Lucanus
Teſte tulit cælo victi decus Orionis. Voluit hic aliquādo pliadibus vim inferre: & ut Cal- Callima-
limachus refert:Dianam quoq; vitiare contendit:propter quod ſagittis ab ea confixus eſt. chus
Horatius.Tentator Orion Dianæ virginea domitus ſagitta:ſunt qui hunc a Ioue: Mercu Horatius
rio:ac Neptuno genitum velint eo modo:quo diximus:& immēſi corporis venatorē fuiſ
ſe:qui qum aliquando a rege hoſpitio ſuſceptus fuiſſet: vitiare illius filiam voluiſſe: quapro
pter oculis ab illo fuiſſe orbatum. Qum itaq; cæcus Orion conſuleret: quomodo recipere
oculos poſſet:reſponſum ei fuiſſe: ita demum poſſe luminibus inſtaurari: ſi per pelagus ſic
contra orientem pergeret:ut loca luminũ radiis ſolis ſemper offerret:qđ ille hoc modo ef-
fecit.Nam qum audiſſet ſtrepitum Cyclopum:arma Ioui fabricātium: ſono ad eos ductus
vnum ex his ſuper humeris ſuppoſuit:& eo duce oraculi iuſſa compleuit: nec in merito fin
gitur per medium pelagus ire potuiſſe:qui & vaſtus corpore:& aliqua ex parte a Neptuno
genitus erat. Virgilius.Quā magnus Orion: qum pedes incedit medii per maxima Nerei Virgilius
ſtagna:viam ſcindens:humero ſupereminet vndas:Aut ſūmam referens annoſam monti-
bus ornum.Ingrediturq; ſolo:& caput inter nubila condit.Sunt etiam: qui Icari canem fu
Catena iſſe aſſeruerunt.Item a canis Catena:ut quidam putant:q̃ canē teneat:proprie enī Catenā
eſſe exiſtimāt:qua canes ligantur:licet ad alia quoq; transferatur. Ab eo diminutiuũ fit Ca
Catenula tenula:& Cateno verbum:quod eſt ligo:inuoluo: A quo Concateno cōpoſitum.Item Ca
Cateno natim aduerbium:ad Canis ſimilitudinem:ſicut Suatim ad ſimilitudinem Suis: Bouatim
Concateno ad ſimilitudinem Bouis.Canis etiam:& Canicula talaris ludi ſignum eſt quemadmodum
Canatim ſuperius oſtendimus.Quidam etiam recētiores felem:ſiue catum:Muſionem vocant a mu
Suatim ribus perſequendis.μῦσ enim græce pro quo ipſi Mus dicimus:exiguum animal eſt:inco
Bouatim la domus noſtræ:roſor omnium rerum:vnde a ſono:quem rodendo facit:Latine etiā So-
Canis rex vocatur:q̃uis aliqui murem a ſorice ita diſtingunt:ut Mus domeſticus ſit: Sorex ſilue-
Canicula ſtris.Columella.Si ſerpens:aut mus:ſorexq; in muſtum ceciderit.Plynius.Sorices & ipſos Columella
Muſio hyeme condi autor eſt.Nigidius:ſicut Glires.Mures veteres præcipua animalia in oſtentis Plynius
Mus habuerunt:Arroſis Lauini Clipeis argenteis Marſicũ portendere bellum: Carboni impe-
Sorex ratori apud Cluſium faſciis:quibus in calciatu vtebatur:exitium Occentus Soricis auditus
Fabio maximo dictaturam.C.flaminio magiſtratũ equitum deponendi cau am præbuit:
Plura huiuſcemodi animalis genera ſunt: Alii lata fronte: Alii acuta: Alii Herinaceorũ ge-
nere pungētibus pilis.Scribit Theophraſtus in Gyaro inſula:qum incolas fugauerunt:fer- Teophra-
rum quoq; roſiſſe:q̃ in aurariis quoq; metallis crebro facere inuenti ſunt.ob hoc excidũtur ſtus
alui eorum:ſempq; furtum deprehenditur:tanta eſt eis dulcedo furādi:Qum candidi pro-
uenerunt:letum faciunt oſtentum:venditum fuiſſe murem ducentis nummis conſtat: obſi-
dēte Caſſilinum Annibale:eumq; qui vendiderat:fame periiſſe:emptorem vero vixiſſe. A
mure Mus Araneus dicitur:exiguum animal:atq; leuiſſimum: quod aranei modo tenuiſſi
mum filum: & gladii aciem conſcendit: Græci a mure: & muſtela: quod vtriq; ſimilis ſit
Muſtela μυγαλῆν vocant: Venenatus huic eſt in Italia morſus. Tradunt equos: & iumenta ſi
Muſculus herbas: in quibus hoc animal virus emiſerit: depaſcantur: ſtatim exanimari. Item a mure
Murinus Muſtela quaſi longior mus:& Muſculus diminutiuum:quod modo paruum murem ſigni
Murinus ſāguis ficat:modo articulum:in quo neruorum capita ſunt.Item Murinus:Vnde Murinum ſan-
Murina caro guinem: & Murinam carnem dicimus: & Muſcerda murum ſtercus: & Muſcipula laquei
Muſcerda genus ad capiendos mures: & Muricidus ignauus ſtultus: a muribus cædendis. Plautus. Plautus
Muſipula Muricide homo ignaue iners.Nam Murgiſonem a mora:& deridendo dictũ volunt. Eſt
Muricida autem Murgiſo:iners:deſidioſus:& Murginari tardare eſt. A ſorice vero Soriceus deduci
Murgiſo tur: & Soricinus: vnde Soricinos dentes dixit. Plautus. Cognatum huic: & ſimile ani- Plautus
Murginari mal Glis eſt: & ipſum ſemiferum: cui viuaria indoliis: quemadmodum & apris fului-
Soriceus us Lippinus inſtituit. Sed Cenſoriæ legis princeps Q. Scaurus: & Marcus in con- Q.Scau-
Soricinus ſulatu ſuo non alio modo cœnis ademere quam Conchylia: aut ex alio orbe conuectas rus
Soricini dentes aues: In iis notatum non congregari niſi populares eiuſdem ſiluæ: & ſi miſceantur ali- Marcus
Glis enigenæ niſi uel amne: nel monte diſcreti: interire dimicando: Genitores ſuos ſenecta
Sēpuiuũ herba fatigatos inſigni pieta te alunt. Item a Viuo Semperuiuum deducitur: herba eſt quæ

græce Aizon dicitur.ἀεὶ enim ſemper ſignificat ζώω viuo.Huic herbæ datum eſt a natura: Aizon
ut humidá virideq́ʒ ſemper durare poſſit folio carnoſo:leui atq́ʒ oblongo.Duo eius genera
ſunt:maius in fictilibus vaſculis ſeritur:qđ aliqui Buphtalmon a ſimilitudine: hoc eſt bouis Buphtalmon
oculum vocát.βόὸσ enim bos eſt ὀφθαλμὸσ oculus. Alii Zoophtalmon:hoc é anima‑ Zoophtalmon
lis oculum:ambitu enim effigiem oculi imitatur.ζῶον animal eſt. Alii qđ amatoriis con‑ Errogenneton
ueniat Errogenneton.γεννῶ enim Gigno græci dicunt.ἔρωσ é amor .Alii Hypogeſon Hypogeſon
quoniam fere in ſubgrundiis naſcitur.Græci nanq́ʒ partes tecti prominētes γεῖσα appel‑
lant.Sūt qui Ambroſiā potius nominát:ideoq́ʒ ab æternitate eius:deorū cibus eé cōfingit: Ambroſia
& ab aliis vocatur Amerunnon:quaſi ſine cura:& ſolicitudine.αμερίμνια enim ἡσύχια Ameronnon
dicit:hoc eſt quies:tranquillitas:indolentia.& μέριμνα cura: ac ſolicitudo appella
tur. Alterum genus eſt minuſculum: qđ Eritheles vocant: quaſi amor floreſcens. θάλλω Eritheles
enim floreſco ſignificat: Alii Tritheles:qđ ter floreat: Alii Chryſotheles quod aureū florem Tritheles
producat:quidam ab æqualitate Iſoetes.ἴσον enim æquale dicūt. Latini primum genus a Chryſotheles
ſemper ſedēdo Sedum nominát: cubiti altitudinem excedēs: craſſitudine pluſq́ʒ pollicari. Iſoetes
Secūdum vero Oculum vocant:aut Digitellum: vtrūq́ʒ ſemperuiuū: qđ minus eſt in muris Sedum
parietinisq́ʒ naſcitur:& tegulis:fruticoſum a radice:& ſurſum vſque ad cacumen:foliis an‑ Oculus
guſtis:mucronatis:ſuccoſis:palmo alto caule: Capitis dolori præſentaneum remedium eſt Digitellus
ſucco:uel folio temporibus illitis.Medetur etiam Aconito & a Scorpione feriri id haben‑
tem negant. Eſt & aliud genus Ambroſiæ fruticem vnum habens denſum:ramoſum tenuē Ambroſia
trium fere palmorum:tertia parte radice breuiore:foliis minimis: copioſiſſimo flore erum
pēte:odore nō iniocundo:propt́ qđ eam Botryn quidam appellant:quod racemum ſigni Botrys
ficat ab odore vinoſo.Sunt etiam qui Ambroſiam vocent herbam aliam: quæ ab Artemi‑
ſia vxore Mauſoli nomen adoptauit:qum antea Parthenis diceretur. Alii ab Artemide vo Artemiſia
lunt Artemiſiam cognominatam:quod priuatim fœminarum malis medeatur.ἄρτεμισ Parthenis
enim a græcis Diana vocatur.Aliud quoq́ʒ Ambroſiæ genus eſt latioribus foliis non niſi in Artemis
Plynius maritimis naſcens.Itaque Plynius Ambroſiā vagi nominis eſſe ſcribit: & circa varias her‑
Donatus bas fluctuantem. Itē a viuo dicitur Vita: qđ ut Donatus affirmat.ſignificat ζωὴν mores: Vita
Terentius animam: alimentum: ſpatium viuendi & fortunam: quæ viuentibus accidit. Terentius.
Nam tua quidem Hercle vita hæc expetenda. A vita Romani Vitulam dixerunt deam: Vitula dea
quæ lætitiæ præerat:vnde & Vitulari veteres vſurparunt pro voce letari: & Vitulantes di‑ Vitulor
cūtur lætantes:& Vitulatio lætitia:quoniā eam veram vitam putabant: quæ in ſumma læti Vitulantes
cia: ac tranquillitate degeretur. Hinc Viuere frequentiſſime autores accipiunt pro vitam Vitulatio
Martialis agere lætam:atq́ʒ iocundam.Martialis.Expectant curæq́ʒ catenatiq́ʒ labores. Gaudia non Viuere
remanēt:ſed fugitiua volát.Hæc vtraq́ʒ manu compleſſuq́ʒ aſſere toto. Sæpe fluent imo ſic
quoq́ʒ lapſa ſinu.Non eſt crede mihi ſapientis dicere viuam: Sera nimis vita eſt craſtina: vi
ue hodie. Vitula quoq́ʒ animal brutum eſt: & Vituli a vitulando hoc eſt laſciuiendo dicti Vitula
ſunt.Laſciuia enim ab animi alacritate procedit:hæc maxime ſpectatur in vitulis: quos ne Vitulus
ceſſe eſt aliquando vincere ne nimia laſciuia rumpantur.Dicitur aūt Vitulus non modo ex Laſciuia
bobus genitus:ſed etiam ex cæteris quadrupedibus maioribus.Plynius.de elephantis.Atq́ʒ
ita ſalutato ſydere in ſiluas reuertūtur Vitulorum fatigatos præ ſe ferentes:qum etiam ex pi
ſcibus.Idem de Balenis.Irrumpunt orcæ in ſecreta:& vitulos earum:ac fœtus lacerát mor‑ Vitulus piſcis
ſu.Vitulus & piſcis eſt:ſiue potius Belua maris corio:& pilis tecta: parit in terra pecudum
more.Canum modo coit:nunq́ʒ geminis plures.educat mámis fœtum.Non ante duode‑
cimū diem deducit in mare.Interficitur difficulter niſi capite eliſo. In ſomno mugit:a quo
præcipue vituli accepit nomen:tenet diſciplinam:voceq́ʒ pariter: & viſu populum ſalutat
condito fremitu.Nomine vocatus reſpondet.Nullum animal premitur grauiore ſomno.
Iuuenalis Iuuenalis.Eripient ſomnum Druſo: Vituliſq́ʒ marinis. Pellis eius etiam detracta corpori
ſenſū æquoris retinere dicitur:ſemperq́ʒ æſtu maris recedēte inhorreſcere.Item aduerſus ful
Auguſtus mina remedio eſſe.Quapropter Diuus Auguſtus eam ſemper & vbiq́ʒ ferre ſecum ſolebat:
q̄ tonitrua:& fulgura expaueſcebat vehementer.Præterea dextræ eius pennæ vis ſoporife
Virgilius ra ineſſe:ſomnoſq́ʒ allicere ſubdita capiti.Hic Phoca etiam vocatur.Virgilius. Sternunt ſe Phoca piſcis
ſomno diuerſi in littore Phocæ. Phocis vero parua eſt græcorum regio: inſignis oraculo Phocis regio
Apollinis Delphici. In ea enim eſt oppidum Delphi: in quo Apollinis templum. Ab hoc Delphi oppidū
Phocides deriuatur.Phocees Ionum populi fuerūt: quos longis nauibus primū vſos fuiſſe Apollinis tēplū
Herodotꝰ ſcribit Herodotus.Phocion nomē propriū fuit viri Atheniēſis:nō minus virtute q̄ rei mi Phocides
litaris gloria clarus.fuit ppetuo paup:qum ditiſſimus ob frequētes ei delatos honores eua‑ Phoceæs
dere potuiſſet:huic qum legati Philippi Macedonū regis ingētia munera offerrent:horta‑ Phocion
rēt q́ʒ ut ea accipet:q̄uis eni ipſe facile iis careret:liberis tn̄ eius eēnt neceſſaria:qbus diffici‑
le foret in ſumma paupertate ad paternam gloriā puenire. Si mei inquit ſimiles erunt:idem

hic agellus alet illos:qui me ad hanc dignitatē perduxit ſi diſſimiles: nolo meis ipenſis illo/
rum ali:augeriq; luxuriam.Idem.Qum ad annū quoq; octogeſimū perueniſſet: in ſummū Idem
Vitula ſuorū ciuium odiū incidit. Vitula aliquando pro vacca ponit᷑ viridioris ætatis. Virgilius Virgilius
Vitellus Ego hanc Vitulam ne forte recuſes Bis venit ad mulctram:binos alit vbere fœtus Depono
Item a vita Vitellus:luteum oui:ꝙ ex eo viuat pullus.Ipſum eni animal ex albo liquore oui
Ouum corporat ur: cibus eius in luteo:hoc eſt vitello ē. Ouum a græco dicit᷑ ωον. Ouorum alia
candida ſunt:ut Columbis:Perdicibus.Alia pallida:ut aquaticis.Alia punctis diſtincta:ut
Cenchris Meleagridum.Alia rubri coloris:ut Phaſianis: Cenchridi:hæc auis eſt quæ a tinnitu vocis
Tinunculus Tinunculus dicit᷑:ex accipitrum genere:fere in ædificiis nidos faciēs. Eius pulli ſingulis fi/
ctilibus ollis cōduntur: ſtipantibusq; opercula ſuperponūtur: & Gypſo lita vaſa in angu/
lis Colūbariorum ſuſpēduntur:quæ res columbis amorem loci ſic conciliat:ut nunꝗ; deſe/
rant:ꝙ ex naturali vi accidere exiſtimant:quoniā Tinūculus defendit eas ab Accipitre:ter/
retq; eam auem naturali potētia in tantū:ut viſum:vocemq; eius.Accipiter fugiat.Intus om
ne ouum volucrum bicolor. Quæ oblonga ſunt oua: gratioris ſaporis eſſe exiſtimat. Ho/ Horatius
ratius flaccus.Quædam gallinæ tam fertiles: ut ſexagena oua pariant: Quædam quotidie flaccus
Adrianæ gallinæ Quædā bis die:Aliquæ in tātum:ut effetæ moriātur. Adrianis laus maxima:hæ ut Ariſto/ Ariſtoteles
teles refert paruo quidē ſūt corpore:ferociūt tamē:& pullos ſæpe interimunt:color his va/
rius.Omnibus ouis medio vitelli parua ineſt veluti ſanguinea gutta: ꝙ eſſe cor auiū exiſti/
mant:primū in oī corpore id gigni exiſtimātes. Vigeſimo die ſi moueat᷑ ouum: iam viuen
tis intra putamen vox auditur. Ab eodē tempore plumeſcit ita poſitus:ut caput ſupra de/
xtrum pedem habeat:dexterum vero alium ſupra caput: Vitellus paulatim deficit.Incubari
oua dicūtur:dum fouētur:Plus vicena quina incubationi ſubiiciēda nō ſunt:& impari ſem
per numero.Quarto die poſtꝗ; cœpere incubari:ſi cōtra ſolem cacumine ouorum vna ma
nu apꝓhenſo: vniuſmodi purus perluceat color:ſterilia oua ex ſe exiſtimātur: proq; iis alia
ſubſtituēda.Eſt & aliud experimētum:qm̄ infecūdum in aqua poſitum fluitat.Aeſtate vn/
deuigeſimo die educit᷑ fœtus: Hyeme vigeſimoquinto Excludere oua dicūtur: qum fœtus
Excludo educitur.Aliquādo terra tecta excludūt.Legitur quēdam vini potorē Syracuſis tam diu po
tare ſolitum:donec oua ab eo in terra tecta educerēt fœtum.Quādoq; etiā ab homine perfi
ciūtur.Qum Liuia Auguſta prima ſua iuuēta Tyberio cæſare ex Nerone grauida:marē pa Liuia augu
rere admodum cuperet: hic puellari augurio vſa traditur:ouum in ſinu fouebat:& qum de ſta
ponendū eſſet nutrici per ſinum tradebat:ne intermitteret᷑ tepor. Nec fruſtra augurata ꝓ/
ditur:genuit enim Tyberiū:qui bello Alexādrino claſſi præpoſitus fuit. Inuētum etiā nup Tyberius
ut oua calido fumo impoſita modico igne fouerētur:homine noctu atq; interdiu verſante
& ſtatuto die illinc erūperent fœtus.Palūbes q̄uis tria oua pepererint:nūꝗ; tamē plus duo
Vrinum ouum bus educant:tertium qđ irritū eſt:Vrinum vocant:quaſi potus excremētō plenū.Græci eni
Irritum ouum ὀυρον vrinā vocant:Oua ex quibus nihil gignitur:A noſtris Irrita:A græcis Hypenemia
Hypenemium vocātur:quaſi ὑπὸ τοῦ ἀνέμου:hoc eſt a vento cōcepta: quapropter & Zephiria a lati
Zephirium nis vocant᷑:hæc fere ſine mare mutua fœminarum inter ſe libidinis imaginatione cōcipiū/
tur:quidā vēto putāt ea generari:hoc ab vrinis differūt:ꝙ vrina fiūt incubatione derelicta
Cxnoſura quæ alii Cynoſura appellāt.Oua aceto macerata vſq; adeo emolliūtur:ut per annulos tran
ſeāt: Seruātur optime in Lomēto:Hyeme in paleis:Aeſtate in furfuribus:Serpētes cōtecta
oua in terra incubāt: præter Viperam.huic mas dum coit in os inſerit caput: ꝙ illa abrodit
voluptatis dulcedine:oua intra ſe parit mollia:ut piſces.Tertia die intra vterum catulos ex
cludit:deinde ſingulos ſingulis diebus parit:viginti fere numero.Itaq; cæteri tarditatis ipa/
Vix tiētes perempta matre prorumpūt.Item a vi Vix deriuat᷑ quaſi cum vi ac difficultate. Te/ Terentius
rētius. Vix retraxi filium ab amore ancillæ.Aliquādo tñ ad tempus refertur. Virgilius. Et Virgilius
Vibex quos ſidonia vix vrbe reuelli:vix ideſt nuper. Idem. Vix e conſpectu ſiculæ telluris in altū. Idem
Vela dabant læti. Vix ideſt mox.Item a vi Vibex quod vi fiat:Græci ὑπώπιον καὶ ἐν/
χύμωσιν vocāt.Sunt aūt Vibices plagæ verberum in corpore humano.Cato. Vbi ſoci Cato
etas:vbi fides maiorū:inſignitas iniuriarum plagæ:verbera:vibices:vis:dolores: atq; carni
Vinco ficinæ per dedecus:ac maximā cōtumeliā.Item a vi Vinco quaſi vim facio:proprie enī Vin
Victor cere ſuperare eſt. Virgilius. Vbi aera vincere ſummū:Arboris haud vllæ iactu potuere ſagit Virgilius
Victrix tæ.Cæſar: Veni:vidi:vici:Quādoq; tamen per metaphoram pro exprimere ponitur:qua/ Cæſar
Victoria ſi difficultatem rei dicēdo ſuperare.Virgilius. Nec ſum animi dubius verbis ea vincere ma Virgilius
Nice gnum ꝗ; ſit.Interdum pro animi compotem fieri.Idem.Illi victor ego: & tyrio cōſpectus Idem
Nicander in oſtro.Ab hoc Victor: Victrix: Victoria:quæ græce νίκη hoc eſt Nice dicitur: A quo ꝓ
Nicanor pria nomina Nicander quaſi victor vir:& Nicanor ſimiliter: quod fuit Seleuci Macedo/
Nicarchus niæ regis cognomē:& Nicarchus quaſi victor princeps: & Nicolaus victor populi:quod
Nicolaus nomē cōuenire nobis aduerſus Sentinatium noſtroꝝ popellū nuper apte demōſtrauimus

& Nicomachus victor pugnæ. Fuit hoc nomine Ariſtotel' philoſophi filius: ad quē de mo
ribus ſcript. & Nicomedes rex Bityniæ: & Nicophanes pictoris nomen: quaſi victor illu/
ſtris: & Nicoſtrata: quaſi victorius exercitus. Item Niciteria Torques: qui donari ludorum
victoribus ſolebant. Iuuenalis. Et ceromatico fert Niciteria collo. & Olympionices Olym
piæ victor. Itē a victoria Victoriatus: genus nūmi: de quo ſupra diximus. & Vinco in plu/
rali neutro Victricia: ſicut ab ultrix Vltricia: & Victorioſus: vincere aſſuetus: & Victurus:
victoria potiturus. Saluſtius. Pyrrhus ne an. M. Curius prælio victurus eſſet: & Victima:
quia poſt victoriam immolabatur: & dextra victrice immoletur. Ouidius. Victima quæ de
xtra cecidit Victrice vocatur: quamuis alii dicant: quod ictu percuſſa concidebat: uel quod
vincta ad aras ducebat̃: A uictima fit adiectiuū Victimarius: Vnde Victimarii negociato/
res dicebant̃: qui uictimas emebant: ut venderent. Plynius. Vnde Victimarii negociatores
vili mancipio. A vinco compoſita fiunt Deuinco: & Conuinco eiuſdē cū ſuo ſimplici ſigni
ficationis. & a victus fit Inuictus: hoc eſt fortis: & qui vinci non poteſt. Martialis. O dulce
inuicti principis ingeniū. Itē a Vinco Peruicax: hoc eſt durus: cōtentioſus: nulli cædens: q̃ſi
peruincere ſemper volens: A quo Peruicacia: durities: obſtinatio animi: contētiō pertinax.
Item Peruicacior: Peruicaciſſimus. Peruicaciter: Peruicacius: Peruicaciſſime. Itē a vi vin/
cio deducit̃: quod eſt ligo quaſi vim iniicio: a quo Deuincio: & Conuincio eiuſdem ſignifi
cationis. Virgilius. Purpureoq; alte ſuras uincire coturno. Cicero. Maxima mecum fami/
liaritate deuinctus. Hinc vincula: & per ſyncopen vincla dicuntur ligamina: & per meta/
phorā carcer: in quo noxii uincti ſeruantur: & uincti captiui: vnde vinctus aliquando p
ſeruo accipitur. Seneca: Qui vnus erat e vinctis Cæſaris: mox libertate donatus eſt. Itē viti
le, quicquid ad uinciendū aptum eſt. Plynius. Non multū a ſalice vitiliū vſu diſtat: & vittæ
ligamenta capitis: quæ græce Tæniæ dicunt̃: q̃uis proprie Tæniæ vittarū extrema dicant̃.
Virgil'. Fit longe tænia vittæ. Ponit̃ tñ aliqñ propter ſimilitudinē pro fractarū ſilicū reliquiis:
q̃ rupto Iſthmo ſub aquis remāſerūt: qđ ii ſilices q̃ſi vittæ quædā tenues uideant̃. Ply. Nec
pfunda altitudo miraculū minuit. Freq̃ētes quippe tæniæ candicātis vadi carinas territant
Strabo. ἐπεὶ θ' ὅτι καὶ ταινία τῆς ὑφάλου διατέτακεν ἀπὸ τῆς Ἀρω/
πῆς εἰς τὴν Λίβυην. Itē vitex ſalicis genus: ex quo vaſa viminea fiunt: odore pſtans.
Duo genera eius: maior in arborē ſalicis mō aſſurgit. Græci ἄγνον: hoc eſt Agnum vocāt:
quod ſignificat caſtum: quoniā matronæ in theſmophoriis Athenienſium caſtitatem cuſto
dientes iis foliis cubitus ſibi ſternunt: Minor ramoſa eſt: foliis cādidioribus lanuginoſis: A
græcis dicitur λύγος: hoc eſt Lygus. Prima albū florē mittit cū purpureo: quæ & cādida
uocatur: nigra eſt quæ tantū purpureū mittit: naſcunt̃ in paluſtribus campis. Semen potum
vini quendam ſaporem habet: caput tentant uini modo: odor & ſimilis eſt. Theſmophoria
erant ſacra Cereris q̃ nos Cerealia dicimus. Ceres Saturni: atq; opis filia fuit: genuit ex Ioue
Prōſerpinam: quæ a Plutone clam rapta fuit. Eam qum per orbem quæreret: ad Eleuſium
regem peruenit: cuius filium Triptolemū tunc genitū pro nutrice aluit: Proinde Eleuſiū in/
terfecit: Triptolemo regnū tradidit: & currū draconibus uinctū: præterea fruges toto orbe
propagandas. Triptolemus oppidū cōdidit: quod ex patris ſui nomine uocauit Eleuſium:
Cereri ſacra primus inſtituit: quæ Theſmophoria græci nuncupauere: hoc eſt legifera: quod
Ceres legifera dicatur. Græci θεσμοθέτην legiſlatorē appellant: & θεσμοφόρον le
giferum. Sunt etiam alia ſalicum genera. Eſt rubens ſalix: quæ græca dicitur: Eſt candida: q̃
Amerina paulo fragilior: ideoq; ſolido ligās nexu: eſt nigra: quæ appellatur Viminea: quod
utilior ſit viminibus: Eſt breuiſſima: quam uocant Helicem. Vimineā etiam purpureām uo
cant græcam Vitellinam: Helicem Gallicam: Amerinam etiam quidam Sabinam nominant
Salicē. Homerus ὠλεσίκαρπον: hoc eſt Frugiperdam uocauit: quoniam ociſſime amit/
tit ſemen anteq̃ omnino maturitatem ſentiat: quamuis aliqui ob id dictam Frugiperdā in/
terpretantur: quoniam ſemen ſalicis mulieri ſterilitatis medicamentū eſſe conſtat. Item vi/
men quaſi uincimen omne uirgultum molle: & ad ligandum aptum. Columella. Nec refert
cuius generis vimen feras: dum ſit lentiſſimū. Plynius. Et aliæ arbores uirgas ſequaces ha/
bent adiūcturas lentitiæ: aliæ prætenues uiminibus texendis ſpectabili ſubtilitate. Fiunt au/
tem uimina ex populorū uirgis: & ulmi: & ſanguineorum fruticū: & betulæ. Item ex arun/
dine fiſſa: arundinum foliis: & uitæ ipſa: & rubis: ſi aculei recidantur: & corilo intorta: ut
mirum ſit contuſo alicui ligno: maiores ad ligandum uires eſſe q̃ integro. Principatus autē
ad uimina facienda eſt ſalici. A uimine Vimineum dicitur: quod ex uimine eſt: Vnde vaſa
uiminea dicimus: & Viminalis collis: qđ ibi uiminum ſilua fiunt: & Viminalia, quæcunq;
ad ligandum pertinent. Plynius. Hæc eſt uiminalium cultura. Item a uincio Vinca Peruin/
ca: herba uulgo notā: quæ in longum creſcit: obuia queq; uinciens: ac peruinciens: folia ha/
bet lauro ſimilia: ideoq; Chamædaphne: hoc eſt parua laurus appellatur: florem facit uiolæ

Left margin: Ariſtoteles · Iuuenalis · Saluſtius · Ouidius · Plynius · Virgilius. · Cicero · Seneca · Plynius · Virgilius · Plynius · Strabo · Homerus · Columella · Plynius · Plynius

Right margin: Nicomachus · Nicomedes · Nichophanes · Nicoſtrata · Niciteria · Olympionices · Victoriatus · Victorioſus · Victima · Deuinco · Conuinco · Inuictus · Peruicax · Peruicacia · Peruicacior · Peruicaciſſimus · Peruicaciter · Peruicacius · Peruicaciſſimus · Vincio · Deuincio · Conuincio · Vincula · Vincla · vinctus · vitileſ · vittæ · Tæniæ · vitex · Agnus · Lygus · Theſmophoria · Cerealia · Ceres · Eleuſius · Triptolemus · Theſmotetes · Theſmophorus · Amerina · viminea · Helix · vitellina · Sabina ſalix · Frugiperda ſalix · vimen · Vimineum · Viminalis collis · Viminalia · Vinca · Peruinca · Chamedaphne

Vitta — ſimilem:coronamentis adhibetur.Item Vitta hoc eſt faſciola:qua crines ligantur Tænia di
Tænia — citur.Quidam tamen uolunt Tænias uittarum extremitates eſſe:ut quæ ab infulis pendent
Virgilius.Fit longe Tænia uittæ.Sed proprie Tænia faſcia eſt: vnde & lapides ſub aquis al — Virgilius
bicantes in longum porrectos Tænias uocamus a faſciarum ſimilitudine.Plynius.Frequẽ/ — Plynius.
Vietus — quentes quippe tæniæ candicãtis vadi carinas territant.Item a vi Vietus:hoc eſt mollis:lan
Vieo — guidus:ſine vi:ſeu naturalibus uiribus priuatus:& Viere ueteres vincire dicebant:& Vietæ
Vietæ — virgæ dicuntur molles:atq; flexibiles:& Vietores:qui vaſa vinaria religant:ſtipantque: &
Vietores — Viniolus:qui ſe molliter:et effeminate gerit.Vetus etiam dictus eſt quaſi vietus:hoc eſt ſine
Viniolus — vi.ætas enim debilitat vires.Ab hoc fit Vetulus diminutiuum: & Vetuſtus eiuſdem ſignifi/
Vetus — cationis:& Vetuſtas antiquitas:& Vetuſte antique:& Veteranus modo uetus: Vnde Vete
Vetulus — rana mancipia dicuntur:quæ a nouitiis diſtinguũtur:modo is qui aliquando honeſte mili/
Vetuſtus — tauit:& iam eſt a militia abſolutus.& Vetuſteſco uetus fio:capiturq; frequentius in bonam
Vetuſtas — partem:.Veteraſco uero in malam.Cicero.Qum enim nobilitas nihil aliud ſit: q̃ cognita — Cicero
Vetuſte — uirtus:quis in eo quem ueteraſcere uideat ad gloriam generis antiquitatem deſideret:& In/
Veteranus — uetero:hoc eſt antiquũ reddo:& Inueteror ueteraſco: Vnde Inueterati dicuntur:qui in ma/
Vetuſteſco — lis conſenuerunt:& Veterator callidus a multarum rerum gerendarum uetuſtate: Vnde Ve
Inuetero — terator ſeruus dicitur uerſutus:qui a nouitio diſtinguitur:& Veternum morbus perpetuum
Inueteror — ſomnum inducens:: qui a græcis κῶμα dicitur:quia hic morbus pigros homines facit: &
Inueteratus — omnino ad negocia inutiles: torpenteſq; quemadmodum ſenectus.& ideo aliquando ue/
Veterator — ternum pro pigritia:& ſegnitie ponitur. Virgilius. Nec torpere graui paſſus ſua regna ue/ — Virgilius
Veternum — terno.Aliquando pro nimia dormitione etiam naturali.Plynius. Primis diebus bis ſepte/ — Plynius
Veternoſus — nis tam graui ſomno vrſi premuntur:ut ne vulneribus quidem excitari queant. Tũc mirum
Hydrops — in modum ueterno pingueſcũt.Quidam falſo putãt Veternoſum eſſe Hydropicum: quia — Cato
Cato ſic ſcribit: Veternoſus qum plurimum bibit:tunc maxime ſitit.Nam & hic de quo lo
quimur morbus inducit maximam ſitim.Terentius ideo Eunuchum ueternoſum appellat: — Terentius
Veterina — quia ſegnis eſt:torpenſq; ſemper quaſi ueternum patiatur. Veterina uero nõ a uetuſtate: ſed
Veterinarius — a uehendo dicuntur.Veterina enim animalia dicuntur quæcunq; uehere quid poſſunt.Ply/ — Plynius
Veto — nius.Vngulæ ueterino tantum generi renaſcuntur.Opilius.Veterinam beluam dictam pu/ — Opilius
Vireo — tant quaſi uenterinam a uentre:quod ad uentrem onus religatum gerat.A ueterinis Veteri/
Vireſco — narius: ſignificatq; eum qui ueterinorum curam gerit: & ueterina ducit.Columella. Nam — Columella
Euireſco — & arator reperitur aliquis bonus:& optimus foſſor:aut fœni ſector:nec minus arborator:
Vireſcens — & vinitor:tum etiam ueterinarius & probus paſtor.Item a vi Veto fit:quod eſt prohibeo:
Viride — & quaſi vim ne quid fiat adhibeo. Vetare enim proprie contrarium eſt eius: quod dicimus
Viridans — imperare.Ouidius.Nitimur inuetitum ſemper:cupimuſq; negata.Item a vi Vireo:& Vire/ — Ouidius
Viridanter — ſco:quibus uſi ſunt ueteres pro maiorum virium fio:Item pro viride fio:nam quæ uiridiora
Viror — ſunt:maiorem vim habent: Vnde Euireſco fit: quod ſignificat viriditatem amitto.Varro. — Varro
Viriditas — Atq; ex ſanguinibus dolore euireſcat colos: Ab hiis fiunt Vireſcens: Viride: Viridans: Viri/
Viridarium — danter: Viror:& Viriditas notæ ſignificationis:& Viridarium locus:in quo ſunt herbæ:et
Vireta — plantæ virentes:& Vireta loca uiriditate plena.Item a vi Virga: quod vim gerat ligando:
Virga — uerberandoue: A quo Virgula diminutiuum:quod modo paruam uirgam ſignificat: mo/
Virgula — do lineam: Vnde Virgatam:ſeu uirgulatam ueſtem dicimus: lineis quibuſdam quaſi uirgis
Virgata — diſtinctam:& Virgultum multitudo uirgarum pullulantium:& Virgindemia collectio uir
Virgulata — garum ob uerbera:aut ad aliquid uinciendũ.Varro.Quid triſtiorem uideo te eſſe?an ideo — Varro
Virgultum — quia ſcapulæ metuunt uirgindemiam.Item a vi Viriatus:hoc eſt magnarum viriũ.Lucillius — Lucilius
Virgindemia — Contra flagitium neſcire bello vinci a barbaro uiriato Annibale.Vertiũ quoq; ueteres ma/
Viriatus — gnarum virium dixerunt.Pomponius.Homo in currendo uertius:qui cum Atalanta con/ — Põponius
Vertium — tendat.Item Virgo a viridiori:hoc eſt ualidiori ætate appellata eſt.Virgil.de Paſiphæ:quæ — Virgilius
Virgo — trium filiorum mater erat: Ah uirgo infœlix:quæ te dementia cœpit.Nunc tamen hoc no/
men cõmunis generis eſt:& tam marem q̃ fœminam ſignificat rei uenereæ expertem: ſic ut
Mulier — Mulier a mollitie dicitur: quæ amplius uirgo non eſt.Vlpianus.Quod ſi ego me uirginem — Vlpianus.
Virginitas — emere putarem:qum eſſet mulier: emptio non ualebit. Cicero. Obiurgantibus quod ſexa/ — Cicero
Virgineus — genarius Popiliam uirginem duxiſſet:cras mulier erit inquit.Mulieris quoq; appellatione
Virginalis — ut Caius Iuriſconſultus inquit:Etiam uirgo uiripotens continetur.Vlpianus. Vno in loco — Caius
Virguncula — utroq; ſignificato uſus eſt.Mulierem ita arctam:ut mulier fieri non poſſit:ſanam nõ uideri — Vlpianus
Muliercula — cõſtat:eandẽ dixit & mulierẽ:& nõ mulierẽ:primũ ꝑ ea:q̃ fœmina eſt:ſecundũ pro ea q̃ eſt
corrupta.Veteres etiam omne incorruptum ſub uirginis uocabulo appellauerunt. Cicero. — Cicero
Philoſophia: caſta: uerecunda:incorrupta:uirgo.A uirgine fit Virginitas: & Virgineus:
quod eſt aut fuit uirginis:& Virginalis dignus uirgine.Veteres etiam virguncula pro par/
Muliebris — ua uirgine uſurparunt. A mulier uero fit Muliercula:id eſt parua mulier. Et Muliebris mõ

quod eſt:aut fuit mulieris:ut muliebre ueſtimentum:modo mollis effeminatus:ut muliebris
vox:muliebris animus: A quo Muliebritas pro mollitie:& muliebriter aduerbium:hoc eſt
molliter effeminate.Item Mulieroſus mulierũ appetens: Vnde Mulieroſitas:cupiditas fœ
mineæ uoluptatis.Cicero.Simulque cæteri morbi:& gloriæ cupiditas: & mulieroſitas: &
Muliero uerbum:quod ſignificat effemino.Varro.Et rex:& miſſellus ille pauper amat:ha
bet ignem intus acrem:hic ephebum mulierauit:hic ad medica adoleſcentem traxit: hic cu/
biculum pudoris primus polluit. Muliebria uero in multitudinis numero modo pro mu/
liebri natura ponimus:ſicut virilia pro pudendis viri:modo pro menſtruis.Celſus. Ad mu
liebrium fluxum ſedandum.Aliquando pro libidine.Quintilianus.Nobilis adoleſcens a
centurione muliebria paſſus.Item a vi Vigeo:quaſi vim ago.Eſt autem Vigere validum:ac
robuſtum eſſe: A quo Vigor:hoc eſt firmitas:robur:& vigoroſus:firmus: robuſtus: & Vi/
gil:non ſegnis:non torpens:quales ſunt dormientes:ſed qui in vigore ſuo eſt: A quo Perui
gil non modo qui aſſidue vigilat:ſed qui diligens atq; induſtrius eſt: A quo Vigilo:quod in
terdum ſignificat non dormio:interdum cuſtodio: Vnde Vigiles dicti ſunt nocturni cuſto
des:q et Excubitores appellantur: A quo Prefectus uigilum: de quo ſupra diximus: & Vi/
gilia lucubratio. Vnde ſacrarum litterarum ſcriptores:profeſtos dies uigilias appellãt:quod
vigilare ante diem feſtum mos eſt in ſacrificiis faciendis:& ſacris hymnis cantandis. In plu
rali uero Vigiliæ:nocturnæ:cuſtodiæ: quæ & excubiæ dicuntur:interdum etiam ipſi cuſto/
des. Vigilare etiam aliquando eſt ſtudium:ac diligentiam adhibere: Vnde Inuigilare dici/
mus alicui rei incumbere: & Peruigilare aſſidue vigilare.Martialis. Nam vigilare leue eſt:
Peruigilare graue eſt: A quo Peruigilium pro uigilia:ſeu cuſtodia.Suetonius.de Calicula.
Nec alia de cauſa uidetur eo die:quo periit:puigilium indixiſſe:q̃ ut initium in ſcenam pro
deundi licentia temporis auſpicaretur.Euigilare aliquando expergiſci eſt: aliquando ad ali
quid agendum excitari.Hinc Vigilantes dicti ſunt perſpicaces:induſtrii:diligentes: & Vi/
gilantia perſpicacia:induſtria:diligentia: Vnde fit Vigilantior: & Vigilantiſſimus: & ad/
uerbia Vigilanter: Vigilantius: Vigilantiſſime.Item a vi deducitur Vir:q vi: hoc eſt po/
tentia præſtet.robuſtiores enim viri ſunt:fœminæ molliores.Significat autem vir aliquan/
do ſexum:ut eſt vir:an mulier: Vnde Semiuiri dicuntur eunuchi.Item molles:atque effemi
nati:& Euirati mõ eunuchati:hoc ẽ qbus amputata ſunt virilia:mõ laſciui pditi:atq; effemi
nati. Varro. Euirauit omnes veneri vaga pueros. Plautus. Adoleſcens euiratus:ac mollis.
Virare etiam ueteres vſurparunt pro firmare:fortificare: Aliquando ætatẽ.Plynius. Quod
non modo in puero:ſiue adoleſcente:ſed etiam in viro admiratione dignum uideretur. In
terdum coniugium: ut vnius uxoris vir. Nec ſolum de hominibus:ſed etiam de brutis dici/
tur. Virgilius. Vir gregis ipſe caper. Interdum fortitudinem. Curtius. Exurgite inquit ali/
quando:ſi viri eſtis:atque arma capeſſite. Terentius. Tu ne virum me aut hominem depu/
tas adeo eſſe. Nam ſi vtrum vis horum mulier unquã tibi viſus forem: niſi ſic ludibrio tuis
factis habitus eſſem. A uiro Virtus deriuatur:quæ proprie fortitudinem ſignificat:ſiue q vi
ri maxime proprie ſit fortitudo:ſiue q uir fortis dicitur. Virgilius. Tunc pudor incendit vi
res:& conſcia uirtus:& tunc diffinitur perferendorum malorum fortis:atq; inuicta patien
tia. Quoniam autem fortitudo cæteris omnibus virtutibus excellit:factum eſt ut omnes re/
ctæ animi affectiones virtutes appellentur. Sic quicquid vitio contrarium eſt: virtus dicitur
Diffiniturq;: virtus eſt affectio animi conſtans:cõueniensq;:laudabiles efficiens eos in qui
bus eſt:& ipſa per ſeſe ſponte:ſeparata etiam utilitate laudabilis. Siue virtus eſt habitus ani/
mi naturæ modo rationi conſentaneus. Horatius. virtus eſt vitium fugere:& ſapientia pri
ma. Lucilius. virtus albini eſt precium perſoluere uerum. virtus eſt homini ſcire id quod
quæq; habeat res. virtus ſcire homini utile quid ſit honeſtum: Quæ bona:quæ mala:itẽ qd
inutile turpe inhoneſtum. Virtus querendæ finem rei ſcire modumq;. virtus diuitiis præ/
cium perſoluere poſſe. Hoſtem eſſe atq; inimicum hominum:morumq; malorum: Contra
defenſorem hominum:morumq; bonorũ. Hos magnifacere:his bene velle:his viuere ami/
cum: Commoda præterea patriæ ſibi prima putare: Deinde parentum:tertia iam: poſtre/
maq; noſtra. virtutum quattuor genera primaria philoſophi conſtituerunt. Primæ dicun
tur Politicæ: Secundæ purgatoriæ: Tertiæ animi iam purgati: Quartæ exemplares. Primæ
ſunt hominis curãtis res humanas. Secundæ ocioſorũ:qui a rerum publicarum actibus ſe ſe
quæſtrant:& diuinarum rerum capaces decreuerunt ſe a corporis contagione purgare dicũ
tur a quibuſdam contemplatiuæ:ſicut ſuperiores actiuæ. Tertiæ ſunt animi iam purgati: de
ſiccatiq;:& ab omni mundi huius aſpergine preſſæ:puræq; deterſi. Quartæ quæ in ipſa di/
uina mente conſiſtunt:a quarum exemplo reliquæ omnes per ordinem defluunt. A philoſo
phis uocantur Ideæ. ἀπὸ τοῦ εἴδος:quod ſpeciem:formamq; ſignificat: A quo Idolum
cum accentu in penultima ſimulachrum dicitur:cuius diminutiuum eſt Idolium:ſimiliter ac

Cicero
Varro
Celſus
Quintilia.
Martialis
Suetonius
Varro
Plautus
Plynius
Virgilius
Curtius
Terentius
Virgilius
Horatius
Lucilius

Muliebritas
Muliebriter
Mulieroſus
Mulieroſitas
Muliero verbũ
Muliebria
Vigeo
Vigor
Vigoroſus
Vigil
Peruigil
Vigilo
Vigiles
Excubitores
Prefectus vigilũ
Vigilia
Vigiliæ
Vigilare
Inuigilare
Peruigilo
Peruigilium
Euigilo
Vigilantes
Vigilantia
Vigilantior
Vigilantiſſimus
Vigilanter
Vigilantius
Vigilantiſſime
Vir
Semiuir
Euiratus
Viro
Virtus
Virtus quid
virtus quid
Virtus politica
virtꝰ purgatoria
Virtꝰ animi pur
gati
virtus exẽplaris
Idea
Idolum
Idolium
Idolatra
Idolatria

centum in penultima habens. Ab idolo fit Idolatra: hoc eſt idolorum cultor: A quo Idola/
tria idolorum: hoc eſt ſimulachrorũ veneratio: Idolothyſia immolatio: quæ fit ſimulachris.
Idios ἴδιοσ uero hoc eſt Idios: proprius dicitur: A quo Idiotes: ſiue Idiota dicitur indoctus: &
Idiotes inutilis: quaſi ſibi tantũmodo: & non pluribus vtilis. Lucilius. Quidni & tu idem illittera/ Lucilius
Idiota tum me: atq; Idiotam diceres. & Idiographus propria alicuius manu ſcriptus: & Idiogra/
Idiographus phum Chirographum: hoc eſt priuata ſcriptura. Idothea proprium nomen eſt: ſic enim ap
Chirographum pellata fuit Proeti regis Argiuorum filia. Idomeneus Deucalionis filius fuit: Cretenſium rex
Idothea qui in expeditione græcorum aduerſus Troianos ſtrẽnue militauit. Hunc Cretenſes q̃ſi deũ
Idomeneus coluere: poſtea tamen ex inſula expulerunt: Qui quum in Italiam veniſſet: Petiliam vrbem
Petilia ſuper Salentinum montem Calabriæ condidit: & Lictius dictus eſt a licto crete oppido:
Lictius vnde fuerat pulſus. Idumæa regio Syriæ eſt a Meridie Arabiá habens: A Septẽtrione Phœ
Lictus niciá: in qua eſt vrbs Idume finitima Phœniciæ palmis abundans. Lucanus. Et arbuſto pal Lucanus
Idumea marum diues Idume. Virgilius. Primus Idumæas teferam tibi Mantua palmas. Virtus etiã
Idume a poetis aliquando pro ope: atq; auxilio capitur. Plautus. Deum virtute eundem hoſpitio Plautus
accipiá. Aliqñ pro merito. Quæ improba eſt iners: p̃ciũ ei pro virtute ut vẽniat. Græce autẽ
Philaretus virtus ἀρετή dicitur: Vnde Philaretus propriũ viri nomen: hoc eſt amator virtutis: et Are
Arete te nomen mulieris: fuit hoc nomine vxor Alcynoi regis Pheacũ: & Arethuſa: ut quidam pu
Arethuſa tant virgo venatrix Dianæ comes. Virgilius. Et tandem poſitis velox arethuſa ſagittis. Ab Virgilius
Arethuſa hac Arethuſa etiam fons appellatus eſt apud Syracuſas: in quo redduntur iacta in Alpheũ:
qui p Olympiam fluens Peloponeſiaco littori infunditur: ita quidã amnes veluti odio ma
ris amnes ſubeunt: Vnde & Syracuſæ Arethuſides dictæ. Ouidius. Vtq; Syracuſas Arethuſi Ouidius
Arethuſius des abſtulit armis. Claudius. Fuit & Arethuſius fons Smyrnæ: tertius in Calchidia: quartus Claudius
Arethous in Itaca. Arethous rex fuit in Arna vrbe Boetiæ. Itẽ a vir Virilis: hoc ẽ fortis magnanimus
Virilis A quo aduerbiũ Viriliter: & Virilitas nomen: & Viritim: de quo ſupra diximus: Vnde Viri
Viriliter tanius ager dicebat̃: qui viritim pplo diuidebat̃: & Virago mulier fortis: q viro ſimil' ſit: et
Virilitas virilia opa faciat. Et Virgilius propriũ nomen: & Virbius Hyppolitus. Hic Theſei & Hyp
Viritim polytæ Amazonis filius fuit: qui dum cælibem ducens vitã ſeſe venatu exerceret: & conſtãti
Viritanius aío ſperneret mulieres: a Phedra nouerca abſente patre amatus eſt: cuius turpi deſiderio: quũ
Virago obtempare noluiſſet: redeunte patre adulterii ei crimen nouerca obiecit. Quamobrem The
Virgilius ſeus in furorem verſus de filii nece cogitauit. Quod metuens Hyppolytus conſcenſo curru
Virbius fugam arripuit. Verum dum phocæ: q̃ tũ forte in littus exierant equorũ: ac rotarũ ſtrepitu p̃
Hyppolitus territæ ſeſe in mare repente præcipitaſſent: exterriti equi currum contẽptis habenis p ſcopu/
los ac ſaxa traxere tanto impetu: ut compagibus diſſolutis infœlicẽ iuuenẽ loris implicitũ
diſcerpſerint. Hunc poſtea Eſculapius' reuocauit ab inferis: & priſtinæ incolumitati reſti/
tuit. Hyppolytus uero, ne rurſus patris iram experiret̃: relicta Actica terra in Italiam venit:
Haud lõge ab eo loco: vbi poſtea Roma condita eſt: & mutato noíe ſe Virbiũ iuſſit appel/
lari: q vir bis fuiſſet. Primo anteq̃; ab equis diſcerpet̃: Deinde poſtq̃; bñficio Eſculapii in
Aricia vitam eſt reuocatus. Ibi oppidũ cõſtruxit: qđ a noíe acceptæ cõiugis vocauit Ariciam. Hyp
polytus autẽ dictus eſt ἀπὸ τοῦ ἵπποσ: quod eſt equus: & λύω diſſoluo. Nam ut Plato Plato
ſcribit in eo libro: qui Cratilus inſcribit̃: hoc nomen: & alia complura haud quaq̃; vera fue
runt: ſed conficta ſunt a poetis: & ſimul cum fabulis initiũ habuerunt. Sunt q tradant Hyp
polytũ a Diana dilectũ fuiſſe: & ob id cælibem egiſſe vitã: hanc deam quum amatorẽ ſuũ pdi
Aegeria diſſet: p̃ſtantiſſimũ medicũ Eſculapiũ curando iuueni aduocaſſe: eũq; ſanatũ: ſecretis recon/
didiſſe ſedibus: & Nymphæ Aegeriæ: nemoriq; ſolum religaſſe: vbi & ſiluis italis ignobilis
æuum exigeret: verſoq; ibi noíe Virbius eẽt. Alii Aeſculapium tradũt nõ hunc: ſed Glaucũ
Minois filiũ ad vitã reuocaſſe: propter qđ peccatũ Iouẽ domũ eius fulmine incendiſſe: ipm
uero propter artificii excellentiã cũ Apolline patre eius inter ſydera anguem tenentẽ collo
caſſe. Cãm uero cur anguẽ tenere dicat̃: hanc tradunt: Cũ de Glauco ſuſcitãdo cogitaret: ve
niſſe ante eũ anguem: & baculũ: quẽ manu geſtabat: arrepſiſſe: quapropter ira pcitũ: bacu/
lo fugientẽ ſæpius pcuſſiſſe: tandẽq; interfeciſſe: veniſſe mox eodẽ aliũ anguẽ: herbã ore ferẽ
tẽ: & in caput defuncti poſuiſſe: quo facto mox vtrũq; fugã corripuiſſe. Sic eã herbã oſten/
ſam fuiſſe Eſculapio: & hac Hyppolytũ: ſiue ut alii volũt Glaucũ ab inferis ſuſcitaſſe. Itaq;
anguẽ in Eſculapii tutela: & inter aſtra conſtitutũ fuiſſe: Ex qua conſuetudine deriuatũ eſt:
Ophis ut reliq medici anguibus vterent̃. Eſculapius ipe anguẽ tenẽs ab aſtrologis Ophiuchus: hoc
Ophiuſa eſt ſerpẽtarius dicit̃. Nã græce ὄφισ ſerpens vocat̃: A quo Ophiuſa inſula: q̃ latine Colu/
Ophites braria dicit̃: & Ophites lapis: de quo inferius dicemus: & Ophigenæ genus hominũ i Hel/
Ophigenæ leſponto: quos Crates pgamenus ſerpentũ ictus ſcripſit cõtactu ſolitos leuare: & manu im/ Crates
Pſylli poſita venena extrahere corporibus. & Varro paucos eſſe ibi affirmauit: quoꝝ ſaliuæ con Varro
tra ictus ſerpentũ mederent̃. Queadmodũ in Affrica gens Pſylloꝝ fuit: a Pſyllo rege dicta

cuius ſepulchrum in parte Syrtium maiorum fuit:horũ corpori ingenitũ virus erat exitiale
ſerpentibus:& cuius odore ſopiebantur.Solebant aũt liberos genitos obiicere ſęuiſſimis ea
rum:& ita pudicitiam coniugũ experiri:ſerpentibus eos qui adulterino ſanguine nati forẽt
minime profugientibus.Hæc gens prope ad internitionẽ ſublata a Naſamonibus fuit. Ge
nus tñ in paucis:qui uel bello aufugerant:aut abfuerãt remanſit. Simile his Marſorũ genus Marſi
in Italia fuit:quos a Circes filio ortos putabant:ideoq́ ineſſe vim naturalem contra ſerpẽ-
tes.Quin & oĩbus hoĩbus ineſſe contra ſerpentes venenũ exiſtimant: feruntq́ ictos ſaliua
veluti feruentis aquæ contactu fugere:qđ ſi in fauces ſaliua penetrauerit:etiã mori: ꝑſertim
humano ieiuno ore.Itẽ ab Ophis Ophiophagi:qui ſerpentibus veſcunt̃.Tenet aũt Anguẽ Ophiophagi
Ophiuchus manibus humeri eius ab æſtiuo circulo diuidunt̃.Ipſo autẽ genuũ fine ab æqui Ophiuchus
noctiali circulo terminat̃ pede ſiniſtro oculos præmens:dextro aũt ſcorpioni innixus.An-
guis aũt qui ab eo tenet̃:prope extremo ore coronã contingit:mediũ ꝑcingens Ophiuchũ:
a cauda breuior q̃ ſuperiori corpore:qua manus ſiniſtra ipſius ſigni figurat̃:ita tñ ut extre-
ma cauda circulũ æquinoctialem cũ aquilæ cauda iũgat. Occidens ex ortu geminoꝝ Cãcri
& Leonis ꝑuenit ad terrã.Exoriens aũt cũ Scorpione & Sagittario apparet:habet in capi-
te ſtellã vnã:in utraq́ humero ſingulas:in ſiniſtra manu tres:in dextra manu q̃ttuor: in lum
bis duas:in utroq́ genu ſingulas:in dextro crure vnã:in utroq́ pede ſingulas:ſed clariorẽ in
dextro.Anguis aũt habet in ſummo capite duas:ſub capite tres:vno loco omnes.Ad manũ
ipſius Ochiuchi ſiniſtram duas:ſed q̃ maxime ad corpus eius accedit clarior eſt: & in dorſo
anguis ad ipſam corporis coniũctionẽ qnq́:& in prima curuatura caudæ q̃ttuor: in ſecun
da verſus caput ſex.Alius quoq́ Virbius Hyppolyti:& Ariciæ filius fuit:qui qũ deleto Ilio Virbius
Virgilius Aeneas in Italiam veniſſet: miſſus eſt a patre in ſubſidiũ Turni.Virgil̃. Ibat & Hyppolyti
proles pulcherrima bello.Virbius Inſignẽ quẽ mater Aricia miſit.Eductũ ægeriæ lucis. Ari
cia ad decimũ lapidem abeſt ab urbe. In hac Oreſtes oraculo monitus ſimulachrũ ſcythicæ
Dianæ:qđ de Thaurica regione tranſtulerat:priuſq́ argos peteret:conſecrauit. Solebat ad
huius templum magna ppl̃oꝝ multitudo confluere:propter qđ mendici paſſim in eo cliuo
poſtulãdi gr̃a iacebant:iuxta nemus erat:qđ Aricinũ dicebat̃.Itẽ Aricinus lacus:qđ Specu Aricinũ nemus
lum dianæ vocabat̃:in quo nunc quoq́ inſulæ cũ ꝓceris arboribus mobiles conſpiciunt̃.In Aricinus lacus
hoc nemore Aegeria Nympha erat:Cũ qua loq ſolitũ Numã Romanoꝝ regẽ exiſtimarũt Speculũ Dianæ
huic ſacrificare mos erat ꝑgnantes:qđ eã putabant facile cõceptũ aluo egerere.Itẽ a viro Le Aegeria
uir mariti frater:q̃ſi leuiſuir:& Viripotẽs.Dicit̃ eni Viripotens virgo: q̃ annos pubertatis Leuir
exceſſit:& iam ſuſtinere virũ poteſt.Itẽ Virus:qđ proprie ſignificat aſperitatẽ odoris in ho Viripotens
Plynius mine iam adulto:quippe tal̃ odor in puero nõ eſt:nec ante coitũ mulieris. Plynius. Prodeſt Virus
Idem et ad virus alarũ.Idem.Signũ eſt vernis tꝑibus odoris virus.Ponit̃ tñ ꝑ metaphorã:& pro
Idem aſperitate ſaporis.Idem.Aqua marina vetuſtate virus deponit: id eſt amaritudinẽ illam:&
Idem ſalſedinẽ.Idem.Virus mali medici: hoc eſt acor:& amaritudo.Idem.Stannũ illitũ æreis va
Idem ſis ſaporẽ gratiorẽ facit: & cõpeſcit æruginis virus.Item pro aſperitate coloris.Idem de ſan
Idem guine purpuræ.Tũ ſuperadditũ decoquit̃ virus.Aliqñ pro genitura: hoc eſt humore:qui e
Idem genitalibus fluit.Equarũ virus a coitu in lychnis accenſum dentiũ dolori ꝓdeſſe exiſtimãt.
Idem Idem.Virus verrinũ e ſcropha a coitu exceptũ priuſq́ terrã attingat:grauitati auriũ ꝓdeſt.
Idem Nõnunq́ pro vi naturali.Idem De magnete lapide ſuo loco dicemus:cõcordiaq́ quã cum
Idem ferro habet.Sola hæc materia virus ab eo lapide accipit:retinetq́ longo tꝑe aliud apphen-
Virgilius dens ferrũ.Itẽ virus pro veneno accipit̃.Virgilius.Ille malũ virus ſerpentibus addidit atris
Virgilius A virus fit Virulentus:hoc eſt plenus veneno:& Viroſus modo mali odoris.Idẽ. Viroſaq́ Virulentus
pontus Caſtorea.Conſtat.eni Caſtoreum fœdi:& execrandi odoris eſſe:adeo ut ꝑgnantes Viroſus
Varro odore eius eiiciant fœtum:modo mali ſaporis. Varro. Rancidam carnẽ appoſuit nobis:
& viroſam.Viroſa mulier nõ a virus:ſed a vir deducit̃.Dicunt̃ eni mulieres viroſæ:q̃ appe Viroſa mulier
Lucilius tentes ſunt virorũ:ſicut mulieroſi viri:q appetẽtes ſunt mulierũ.Lucilius.Vetulam atq́ viro
Aphranius ſam vxorẽ cædam potius q̃ caſtrẽ egomet me.Aphranius.Vigilans ac ſolers:ſicca:ſana:ſo-
Plautus bria:viroſa nõ ſum:& ſi ſum:non deſunt mihi: qui vltro dent:ætas integra eſt formæ ſatis.
Præterea a vi Vices dictæ:quod nomen veteres pro pugnis vſurpabant.Plautus. Vices eius
Horatius memorat:& cicatrices denudat.Item pro pœnis:quod vi fiant.Horatius. Viceſq́ ſuperbæ: Vices
te maneant ipſum:Quoniam non per viciſſitudinẽ pugnari ſolet:factum eſt: ut vices pro
alternatiõe capiamus:Caretq́ hoc nomẽ ſingulari recto: & vocatiuo.Ab hoc fit Viciſſim
aduerbiũ:quod proprie ſignificat ꝑ vices:ut viciſſim incumbunt oneri:hoc eſt modo vnus: Viciſſim
Cicero modo alius incumbit oneri.Capitur tamen aliquando pro ſecundo loco:ſiue e diuerſo. Ci
cero.Sed ego admiratiõe quadam virtutis eius:ille viciſſim opinione fortaſſe nõnulla: quã
Neuius de moribus meis habebat:me dilexit.Item Viciſſatim eiuſdem ſignificationis.Neuius. Vi- Viciſſatim
Terentius ciſſatim volui victoriam: & Viciſſitudo alternatio. Terentius.Omnium rerum viciſſitu- Viciſſitudo

Viciſſitas do eſt. Veteres pro viciſſitudine Viciſſitatem dixere. Actius. Viciſſitateꝗ imputandi tradit. *Actius*
Vicarius Itẽ Vicarius: q vicẽ alicuius gerit. Liuius. Hunc ego inſtitutũ diſciplina mea vicariũ pro mẽ
Reipub. do dicoꝗ. Quintilianus. Vicariam ei operam impendi. Interdum Vicem pro lo/ *Quintilia.*
cõ ponimus. Horatius. Fungor vice cotis acutum Reddere quæ ferrum valet exors ipſa ſe/ *Horatius*
Inuicem candi. Vnde Inuicem aliquando pro ſecundo loco accipimus. Plynius. Habes res vrbanas: *Plynius*
inuicem ruſticas ſcribe. Proprie tamen inuicem ſignificat alterutrum mutuo. Quintilianus. *Quintilia.*
Vibro Qui ſe ardentiſſimo amore inuicem dilexerunt. Item a vis Vibro deducitur: quod eſt mo/
Vibratio ueo: & quaſi vi agito. Virgilius. Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. Hinc Vibratio *Virgilius*
Vibriſſæ excuſſio: agitatio: & Vibriſſæ pili in naribus hominũ dicti: ꝙ iis euulſis caput vibretur. Vi/
brare etiam per methaphoram aliquando accipitur pro eo quod eſt vocem in cantando cri
ſpare. Vis a græco deflectitur. ἰσ enim dicitur potentia: robur: Præter hæc a venio (ut qui/
Ver dam exiſtimant) Ver dicitur: quod tum venire incipiunt virgulta: & frondes: ac flores arbo
rum: atꝗ herbarum. Virgilius. Et nunc omnis ager: nunc omnis parturit arbos: Nunc fron *Virgilius*
dent ſiluæ: nunc formoſiſſimus annus. Sunt tamen qui Ver a viuendo: quaſi viuer nomina/
tum velint: Alii a vertendo: ꝙ tum ſe vertere incipiat tẽpus anni: quippe ver nouũ anni ini/
tium eſt. Diuidit̃ eni ver ut cæteræ partes anni in partes tres: nouum: adultum: & præceps.
Ver ſacrum Ver ſacrũ dicebant veteres: in quo ſacra: & ludos faciebãt: quod quidam q̃ſi religioſum pu/
tant dictum. Siſenna. Quondam Sabini ferũtur uouiſſe: ſi res cõmunis melioribus locis cõ *Siſenna*
ſtitiſſet: ſe ver ſacrum facturos. Alii quaſi vitabile: & execrandum: quoniam Itali magnis pẽ
riculis adducti vouebant quæcunꝗ proximo vere nata eſſent apud ſe animalia immolatu/
ros. Sed qum crudele videretur pueros: ac puellas innocentes interficere: perductos in adul
tam ætatem velabant: atꝗ ita extra fines ſuos exigebant. Liuius. Ver ſacrum factũ erat prio *Liuius*
re anno. M. Portio. & L. Valerio conſulibus. Id qum. P. Licinius pontifex non eſſe recte
factum collegio primo: deinde ex auctoritate collegii patribus renuntiaſſet: de integro fa/
ciendũ arbitratu pontificum cenſuerunt: ludoſꝗ magnos: qui vna voti eſſent tãta pecunia:
quanta aſſolerent faciendos. Ver ſacrũ videri pecus: quod natum eſſet inter Kalendas Mar
Earinus tias: & Idus Maias. P. Cornelio. & T. Sempronio conſulibus. Sunt qui ver a græco deri/
Vernus uatum velint. Græci enim ἔαρ Ver dicunt: Vnde Earinus dicitur vernus. A ver deducitur
Verno Vernus: ſicut ab æſtate æſtiuus. Item Veruactum: quod eſt terra vere proſciſſa. Plynius. Qui *Plynius*
Veruactum dam vtiꝗ ab æquinoctio uerno proſcindi volunt: quodꝗ vere ſemel aratum eſt: a temporis
Verno argumento Veruactum vocatur. Hoc in nouali: atꝗ requieto neceſſariũ eſt. Varro. Mul/ *Varro*
tum intereſt in rudi terra: an in ea ſeras: quæ quotannis obſita ſit: quæ vocatur reſtibilis: an
in Veruacto: quæ interdum requieſcit. Item Verno: quod eſt pullulo. Martial. Dum tibi ver *Martialis*
narẽt tenera lanugine malæ: hoc eſt pullularent: & pilos emittere inciperent. Interdum per
metaphoram pro cano accipitur. Plautus. Dum auiculæ vernant. Quippe verno tempore
Vergiliæ omnia lætari videntur. Item Vergiliæ: ꝙ earum ortu ver finem facit: uel ꝙ circa æquinoctiũ
Pliades vernum ſit earum ortus matutinus. Stellæ ſunt: quæ & Pliades: & inſtitor veſtis dicuntur:
Inſtitor ueſtis ut ſupra oſtendimus. Item Vereor: quod ſignificat timeo: quoniã timentes pericula: ea quæ
Vereor proximo vere naſcerentur: immolaturos ſe vouebãt: quamuis alii Vereor dictum velint q̃ſi
Vereor valde reor: quia ea quæ timemus: multifacere ac diu cogitare ſolemus. Proprie tamen Vere
Timeo ri liberorum eſt: qui honeſti gratia mouentur: timere ſeruorum: qui id non honeſti gr̃a: ſed
Reuereor pœne formidine faciunt: Vnde Reuereri honorare eſt: quod eſt timor aliquid agẽdi quod
Verecundia repræhendi poſſit: & Verecundari: quod eſt verecundia teneri. Cicero. Alterum eructan/ *Cicero*
Verecundor tem: & quaſi verecundantem incitabat. & Verecundus proprie: qui verecundia tenetur: cu/
Verecundus ius contrarium eſt Inuerecundus: Vnde fit Verecunde aduerbium: id eſt cum pudore. Ali/
Inuerecundus quando tamen verecundus pro audaci: & confidente accipitur. Plautus. Sic eſt: uera præ/
Verum dico: niſi etiam hoc falſo dici inſimulaturus es: nimis uerecunda es. Item uerum hoc eſt ſo/
Veritas lidum: ſincerum: non falſum: quod verno tempore Sole Arietem ingreſſo: omnia uere na/
Verifico ſcuntur: partuſꝗ ad maturitatem perueniunt: qum aliis temporibus nata ſæpe deficiant.
Verificatio Hinc Veritas dicta: & Verifico verbum: A quo Verificatio: & Veriſimile: quod licet non
Veriſimile ſit uerum: ueri tamen ſimilitudinem habet: A quo Veriſimilitudo: & Vere aduerbium: &
Veriſimilitudo Verax: qui non mentitur: A quo Veracitas pro integritate ſermonis: & Veridicus: qui uera
Vere dicit: A quo Veridicentia: contrarium mendacitatis. Item Verna ſeruus domi natus: quod
Verax hoc tempus anni ad generandum maxime ſit idoneum: & quia domini cum ancillis con/
Veracitas ſuetudinem habebant verno tempore: Ideo ſeruos domi natos uernas appellauerunt. Ab
Veridicus hoc Vernaculus fit: dicitur autem Vernaculum quicquid domi noſtræ naſcitur: Vnde Ver/
Veridicentia naculam linguam dicimus vulgarem: hoc eſt domi natam: & Vernaculum morem dome/
Verna ſticum: Vernaculum etiam pro proprio: & peculiari capimus. Plynius. Potiſſima nobili/ *Plynius*
Vernaculus tas datur vuis peculiaribus: atque vernaculis Italiæ. Vernaculi etiam dicuntur malis mori/

bus homines:& lingua proterua:quod vernarum ſimiles ſint:quibus ars eſt adulari:& ma/
Cecilius ledicere.Hinc veteres Vernilitum pro adulatore poſuere. Cecilius. Credo nimis tandem Vernilitus
hic ſit vernilitus.Et Vernliter ſcurriliter:ſiue adulatorie:quoniã hæc arte vti vernæ ſolebãt. Verniliter
Quidam etiam Vernilitatem pro ſcurrilitate vſurparunt.A verna fit diminutiuum Vernu Vernilitas
la.Item a ver Vernatio dicitur:quod ſignificat corium vetus:quo ſerpentes exuuntur:quo/ Vernula
Plynius niam id Vere fit.Plynius.Lendes tolluntur adipe canino:uel anguibus in cibo ſumptis an/ Vernatio
Idem. guillarũ mõ:aut vernatione:quã exuũt pota.Idem.Anguinæ vernationis mẽbrana cũ oleo
Idem tedæque reſina calefacta auribus prodeſt.Eadem dicitur Senectus. Idem. Anguinus adeps Senectus
erugini mixtus:ſiue earum ſenectus exuta:ſi affricetur ruptas oculorum partes ſanat.Item
Virgilius a vere Verto:quia vere annus incipit verti:cuius frequentatiuum eſt Verſo.Virgilius. Gor/ Verto
Idem gona defecto vertentem lumina collo.Aliquando tamen ponitur pro fallo:decipio. Idem. Verſo
Seu verſare dolo:ſeu certe occumbere morti: Nam Verſo huius uerbi frequentatiuum eſt:
A quo Verſipellis dicitur:quolibet faciem commutans:hoc eſt verſutus:ac diſſimulator. Verſipellis
Plautus Plautus.Verſipellem ſe facit:quando lubet:& Verſutus hinc dicitur:qui aliquando poni/
Plautus tur pro perito. Plautus.Nec magis verſutum:nec quo careas ægrius.Proprie tamen verſu/ Verſutus
Cicero ti dicuntur:qui mentem crebro ad malitiam vertant:ſiue ut Cicero inquit:quorum tanq̃
celer rota mens verſatur.Hinc Verſutia calliditas:malitia:& Verſute:callide:malitioſe:& Verſutia
Verſutiloquus:ac Verſutiloquax:qui uerſute loquitur:& cum uerſutia blatterat. Nõnunq̃ Verſute
Virgilius etiam Verto ponitur pro muto.Virgilius. Quæ te genitor ſententia uertit. Interdum pro Verſutiloquus
Idem traho.Idem.Et uerſa puluis inſcribitur haſta. Sæpe etiam Verto:& Verſo pro conſidero: Verſutiloquax
Idem voluo:agito:accipiuntur. Idem. Nunc fluctus habent:uerſantque in littore venti. Idem.
Idem Quid iuuenis magnum:cui uerſat in oſſibus ignem.Hinc fit Animaduerto:quod eſt con/ Animaduerto
Plautus ſidero:intueor.& requirit accuſatiuum ſine præpoſitiõe.Plautus.Animaduerto hominem
ſubalbidum:tremulum. Aliquando tamen vſurpatur pro punio.Sed hoc ab eo differt:
quod punire eſt quorumcunque:ſiue iure:ſiue iniuria.Animaduertere autem eſt eius qui in
alterum habet poteſtatem ordine:ac rite:hoc eſt cum animaduerſione punire:& poſtulat ac
Gellius cuſatiuum cum In.Gellius. Verebatur enim ne nimia ira percitus in eum grauius animad/
uerteret.Hinc fit Animaduerſio:quod modo conſiderationem ſignificat:modo pœnam: Animaduerſio
hoc eſt punitionem.A verto deducit Veru:& Verutum:de quibus ſupra diximus:& Ver/ Veru
tumnus:deus:quod importandis:ac uertendis rebus præſit:& Veratrum Elleborum:quod Verutum
mentem uertat.Perſius.Hebria veratro.Herba eſt cuius duo genera ſunt:album:& nigrum Vertunus
utrumque radice fibrata cæparum modo. Nigro equi:boues:ſues necantur:cum candido Veratrum
veſcantur ſine detrimento:plurimum naſcitur in Oeta monte:& in vno eius loco:quem vo Elleborum
cant Pyram.Nigrum purgat per inferna.Alii Euchymon a bonitate ſaporis: Alii Polyri/ Pira
zon a radicum multitudine uocãt.Nam ῥίζα radicem ſignificat: πολὺ multum:A quo Euchymon
Polypus:Polymita:Polymnia:Polyphagus:Polygrammus:Polytrichus:Polydectes:Po Polyrizon
lydora:Polypodium:de quibus partim ſupius diximus:partim dicemus inferius.Item pro
pria nomina.Polycletus:qui ſtatuarius maximus fuit.Polydorus Priami filius ex Hecuba Polydectus
Polydamas vir Troianus:qui cum Antenore:& Aenea Tracum:cui tempore belli Troia/ Polydorus
ni Priamus de ſtatu Troiæ dubitans filium Polydorum cum magno auri pondere conſer/ Polydamas
uandum miſit. Sed ille deleta Troia:nimia auri cupiditate Polydorum interemit:Quod
qum mater Hecuba intellexiſſet:ſimulauit ſe ingens adhuc auri pondus velle illi ſecreto in/
dicare:quod pro filio acciperet:quod auarus rex uerum eſſe exiſtimans:moxque ad Hecu/
bam profectus illius vnguibus obcæcatus eſt. Et Polyphemus Neptuni filius ex Thoa filia
Phorci:ad quem qum Vlixes in Siciliam profectus cum duodecim comitibus perueniſſet:
tres cados optimi vini ſecum portans:admiratus eſt magnitudinem:formamque hominis
vnicum oculum in frõte habentis:qui ſolus ſub antro tollebat lapidem:qualẽ viginti boum
iuga vix mouere potuiſſent.Ab eo igitur ſciſcitatus eſt Vlyxes:quod genus hominum:qui
mores eſſent:& per Iouem obſecrauit:ut liceret ſibi tuto abire. Ille uero ſuperbe reſpõdens
non timere ſe Iouem inquit:duoſq; ex comitibus Vlixis appræhendens:ritu feræ immani/
ter deuorauit:Totideq; poſtridie abſumpſit:ſummo mane:idem et iam Veſperi fecit.Quã/
obrem Vlyxes ſibi iam:& reliquis timens cadum optimi vini:quod ſecum tulerat Poly/ Polyphemus
phemo obtulit:& ut ſibi ac cæteris parceret obſecrauit:quod Cyclops facturum ſe promi/ Cyclops
ſit:ſi rurſus ſibi vinum offerret.Oblato itaque tertio poculo mente alienatus:in medio an/
tro immane corpus dormiturus extendit.Hunc igit Vlixes vino:ſomnoq; ſepultũ animad
uertens immiſſo in oculo telo excæcauit.Sed exurgens tandem Cyclops:qum aperire antri
hoſtium gregibus cogeretur:immanem exinde lapidem ammouit.Verumtamen exeuntes
pecudes manibus palpabat:Quod qum Vlyxes cum comitibus animaduertiſſet:induti pe Polytes
cudũ pelles Cyclopis manus effugere.& Polytes Alter Priami filius ex Hecuba.& Polyxe Polyxena

na eiuſdẽ Priami filia:q̄ poſt captam Troiã iugulata fuit ſupra tumulũ Achillis:habetq̃ ac/
Polypoetes centum in antepenultima. Ouidius. Placet Achilleos mactata Polyxena manes.& Poly/ Ouidius
Polyptoton poetes Perithoi:& Hyppodamis filius.& Polyptoton:quaſi multorum caſuum figura eſt:
Polyſyntheton qñ diuerſis caſibꝰ ſermo variat̃:ut Littora littoribus cõtraria fluctibꝰ vndas.Polyſynthetõ
q̃ſi multiplicit̃ cõiunctũ alia figura : qñ ſermo multis cõiunctõibꝰ cõcatenat̃. Virg.Tectũq; Virgilius
Polygonus lareq;:armaq;:Amyclæũq; canẽ:creſſamq; pharetrã.Et Polygonus:qd̃ veteres pro eo qd̃ ẽ
Polygonius fœcũdus:vſurparũt.& Polygonius multoꝝ anguloꝝ:& Polydeuces:quẽ nos dicimus pol
Polydeuces lucẽ:& Polymorphus multiformis:& Polylogus uerboſus:et Polygolatõ herba ſine foliis
Polymorphus aſparagi caule:in cacumine aculeũ hñs : Vñ & Leucacanthã noĩant: & Phinion : & Iſcha
Polylogus da radice Ciperi : quæ commanducata : dolorem dentium ſedat. Nonnulli etiam Scor/
Polygolaton pion appellant:quamuis & alia herba Scorpius dicatur ſemen habens ad ſimilitudinẽ cau
Leucacantha dæ Scorpionis : & folia pauca:quæ aduerſus animal nominis ſui plurimum valet.& Poly/
Phinion trichon:quod multitudinem capillorum faciat. τρίχες enim capilli dicuntur : herba eſt:
Iſchada quam græci Adiantum vocant : quia non madeſiat humore ab:α:priuatiua particula: &
Scorpion διαίνειν:quod ſignificat madefacere:etenim æſtate viret:bruma non marceſcit:aquas re/
Scorpius ſpuit:perfuſum:merſumque ſicco ſimile eſt:& topiariis operibus idoneum. Quidam etiam
Polytrichon Challitrichon vocant:quod pulchros faciat crines: Nam in vino coctum cum ſemine Apii
adiecto oleo copioſe : & defluere prohibet capillum : & criſpum:denſumq; facit : propter
quod nonnulli a luxuria capillorum Trichomanes appellant. Vulgo autem capilli veneris
dicuntur.Caret radice:parietumque aſpergines:ac fontium maxime ſpecus ſequitur : ſaxaq;
manantia:quod certe mirum eſt:qum aquas non ſentiat:calculos e corpore mire pellit:fran
gitque præſertim quod nigrius eſt : qua de cauſa potius quam quod in ſaxis naſcatur. Saxi/
fragium a nobis potius appellatum exiſtimamus.Bibitur e vino quantum terni decerpunt
digiti:vrinam cit:Serpentium venenis reſiſtit:Capitis dolores corona ex his ſedat. Folium
in vrina pueri impubis tritum cum Aphronitro : & illitum ventri mulierum præſtare dici/
Pollytrix tur:ne fiat rugoſus.Dicitur etiam a quibuſdam herba hæc Pollytrix : & Callytrix. Plynius. Plynius
Callitrix Pollitrix in vino data morbo regio medetur. Idem.Callitrix decocta in aqua : humidis ul/ Idem
Pollyonemon ceribus prodeſt. Et Pollyonemon : quaſi multarum tibiarum herba cunilæ ſimilis : ſemine
Pullegii:ſurculoſa:multis geniculis:Corymbo odorata:acri:& dulci odore. Hæc ferro fa/
Polygonum ctis vulneribus commanducata imponitur:quinta die ſoluitur. Et Polygonum a geniculo
Sanguinaria rum multitudine herba:quam nos Sanguinariam vocamus:foliis rutæ:& gramini ſimilis:a
Calligonon terra non attollitur.Succus eius infuſus naribus ſupprimit ſanguinem. Alii hanc Calligo/
Halmada non appellant a multitudine ſeminis:aut denſitate fruticis : Alii Halmada : Alii Carnino/
Carninotron thron: Alii Dema: Multi Myrtopetalon. Item Oreon:quod in montibus naſcatur.& Poly
Dema galon a lactis abundantia herba eſt palmi altitudine:in caule ſummo foliis lenticulæ:q̄ po/
Myrtopetalon tata lactis vbertatẽ inducit.Et Polygenneton:quaſi multorum generum. Sic enim Maroni
Oreon tes pictor inſignis vocauit frequentiam:quam pinxit Athenis. Et Polypoſtere Boetiæ op/
Polygalon pidum.Et Polyægas inſula a caprarum multitudine.& Polycarpus propriũ viri nomẽ:q̃ſi
Polygenneton multifructus.Et Polymedia Troadis oppidum:quæ Helleſponto adiacet.Et Polyenei eiuſ
Polypoſtere dẽ Troadis ppl̃i:cuius primus locus Amaxitus dictus ẽ:Deinde Crebenia:ipſaq; Troas An
Polyægas tigonia dicta:poſtea Alexandria colonia romana.Scamander amnis nauigabil̃:& in ꝓmõ
Polymedia torium Sigeum oppidũ : deinde portus Acheorum:in quẽ influit Xanthus Simoenti iun/
Polyenei ctus:ſtagnũq; prius faciens Paleſcamander.Granicus diuerſo tractu in propontidem fluit:
Amaxitus & Scamandria vrbs parua:ac mille quingentis paſſibus remotum a portu Ilium: Vnde oĩs
Crebenia rerũ claritas extra ſinũ fuit Achilleon oppidũ iuxta tumulũ Achillis a Mytileneis conditũ :
Scamander vbi claſſis eius ſteterat.In Sigeo fuit Aeantion a Rhodiis in altero eoꝝ Aiace ibi ſepulto:q̄
Scamandria græce Aeas dicit̃:& ipſo inſtatõe claſſis ſuæ ſupra Aeolida:& ꝑtẽ Troadis Teutania : quã
Myſi antiqtus tenuere:nã æolis quõdã Myſia dicebat̃.Ibi Caicus amnis:& in regiõe:q̄ am
pliſſima eſt:lõge clariſſimũ Aſiæ ꝑgamũ:qd̃ intermeat Solenus:Pergamena vocat̃ eius tra
ctus iuriſdictio.& Polydora inſula ꝓpontidis.& Polypodra Indiæ oppidũ. & Polyteba
oppidũ Meſopotamiæ.Eſt etiã nigri genus Ellebori:qd̃ Melampodion noĩant:a melãpo/
Melampodion de quodã:q eo vti indiuinatõibus artis ſolebat:uel a paſtore eiuſdẽ nõis:q primus hãc her/
bã inueniſſe dicit̃:dũ capras eo purgari aĩaduertit:datoq; earũ lacte furẽtes parotidas ſana
ri Candidũ purgat vomitõe:& morboꝝ cauſas extrahit quondã terribile habitũ:poſtea tã
promiſcuũ:ut pleriq; id ſtudioꝝ grã ſumpſiſſe memorent̃:ad prouidenda acrius:quæ com
ponebãt:ut Carneades:dũ Zenonis libris reſpõſurus eſſet.Conſtat Druſum hoc medicamẽ
Anticyricon to liberatũ comitiali morbo fuiſſe in Anticyra inſula.In qua ideo tutiſſime ſumunt̃:qm̃ Se
ſamoides admiſcent:hoc genus herbæ in Anticyra naſcẽs ſimil̃ Erigeronti:qdã a loco Anti
cyricõ vocãt.Farina vtriuſq; Ellebori admixta radiculæ:q̃ lanæ lauant̃:ſternutametũ facit

Durare vim eius triginta annis ferũt. Tradũt etiã ſi cũ albo Elleboro caro coq̃tur: carnẽ ab
ſumi. Antiquoꝝ error fuit Elleboꝝ propẽ metũ partius dare: qũ celerius erũpat quo largiꝰ
Themiſon ſumitur. Themiſon. Binas non amplius drachmas donauit: Alii quaternas dedere. Ellebo-
rum fortiſſimi ducis ſimilitudine æquãtes: concitatis enim intus omnibus: conſtat ipſum
primum exire. Mures polenta ad miſtum necat. Galli ſagittas venenato Elleboro tingunt:
circumciſoq; vulnere: teneriorem ſentiri carnem affirmant. Muſcæ quoq; necanť albo tri-
to: & cum lacte ſparſo. Eodem & Phthiriaſis curatur. ita enim vocatur morbus Pædicula Phthiriaſis
ris. Nam græci Pthira pediculũ nominant: vnde Phtirophagi dicti ſunt populi iuxta Põ- Phitir
tum Euxinum ſolis piſcibus viuentes: a tenuitate victus quaſi pediculis veſcantur ita appel Phtirophagi
lati. Iidem Saltiæ a veteribus nominantur. Sunt & alii Pthirophagi: quos & Soritas vo- Saltiæ
cant hos arabis fluuius ab Indis diſterminat: nullũ alium cibum noſcẽtes q̃ piſcium: quos Soritæ
vnguibus diſſectos: torrent ſole: panemq; ex eis conficiunt. Item a verto Verſus deducitur: Verſus
quod aliquando eſt nomen: Aliquando aduerbium. Quando eſt nomen modo carmen ſi- Verſiculus
Virgilius gnificat: A quo diminutiuum fit Verſiculus: modo ordinem ſiue tractum. Virgilius. Ille eti
Idem am feras in verſum diſtulit vlmos. Idem. Triplici pubes quam Dardana verſu impellunt.
Plynius Aliquando etiam cantum. Plynius. Cantum imitantur Luſciniæ iuniores: verſuq; quẽ imi
tentur accipiunt. Quando vero eſt aduerbium aliquando accuſatiuum requirit: & fere ſem
Plautus per poſtponitur: ut Italiam verſus. Plautus. Ego portum verſus pergam: & perquiram: quẽ
ſi non inuenero domum verſus reuertar. Item Quoq; verſus: Quaq; verſus: Vtroq; verſus: Quoq; verſus
ideſt in vnamquamq; partem: & quocunq;: & in vtranq; partem. Aliquando adiunctã ha Quaq; verſus
bet aliquam præpoſitionẽ: ut ad occidentem verſus: ad caſtra verſus: in forum verſus. Inter Vtroq; verſus
dum aduerbium: ut ſurſum verſus: ſiue ſuſum verſus: & deorſum verſus. Reperitur etiã Ver
ſum: vnde Aduerſus: & Aduerſum deducimus: quæ aliquando ſignificant contra. Teren- Verſum
Terentius tius. Nec ſeruulorum quiſquã qui aduerſum ierant: modo apud uel erga. Idem. Aduerſum Aduerſus
Idem hunc me loqui. Idem. Et id gratum fuiſſe aduerſum te habeo gratiã. Hinc fit Aduerſor ver- Aduerſum
Idem bum: ideſt repugno & contrarius ſum: A quo Aduerſarii dicuntur: ſibi inuicem repugnan- Aduerſor
tes. Veteres Aduorſem pro aduerſarium dicebant. Item Controuerſia: quæ eſt certarũ per- Aduerſarius
ſonarum de re propria contentio: a quo res Controuerſa dicitur: de qua eſt Controuerſia: Aduorſes
& Controuerſari eſt contendere. Prorſus quoq;: quod & Prorſum veteres dicebant: non Controuerſia
Marcellus nulli inter quos Marcellus: quaſi porro verſus: ſeu porro verſum dictam exiſtimant: ſigni- Cõtrouerſa res
Terẽtius ficat autem quando aduerbium eſt non recte & vere. Terentius. Eo pacto prorſus illic alli- Controuerſia
Nonius gaueris filium: modo omnino. Nonius. Prorſus & a radicibus euulſa eſt arbor. Quando Controuerſor
vero eſt nomen ſignificat rectum: Vnde prorſi limites dicuntur in agrorum menſuris: qui Prorſus
ad orientem directi ſunt. Item a verto fit Verſura: Antiqui Verſuram facere dicebant: mu- Prorſum
tuo pecuniam ſumere q̃ initio qui mutuabantur ab aliis non ut domũ ferrent: ſed ut aliis Verſura
ſoluerent id faciebant: & velut vertere creditorem videbãtur. Donatus vero verſurã facere Verſuram facere
Terẽtius dicit eum: qui æs alienum ex ære alieno ſoluit. Terentius. Verſuram ſolues: ideſt creditorem
mutabis: & Verticulum cuius diminutiuum eſt Verticillum: ſignificatque inſtrumentum il Verticulum
lud: quod fuſo adhibetur: ut facilius vertatur. Item Vertebra: ſiue vertibulum: vbi ſumme Verticillum
oſſium partes non æqualiter finiunt: ſed quibuſdam craſſioribus nodis conglobatæ: & ſub Vertebra
ſtringuntur facilius neruis: & tutius vertuntur: & Anteuorta: & Poſtuorta deæ Romano- Vertibulum
rum: quod præterita noſſent: & futura proſpicerent. & Vertigo conuerſio: rotatio. Item Anteuorta
morbus capitis: qum verti ea videntur: quæ cernimus: & Vertex: ſiue Vortex: ventorum ro Poſtuorta
tatione effracta: de qua ſupra diximus: item contorta in ſe aqua: & quicq̃d aliud ſimiliter Vertigo
vertiť: vnde pars ſũma capitis propter flexum capillorum diciť Vertex: ex quo natũ ẽ illud Vertex
prouerbiũ: A vertice vſq; ad calcem: hoc eſt a principio ad finem: ab huius ſimilitudine: qđ Vortex
in montibus eminẽtiſſimũ ẽ: Vertex appellať. Itẽ altiſſimæ ꝑtes cæli: q̃s græci Polos vocãt: Polus
dicunť. Vertices: q̃ circa hos mũdus roteť: propẽ qđ etiã Cardines dicũtur: a ſiĩtudine eo Cardo
Virgilius rũ cardinũ: circa quos valuæ voluũtur. Virgilius. Foribus cardo ſtridebat aenis: qđ nomẽ
Idem ex eo tractũ putãt: q̃ ſint q̃ſi cor ianuæ. Poniť tñ aliq̃ñ Cardo ꝓ opportunitate. Idẽ. Haud
Seruius tanto ceſſabit cardine rerum. Quod Seruius inde tractum exiſtimat: quod in prouerbio
Idem dicitur: Res in Cardine eſt. Idem. Circa id verti Cardinem dicimus: in quo ſumma rei eſt:
Vnde Cardineum: ſiue Cardinalem pro precipuo ponimus. Hinc Cardinea Dea: de qua Cardineus
ſupra diximus: Et primi ſacerdotes Sacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales vocitati: Cardinalis
quãuis aliæ quoq; eccleſiæ ſuos habent cardinales: ut Rauennas: Aquilegienſis: & Beneuẽ
tana. Carduus vero herba ẽ vulgo nota: olim tam celebris: ut Carthagini in Hiſpania: Cor Carduus
dubæq; ſeſtertia ſena milia redderet: ita aliq̃ñ i Ganeã vertimus ea quoq;: quæ a feris nõ tã-
guntur. Silueſtriũ duo genera ſũt: Vnũ fruticoſius: Alterũ vnicaule: vtriq; folia ſpinoſa mu-
cronatis cacuminibus. Alterũ florẽ purpureũ mittit: int̃ medios aculeos celeriter caneſcen-

Scolymos tem:& abeũtem cum aura:Græci Scolymon vocant:vtriuſq; radix ex aqua decocta pota/
toribus ſitim mirum in modum excitare dicitur. Stomachũ corroborat: & vuluis mulierũ
prodeſt ad gignendos mares. Manducatus hic Carduus odorem oris mirifice cõmendat.
Carduelis A carduo Carduelis dicta ẽ:q Carduorum ſemine paſcat:parua auicula eſt: capite rubro:
alis luteo:albo:nigroq; diſtinctis:imperata facit:nõ voce tm:ſed pedibus:& ore pro mani
Taurus bus.Eſt quæ boum mugitus imitatur:& hinnitus equorum:ob id a quibuſdam Taurus: ab
Anthus aliis Anthus nominata:q flore:qui græce Anthos dicit:paſcatur.Cæli Cardines etiã Axes
Axis vocant:quoniam linea:quæ ab vno mundi cardine in alterũ tendit:dicitur axis: a ſimilitu
Axungia dine axis:qui eſt ſtipes teres:circa quem rota vertitur: A quo Axungia dicta: quoniã eo ge/
nere piuguedinis vngi Axis ſolet:ut facilius circa eum rota vertatur:Hinc axem aliquando
pro plauſtro:aliquãdo pro ſeptentrionali parte ponunt: q hic polus duntaxat nobis no/
Aſſis tus ſit: circa quem orbis vertatur. Aſſis vero tabula ſectilis appellatur.Plynius. Verniſq; aſ Plynius
Coaſſo ſibus contabulare pauiméta oportet.Hinc fit Coaſſare quod ẽ contabulare: & Coaſſatio
Coaſſatio cõtabulatio.Vitruuius. Gelicidia:& pruinæ nõ patiũtur pauiméta integra pmanere.Itaq; Vitruuius
ſi neceſſitas coegerit:ut minime vitioſa fiant:ſic erit faciundum.Qum aſſatum fuerit ſuper
altera coaſſatio ſtruatur:clauiſq; fixa duplicẽ prebeat cõtignationi loricationem.Plynius Plynius
Subdialia pauimenta græci inuenere:talibus domos contegẽtes facili tractu:& tepente:ſed
fallax vbicunq; imbres gelant.Neceſſarium binas per diuerſum coaſſationes ſubſterni:Ca
Coaxare pita eatũ præfigi clauis:ne torqueant.Coaxare aũt ficticiũ vocabulum eſt:ac proprium ra
Balare narum:ut Balare Ouium:Crocidare Coruorum:Barire Elephantorum: A quo Elephãti ipſi
Crocidare Barri dicũtur:& os dentium Ebur:quaſi e Barro: A quo Eburneus:quod ex ebore eſt:ſiue
Barire inſtar Eboris albũ:ut Eburnea facies.Horatius.Quid tibi vis mulier nigris digniſſima bar Horatius
Barri ris?Item Axis fera eſt in India humili pelle:pluribus: candidioribuſq; maculis ſacrorum li
Ebur beri patris.Axem ab agendo dictum quidã putant.Nam veteres Axit pro egerit vſurpaue
Eburneus re:Axis ergo circa quem aliquid agitur:hoc ẽ mouetur: vnde Actioſi factioſi dicebant: q
Axis vna quid agerent facerentq;. Item Axiæs mulieres:ſiue dii vna aliquid agentes. Axamenta
Axis vocabant carmina ſalunaria:quæ a ſaliis ſacerdotibus i vniuerſos hoies cõponebant.Nã
Actioſi verſus in deos ſingulos facti a noibus eorum appellabant:ut Ianuli:Iemonii:Mineruii.Axa
Axiæs re etiam antiqui pro nominare poſuerunt.Axius Paphlagonum fluuius eſt: Axon Ionum
Axamentum in minori Aſia:Axus macedonum ad quẽ ducunt:quæ volunt nigra:aut fuſca naſci:ſicut q
Axare candida naſci volunt:ad Haliaſmonem ducunt.Item Axona flumen eſt in extremis Rhe/
Axius norum.Sunt qui Axem græcam vocem eſſe exiſtimãt.Quippe a græcis ἄξων dicitur:Sed
Axon hoc quoq; ἀπὸ τοῦ ἄγω deriuatũ eſſe manifeſtum eſt: qd ſignificat duco. Aſſis vero ab
Axus aſſidendo dicitur:ſicut aſſis:quod eiuſdem eſt ſignificationis: & ab eo fit diminutiuũ Aſſu
Halialmon la hoc eſt tabella: A quo fit Aſſulatim aduerbiũ:quod veteres pro minutatim vſurpauerũt.
Axona Plautus.Prius q pulſando exitium foribus Aſſulatim dabo.Idem. Niſi dedolabo Aſſula Plautus
Aſſis tim viſcera.Item a verto ſiue verſo Verſicolor: quod apud Iuriſconſultos ſignificat id qd Idem
Aſſula vertit:hoc eſt mutat colorem:vnde veſtes:quæ ex lana non tincta hoc eſt natiuo colore fa/
Aſſulatim ctæ ſunt:coloriæ dicũtur:quia naturalem colorem habent:ſiue album:ſiue pullum: ſiue ruſ
Verſicolor ſum:quæ vero in alium colorem verſæ ſunt: Verſicoloriæ. Proprie tamen Verſicoloriæ: ſi
Coloriæ veſtes ue Verſicolores dicũtur: quæ variis cõſtant coloribus: quaſi eos mutare inuicem videant:
Verſicolorie ve/ ut eſt cauda Pauonis:& collum Columbæ.Liuius.Punico bello interdictũ fuiſſe mulieri/ Liuius
ſtes bus ne verſicoloribus veſtirent:quod quomodo accipiendũ ſit: Valerius maximus decla/ Valerius
rat.Quam fœminæ tollere cupiebant:quia iis nec veſte varii coloris vti:nec auri plus ſemi maximus
Veruex uncia habere:nec iuncto vehiculo propius vrbem mille paſſus niſi ſacrificii gratia vehi per/
Aries mittebat.Idem.Corpus alteri magnitudine eximium:verſicolore veſte:pictiſq;:& auro cæ Idem
Veruex latis refulgens armis.Plynius.Verſicoloribus viperarum maculis.Idẽ.Primũ:ut arbitror Plynius
Canterius verſicolores iſtas maculas Chiorum lapidicidæ oſtenderũt:cum extruerent muros.Idem. In Idem
Equus gens preterea turba primorũ verſicolorũ nigra:candida:hordearia appellata:& comitatu Idem
Maialis frugis eius:& eodem colore.Illud quoq; virgilianũ Verſicoloribus armis exponit Seruius Virgilius
Verris depictis:ppter quod bellicoſus oſtẽdit.Item Veruex ab inuerſis teſticulis dicit.eſt eni mas
Capus inter oues:cui in verſi:ſiue adẽpti ſunt teſticuli:nam qui ad generandam Sobolem integer
Gallus tenet:dicitur Aries.hoc itaque differt Veruex ab Ariete: q Canterius ab Equo:Maialis a
Caper Verre:Capus a Gallo: Caper ab Hirco. Eſt enim proprie Caper mas inter capras caſtra/ Martialis
Hircus tus.Martialis . Dum iugulas hircum factus es ipſe Caper. Nam Virgilius improprie Ca/ Virgilius
Edus prum pro Hirco poſuit: dum inquit: Vir gregis ipſe Caper: ſicut etiam improprie Bru/
Agnus tum animal virum appellauit.Ponitur tamen Caper pro maſculo caprarum:& Aries pro
maſculo Ouium:dum ſunt adulti:nec tamen coierunt:nam qui minores ſunt: inter capras
Socordes Edi:inter Oues Agni dicuntur.Sed qui poſt Kal.Auguſti concepti ſunt vocant Socordes.

Nam coitus ouium optimus eſt a .iii. Idus Maias vſq; ad Kal'. Auguſti. Sectarius veruex a
ſequēdo dicit' : qui grægem agnorū pcedens ducit: quēadmodum ſuperius oſtendimus. Ca/
per & Capra a carpēdis virgultis dicūtur. Rodit enim hoc animal omne virgultum: & in
Ouidius — primis vites: propter qd' baccho imolari Caper ſolebat. Ouidius. Rode caper vitem: tamē
hic cum ſtabis ad aram In tua qd' ſpargi cornua poſſit erit. A capra Caprea dicta: qd' quan
Varro — dam (ut Varro inquit) Capræ ſimilitudinem habeat. Sūt enim ſilueſtres capræ: vnde Ca/
Virgilius — preoli dicti. Virgilius. Capreoli ſparſis etiam nunc pellibus albo. Capreoli etiam vitiū ve/
luti Cincinni dicūtur: q arbores: ſiue pedamenta capiant: quibus inuoluūtur. Item a capra
Capricornus celeſte ſignū: de quo ſuperius diximus: & Capreus ſiue Caprinus: quod ex ca
pra eſt: vnde Capreum vilius: & Caprinū ſeuū dicimus: & Capero verbū: qd' eſt rugis frō/
Plautus — tem contraho: & aſperitatē vultus oſtendo: tractum a caprorū frontibus criſpis. Plautus.
Quid illud ē: qd' ille caperat frontem ſeueritudine: Hinc Caperatum rugoſum dicimus: ſi/
ue a cornuum caprinorū ſimilitudine. Item a capreis Capreæ dictæ inſula ē vltra Surētum
campaniæ vrbē circiter octo milia paſſuum Tyberii principis arce quondam nobilis: nūc
Coturnicum multitudine: quæ ex Italia euolantes illic principio Autūni capiūtur quo tem
pore pinguiſſimæ ſunt. Fundūt eas a ſuperiori parte: & detracto adipe reliquum corpus ſa
le condiunt: adipē liquant: ſeruantq; in alabaſtris: condiēdis epulis iocundiſſimū: qd' genus
ganeæ: antiq ignorarūt. Itē a capris alia inſula in Africa: vna ex fortunatis: de qua ſupra di
ximus: Itē alia vltra corſicam Capraria: quā græci Aeginuron dixere inſidioſa naufragiis
iuxta quam alia inſula: quæ a ſpecie Planaria vocatur: æqualis freto: ideoq; nauigiis fallax:
& aliquanto amplior Gorgona. Item cōtra Coſſanum littus Igilium: & Dianium: quam
Artemiſiam vocant: & contra Magonem Menaria a piſcium: qui Menæ dicunt' multitu/
dine: Colubraria a multitudine ſerpentiū: quibus abundat: Venaria a venis metallorū: &
Ilua: q̄ clara eſt fodinis ferri a græcis Aetalia dicta: ab ea Planaſia: & vltra Tyberina oſtia ī
Antiano Stura: & mox Palmaria: & Sinonia: & aduerſus formias Pontia: & in Puteo/
lano ſinu Pandataria: Deinde Prochyta: quā quidam ab Aeneæ nutrice appellatam falſo
exiſtimant: quaſi pro Caieta. Dicta eſt aūt Prochyta: quia profuſa eſt ab Aenaria inſula. nā
græci προκεχυσθαι dicunt profuſum eſſe. Aenaria ipſa a ſtatione nauium æneæ voci/
Homerus — tata eſt: ab Homero: Virgilio: Lucano: Inarimæ dicta. Virgilius: Tum ſonitu prochyta al/
Virgilius — ta tremit: durūq; cubile Inarime Iouis imperiis impoſta Typheo. Lucanus. Cui ſaxa vapo
Lucanus — rat Conditus inarimes æterna mole Typhæus: Græci Pithecuſam vocant: non a ſimiarum
multitudine: ut quidā ignari exiſtimarūt: quia πιθηκοσ græce Simia dicit' : ſed a figulinis
doliariorum. Fiebāt enī in ea inſula dolia ex creta: Græce vero doliū πιθοσ vocatur. In
Ouidius — huius ſūmitate oppidū fuit: qd' pluratiuo numero Pythecuſe dicebatur. Ouidius. In arimē
prochytenq; legit: ſteriliq; locatas: Colle pythecuſas. Inter Pauſilippū & Neapolim Me/
garis. Item inter Corſicam & Sardiniā inſulæ paruæ: quæ Cuniculariæ appellantur. & Pin
ton: & foſſæ. Corſicam græci Cyrnon appellant. Coloniæ ſunt in ea Mariana a Mario de
ducta: & aleria a Sylla dictatore. Sardiniam quidam Sandaliotin vocitauere ab effigie ſo
leæ: quæ græce Sandaliū dicit' : Alii Ichnuſam a ſimilitudine veſtigii. ιχνοσ enim veſtigiū
nūcupat'. Cōtra Peſtanum ſinū Leucaſia eſt a Sirene ibi ſepulta ſic vocata. Cōtra Veliam
pontia: & Iſacia vtræq; vno noīe Oenotrides appellatæ: & cōtra Vibonē paruæ: q̄ dicunt'
Itacheſiæ verſus Africā Pityuſæ ſūt a græcis ita vocatæ a frutice: qui ibi frequens pineo: &
græce πιτυσ noiat'. Colubrariā: de q̄ ſupra diximus: græci Ophiuſā nominát. Inter hanc
& Pytiuſam Ebolus ē: cuius terra ſerpētes fugat omniū venenoſorum animaliū expers: ea
dem cuniculos gignit: populantes meſſes duarū propinquarū inſularū: quæ a noſtris balea
res vocant': a græcis: quia funda bellicoſæ ſunt dicūtur gymnaſiæ. Ab iis mare ipſum Balea
ricum vocatur. Item a capra Caprimulgi dicūtur: aues ſunt merulæ aſpectu aliquanto gran
diores fures nocturni Interdiu non vidētur: nec ipſi vident. Intrant paſtorum ſtabula: ca/
prarūq; vberibus propē ſuccum aduolant: qua iniuria emoriuntur vbera caprarū: & capræ
ipſæ quas mulſere cæcæ fiunt. Similis huic ē alia auis noīe Platea: quæ ad eas aduolat quæ ī
mari mergunt': & capita earū morſu corripit: donec capturā extorqueat. Eadē quum ſe iple/
uit conchis: calore ventris coctas euomit: atq; ita carnem ſumit: teſtas excreans. Dicta ē aūt
Platea a latitudine corporis. Græci enī πλατυσ latum dicunt. vnde plateæ areæ: ſeu viæ
latiores appellantur. Sūt qui putent Capras nō a carpendo: ſed a crepitu crurū appellatas:
propter quod eas priſci crepas dixere. Auribus eas ſpirare: non naribus: nec nunq̄ febri ca
rere nonnulli putant: q anima his animalibus q̄ ouibus ardentior eſt: calidiorq; concubi/
tus. Tradūt & noctu nō minus cernere q̄ interdiu: & ideo Caprinū iecur: ſi in cibo ſumat'
reſtitui veſptinā aciē iis: quos græci Nyctilopas: nr̄i lucioſos vocant: q interdiu nihil: veſpe
Varro — ri ſatis vident: meliuſq; ſine lucerna quorum morbus Lucio dicitur. Varro. Is plane cæcus

Sectari9 veruex
Caper
Capra
Caprea
Capreolus
Capricornus
Capreus
Caprinus
Capero
Caperatnm
Capreæ
Capraria
Aeginuros
Planaria
Gorgonia
Igiliū Dianiū
Artemiſia
Menaria
Menæ
Colubraria
Venaria Ilua
Aetalia
Planaſia
Stura
Palmaria
Sinonia
Pontia
Pandataria
Prochita
Aenaria
Inarime
Pithecuſam
Pithecuſæ
Megaris
Cūiculares īſule
Pinton
Foſſe
Corſica
Cyrnos
Mariana
Alena
Sardinia
Sandaliotis
Sandalium
Ichnuſa
Leucaſia
Pontia Iſacia
Oenotrides
Itacheſiæ
Pityuſæ
Ophiuſa
Eboſus
Baleares
Gymnaſiæ
Balearicū mare
Caprimulgus auis
Platea auis
Platea area

non luciosus eſt. Idem. Veſpere autem videre: quos appellant Luciosus Dependet ex capra
Aruncus rum mento villus: quem Aruncum vocant: hoc ſi quis apprehenſum ex grege vnam trahat
Sirilum cæteræ veluti ſtupore quodam attonitæ ſpectant: Caprarum barba Sirilum vocat̃: & No-
Noneolæ neolæ appellantur Papillæ: quæ ex earum faucibus dependent. Morſus earum arboribus
exitialis eſt: Oliuas lãbẽdo quoq; ſteriles faciũt: ob quã c ã; Mineruæ imolari a veteribus ſo
Capronæ lebãt. Capronæ nõ a capris dictæ ſunt: ſed a capite q̃ſi a capite pronæ. Sunt eni comæ: quæ
ante frontem dependẽt. Lucillius. Aptari caput: fluitare capronas altas frontibus immiſſas Lucillius
ut mos fuit illis. Item Caprificus non a capris: ſed a carpẽdo vocitata eſt: q͂ parietes: ac mu-
Caprificus ros carpat. Eſt eni Caprificus e ſilueſtri genere ficus nũq͂ matureſcẽs: quæ feræ ruptis ſaxis:
Caprificor aut parietibus ſolet erũpere: Ab hoc fit Caprificor: A quo Caprificatio. Eſt autẽ Caprifica
Caprificatio cari: adhibita caprifico: ne fructus propinquæ ficus ante maturitatem decidant prouidere.
Quippe Caprificus qđ ipſa non habet: alteri tribuit: quoniã eſt naturalis cauſarũ tranſitus
atq; e putreſcentibus ſemp̃ aliquid generatur. Naſcunt̃ in caprifico parui culices: qui frau-
dati alimẽto in matre: hoc ẽ putri eius tabe ex qua nati ſunt: ad cognatũ ficum euolãt: mor-
ſuq; ficorum crebro propter auiditatẽ cibi aperientes ora eorũ: atq; ita penetrãtes: ſolẽ pri-
mo ſecum inducunt: mox lacteũ humorem abſumunt: atq; ita maturitatẽ: quam matres nõ
Caprifici habent cognatæ arbori inducunt. A caprifico Caprifici appellati ſunt Caniculares dies: q͂
eo fere tempore mulieres Romanæ liberæ ſimul: atq; ancillæ ſub arbore caprifico ſacra fa-
ciebant. Erat autẽ initium caprificorum poſt exortum canis: qui dies Vulcano ſacer erat.
Ouidius. Nocte ſequente diẽ canis erigonius exit. Eſt alio ſigni reddita cauſa loco: proxi- Ouidius
ma vulcani lux eſt vbi luſtra dicunt. Luſtrantur puræ quas facit ipſe tubæ. Plynius. Aeſtiuæ Plynius
mellis vindemiæ attici ſignum dederunt initium caprificorum: diem Vulcano ſacrũ. Idem. Idem
Chamæleon Chamæleonti figura: & magnitudo ẽ Lacerti: niſi q͂ crura h; recta: & excelſiora: latera vẽ
tri iungũtur: ut piſcibus: & ſpina ſimili modo Eminet roſtrũ ſimile Suillo: cauda prælon-
ga intenuitatem definẽs: & implicãs ſe viperinis orbibus: vngues adunci: motus tardior: ut
Teſtudini corpus aſperum: ut Crocodilo: oculi in receſſu cauo tenui diſcrimine prægrãdes
& corpori cõcolores: nunq͂ eos operit: nec pupillæ motu: ſed totius oculi verſatione circũ
aſpicit. Ipſe celſus hiãti ſemp̃ ore. Solus animaliũ nec cibo: nec potu alitur: nec alio q͂ aeris
alimento: & coloris natura mirabilior: mutat nãq; eum ſubinde: & oculis: & cauda: & to-
to corpore: Redditq; ſemp̃ quemcũq; proxime attingit: præter rubrum: candidumq;: De-
functo pallor eſt: ſanguis in corde: & circa oculos tantũ: viſcera ſine ſplene: Circa caprificos
ferus: innoxius alioqn hyeme latet: ut Lacerta. Quod aũt hoc ſit caprificorum tẽpus oſtẽ-
dit alibi Plynius: qum inquit: Alterũ genus eſt mellis æſtiui ipſo Syrio explendeſcente poſt
ſolſtitium diebus triginta fere. Quod vero eodem tẽpore ſub caprifico mulieres ſacrifica-
rent. Macrobius teſtatur his verbis: Nonis Iuliis diem feſtũ eſſe ancillarum tum vulgo no- Macrobiꝰ
tum eſt: ut nec origo: & cauſa celebritatis ignota ſit. Iunoni enim Caprotinæ die illo liberæ
pariter: ancillæq; ſacrificabant ſub arbore caprifico in memoriã virtutis: quæ in ancillarum
animis pro cõſeruatione publicæ vtilitatis olim apparuit. Nam poſt vrbẽ captã: qum ſeda
tus eſſet Gallicus motus: Res publica vero eſſet ad tenue deducta: finitimi oportunitatẽ in
uadendi Romani nominis aucupati præfecerũt ſibi poſthumiũ Liuium fidenatiũ dictato Liuius
rem: qui mandatis ad ſenatũ miſſis poſtulauit: ut ſi vellent reliqas ſuæ ciuitatis manere: ma-
tres familias ſibi: & virgines dederẽtur. Qumq; patres eſſent in ancipiti deliberatione ſu-
Tutela ſpẽſi. Ancilla nomine Tutela: ſeu Philotis pollicita ẽ ſe cum cæteris ancillis ſub nomine do
Philotis minarũ ad hoſtes ituram: habituq; matrũ familias: & virginum ſumpto hoſtibus cum pro
ſequentium lachrymis ad fidem doloris ingeſtæ ſunt. Quæ cum a Liuio in caſtris diſtribu
tæ fuiſſent: viros plurimo vino prouocarunt: diem feſtum apud ſe eſſe ſimulantes. Quibus
ſoporatis ex arbore caprifico: quæ caſtris erat proxima: ſignum Romanis dederunt: qui cũ
repentina incurſione ſuperaſſent: memor beneficii: Senatus omnes ancillas manu iuſſit
emitti: dotemq; eis ex publico fecit: & ornatum: quo tunc erant vſæ: geſtare conceſſit: dieq;
Caprigenum ipſũ Nonas caprotinas nuncupauit ab illa caprifico: ex qua ſignũ victoriæ cœperunt: ſa-
Caprarius crificiumq; ſtatuit annua ſolennitate celebrandum: cui lac quod ex caprifico manat: pro-
Caprile pter eius facti memoriam adhibetur. Itẽ a capra Caprigenum dicimus: quod ex caprarum
Rupicapra genere eſt: & Caprarius: quo quidam vtuntur pro cuſtode caprarum: & Caprile pro loco
Hircus vbi capræ tenentur: & Rupicapra: de qua ſupra diximus: capra ſilueſtris. Hircus vero
Hircipili non dicitur niſi poſtquam coire: fetereq; incœperit. Quidam ab hirſuto dictum opinan-
Hirſutus tur. Vnde Hircipili homines vocantur: qui duros habent pilos. Hirſutus autem ab horreo
Hirtus & ſeta deducitur: quaſi horrens ſetis: & ſimiliter Hirtus & Hiſpidus eiuſdem ſignificatio-
Hiſpidus nis: hoc eſt ſetoſus: horridus. Virgilius. Cui laterum tenus hiſpida nanti Frons hoiem præ- Virgilius
Hircinus fert. Ab hirco fit Hircinꝰ adiectiuũ. Apuleius. Homo ſordidus: & hircina libidine fetẽs. Itẽ Apuleius

Hirquitallus puer qui tum primũ ad virilitatem acceſſit a libidine Hircorum ita appella/
tus. Hircquus enim & per c & per q ſcribitur: Vnde Hircqui oculorum anguli dicunt᷑. Vir
gilius. Tranſuerſa tuentibus Hircquis: ideſt oculos in hircquos: hoc eſt in angulos oculorũ
retortis. Tractum eſt autẽ ab oculis Hircorum: qui ob libidinis ardorem tranſuerſum ſem/
per aſpiciũt. Hirci Cyniphii dicũtur a flumine Africæ: qui Cyniphs: ſiue Cyniphos vocat᷑
iuxta Oenſem ciuitatem: quo nomine etiam regio appellat᷑: in qua maximi ſũt Hirci: Hinc
grex Cyniphius: hoc ẽ grex Hircorũ dicit᷑: & Cyniphia pellis Hircina. Martialis de Vdo/
nibus: Non hos lana dedit: ſed olentis barba mariti. Cyniphio poterit planta latere ſinu.
Veſtis quæ ex hircorum: ſeu capellarum pilis fit: Cilicium vocat᷑: ꝙ eius vſus in Cilicia or/
tus ſit: Ex phrigia quippe Cilicia: & cætera eius generis ſolebant afferri: ſed ꝙ primum ea
tonſura: ut Varro ſcribit: in Cilicia ſit inſtituta: nomẽ id a Ciliciis ſumpſere. Arietem q̄dam
ab ara dictum exiſtimãt: q̄d aris imponi ad ſacrificia ſoleret. Ab eo fit Arietinus adiectiuũ.
Plynius. Arietinum iecur ad id vtile eſt. Idem. Arietinum cicer: quod Arietino capiti ſimile
eſt: vnde ita appellatur. & Arieto verbum: quod eſt percutio: tractum ab Arietum ſimilitu/
dine: cuius firmiſſimũ caput: & ſolidiſſima cornua faciunt: ut magno impetu nõ modo ſe
inuicem: ſed quicquid obieceris percutiant. Hinc Arietatio dicitur percuſſio: & frequens
ictus. Aries etiam ab huius ſimilitudine Bellica machina appellat᷑. Materia: ac tabulatis te/
ſtudo cõtexitur: quæ ne flãmis exuri poſſit corio: ſiue Cilicio: ſeu centone veſtitur. Intrinſe/
cus accipit trabem: quæ ſi adunco præfigit᷑ ferro: Falx vocatur: ab eo ꝙ incuruata eſt: ut ex
muris lapides extrahat: ſi vero caput ipſius ferro tegitur: Aries appellat᷑: uel ꝙ inſtar Arieti
ni capitis fieri ſolebat: uel ꝙ habet duriſſimam frontẽ: quia ſubruat muros: uel ꝙ more Arie
tum retro cædit ut cum impetu vehemẽtius feriat. Teſtudo autẽ a ſimilitudine vere teſtudi/
nis vocabulũ ſumpſit: quia ſicut illa modo reducit caput: modo profert: ita huiuſmodi ma/
china: interdum reducit trabem: interdum effert: ut vehemẽtius feriat. Item Aries cæleſte ſi/
gnum eſt. Quidam hunc exiſtimant eſſe: quem Heſiodus: & Pherecydes ſcripſerũt habuiſſe
auream pellem. Tradunt Phrixum Athamantis regis Thebarum ex Nephele vxore filium
vna cũ ſorore Helle: quum defuncta matre nouercæ: quæ Ino vocabatur: inſidias ferre non
poſſent: conſentiẽte patre de fuga cogitaſſe. Itaq; Arietem aurei velleris datum ſibi a matre
dum viueret: ut q̄dam volunt: ut alii a patre: conſcẽdiſſe: & pontũ ea parte: qua anguſtior ẽ
trãſfretare cœpiſſe. Hellem puellari timore exterritam decidiſſe in Pontũ: vnde qui prius
Pontus dicebat᷑: Helleſpõtus ẽ vocatus. Phryxum vero incolumẽ in Colchos ad Oetã re/
gem ꝑueniſſe: hic Arietem: quo vectus fuerat: ĩmolaſſe Ioui: & pellem auream in templo fi/
xiſſe. Arietem ipſum in cælum a Ioue tranſlatum: & inter ſydera locatum priſtinam effigiẽ
tenuiſſe: qui a Phryxo Phryxæus ẽ vocatus. Alii hunc eſſe Arietem dicunt: qui libero patri
per deſerta Lybiæ exercitum ducenti: & ſiti laboranti: apparuit: fontẽq; amœniſſimũ oſtẽ/
dit: ut ſuperius diximus: quapropter Liber pater tẽplũ Ioui Ammoni eo in loco cõſtituit:
& Simulachrũ cum Arietinis cornibus fecit: Arietem inter ſydera figuratũ: ita ut quum ſol ĩ
eo ſigno foret: omnia naſcentia recrearent᷑: quod Veris tempore fit: ea maxime ratione: ꝙ
per eum liber ſiti per euntem exercitum liberauerat. Duodecim p̃terea ſignoꝝ principẽ tra
dunt: hunc eſſe voluiſſe: ꝙ optimus exercitus ſui ductor fuiſſet. Sunt etiam qui ſcribunt quo
tempore Bacchus Aegyptum tenebat: Ammonẽ quendam ex Africa veniſſe: & pecudum
multitudinem ac liberum duxiſſe: quo facilius: & illius gratiam ſibi conciliaret & ipſe ali/
quid inueniſſe diceretur. Itaq; pro eo bñficio agrum ei a Baccho datum: qui eſt contra the/
bas Aegyptias: & qui ſimulachra eius fecerunt: cornuto capite ea figuraſſe: ut homines me
moria tenerẽt: hunc primũ pecus oſtẽdiſſe. Bacchũ vero memoriæ gratia Arietẽ in cælum
trãſtuliſſe. Hoc ſydus in æq̄noctiali circulo cõſtitutũ ẽ: caput ad exortũ hñs a primis pedi/
bus exoriẽs: & caput piſtricis pene cõtingẽs h; in capite ſtellã vnã: in cornibus tres: ĩ pede
priore ee cruribus vnã: in ſcapulis q̃ttuor: in cauda vnã: ſub vẽtre vnã: ĩ lũbis tres: ĩ pede po/
ſteriori vnã. Aries etiã marinus piſcis: ſiue marina belua ẽ candore tñ cornibus aſſimilatis.
Hedum dictũ putãt q̃ſi fœdũ: Agnũ vero a græco αγνὸσ: q̄d caſtũ ſignificat: eo ꝙ ſit ho/
ſtia pura: & imolationi apta. Ab his Hedinus: atq; Agninus deducũtur. A veruex fit Ver/
uecinus. Plynius. Et hircinus: ac Veruecinus adeps ei vtil' eſt. Itẽ a verto Vermis: quia ſeſe
vertẽdo hoc ẽ torquẽdo repit vñ Verminari poſitũ ẽ ꝑ torq̄ri: & Vermina dicũt᷑ dolores
corpis cũ quodã minuto motu: q̃ſi a vermibꝫ ſcindi videat᷑. Varro. Septio mẽſe verminari
cœpit: ꝑtũ putauit ꝓpinquũ. Ply. Magi eo vermina: & Dyſinteriã curari putãt: Idẽ morbꝫ
ẽt Verminatio dr̃ p̃ſertim ĩ eq̄s: et iumẽtis. Ply. Iumẽtoꝝ vrinæ tormina Veſp̃tiliõe ad alli
gato finiunt᷑ verminatio ter circũlato verẽdis palũbo: mirũ dictu palumbus emiſſus mori
tur: iumẽtũq; liberat᷑ cõfeſtim. Verminare vero ẽ vermes hr̃e. Cornelius celſus. Nihil ẽ ꝑni/
cioſius pueris: dũ verminant: hoc eſt dum vermes hñt. Hinc Verminoſe aures dicunt᷑: quæ

Left margin: Virgilius; Martialis; Varro; Plynius; Idem; Heſiodus; Pherecides; Plynius; Varro; Plynius; Idem; Cor. celſus

Right margin: Hirquitallus; Hircquus; Hircqui; Cyniphius; Cyniphs; Cyniphos; Grex Cyniphius; Cyniphia pellis; Cilicium; Aries; Arietinus; Arietinum cicer; Arieto; Arietatio; Aries bellicũ in/ſtrumentum; Falx; Teſtudo; Aries celeſte ſi/gnum; Phrixus; Helle; Pontus; Helleſpontus; Phryxæus; Ammon; Aries; Hedus; Hedinus; Agninus; Veruecinus; Vermis; Verminor; Vermina; Verminatio; Vermino; Vermioſæ aures

vermes intus habent. Oriuntur enim quandoq; in auribus vermiculi: qui ſi iuxta ſunt: pro
trahendi oriculario ſpecillo ſunt: ſi longius: medicamentis euocandi: cauendumq; ne po-
ſtea naſcantur. Martialis de auriſcalpio. Si tibi morosa prurigine verminat auris. Arma da Martialis
Vermiculus mus tantis apta libidinibus. A vermis fit diminutiuum Vermiculus: A quo Vermiculor ver
Vermiculor bum: quod eſt vermes facio. Plynius. Vermiculantur magis: minuſue quædam arbores om Plynius
Vermiculare nes tames fere: idq; aues caui corticis ſono experiuntur. Hinc etiam Vermiculare veteres di
Vermiculatim xerunt minuta opera facere: & Vermiculata opera paruis teſtulis elaborata: qualia ſũt quæ
Muſeaca nunc a muſeis Muſeaca vocant. Muſea enim dicuntur: quæ in ædificiis ex pumicibus depẽ-
Muſea dentia fiunt ad imaginem ſpecus arte reddendam. Plynius. Vermiculatis ad effigiem rerũ: Plynius
Vermiculatim & animalium cruſtis. Lucillius. Arte pauimento: atq; emblemate vermiculato: & Vermicu Lucillius
Emblema latim aduerbium dicimus minutim. Nobis placet hoc genus operis: quod græci ἀπὸ τοῦ
Vermiculatum ἐμβάλλω: quod eſt interſero: emblema vocant: trifariam diſtingui: ut quod in parieti-
Muſeacum bus fit vermiculatum: ſiue Muſeacum dicatur: quod in lignis: Segmentatum: de quo ſupra
Teſſellatum diximus: quod in pauimentis Teſſellatum. Conſtat tamẽ hæc apud autores ſæpe confundi
Segmentatum Multa ſunt autem vermium genera. Eſt Hirudo in aquis habitans: quæ & Sanguiſuga ap-
Hirudo pellatur: maximum elephantorum malum: etenim in potu hauſta vbi in ipſo ani canali ſe fi
Sanguiſuga xit intolerabili afficit dolore. Horatius. Non miſſura cutem niſi plena cruoris Hirudo. Itẽ Horatius
Vermes in Gange flumine Indiæ piſces ſunt: qui a facie Vermes dicuntur binis Branchiis: ſexagin-
Teredo ta cubitorum cærulei: quibus tanta vis eſt: ut Elephantos ad potum venientes mordicus cõ-
prehenſa proboſcide abſtrahant. Teredines vermes ſunt in ligno naſcentes: a terendo dicti
ſiue a græco: Nam & græci τερηδόνας vocant. Quattuor earum genera ſunt: Primum
capite ad portionem grauiſſimo rodunt dentibus: hæ tantum in mari: hoc eſt nauibus ſen-
Tinea tiuntur: & hæc proprie dicitur Teredo. Tereſtres vero Tineæ vocantur: & quæ Culicibus
Thrips ſimiles ſũt: Thripes. Thrips autem ἀπὸ τοῦ θρύπτειν appellata ẽ: quod ſignificat terre-
re. Quartum genus eſt ex vermiculorum genere: quorum alii putreſcente materia gignũtur
Ceraſtes alii pariuntur. Ex eis quæ vocantur Ceraſtes: qum tantum eroſerit: ut ſeſe circumagat: gene
rat alium. Ceraſtes autem a Corniculis appellatur: quæ gemina habet in capite. Eſt & Cera
ſtes ſerpentis genus quadrigemina preferens cornicula: quorum oſtentatione veluti eſca il-
lico ſolicitatas aues perimunt: Nam reliqua corporis de induſtria arenis tegunt: nec vl-
lum indicium ſui præbent: niſi ex ea parte: qua inuitatis dolo paſtibus necem auium aucupẽ
Coſſus tur: dictæ Ceraſtæ ἀπὸ τῶν κεράτων: hoc eſt a cornibus. Coſſus vermis eſt: qui in robo
re naſcitur. hoc veteres pro delicatiori cibo veſci ſolebant: atq; etiam farina ſaginare: ut ver
miculi quoq; altiles fierent. Ab huius ſimilitudine antiqui Coſſos vocauere: homines rugo
Coſſi homines ſos: atq; aſperæ cutis. Intra hominem tineæ gignuntur tricenum aliquando pedum: & plu-
Tineæ tricenum rium longitudine: & in capillo: ac nonnunquã intra veſtes Pediculi: qui tanta multitudine
pedum interdũ gignũtur: ut morbũ faciãt: q a græcis Phthiriaſis: a nobis Pedicularis dicitˀ: q̃ fœdi
Pediculus tate Sylla dictator: & apud græcos Alcman clariſſimus poeta obiiſſe traduntur: Lacedæ- Sylla
Phthiriaſis monius hic fuit: uel ut Crates refert: e Lydia Sardẽſis: poeta Lyricus: filius Damãtis: claruit Alcman
Pedicularis mor xxvii. Olympiade: qum apud Lydos regnaret Ardis pater Aliatæ: & qum nimio amore Crates
bus puellã quãdã deperiret: amatorios cantus primus inuenit. E ſordibus aridi ſoli pulex gignitˀ
Pulex a polluẽdo dictus: ſaltu: & poſteriorũ crurũ laſciuia inſignis. Termes genus vermiculi ẽ: car
Termes nẽ exedẽs. Eſt & alius vermiculus: quẽ vulgo nõ ineleganter Pedicillũ vocãt: q̃ſi paruũ pedi-
Pædicillus culum q intˀ pellẽ carnẽq; pernicioſo morſu hoiem lædit. Eſt & aliud genus infixo ſemp ſã
guini capite viuẽs: cui vni ex oibus aialibus cibi exitus nõ ẽ: ſed vſq; adeo intumeſcit ſacieta
Croton te: ut ipſo alimẽto moriatˀ: hoc græci κρότωνα vocant: Latini Rediuũ a rediuiẽdo: hoc
Rediuus eſt ſoluẽdo: ꝙ carnẽ aialiũ ſuctu reſoluat. Ceræ quoq; vermiculũ gignũt q aialiũ oium mi-
nimus exiſtimatˀ: & ab Ariſtotele dicitˀ Acar. Itẽ aialia in eſculis naſcuntˀ: quæ appellantˀ: Ariſtoteles
Acar Galbæ: mire exilitatis: vnde q primꝰ Sulpitiorũ cognomẽ Galbæ tulit: ab exilitate ita voci
Galbe tatus ẽ: q̃uis alii e cõtrario qđ præpinguis fuerit: ita noiatũ ſcripſerint: talẽ eni Galli vocãt
Galbam. Alii ꝙ oppidũ Hiſpaniæ fruſtra diu oppugnatũ illatis demum Galbano facibus
Galba ſuccẽderit. Nõnulli ꝙ in diuturna valitudine Galbeo hoc ẽ remediis lana iuolutus aſſidue
vteretur. In lanis quoq;: & veſte puluis tineas gignit præcipue ſi araneus vna includatˀ: ſitit
eni et oẽm humorẽ abſorbẽs auget ariditatẽ: hic & i chartis naſcitˀ. hꝫ & Canis i lingua ver
miculũ: quẽ ſupra diximus Lyttã appellari: Itẽ aliud peculiare malũ: vermẽ alatũ: q lãcinat
Lytta aures: q̃ defẽdi morſu nõ pñt: Ricinus a nr̃is dr̃. Ariſtoteles κυνορραιστὴν vocãt. Varro. Ariſtoteles
Ricinus Quidã nucibus græcis i aq̃ tritis pungũt catulorũ aures: ꝙ Ricini ſoleãt: ſi hoc vnguine nõ Varro
Cynorreſtes ſis vſus: eas exulcerare. Columella. Fere aũt p æſtatẽ ſic muſcis catulorũ aures exulcerantˀ: ut Columella
ſæpe totas amittãt: quod ne fiat amaris nucibus contritis liniendæ ſunt. Quod ſi vlceribus
iam præoccupatæ fuerunt: iunctam picem liquidam Suillo adipi vulneribus inſtillari con-

ueniet. Hoc eodem medicamento contacti Ricini concidunt. Ab huius animalis ſimilitudine Ricinus dicit͂ herba inſtar arboris: quæ alio noīe Cyci appellat͂: Alii vocāt Scrotonē: Alii Chibim: Alii Siſamon ſilueſtræ: Alii Siſelin cyprion: Nōnulli Pētadactylon: Aliq̄ Helioſcopium: quia ſemper ad ſolem vertitur ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν τὸν ἥλιον. Diaſcorides arboroſum fruticem vocat ſimilem Ficui: ſed minorem: folia ſimilia Platano: ſed maiora: lenia: & nigriora: ex qua exprimitur oleum Cicynum. Semen producit huic animali ſimillimum: ideoq̄ nomen quoq̄ ab eo ſumit. Eſt e genere Tithymalli: quam noſtri herbam Lactariam vocāt: Alii Lactucam caprinam: cuius lacte inſcripto corpore qum inaruerit: ſi cinis inſpergatur: apparere litteras tradunt: & hoc modo adulteras quoſdam alloqui maluiſſe: q̄ codicillis. Tithymalli multa ſunt genera: Primū Characias: qui muſculus exiſtimatur ramis digitali craſſitudine quinq̄: aut ſex cubitali longitudine: a radice foliis fere Oleæ: ſemen eius cum melle decoctum in vſu eſt ad Catapocia: hoc eſt pilulas faciēdas ſoluendi alui gratia. Ideo medici noſtri temporis herbam hanc corrupto ut in pleriſq̄ alii vocabulo Catapuciam vocant. Alterum quod Myrſiniten nominant: alii Carioten foliis Myrti acutis & pūgētibus: fructus eius Nux vocat͂. Ideo herba ipſa Caryotes appellata eſt: nā κάρυον græci Nucem vocant. Tertium quod Paralius nuncupatur: ſiue Tithymalis folio rotundo Caule palmum alto: ramis rubentibus. Quartum ſimili modo Heleoſcopium ſemine albo Columbis gratiſſimo. Quintum Cypariſſum propter foliorum ſimilitudinem cum cupreſſo. Sextum Platyphylon vocāt: Alii Corymbiten: Alii Amigdaliten a ſimilitudine: nec vllius latiora ſunt folia. Septimum Dendroides hoc eſt ranoſum: & Codion: & Leptaphylō a tenuitate foliorum: comoſiſſimum ex omnibus: & cauliculis maxime rubentibus: & ſemine copioſiſſimum. Eſt & alius vermiculus Cunex vulgo dictus: odore fœdus: ex ligno naſcens: chartiſq̄: & paleis. Item alius tunicas ſuas trahens cochleæ modo: ſed ita ut pedes eius ſpectentur. Ariſtoteles Xylothrophon vocat: & proceſſu temporis tranſit in Chryſalidem ſpoliatus ſtatim expirat. Cantharides vermiculi Ficorū ſunt: & Piri: & Pinus: et Cynacanthæ: quæ arbuſcula eſt: veluti acinos vuæ producēs: Latini Caninam ſentem: & vulgo Vuā ſpineam nominant. Rurſus Culices aceſcens vinum gignit: quos Ariſtoteles Culices vinarios vocat: nam generali nomine: & alii vermiculi parui alati dicuntur Culices: inter quos ſunt qui Muliones appellantur arborarii pici roſtrum habentes: & plus vno die non viuentes Culices græci κωνώπας vocant: vnde Conopeum vocitatum eſt Tentorium: ad arcendos culices contextum: quod ſupra lectum explicari conſueuit. Quin etiam in niue vermiculi naſcuntur: qui Niuales tineæ dicuntur. Ariſtoteles. Vermes in Niue vetuſtiori: qui hirti ſunt pili & rubidi: & ipſa nix vetuſtate rubeſcit: ſed in niue mediæ terræ cādidi: & grādiores inueniuntur: torpent omnes: ac difficulter mouentur. Et ignis vermem gignit volucrem maioris Muſcæ magnitudine: qui Pyralis: & a quibuſdam Pyrauſta nominatur: viuens q̄ diu in igne eſt: qum primum euaſit: moritur ut ſupra diximus. Hypanis fluuius in ponto circa ſolſtitium differt tenues membranas acinorum inſtar: quibus erumpit vermiculus ad ſimilitudinem ſupradicti: nec vltra diem viuit ob id Hemorobion vocatur: quod vitam vnius diei habebat. ἡμέραν enim græci Diem dicunt. βίον vitam. Eſt & aliud genus Culicum: quos uocant Centrinas: fucis apum ſimiles ignauia: malitiaque cum pernitiæ uerorum & utilium. Interimunt enim illos atque ipſi emoriuntur: a pungendo autem nomen ſumpſere: quod græci dicunt κεντρεῖν. Conuoluolus uermis eſt minor eruca corrodens pubeſcentes vuas: quem alii Voluocem appellant: quod vitium frondibus bombicum more ſeſe conuoluunt. Remedium eſt falces poſtquam exacutæ ſunt: fabrina pelle detergere: quemadmodum & contra Erucam: quæ puſillus & ipſa uermis eſt ab erodendo uocata: remedium eſt viſco vitem ambire. Conuoluolum etiam herbam uocant naſcentem per fruteta: nullo odore: nec crocos intus habens: ſed florem tantum: ac candorem Lilii referens: ueluti rudimentum naturæ lilia facere condiſcentis. Dicta Conuoluolus: quod ſeſe rei cui adhæret inuoluat. Eruca quoque herba eſt ita dicta: quod beſtiolas omnes corpori innaſcentes erodat: huius in condiendis obſoniis tanta eſt ſuauitas: ut græci Euzomon appellarint: ob bonitatem iuris: εὖ enim bene dicunt: ζωμὸν ius. Venerem mirifice ſtimulat: ut ſupra diximus: Rauce uermes ſunt terreni: radices arborum lædentes. Plynius: Olea ubi quercus effoſa ſit male ponitur: quando uermes: qui Rauce uocantur: in radice quercus naſcuntur: & tranſeunt. Multipeda animal eſt e uermibus terræ piloſum: multis pedibus: arcuatim repens: tractuq̄ contrahens ſe: a græcis Ips uocatur. Alii Scolopendram nominant: Alii Millepedam: Alii Cētipedam. Onyſcus uero ſiue Tilus uermiculus ē pluribus pedibus: colore fuſco: ſub lapidibus: aut figulinis vaſis viuens: q tactus arcuat ſeſe: atq̄ in globū contrahit ad ſimilitudinē paruæ pilæ: hic in cortice punici mali decoctus cum porri ſucco dolorem aurium ſanat: Campæ vermiculus eſt hortenſes

Ariſtoteles

Ariſtoteles

Item

Plynius

Ricinus
Cicy
Scroton
Chibis
Siſamō ſilueſtre
Siſelis cyprius
Pentadactylos
Helioſcopium
Tithymallus
Lactaria
Lactuca caprina
Characias
Catapocia
Myrſinites
Caryotes
Paralius
Tithymalis
Heleſcopium
Cypariſſia
Platyphyllon
Corymbites
Amygdalites
Dendroides
Codion
Leptaphyllon
Cunex
Xylotrophos
Chryſalis
Cantharis
Cynachante
Canina ſentis
Vua ſpinea
Culex vinarius
Culex
Mulio
Tineæ niuales
Conopos
Conopeum
Pyralis
Pyrauſta
Hypanis
Hemorobion
Centrina
Cōuoluolus aīal
Voluox
Eruca animal
Cōuoluolus herba
Eruca herba
Euzomon
Rauca
Multipeda
Ips
Scolopēdra
Millepeda
Centipeda
Oniſcus
Tylus
Campæ

maxime herbas:& arborũ frondes erodens:dicta ἀπὸ τοῦ καμπτειν:quod flectere eſt
Columella. Nec ſolum teneras audent erodere frondes: Implicitus Conchæ limax: hiſ ſu/ Columel
Hipocampæ taq; campe. Hinc Hippocampæ dicti ſunt piſces: qui & Equi marini appellantur: a flexu
caudarum:quæ piſcoſæ ſunt. Plynius. Hippocampinus cinis: alopecias tollit. Hinc etiam Plynius
Pityocampæ Pityocampæ vermes ſunt e pinu arbore naſcentes morſu venenato:nec diſſimili a Bupre/
ſtis morſu:de qua ſupra diximus. Plynius. Vſus ſapæ contra Cãtharidas:Bupreſtin:pino/ Idem
rum:quas Pityocampas vocãt. Galenus. πιτυόκαμπαι πίτυος εἰσὶ κανθαρίδες Galenus
Rotundæ tineæ βουπρήστει ζιμαμέως. Rotundæ tineæ in hominũ corporibus dicuntur ad differẽ
tiam aliarum:quæ non ſunt rotundæ. Plynius. Aizoi ſuccus aluum ſiſtit:& dyſenterias: & Plynius
Vermes terreni tineas rotundas pellit. Vermes terreni lumbrici appellantur:a lubricitate: ut opinor: dicti.
lumbrici Inter vermiculos & Locuſta poni põt:de qua ſupra diximus. & Bruchus vermiculus haud
Locuſta diſſimilis Locuſtæ herbas erodẽs:ſine alis tamẽ. & Gryllus: cui magnam autoritatem per/
Bruchus hibent Nigidius. Magiq; ꝙ retro ambulat:terram terebret:noctibus ſtridat. Blatteæ quoq; Nigidiu
Gryllus vermiculi ex igni ſunt lucem fugientes: & tenebrarum alumnæ in balneis maxime humido
Blatta vapore prognatæ. Plura earum genera ſunt:molles quæ in oleo decoctæ verrucas mirifice
Mylochon tollunt. Alterum genus Mylochon vocant:quod circa molas fere ſoleat naſci. Græci enim
μύλον Molam vocant. Tertium genus eſt odoris tedio in viſum: hanc quidam putant a
Tauri Cimice:de quo ſupra diximus:non differre Tauri vocantur Scarabei terreſtres Ricino ſi/
Pediculi terræ miles:nomen Cornicula dedere. quidam pediculos terræ vocant. Melolantha quoq; genus
Melolantha Scarabei eſt colore viridis naſcens:ut Ariſtoteles refert:e vermibus fimo bouis:aut iumen/ Ariſtote
Scarabeus ti creati. Sunt etiam ex Scarabeorum genere grandiores cornua prelonga biſulcis dentata
Lucani forficibus in cacumine habentes:quos Nigidius Lucanos appellat. Alii e fimo ingentis pi
las auerſi pedibus volutant:paruoſq; in iis contra rigorem hyemis vermiculos nidulantur:
hos ægyptii loco numinum colunt:quoniam ſolis operũ ſimilitudo quædam huic animali
Fullo eſt:eſt & genus eorum albis guttis diſtinctum:quod Fullo appellatur. Volitant alii magno
cum mugitu: Alii terram frequentibus foraminibus excauãt. Cruſtas habent omnes dunta
xat ad tutelam pennarũ a natura datas. In thraciæ partibus iuxta Olynthium locus eſt par
Cãtharolethrus uus:in quo vnum hoc animal necatur: ob hoc dictus Cantharolethrus κάνθαρος enim
Papilio græce Scarabeus vocatur. ὄλεθρος pernicies dicitur. Papiliones quoq; inter vermiculos
numerant:multa eorum genera:nullum animal imbecillius ẽ:ſolo fere tactu necatur. Is qui
lucernarum luminibus aduolat:inter mala medicamenta a magis præcipue numeratur. Lu
Cicindela cet ignium modo noctu:laterum. & Cluniũ colore Cicindela:a græcis Lampyris dicta:qui
Lampyris dam Noctilucam: Alii Nitedulam vocant. Non ante matura pabula:aut poſt defecta cõ
Noctiluca ſpicitur:nunc pennarum hiatu refulgens:nũc compreſſu obumbrata: huius animalis ſtellã
Nitedula tes volatus maturitatis hordei ſignũ ruſticis prebẽt mira benignitate naturæ. Ab hac Lych
Cicindela nus penſilis:quem vulgo Lampadẽ vocant: Cicindela appellatur: quæ nocte tota ſeruatur
Lychnus pẽſilis accenſa:& Lampyridis inſtar lucet. Martialis de Cicindela. Ancillam tibi ſors dedit lucer/ Martia
Lampyris næ Totas quæ ſimul exigat tenebras. Item vermes ſunt Aranei: Veſpæ: Stelliones: Bombi
Araneus ces:& veſparum genere Pſeudoſpece:de quibus ſupra diximus: vermes ſunt:& Muſce no/
Veſpa tum animal:alis ſonans:cui aculeus in ore pro lingua ẽ:nec ad punctũ:ſed ad ſuctum a na/
Stellio tura datus:ut Culicibus:& quibuſdam aliis. Muſcæ humore exanimatæ:ſi cinere condan/
Bombix tur:redit vita:hoc animal græce Myia dicitur: A quo fit Cynomyia hoc eſt canina muſca.
Pſeudoſpece Muſcam ſine memoria eſſe prodiderunt. In Creta mons quidam eſt Carina nomine: no/
Muſcæ uem milium paſſuum ambitu intra quod ſpatiũ Muſcæ non reperiuntur: natumq; ibi mel
Myia nuſq; attingunt:quo experimento ſingulare medicamentis eligitur. E vermium etiam gene
Cynomyia re ſunt Tabani:qui & Aſili dicuntur:in extremis fauis aliquando naſcentes veluti grandi
Carina ores apes: Gallinarum modo incubant:quod excluſum eſt primum vermiculus videtur cã/
Tabanus didus. Græci hoc malum Oeſtrum nominãt. Virgilius. Eſt locus ſilaris circa ilicibuſq; vi/ Virgili
Oeſtrum rentem Plurimus alburnum volitans:cui nomen Aſilo Romanum eſt:Oeſtrum Graii ver
Aſilus tere vocantes Aſper:acerba ſonans:quo tota exterrita ſiluis Diffugiunt armenta. Crabro/
Crabro nes veſpis ſimiles ſunt: degunt ſilueſtres in arborum cauernis: vita bimatum non tranſit.
Ictus eorum non fere ſine febri eſt. Sunt qui putent ter nouenis punctis interficere hominẽ
Opifex Mitiorum minores Opifices vocantur:qui hyeme moriũtur. Maiores dicuntur matres:hæ
Mater biennio durant. Nidos vere faciunt fere quadrifores: in quibus Opifices generentur. His
educatis alios deinde nidos maiores faciunt:in quibus Matres futuras producant. Opifi/
Cicada ces tunc munere funguntur:& paſcũt eas:& Cicade vermes ſunt:quarũ duo genera. Mino
Muta Cicada res quæ primæ proueniũt: & nouiſſime pereunt:hæ Mutæ appellantur: nõ ꝙ nihil canãt:
ſed ꝙ parum canãt. Et maiores quæ canunt:eædemq; nouiſſimæ proueniunt: & primæ in
Acheta tereunt hæ vocãtur Achetæ:hoc eſt Argutæ ἀπὸ τοῦ ἠχῶ: quod eſt ſono crepito: Vnde

Echo dicta eſt vox in nemoribus: & locoꝝ cõcauitatibus reſonãs. Et inter has: q̃ minores Echo
ſunt: vocant Tetrigometræ: hoc eſt Cicadarũ matres. τέττιξ enim Cicada dicit: μήτηρ Tetrigometra
mater: Sed illæ magis canoræ ſunt. In vtroq; genere mares cantant: fœminæ ſilent. In orié/
te iis hoies veſcunt: pſertim Parthi licet opibus abũdent. Ante coitũ mares pferũt: poſt coi
tũ fœminas. Sola Cicada ex oibus q̃ viuũt: ſine ore eſt: pro eo aculeatũ qddã in pectore ha/
bet linguæ ſimile: quo rorẽ lambit: & pectus ipſum fiſtuloſum: quo vocẽ emittit. Excitatæ ci
cadæ qum ſubuolant: humorẽ emittũt: qđ argumentũ eſt rore eas ali. Quidam duo alia ge
nera earum faciũt: Surculariã quæ grádior eſt: & Frumentariam: quam alii Auenariam vo Surcularia
cant: quoniã ſimul cũ frumẽtis areſcentibus apparet. Cicadæ nõ naſcunt vbi ranæ arbores Frumentaria
ſunt. In Regino agro ſilent oẽs: in Locrenſi vltra flumen cantant. Formicæ quoq; vermes Auenaria
ſunt: & ex puſillibus vermibus naſcunt. Condũt æſtate cibos: qui hyemi ſufficiãt. Si quis Formica
onera quæ gerunt: corporibus eaꝝ comparet: iudicabit nulli aiali ſm portionem vires eſſe
maiores. Morſu minora onera geſtant: maiora auerſæ poſtremis pedibus impellunt. Semi
na condunt ſemiroſa: ne rurſus in fruges exeant. Madefacta imbre ad ſolem pferunt: atq; ex
ſiccãt: deinde reponũt. Operant & noctu plena Luna: Interlunio ceſſant. Silices itinere ea
rum attriti ſpectant: & in opere ſemitæ factæ: tantũ in omni re poteſt quantulacũq; ſeduli/
tas. Sepeliunt inter ſe: qđ nulli alteri aiali pter hominẽ accidit. Aliqñ pennatæ reperiuntur. De ſepultura for
Indicæ formicæ cornua habent Egerũt aurũ ex cauernis terræ in regione Septẽtrionaliũ In micæ
dorũ: qui Dardæ vocantur: colorẽ feliũ habent: magnitudinẽ Aegypti lupoꝝ. Aurũ ab his Formicæ indicæ
hiberno tempore erutũ Indi per æſtatẽ furantur: illis propter feruorẽ ſolis in cuniculis laten
tibus: quæ tñ odore ſolicitate prouolant: & crebro raptores lacerant: q̃uis velociſſimis ca/
melis fugientes: Tanta eſt eius aialis cũ amore auri feritas atq; pnicitas. Ob eam cauſam ra/
ptores ferinas carnes per diuerſa loca diſponũt: ut illis diſtractis auri ſtrigmẽta tuti aſportẽt
quæ fuſionis ignari: aduenis mercatoribus vendunt. Eſt & genus formicarũ venenatũ: qđ a
fugiendo ſolẽ Solifuga noiat. Cõcitat eñ acrius feruore ſolis: ideoq; eum fugit quantũ po Solifuga
Lucanus teſt. Nõ nouit eas Italia. Betica Solpugas appellat. Lucanus. Quis calcare tuas metuat Sol Solpuga
puga latebras. Itẽ genus eſt leonũ in regiõe Aegypti ſub promontorio: qđ Auſtri cornu ap
pellat: q Formicæ dicunt: & genitalia ſurſum verſa hñt: colorẽ aureũ: glabriores ſunt Aegi Formicæ
ptiis. Scorpius quoq; ſiue Scorpio vermis eſt venenoſus eo importunior cæteris: q grauio/ Scorpius
re ſupplicio afficit: lenta morte triduo cõficiens. Ictus eius fœminis letalis eſt: præſertim vir Scorpio
ginibus: viris tantũ matutino tempore: priuſq̃ aliquo fortuito ictu ieiunum venenum emit
tat. Id in cauda habet: ferit ſemper obliquo ictu. Nec vnq̃ deeſt venenũ medio die: qum fer
uet ſolis ardoribus: nec qum ſitit: ſemper inexplebilis potu. In Affrica pennas: nõ ferit ma/
nus palmã: nec niſi pilos attigerit. Ipſe ſuæ plagæ impoſitus: aut aſſus in cibo ſumptus: aut
potus in duobus cyathis meri lenit dolorẽ. Fœtum ſuũ deuorat: vnum tantũ relinquens ſo/
lertiſſimum: qui ſe in matris clunibus includens a cauda: & a morſu ſe tutum facit. Scorpius De Scorpióe: &
quoq; Cæleſte ſignũ eſt. Nam qũ forte Orion inter uenandum Dianæ dixiſſet ſe quicquid Orione
ex terra oriretur facile interficere poſſe: ferunt terram ea temeritate permotam Scorpionem
produxiſſe: qui necaturus Orionem videbatur. Iouem autem vtriuſq; audaciam admiratũ
Scorpionem in cælo collocaſſe: ut documento mortalibus eſſet: nulla re eſſe minus fidendũ
Quapropter Dianam: cui ob venationis ſtudium carus erat Orion: ab Ioue poſtulaſſe: ut
idem ſibi petenti beneficiũ daret: quod terræ vltro tribuiſſet: Quo circa Iouẽ ita conſtituiſſe
ut Oriente Scorpione Orion occidat. Huius Scorpionis Chelæ ita premuntur ab æquino
ctiali circulo: ut eum ſuſtinere videantur. Chelæ autem Scorpionum: & Cancrorum bra/ Chelæ
Virgilius chia dicuntur. Virgilius. Qua locus Erigonem inter: chelaſq; ſequentes. Cauda autem con/
tingit hyemalem circulũ. Occidit inclinato capite. Oritur erectus a Chelis. In his ſtellas ha/
bet binas in ſingulis: in fronte tris: inter ſcapulas totidem: in ventre duas: in cauda quinq;: in
ipſo cacumine quo videtur percũtere duas. Item Scorpio militare inſtrumentum eſt: quod Scorpio milita
vulgo nunc baliſtam vocant: ita dictus q paruis ac ſubtilibus ſpiculis inferat mortẽ: ſiue q re inſtrumentum
Scorpionis ſimilitudinem habeat: qum arcus hinc atq; hinc chelarum ſimilitudinem præ ſe
ferant ſpiculum caudæ. Baliſta uero funibus: & neruis tenditur: & maiora ſpicula multo lõ Baliſta
gius iactat: emittit etiam in nauali bello ſagittas oleo incendiario: ſtuppa: ſulphure: & bitu/
Ouidius mine obuolutas: atq; ardentes: quæ tabulas pice vnctas: & reſina repẽte ſuccendũt. Ouidius
Quam graue baliſtæ mœnia pulſat onus. A baliſta fit verbum Exbaliſto: quod eſt decipio: Exbaliſto.
Plautus circumuenio. Plautus. Ego hũc cõmunẽ meum: atq; noſtrum omniũ hoſtem exbaliſtabo le
Idem pide. Item Baliſtarium: locus in quo ſita eſt baliſta. Idem. Intenta baliſta eſt probe: quã ego Baliſtarium
haud multum poſt emittam e baliſtario. Baliſta ἀπὸ τοῦ βάλλειν dicta eſt: hoc eſt a ia
ciendo Scorpionem quidam Arcubaliſtam vocant. Eſt etiam Scorpius herba ſemen habẽs Arcubaliſta
ad ſimilitudinem caudæ ſcorpionis: folia pauca. Valet aduerſus animal nominis ſui: Hanc Scorpius herba

herbam Theophraſtus Nepam vocat: qđ Nepa Scorpiũ apud græcos ſignificat. Quãuis enĩ aliqui putauerint Nepam Camarum eſſe: decepti eo qđ apud Plautum ſcribitur. Retro uerſum cædam: imitabor nepam. Conſtat tamen Nepam Scorpiũ eſſe: qui & ipſe aliqñ retrogradit᷑ mordendi gr̃a. Cicero. Serpere angues: natare anaticulas: volare merulas: cornibus vti videmus boues: nepas aculeis: ſuam deniq; cuiq; naturam eſſe ad viuendum ducem. Item Scorpiuros alia herba eſt: quam etiam Heliotropiũ nominant: a nobis quum de ſole diceremus dicenda. Eſt & alius vermis Locuſtæ ſimilis: ſine pennis: qui Trixalis græce vocat᷑: Latinũ nomen nõ habet. Item Tipula vermis eſt ſex pedes habens: ſed tantæ leuitatis: ut ſup aqua currens non deſidat. Plautus. Neq; Tipulæ leuius pondus eſt q̃ fides lænonia. Quidã etiam Leontophon exiguũ vermẽ eſſe dicunt: cuius cinis cum carne in cibo datus Leonem necat: quod falſum eſſe inferius oſtendemus. Item Gurgulio vermis exiguus: de quo ſupius diximus: frumenta in horreis: ſatiſue deuorãs: dicta ita ob paruitatẽ: ꝙ nihil aliud ſit q̃ guttur. Virgilius. Populatq; ingentẽ farris aceruũ gurgulio. Item Gurgulio appellat᷑ via patẽs & veluti fiſtula q̃dã a narib9 ad pulmonẽ cõſtans cartilagine: & carne ꝑ quã ſpũs meat: ac remeat. Et hæc Spiritalis fiſtula dicit᷑: ſicut alia fiſtula: q̃ ab ore ad ventrem tranſit gula. Et Cibalis fiſtula appellat᷑ conſtans neruo: & carne. Item Salamandra eſt vermis inter omnia venenata maximũ ſcelus. Cætera enĩ ſingulos feriunt Salamandra populos necare pariter improuidos poteſt. Nam ſi arbori irrepſerit: omnia poma inficit veneno: & eos qui ederint interimit. Idem facit ſi in puteum cadat. Saliua eius quacũq; parte corporis uel in pede vno reſperſa omnis in toto corpore defluit pilus. Eſt autem animal Lacerti figura ſtellatũ: nunq̃ niſi magnis imbribus proueniens: & æſtate deficiens: cui tantus rigor: ut ignem tactũ extinguat: non alio modo q̃ glacies. A ſuibus tamen ſine nocumento manditur. Item vermis eſt Lacerta: cuius duo genera: Altera eſt maior: hæc Lacerta viridis dicitur: Altera minor: hanc quidam Zygnida: alii Calciden vocant. In vtroq; genere mas dicitur Lacertus. Virgilius. Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos. Lacertus etiam brachium in homine dicitur A quo fit Lacertoſus: hoc eſt robuſtus: ac validis lacertis. Lacertus etiam piſcis eſt: de quo inferius dicemus. Lacertam ore parere vulgus exiſtimat: qđ Ariſtoteles negat. Conſtat tñ eas nõ incubare: oblitas quo ſint loco enixæ: quoniã huic animali nulla memoria eſt. Itaq; catuli eoꝝ per ſe erumpunt. Ranas quoq; quidam parum inter vermes adnumerãt. Multa earum genera. Sunt Ranæ terreſtres: licet in dulcibus aquis viuant. Sunt & Marinæ. In mari Rana piſcatrix dicitur: quoniam eminentia ſub oculis cornicula turbato limo exerit: atq; ita aſſultantes piſciculos pertrahit: donec eam prope accedant: ut aſſiliat: mares: dum fœminas ad coitũ cient Ololygones vocantur: ut ſupra diximus. E terreſtribus quædam in vepribus tñ viuũt: Ob id a rubis Rubetæ appellatæ. Græci Phrynos vocant: maxime omniũ: geminis veluti cornibus: plenæ veneficiorum. Tradunt oſſiculo eius: quod eſt in dextro latere in aquam feruentem deiecto ſtatim vas refrigerari: nec poſtea ferueri niſi exempto. & econtrario aliud eſſe in ſiniſtro latere: quo deiecto feruere aqua videatur: id Apocynon vocari: quoniam canum impetus eo cohibeantur. Aliæ inter Harundines: fruticeſq; verſantur: ob id a calamis dictæ Calamitæ. Hæ inter omnes & minimæ ſunt: & viridiſſimæ: & a quibuſdam Diphthitæ nominantur. Sunt etiam ſine voce: & ſi hauriantur: ventres boum diſtendunt. Eſt & Rana parua arborem ſcandens: & ex ea Vociferans: in cuius os ſi quis expuat: ipſamq; dimittat: tuſſi liberari dicitur. Tradit Democritus: ꝙ ſi qs extrahat ranæ viuenti linguam: nulla alia corporis parte adherente: ipſaq; dimiſſa in aquã: illam imponat ſupra cordis palpitationem mulieri dormienti: quæcunq; interrogauerit vera reſponſuram. Inter vermiculos poſtremo Apes quoq; ponunt: & certe vermiculi ſunt dum naſcuntur: ideo Apes dictæ: ꝙ ſine pedibus ſunt. Virgilius. Trunca pedum primo. Quamuis aliqui Apes ab eo dictas volunt: ꝙ ſe pedibus inuicem tenent. Ab hoc fit diminutiuũ Apecula: ſiue Apicula: quũ & Apes & Apis dicimus in nominatiuo: & Apiarium locus: in quo apes tenentur: quod et aluearium dicitur: ab alueorum multitudine: & Mellarium a melle: & a meliſſis hoc eſt apibus Melliſſon: & apium herba quam græci Selinon vocant: cuius plura genera. Quod enĩ ſponte in humidis naſcitur Helioſelinum vocatur. ἕλοσ enim dicitur Palus: vno folio eſt: nec hirſutum. Rurſus in ſiccis Hippoſelinum: quo equi libenter veſcunt᷑: pluribus foliis eſt: ſimile Helioſelino: Id & Petroſelinum: & Olus atrum: ſiue Oliſatrum nuncupant: ut ſupra oſtendimus. Tertium Oreoſelinum: quaſi Montanum apium: Cicutæ foliis: radice tenui: ſemine Aneti: minutiori tamen: his fere omnibus Apes veſcunt᷑. Item ab Apibus Apiaſtrum: quod nõ eſt ſilueſtre Apium: ut Valla ſcripſit: ſed herba quæ a Meliſſis Meliſſephylon appellatur: hoc eſt Apiũ folium: & a melle dicitur Melitena: nullo magis flore gaudet Apes. Copia iſtius facillime examina continentur: & ſi ea purgantur aluearia: non fugiunt apes. In Sardinia hæc herba venenata eſt. Item ab Apis Apiarius deducitur: qui curã Apiũ

Nepa — Scorpiuros — Heliotropiũ — Trixalis — Tipula — Leontophon — Gurgulio aial — Gurgulio — Fiſtula ſpiritalis — Fiſtula cibalis — Salamandra — Lacerta — Zygnis — Calcis — Lacertus — Lacertoſus — Rana terreſtris — Rana marina — Rana piſcatrix — Ololygones — Rubetæ — Phrynos — Apocynon — Calamita — Diphthita — Rana vociferãs — Ad ſcrutanda ſecreta mulierum — Apis — Apes — Apecula — Apicula — Apiarium — Aluearium — Mellarium — Melliſſon — Apium — Selinon — Helioſelinum — Hippoſelinum — Petroſelinum — Olus atrum — Oliſatrum — Oreoſelinum — Apiaſtrum — Meliſſephylon — Melitena — Apiarius

Theophraſtus — Plautus — Cicero — Plautus — Virgilius — Virgilius — Ariſtoteles — Democritus — Virgilius — Valla

habet:& alueos tenet.Plyni.Prouentū enī ſperāt apiarii large floreſcēte thymo.Et Apiana Apiana
vua pdulcis:quā pcipue inſeċtant᷑ apes:veſpæ:muſcæq;.Nunc vulgo a muſcis Muſcatula di Muſcatula
citur.Græci Sticam vocāt.Item ab ape Apiaſtra auis apes comedens:q̄ Merops etiā vocat᷑ Stica
genitores ſuos recōditos paſcens pallido intus colore pennarum:ſupne cyaneo:priori ſub Apiaſtra
rutilo:Nidificat in ſpecu ſex pedum defoſſa altitudine.Virgil᷑. Meropes: aliæq; volucres. Merops
Manifeſtus hic Seruii error notatur:qui Meropem inquit viridem eſſe:& viridiores pēnas Apes ex bobus
habere.Creantur autem Apes ex bobus:ſicut Crabrones ex equis:Fuci ex mulis: Veſpæ ex Crabrones ex e/
aſinis.Conduntur apes a vergiliarū occaſu:nec ante fabas florentes ad opera:& labores ex quis
eunt.Qum per cælum licet:nullus operi perit dies. Primū fauos conſtruūt:hoc eſt cellulas: Fuci ex mulis
domoſq;:a fouendo dictos:q̄ in iis ſobolem fouent:fingunt primo cera:dehinc melle im/ Veſpæ ex aſinis
plent.Ceram ex floribus faciunt:q̄ quanto iocūdiore materia cōpoſita eſt:tanto in hac me Fauus
liorē mella qualitatē accipiunt.Melligenē capiunt e lachrimis arboꝝ:q̄ glutinū pariunt:ut Melligo
ſalicis:vlmi:arundinis ſucco:gūmi:reſina:His primū Alueum intus totum:ut quodā tecto/
rio illinunt: & alii amarioribus ſuccis:ne aliarum beſtiolarum auiditates iis noceat:his fo/
res quoq; latiores circūſtruūt:Melligo hæc vocatur:Primū fundamentum operis dicit᷑ Me Melligo
tys:hoc eſt purgamentū ceræ:ex quo partem aluei priorem apes illinunt. Secundum Piſſo Metys
ceron ex cera:& pice:ſiue gūmi:ſiue reſina mixtū:Vn̄ nomen habet. Græci enī πίσσαν Piſſoceron
picem vocāt: κηρὸν ceram.Tertium Propolis dictum:hoc modo quaſi ſaburbanum: qd᷑ Propolis
Varro ante alueum ſit Propolin Varo inquit vocant:qd᷑ apes faciunt ad foramen introitus:por/
rectum in alueum maxime æſtate:quam rem etiam nomine eodem medici vocant in empla
ſtris.Propter quam rem etiam carius in ſacra via q̄ mel venit.Eſt autē Propolis fauorū ſta
bilimentum:qua omnes frigoris:aut iniuriæ aditus obſtruūtur:odore etiam vſq; adeo gra/
ui: ut quidam pro Galbano vtantur.Poſt hæc cōuehitur Erythace:quam alii Sandaracam Erythace
Alii Cerinthum nominant.Hic eſt apum dum operantur cibus:qui ſæpe in fauorum inani Sandaraca
tatibus ſepoſitus inuenitur ſaporis amari:ſed plenus humoris.Gignit᷑ autem rore verno ex Cerinthus
Varro arborum ſucco.Varro.Erythacen vocant:qua fauos extremos inter ſe conglutinant: quod
eſt aliud melle propoli᷑.Itaq; in hoc vim eſſe illinendi.Quo circa examen vbi volunt conſi/
Ariſtoteles dere eum ramum:aliamue quam rem oblinūt hoc admixto apiaſtro. Ariſtoteles. Aggerunt
Idem apes ſuis cruribus ceram atq; erythacen.Idem.Sed recondunt aliud quoq; cibarii genus:cui
durities ceræ proxima:quod σανδαράχην: hoc eſt Sandarachā nōnulli appellant. Idē
habent etiam quo ſecundo cibo alantur:quod κήρινθον:hoc eſt Cerinthus vocatur: Ve
rum hoc deterius eſt:& dulcedine prope ficus.Nam & Cerinthe herba eſt folio candido in Cerinthe
curuo:cubitalis:capite concauo:mellis ſuccū habente.Erythace a coloris rubedine dicitur.
Græce enī ἐρυθήμα rubor appellatur.Cera ex omniū arborum:ſatorūq; floribus confin Cera ex q̄bus fiat
gitur:excepto Rumice:& Chenopode herbis:quarum prima vulgo nota eſt:ſecūda effigiē Rumex
Ariſtoma/ habet pedis anſerini.Ariſtomachus Solenſis tanto apum amore flagrauit:ut duo de q̄dra/ Chenopus
chus ginta annis nihil aliud fecerit. Hyliſcus quoq; Thaſius vſq; adeo has in deſertis coluit: ut
Hyliſcus Agrius:hoc eſt agreſtis fuerit cognominatus Apes intra ſexaginta paſſus opus ſuū faciūt:cō
Agrius ſumptis autem in proximo floribus:ſpeculatores ad pabula vlteriora tranſmittunt. Noctu
depræhenſæ in expeditione:ſupinæ excubant:ut alas a rore defendant. Interdiu ſtationes
ad portas faciunt more caſtrorum. Noctu vſq; ad auroram quieſcunt: donec vna excitet
omnes duplici:aut triplici bombo: quaſi tuba:aut cornu aliquo. Tunc cateruatim prouo/
lant:ſi dies futurus eſt quietus.Ventos enim imbreſq; prædiuinant: & tunc continent ſe te/
ctis.Qum ad opera proceſſere:aliæ flores aggerunt pedibus:aliæ rorem ore.Adoleſcentio/
res ad hæc opera exeunt:& ſupradicta conuehunt.Seniores intus operantur:& aduecta di
ſponunt.Quæ flores portant prioribus pedibus onerant femora:pedes priores roſtro: &
onere graues remeant.Excipiunt eas ternæ: aut quaternæ: atq; exonerant. Singulæ præte/
rea ſua officia habent. Aliæ cōſtruūt:aliæ poliunt:aliæ ſuggerunt:aliæ ex eo quod allatū eſt
comparant cibum:Neq; enim ſeperatim veſcuntur:ne operis:aut cibi:aut temporis inæqua
litas fiat.Primos fere tres ordines in anes ſtruunt:ne promptum ſit:quod inuitet furantem
Nouiſſimi maxime melle implent᷑.Dum vehunt ſecundos captant flatus.Si procella oriat᷑
apphenſis pediculo lapillis ſe librant:Sæpe etiam lapillos in humeros imponūt. Laborātes
miro ſtudio obſeruant:ceſſantiū inertiā notāt:caſtigāt:ſæpe etiā morte puniūt.Omniū aīan
tiū mūdiſſimæ ſunt:amolliunt᷑ e medio cūcta:nullaſq; int᷑ opera ſpurcitias relinquūt.Excre/
mēta operantiū intus vnū cōgeſta in locū diebus turbidis:& q̄n ab opere ceſſant educunt.
Qum aduesſpaſcit minus:ac minus in alueo obſtrepūt:donec vna circūuolet:eodē quo exci
tauerat bombo q̄ſi ſomnū indicēs:inſtar caſtrorū.Tūc repēte oēs ſilent.Domos primū ple
beiis ædificāt:deinde regibus.Si ꝓuentus largior ſperat᷑:etiā fucis:hæ cellaꝝ minimæ ſunt:
ſed ipſi maiores apibus.Sunt aūt Fuci ſine aculeo velut impfectæ apes:nouiſſimeq; a feſſis: Fucus

& iam emeritis inchoatæ: ſerotini fœtus: & quaſi ſeruitia verarum apium. Alimenta non
congerunt: ſed ab aliis conuecta conſumũt. Ad procreationem tamen Sobolis conferre ali/
quid videntur: inſidentes ſeminibus: quibus apes figurantur. Itaq; ad fouendam: & educan
dam natam prolem familiarius admittuntur. Excluſis deinde pullis extra tecta perturban/
tur. Virgilius. Ignauũ fucos pecus a præſepibus arcent. Multæ apes ſingulos fucos aggreſſæ Virgilius
trucidant. Quidam tamen fucos proprium genus eſſe exiſtimant: quemadmodum ex codẽ
Fur genere Fures: lata aluo ad furandũ pronos: ita appellatos: quia furtim deuorant mella. Alii
Fucos ex apibus fieri putant. Aculeum enim apibus vetri inſertum eſſe: qui ſi ad vnum ictũ
infixus fuerit illa ſtatim emori: ſed qum intantum fuerit adactus: ut inteſtinum ſequatur: Sic
fucos ex apibus fieri: nec mella facere: veluti caſtratis viribus: ſed ſola frequentia fœtui pro/
Phycos thalaſ/ deſſe. Fucus etiam herba eſt: quæ græce Phycos thalaſſion: Latine Fucus marinus dicitur.
ſion Tria eius genera: Latum: & alterum longius quadãtenus rubens. Tertium criſpis foliis: quo
Fucus marinus increta veſtes tinguntur. A noſtris etiam Alga dicitur: & tertium genus Alga ruffa appella/
Alga tur. Ab hoc Fuco verbum deducitur: & paſſiuum eius Fucor: quod eſt coloro: & coloror:
Alga rufa Vnde Fucatæ mulieres dicunt: quæ uel medicamentis quibuſdam colorantur: uel vitia cor/
Fuco poris inductis coloribus tegũt: & Fucus color ipſe: ſiue medicamentum dicit. Plautus. Vi/ Plautus
Fucor tia corporis fuco occulunt. Virgilius Fucum pro cera poſuit: quæ ex diuerſorum colorũ flo Virgilius
Fucatus ribus colligitur. Fucoq; & floribus oras explent. Fucus etiam pro fraude metaphorice po/
Fucus nitur: in qua veritas occultatur. Terentius. Et per alienas tegulas veniſſe clanculum per im/ Terentius
Fucilis pluuium. Fucum factum mulieri. Hinc Fucilis res falſa dicitur: & quaſi fucata. Fœtus quo/
modo progenerent apes: magna eſt inter eruditos contentio. Nunq̃ enim viſus eſt apũ coi
tus. Multi exiſtimauerunt compoſiti floribus aptiſſime confici. Virgilius. Illum adeo pla/ Virgilius
cuiſſe apibus mirabere morem: Quod nec concubitu indulgent: nec corpora ſegnes In Ve/
nerem ſoluũt: aut fœtus nixibus ædunt. Verum ipſæ e foliis natos: & ſuauibus herbis Ore le
gunt: ipſæ regẽ: paruoſq; quirites Sufficiunt: auraſq;: & cerea regna refigũt. Alii coitu vnius
qui Rex dicitur: generari apes exiſtimant: hunc eſſe ſolũ marẽ præcipua magnitudine: ne fa
tiſcat: ideoq; fœtum ſine eo non ædi: apeſq; reliquas: nõ tanq̃ ducem: ſed tanq̃ marem fœ/
minas comitari. Sunt autem reges maiores paulo q̃ cæteri: & oblongi: rectioribus cruribus:
ſed minus amplis pennis: pulchri coloris: & nitidi: leueſq;: ac ſine pilo. Dubiũ an careat acu
leo: in æſtate tantũ armatus: an aculeum quidem ei natura dederit: ſed vſum eius negarit: q̃
regem decet clæmentem eſſe: nec arma niſi per miniſtros: vbi ius poſtulat exercere: hoc certe
conſtat regem aculeo non vti. Mira plebis circa eum obedietia: qum procedit: vna eſt: totũ
examen circa eum conglobatur: cingit: tuetur: videri ab aliquo non ſinit: Aliis temporibus:
qum plebs in labore eſt: ipſe intus opera circuit: exhortãti ſimilis: ſoluſq; immunis. Satellites
quoſdam & quaſi lictores circa ſe continue habet: qui imperata faciant: Nunq̃ niſi migra/
turo examine foras exit. In procedendo ſe quæq; proximam illi cupit eſſe: & in officio con
ſpici gaudet: feſſum ſubleuant humeris: fatigatum ex toto portant. Vbi ille conſedit: omnes
caſtrametantur. Rege defuncto meret plebs ignauo dolore: non cibos cõuehit: non exit: tri
ſti tantũ murmure circa corpus conglobatur: tandẽ fame moriuntur. Qum uero alias apes
defunctas educunt: triſtitiam quandam oſtendũt: & funerantium more comitantur exeqas
Color regis melleus eſt: quaſi electo flore: ex omni copia factus: neq; vermiculus naſcitur: ut
Nymphæ cæteræ apes. ſed ſtatim pẽniger eſt. Cæteræ qũ formam capere cœperũt Nymphæ appellant.
Ariſtoteles. οὐχ ἅμα δὲ ἐν πᾶσι τοῖς κυτταροῖς ἐγγίνονται γονοί. ἀλλ' ἐνίοις Ariſtoteles
μὲν ἤδη μεγάλα ἐμέριν ὥντε καὶ πέτεσθαι. ἐνίοις δὲ νύμφαι. ἐν τοῖς
δὲ σκώληκές ἐστι. Hoc eſt nõ æquus in omnibus alueis fœtus: in quibuſdã enim ma/
Sirenes gni iam ſunt: ut volare queant: in aliis Nymphæ: in aliis etiam Vermiculi Sirenes: & Cephe
Cephenes nes imperfectæ apes ſunt: & inutiles operi: niſi quod multitudine: quæ ad calorem multum
confert: fœtus adiuuant. Quo enim maior eorum turba eſt: eo maior fit prouentus. Ariſto Ariſtoteles
teles. Fœtus apum Sirenum: & Cephenum albi q̃diu Vermiculi ſunt: poſtq̃ creuere: fiunt
apes Sirenes: & Cephenes: Clerum abortum apium eſſe Plynius ſcribit: Qum fœtum mor Plynius
bo: aut ignauia: aut naturali infecunditate nõ eduxere: In quo certe miror virum alioqn do
Clerus ctiſſimũ erraſſe. Clerum vermiculum eſſe conſtat nocentem aluearibus. Ariſtoteles. Exami Ariſtoteles
na infeſtantur clero. Sic enĩ vocant vermiculos: qui in pauimento naſcuntur: ex quibus cre/
ſcentibus velut aranea obducitur alueo: et faui carie pereunt. Hinc morbus quoq; eiuſmodi
Clerus vocatur: hoc eſt fauus cũ fœtu putrefactus. Qum uero alia cauſa utputa morbo: aut
Blapſigonia ignauia: aut infecunditate naturali fœtum non peragunt Blapſigonia dicitur: quaſi prolis
detrimentũ: ἀπὸ τοῦ βλάπτω: quod noceo eſt: & γονὸς fœtus. Qum deficit ali/
cuius aluei cibus impetũ in p̄ximos rapinæ ſtudio faciũt: at illæ cõtra dirigunt aciẽ: & aliis
quoq; cauſis ſæpenumero dimicãt: duo imperatores acies inſtruũt: vtroq; ſuos euocãte cõmi/

Virgilius litones:quæ dimicatio iniectu pulueris:aut fumo tota dirimit᷑. Virgilius. Hi motus animo-
rum atq; hæc certamina tanta:Pulueris exigui iactu compreſſa quieſcent. Gaudent plauſu:
ac tinnitu æris:atq; euocantur:Poſtq; effecto opere:& educto fœtu:functæ ſunt omni mu-
nere:exercitatione nihilominus ſolẽnem habent:ſpatiataq; in aperto:& gyris in alto ædi-
tis:tum demũ ad cibum redeunt. Vita eis longiſſima ſeptem annorum eſt. Alueum nunq; vl
tra decennium duraſſe produntur. Sunt qui mortuas:ſi intra tectum hyeme ſeruentur: de-
inde ſole verno torreant᷑:ac ficulneo cinere toto die foueant᷑:reuiuiſcere exiſtiment. Quan
Virgilius do uero in totum amiſſæ ſunt ventribus bubulis recentibus cum fimo obrutis:Vel ut Virgi
lius ſcribit:iuuencorum corpore exanimato reparantur. Odere fœdos odores: & infectos
fugiunt procul. Itaq; vnguenta redolentes infeſtant. Vua in apibus dicitur:quando examẽ Vua
Virgilius conglobatum Botri inſtar dependet. Virgilius. Hic uero ſubitum: ac dictu mirabile mon-
ſtrum. Aſpiciunt: liquefacta boum per viſcera toto. Stridere apes vtero:& ruptis efferuere
coſtis:Immenſaſq; trahi nubes:atq; arbore ſumma Confluere:& denſis vuam dimittere ra
mis. Seruius. Vuam dimittere id eſt in morem vue Botryonem defluere:quod græci dicunt
Columella βότρυον. Columella. Deinde qum examen glomeratum in proximo frondentis arbuſcu
Iuuenalis læ ramo cõſederit: animaduertito an totum examen in ſpeciem vnius vuæ dependeat. Iuue
Plynius nalis. Solicitus tanq; lapides effuderit imber:Examenq; apium longa conſederit vua. Ply-
nius. Tunc oſtenta faciũt priuata:ac publica vua dependente in domibus templiſue ſæpe ex
piata magnis euentibus. Sedere in ore infantis Platonis:tum etiam ſummitatem illam præ
dulcis eloquii portendentes. Græci quoque hoc ipſo modo loquendi vtuntur. βότρυον
ἐξηρτῆσθαι τὰ σμήνη Cera eſt:quæ fit expſſis fauis:& auro purificatis. Optima eſt Cera
quæ punica vocatur:omniũ candidiſſima:proxima quæ maxime fulua. Nomẽ a græco ha Cera punica
bet. κήριον enim græci Fauũ vocant: κήρινον Cereum. Nigreſcit addito chartarum ci- Cereum
nere:ſicut Anchuſa admixta rubet. Cera aliquando pingere maiores noſtri ſolebant. Qua Cerinum
Ouidius propter & tabellæ ita pictæ Ceræ vocabant᷑. Ouidius. Perlege diſpoſitas generoſa patria Ceræ
ceras:E cera etiã fiebant pugillares:in quibus ſcribere mos erat:Vnde Ceras aliquando pro
libellis:ſiue epiſtolis:ac etiam ipſis pugillaribus capimus. Idem. Nõne libet medio ceras im
plere capaces Quadriuio? Parieti quoq; depicto:& armis cera punica cũ oleo liquæfacta:
cãdens ſetis inducebatur:vtrũq; admotis gallæ carbonibus adurebatur ad ſudorem vſq; po
Plynius ſtea candelis ſubigebatur:deinde lintheis puris:ut ſicut marmora niteſcerent. Plynius. Va-
rioſq; in colores cera trahitur ad innumeros mortalium vſus:parietumq; etiam: & armo-
Perſius rum tutelamen. Ab hoc fit Cærare:& Incærare verbũ:quod eſt cæra tegere. Perſius. Genua Cæro
incærare deorum:& Cæreus adiectiuum:quod aliquando ex cæra fit:ut Cærea candela: ad Incæro
differentiam eius quæ ex ſæuo eſt:ſiue alio pingui: Aliquando mollem:ac facilem: & tanq; Cæreus
Horatius cæra tractabilem. Horatius. Cæreus in vitium flecti:monitoribus aſper:Nõnuq; pinguem.
Actius Actius. Pinguẽ turturem:cæreãq; ficedulam. a cære uidelicet colore quandoq; vnctum. Mar
Martialis tialis. Cærea ſi pendet lumbis:& trita lacerna. Cæreus uero ſubſtantiuũ funale ſignificat:quẽ
in ſaturnalibus ſolẽbant humiliores potentioribus:qum Candelis pauperes:locupletes Cæ
Martialis reis vterentur. Martialis. Hic tibi nocturnos præſtabit cæreus ignes. Item a Cæra Cærinus Cærinus color
color:de quo ſupra diximus. Item Syncærum:quod proprie ſignificat integrũ: tractum ab Syncærum
eo:ꝙ qui diuidere fructum cõmunem alueorum cum ſocio volunt:ſimul cum cæra mel par
tiuntur:ꝙ ſi mel tantum ſine cæra conſignent:fraudant ſocium:nec agunt integre:Suntq; q
tradant ſocietate fraudata alueos mori. Syncerum itaq; dictum quaſi ſimul cum cæra. Syn
enim apud græcos ſimul ſignificat in compoſitione:quemadmodum apud nos Con:Vnde
Synæreſis dicitur figura:quæ diuerſa coniungit:ut qum dicimus Antoni gladios pro Anto Synæreſis
nii:& derit pro deerit. & Synagoge coadunatio:& Synalœphe quaſi cõpſſio:qum de fi Synagoge
ne dictionis vocalis abiicitur:ſequenti dictione incipiente a vocali: ut Semper ego auditor Synalœphe
tantum. & Syncope conciſio:qũ littera uel ſyllaba de medio dictionis abſcindtur. & Syn- Syncope
Donatus categorematica conſignificatiua. & Syntheſis confuſio. Eſt enim ut Donatus inquit Hyper Syncategorema
baton vndiq; confuſum: Vt illud Virgilii. Tris notus abreptas in ſaxa latẽtia torquet:Saxa tica
vocant Itali:mediis quæ in fluctibus aras. & Synechon continens. & Syneodoche conce- Syntheſis
ptio qum a parte totum:uel a toto pars intelligitur. A parte totum:ut Flammas qum regia Synechon
puppis:hoc eſt nauis. A toto pars. ut Quã multæ glomerant᷑ aues:vbi frigidus amnis Trãs Syneodoche
portum fugat. & Sylepſis figura:quæ dici latine conceptio poteſt:qñ pluratiua dictio ſingu Sylepſis
Virgilius lari verbo coheret. Virgilius. Sociis & rege recepto:aut ſingularis plurali verbo cõnectitur.
Idem Idem. Sũt nobis mitia poma:Caſtaneæ molles:& pſſi copia lactis. Aut pro multis vnus po
Idem nitur. Idem. Armato milite complet. Aut pro vno multi. Idẽ. Vos o Calliope pcor aſpira- Synodus
te canẽti. & Synodus conuentus:ſiue conuenticulum. & Synonyma:quæ ſub diuerſis voci- Synonyma
bus idem ſignificant. & Synathroeſmus figura:quæ & ſingulis verbis:& plurium verborũ Synathrœſmus

coniunctione fieri poteſt: ſingulis hoc modo. Sed qum ad ſupplicium ſumendum ſe confir
maret: multa ſimul eum reuocabant: officia: conſuetudo: tempus: exiſtimatio: periculum: re
ligio. Plurium verborum coniunctione ſic. Nemo enī nocens ſine ſummo mærore eſt iudi/
ces: Sed multa ſimul eum perturbant: quod adeſt ſollicitudinis plenum: quod futurū eſt for
midoloſum: Lex paratum ſupplicium oſtentans: vitia ex vitiis coacta: occaſionem arguen/
Polyſyntheton — di maleficii captans inimicus: quæ quottidie vehementer eius animū excruciant. & Polyſyn
theton figura: qum ſententiæ multoꝝ articuloꝝ coueniẽt copia cōtinent: ut Ille hūc pœna
conſtrictum trahebat. Hic autē vociferabat: concurſus uero nō mediocris erat: qum tñ oēs
opitulari vellent: ſed nemo auderet: neqꝫ ibi magiſtratus aderat: nec circumſpiciētes: quo po
Syncaceoſis — tiſſimum confugeremus: reperiebamus. & Syncaceoſis figura: quæ docet diuerſas res con/
iungere: & cōmuni opinioni cum ratione aduerſari: ut Nec hominis auari: atqꝫ aſoti vnum
atqꝫ idem vitium eſt: vterqꝫ enim neſcit vti: atqꝫ vtriqꝫ pecunia dedecori eſt. Quare merito
Synonyma — vtriqꝫ pari pœna afficiuntur: quos pariter non decet habere. Et Synonyma figura: quæ cō/
munio nominis interptatur. Vtimur autem eo genere elocutionis: quotiens vno verbo non
ſatis videmur dignitatem: aut magnitudinem rei demonſtrare: ideoqꝫ in eandem ſignifica/
Aſynteton — tionem plura cōferunt: ut ſi dicamus: proſtrauit: afflixit perculit. & Aſynteton: quod incō/
poſitum: ſiue ſolutū a latinis dicitur: qum demptis diſiunctionibus: & prepoſitionibus di/
uerſa proferunt. Cicero. Expecto vim edicti: ſecuritatem ꝑtoris: faueo oratori: cupio opto — Cicero
Syntaxis — dānari aproniū. & Syntaxis: quæ latine conſtructio: ſiue coordinatio interꝑtatur. & Syn/
Syntheſis — theſis: quæ Compoſitio a noſtris dicitur: fitqꝫ qum ſingulare nomē multitudinem ſignificās
cum verbo plurali coniungitur: ut Pars infruſta ſecant: & turba ruunt. Syntheſis etiam ve/
Symmachus — ſtis genus eſt: de qua ſuperius diximus. & Symmachus nomen propriū: quod ſignificat cō/
Symmachia — certatorē: auxiliarium: & Symachia auxiliū: cōcertatio: & Symmetria cōmenſuratio: cuius
Symmetria — tamen latinum nomen in vſu non eſt. Plynius. Nondum habet latinū nomen Symmetria. — Plynius
Sympathia — & Sympathia vſitatiſſimū apud latinos: quod dici compaſſio poteſt. & Symbole commiſ
Symbole cōmiſſura — ſura. & Symbolum indicium: quaſi ſimul collatum: de quo alibi diximus. & Symmathetes
condiſcipulus. & Sympoſium compotatio. & Syndipnum concœnatio. & Sympotes cō/
Symbolū īdiciū — potor: & Sympoti compotrix. & Symphirum herba: de qua alibi diximus: coagulum ſiue
Symmathetes — conſerua latine appellata. & Symphonia conſonantia. & Synoecus cohabitator contu/
Sympoſium — bernalis. & Syſtole correptio. & Syngraphum: de quo alibi diximus. & Symplegma com/
Syndipnum — plexus: concurſus. & Symplegades Inſulæ Ponti: mille quingentis paſſibus ab Europa di/
Sympotes — ſtantes: Cyaneæ ab aliis dictæ. Symplegades autem ob id appellatæ: ꝙ inter ſe cōcurriſſe ali
Sympoti — quando fabulis traduntur. Id autem fictum idcirco eſt: quoniam paruo diſcretæ interuallo:
Symphirum — ex aduerſo intrantibus geminæ cernebantur: pauloqꝫ deflexa acie: coeuntium ſpeciem ꝑbe/
Symphonia — bant. & Sympudearia funera a veteribus dicebantur: quibus ludos adhibebant: quaſi ſimul
Synoecus — pudenda. Verum ut ad propoſitum reuertamur: quoniam quæ integra ſunt: etiam incorru/
Syſtole — pta ſunt: Ponitur aliquando Syncerum pro puro: incorrupto: immaculato. Horatius. Syn — Horatius
Syngraphum — cerū eſt niſi vas: quodcunqꝫ infundis aceſcit. Ab hoc fit Synceritas: hoc eſt integritas: & Syn
Symplegma — cere integre: Cuius contrarium eſt Inſyncerum: hoc eſt vitiatum: corruptum. Virgilius. In/ — Virgilius
Symplegades — ſyncerus apes tulitur cruor. Simili quoque modo Procerum a Cera deducitur: quod pro/
Sympudearia — prie ſignificat prolixum: & in longum productum: quaſi ad ſimilitudinem ceræ extenſum:
Syncerum — A quo Proceritas: longitudo: aut prolixitas: & Proceriter aduerbium: extenſe. Proce/
Synceritas — res uero capita trabium proprie dicuntur: hoc eſt mutili quidam extantes: A quo principes
Syncere — ciuitatis ſunt Proceres appellati: ꝙ ii ita in ciuitate eminent: ſicut illi in ædificiis. Quidam
Inſyncerum — tñ Procerū a creſcendo: quaſi procretū: hoc eſt excre um dictum volunt: & Procris Cepha/
Procerum — li venatoris vxor fuit. Proconeſſus vrbs fuit in minori Aſia. Item a cera Cerinthe: herba eſt
Proceritas — folio candido: incuruo: cubitalis: capite concauo: mellis cum cera mixti ſaporem habente.
Proceriter — Cuius florum auidiſſimæ ſūt Apes. Item a cera Cerotum: ſiue Ceratum Græce κηρωτὸν:
Proceres — de quibus ſupra diximus. Aceratum a ceræ priuatōe: qđ ſignificat lutum cum paleis mixtū:
Procris — & Ceroma: quod ceroto ſimile ſit. Ceroma enim dicebatur quo vngebantur athletæ: dū cer
Proconeſſus — taturi erant. hoc uero ex oleo: terraqꝫ conſtabat: nec ex omni quidem terra: ſed ex quibuſdā
Cerinthe — eius generibus: quibus robuſtiora fieri corpora: & ad tolerandos æſtus: atqꝫ algores firmio
Cerotum — ra arbitrabantur: ut erat albida: quædam terra pertenuis ex albano agro: & rubrica: & baia
Ceratum — nus puluis: & qui iuxta montem Veſuuium collegebatur: aliæqꝫ huiuſmodi terræ complu/
Aceratum — res. Adhibebatur quippe Oleum tum ad agilitatem præſtandam: ut corpora lubrica fierent:
Ceroma — tum ꝙ natura olei eſt tepefacere membra: & contra algores munire. Tertia uero ad indurā
Olei natura — dos magis artus: & aduerſus æſtum firmandos adiungebatur. Statius de palæſtris. Poſtqꝫ — Statius
oleo gauiſa cutis: petit æquor vterqꝫ. Procurſu medium: atqꝫ hauſta veſtitur harena. Tū ma
didos artus alterno puluere ſiccant: Collaqꝫ demerſere humeris: & brachia late vaſta tenēt

Tanta uero quorundam in inueniendis ad huiuſmodi concertationes terris cura fuit:ut tra-
Patrobas dant Patrobani Neronis principis libertum ex Aegypto aduehi feciſſe harenam e Nilo te-
nuiſſimam:dumtaxat ad corpora paleſtræ ſtudiis exercenda.Patrobæ huius mentionem fa-
Martialis cit Martialis. Vexat ſæpe meum patrobas confinis agellum.Contra libertum Cæſaris ire ti-
mes.Lacedæmoniū ceroma:aqua frigida vocabatur:quoniam Lacedæmonii pueros ſuos Ceroma lacedæ
ad tolerandos æſtus:atq; algores huiuſmodi aqua madefactis corporibus obdurabant:Vñ monium
Virgilius apud Virgilium Seruius dum locum illum exponit: Natos ad flumina primū Deferimus:
Seruius ſæuoq; gelu duramus:& vndis.Laconum inquit morem exprimit.Martialis.Cur Lacedæ-
Martialis monio luteum ceromate corpus Perfundit gelida virgine:ne coeat.Atqui ceroma illud:qd
peractis ludis ex athletarum corporibus diſtringebat admixto luto:ac ſudore:cœnoq; ad
varios medicinæ vſus vtile erat:ideoq; magna diligentia cuſtodiebatur.A ſtrigili:ſiue ſtrin-
gendo Strigmentum hoc vocabant:tanta in gymnaſiis græcorum luxuria:ut aliquādo ma- Strigmentum
Plynius giſtratus ludorum octingentis ſeſtertiis ſtrigmenta huiuſmodi vendidiſſe tradantur.Ply-
nius.Quin & ſordes hominis in magnis fecere remediis quæſtuoſorum gymnaſia græcorū
quippe ea ſtrigmenta molliunt:calefaciunt:complent:ſudore & oleo medicinam facienti-
bus.Efficaciora ad eadē ſtrigmenta a balneis:& ideo miſcentur ſuppuratoriis medicamen-
tis.Nam illa quæ ſunt e ceromate permixto cœno articulos tantum molliunt:calefaciūt: di-
ſcutiunt efficacius:ſed ad cætera minus valent.Ponitur etiam aliquando Ceroma pro loco
Martialis in quo palæſtritæ vngebātur. Martialis. Seu lentum ceroma teris.Plynius.Idem palæſtras
Plynius athletarū imaginibus:& ceromata ſua exornāt:& vultus epicuri per cubicula geſtant ac cir-
cumferunt ſecum.Item a cera Cerium deducitur:quod faui ſimilitudinem habeat.Dicitur a Cerium
græcis ΚΗΡΙΟΝ: Vlceris genus eſt:idq; duas ſpecies habet:Alterum eſt ſubalbidum Furun-
culo ſimile:ſed maius:& cum dolore maiore:quod vbi matureſcit:habet foramina per quæ
fertur humor glutinoſus:& purulentus:nec tamen ad iuſtam maturitatem peruenit. Si diui-
ſum eſt:multo plus intus corrupti q̄ in furunculo apparet:altiuſq; deſcendit:raro fit:niſi in
ſcapulis.Alterum eſt minus ſuper corpus eminens:durum:latum:ſubuiride: magis exulcera-
tum.Si quidem ad ſingulorum pilorum radices foramina ſunt:per quæ fertur humor gluti-
noſus:ſubpallidus:craſſitudinē mellis aut viſci referēs. Si incidit viridis intus caro apparet:
Plynius. dolor:& inflāmatio ingēs eſt.Plynius.Ramorum fici teneri cauliculi cū melle vlceribus: quæ
Idem Ceria vocantur illinuntur.Idem.Groſſi illitæ cum melle:& foliis ceria ſanant:& canis mor-
ſus.Itē a melle & cera Melliceris:Mellicærides Gangilia:Atheromata:Stratomata:Tuber- Mellicæris
cula ſunt eiuſdem fere generis:quæ & in ceruice:& in alis:& in lateribus oriri ſolent:habent Gangilia
inter ſe mediocres differentias:quandoquidē neq; periculo terrent:neq; diuerſo genere cu- Atheromata
rantur:omnia autē incipiunt a paruulo:& diu paulatimq; increſcunt:ac tunica ſua includū- Stratomata
tur.Quædam ex his dura:ac renitentia: quædam mollia candentiaq; ſunt: quædam ſpatio
nudantur:quædam tecta capillo ſuo permanent:fereq; ſine dolore ſunt.Gangilia renitun-
tur Atheromati ſubeſt quaſi tenuis pulticula.Stratomati pingue quiddam:idq; latiſſime pa-
tere conſueuit.Mellicæridi liquidior humor: idemq; preſſim circumfluit: Vnde a melle:&
Plynius cera:hoc eſt a fauo nomen accepit:Plynius.Melilotus deferuefactus in vino dulci peculia-
riter contra mellicæridas efficax.Item a cæra Cæroſus id eſt veluti cæram habens admixtā. Cæroſus
Idem. Vnde Mel Cæroſum nondum depuratum:& adhuc cæra cōmixtum.Plynius. Teſtes fibri
non adulterati hammoniaci coloris eſſe debent:circūdati liquore veluti mellis cæroſi: odo-
ris grauis:guſtu amaro: & acri.Itē Cærites lapis:de quo ſupra diximus:a cæræ colore. Mel Cærites
uero a græco deductum:quod dicitur μέλι: Vnde μελίτεα mella:& μέλιτται:ſiue
μέλισσαι apes.Mel optimū eſt:vbi optimorum florum copia abundat: Hinc Mel At- Mel Atticum
ticum cæteris præferunt:quod & Hymetium dicitur.Hymetus enim mons eſt Atticæ regio- Hymetium mel
nis iocundiſſimus:& omniū græcorum montium obtinens principatum:diuerſis floribus: Hymetus
& thymo maxime abundans.Quapropter in eo repertas primo apes volunt Erichthei tē-
Eumenes poribus:quamuis aliqui in Theſſalia potius velint ſub Ariſtæo:aliqui in inſula Cho:ut Eu-
Mæander menes: Nonnulli increta temporibus Saturni:ut Mæander. Virgilius. Semper fronden-
Virgilius tis Hymeti.Iuuenalis. Dulcique ſenex vicinus Hymeto.Martialis.Hoc tibi Theſæi popu-
Iuuenalis latrix miſit Hymeti:Pallados a ſiluis nobile nectar opus.Ex hoc mōte Marmora etiā pul- Hymetium Mar
Martialis cherrima cauabantur.Plynius.L.Craſſus orator primus peregrini marmoris colūnas ha- mor
Plyniꝰ.L. buit hymetias. Poſt Atticū mel primū locum optinet ſiculum ex hybla. Hic mons & regio Hymetiæ colum
craſſus Siciliæ:in qua Thymi & Salicum copia.Idem Mons Megara vocatur.Apes ibi magna co- næ
Virgilius. pia:quæ ab eo Hybleæ dicuntur.Virgilius.Hyblæis apibus florem depaſta Salicti.Martia- Megara mons
Martialis. lis.Qum dederis ſiculis mediæ de collibus Hyblæ Cecropios dicas tu licet eſſe fauos.Sed ex Hybla
melle Attico id præſtantius eſſe putatur:quod ad argentarias gignitur: vocaturq; Acapni- Hyblææ Apes
ſtum: quod genere quodam compoſitionis a fumo purgatum ſit:quippe:ά:priuatiua par- Acapniſtum

ticula eſt: καπνὸσ fumus. Alicubi faui cæra ſpectabiles ſunt ut in pelignis. Alibi mellis cõ
pia: ut in Creta: Cypro: Affrica: Alibi magnitudine: ut in Septẽtrionalibus regionibus. Vi
Anthinum Mel ſo iam in Germania octo pedum longitudinis fauo. Vernum Mel Anthinũ vocatur: quod
Horæum Mel ex floribus faui cõſtruantur: quos græci ανθων appellant. Mel uero æſtiuum vocatur Ho
ræum: quod græci omnes fructus æſtiuos nominant Horæos: quoniam id tempus per excel
Tacitum Mel lentiam Horam vocant. In omni melle: quod per ſe fluxit: optimum eſt: appellaturque Ta/
Mel Silueſtre citum. Tertium genus mellis Silueſtre eſt: eximiturque poſt primos autumni imbres. Eri/
Mel Ericeum ceum id vocant: ab Erica frutice: quam & Siſarum nominant: Folia habet Tamarici ſimi/
Erica lia. Hæc tum herba ſola floret in ſiluis: ideoque melli nomẽ prebet. Plurimi Syderiten eam
Siſarum appellant: Athenienſes Tetraditen. Qum eximenda ſunt mella: apes abigi fumo debent: ne
Sydcrites uel iraſcantur: uel ipſæ auidius vorent. Acraton mel purum: atque integrum dicitur: quod
Tetradites neque aceſcere incœpit: nec vllum paſſum eſt vitium. Bithymũ mel dicitur: quod ex vtriuſq;
Acraton Thymi floribus collectum eſt. Duo enim ſunt Thymi genera: Candidum: & Nigrum. Hoc
Bithymũ Mel genus mellis album non fit: ſed eſt oculis & vlceribus aptiſſimum. Tantum autem refert in
Mel venenatum apibus pabulum: ut Mella quoque venenata naſcantur. Herba eſt Heracliæ in ponto alba:
Aegolethron vexatio quidem iumentorum: ſed præcipue caprarum: quam Aegolethron vocant: a capris
interimendis. αἴγα quippe græci capram nominant: ὄλεθρον pernicioſum: exitiale hu
ius flore concipiunt mella: noxium virus: qum aquoſo vere marceſcit: Quapropter non fit
hoc omnibus annis. Aliud quoq; mellis genus in eodem ponti ſitu: quod ab inſania: quam
Mænomenon gignit Mænomenon vocant: id exiſtimat' fieri flore Rhododẽdri: q frutex eſt: quẽ & Rho
Rhododendrõ dodaphnem nominant: & Nerium: folio ſimilis Amygdalæ: ſed maiori: pinguiorique: ſe/
Rhododaphne mine patenti: ut cornu: intus lana: ſimilis Hyacyntho: radice oblonga: guſtu ſalſa: anguſta:
Nerium Folia eius quadrupedum ſunt Venenũ: Capræ ſi aquam biberint: in qua folia eius madue/
Faui venenati rint: mori dicuntur: Et in Perſide: & in Mauritania Venenati faui gignũtur. Item in Corſi
ca. Ouidius. Quam puto de gelidæ collectum flore Cicutæ Melle ſub infami corſica miſit Ouidius
apis. Mel quidam dicunt cæli ſudorem eſſe: alii ſyderum ſaliuam: alii purgantis ſe aeris ſuc/
cum: conſtat ſane ex aere decidere: ſyderum maxime exortu ſub lucanis temporibus. Itaque
Mellatio qum prima aurora folia arborum melle roſcida inueniuntur: A melle Mellatio dicitur vin
demia mellis. Plynius. Aeſtiua mellatione decimam partem apibus relinqui placet. Idem. Plynius
Melligo Hæc ergo mellatio idibus fere nouembris includitur. Item Melligo: quæ proprie ſignificat Idem
ſuccum illum e lachrimis arborum: ſiue florum quem apes deuorãt: poſtea ad alueos regreſ/
ſæ: euomunt: operaque componunt. Plynius. Primũ itaque Fauos conſtruunt: Cæram fin/ Plynius
gunt: deinde Sobolem: poſtea Mella: Cæram ex floribus: Melliginem a lachrimis arborum
quæ glutinum pariunt ſalicis: Vlmi: Arundinis ſucco: gummi: Reſina: His primũ alueũ ipſum
intus totum: ut quodam tectorio illinunt: & aliis amarioribus ſuccis contra aliarum beſtio
larum auiditates. Ponitur tamen Melligo pro ſucco cuiuſcunq; fructus floreſcentis adhuc:
atq; immaturi. Idem. Omphacium e vite fit pſitia: aut aminia: qum ſint acini Ciceris magni Idem
tudine ante canis ortum. Imprima lanugine demetitur vua: eiuſq; melligo et reliquũ corpus
ſole coquitur: nocturni rores cauentur. In fictili cõdita melligo colligitur: ſubinde Cyprio
Mellonia ære ſeruatur. Item a melle Mellonia: mellis dea eſt: & Melleum: quod mellis: ut melleus co/
Melleum lor: melleus ſapor: aliquãdo etiam dulce: ut mellea vox: melleus puer: & mellitum: quod mel
Mellitum le conditum eſt: & Mellifluũ: ex quo fluit: aut fluere videtur mel: hoc eſt dulce: iocundum: ut
Mellifluũ melliflua oratio: mellifluus ſermo: & Melliloquus qui dulce loquitur: ut Cicero inquit: e Cicero
Melliloquus cuius ore melle dulcior fluit oratio: & Mellimela: mala dulcia: quod ſint mellei ſaporis: ea/
Mellimela dem Muſtea vocantur a celeritate naſcendi: prima enim proueniunt: vulgo Nana vocant:
Muſtea a paruitate arborum in quibus producuntur. Martialis. Infanti melimela dato: fatuaſque
Nana mala mariſcas. Nam mihi quæ nouit pungere Chia ſapit. Et Melis animal: quod fit mellis aui/
Melis diſſimum: & aluearibus ſemper infeſtum. Vulgo id Taxonem vocant: in cauernis viuens
Taxo aſperum: mordaxque: magnitudine Vulpis: colore felis: capite albis: ac nigris: veluti li/
neis diſtincto: roſtro inſtar Suis oblongum: pelle aſpera: atque prædura: Quapropter
ex ea Pharetras: & canum collaria obtegunt. Varro. Ne vulnerentur canes a beſtiis im/ Varro
ponuntur iis collaria: quæ vocantur Melium: id eſt Cingulum circum collum ex Corio Frontinus
firmo cum clauis capitatis. Frontinus. Et ſcuta erant melium pellibus tecta. Plynius. Plynius
Hanc eſſe melibus in metu ſolertiam: ut ſufflata cutæ diſtinctæ ictus hominum: & mor
ſus canum arceant. Ignorauerunt hoc longiſſimis temporibus latini omnes: Græcique
alii aliter hoc vocabulum exponentes. Nos primi omnium errorem hunc: ut pleroſque
Melos alios e noſtrorum mentibus oſtenſa veritate diſcuſſimus. Et Melos: cantus: ſuauitas qđ
Melodia & neutrum: & indeclinabile eſt. Perſius. Cantare credas per pegaſeum melos. Et Melo/ Perſius
dia: qđ interp̃tatur meleus cantus. Quidam dicunt melos proprie vocari cantũ paſtoralẽ.

& Meliſſus proprium nomen: fuit rex cretenſis antiquiſſimus: qui primus diis ſacrificauit: Meliſſus
habuitque filias duas Amaltheam: & Meliſſam: quæ Iouem infantem caprino lacte: ac mel Amalthea
le nutriuerunt. Item a melle Melite inſula: melle abundans: in Africa verſus Pachinum Si- Meliſſa
Plynius ciliæ: vnde catelli afferebantur Melitenſes: ſiue Melitæi appellati. Erraſſe in hoc Plynium Melite inſula
conſtat: qui Melitem inſulam: ex qua Melitenſes catuli feruntur: ſcribit inter Curcuram eē: Melitēſes catuli
quæ Melæna cognominata eſt: ut Illyrium. Lapſum autem in hunc errorem exiſtimo co- Melitæi
gnatione vocabuli. Nam Melitinæ inſula in Adriatico fuit non longe a Curcura: quæ di- Curcura
Ptholemeꝰ citur Melæne. Ptholemeus. Inſulæ ſunt in Dalmatia Iſſa: quæ & vrbs eſt: Pharia quæ & Melæna
vrbs. Nam Pharus parua Aegypti inſula dicta eſt contra Nili oſtia: ita appellata a Naucle Melitinæ
Alexander, ro Menelai: cui id nomen fuit: ibi ab aſpide interempto: & ſepulto. In hac Alexander Ma Iſſa
cedo nouam vrbem condere ſtatuit: Sed cum magnæ ſedis capax non eſſet: ex illius aduer- Pharia
ſo condidit Alexandriam: In eadem ingens turris fuit nauigantibus lumen exhibens a Phi Pharus
ladelpho rege cōſtructa: quæ inter ſpectacula orbis numeratur: Hinc turres omnes: ex qui- Alexandria
bus lumina nauigantibus exhibentur: nonnulli Pharos appellant. A Pharia inſula Phari-
enſis deducitur: A pharus Pharius. Phariſæi ſecta quædam iudeorum fuit: religioni indul- Pharos
Ptholemæ. gens: præterea inſulæ in Dalmatia Curcura Melæna cognominata. Meliten vero in Africa Pharenſis
Strabo fuiſſe. Idem Ptholemæus apertiſſime ſcribit: & Strabo τοῦ δὲ πάχυνιον προκεί- Pharius
ται νῆσος μελίτη. ὅθεν τὰ κυνίδια. ἃ καλοῦσι μελιταῖα. Hoc eſt Pachyno Phariſæi
adiacet inſula Melite: ex qua catuli ſunt: quos Melitæos appellant. Melitinen quoque a co- Curcura
pia mellis appellatam arbitrantur. Item a melle Melitites potionis genus dulcis: quod fit Melites
ex melle & muſto: quinq; congiis auſteri muſti: congio mellis: & ſalis cyatho ſufferuefactis
differtque a mulſo: quod mulſum eodem quidem modo: ſed ex veteri vino fit: quod facilli- Mulſum
me cum melle concorporatur. Reuocat hoc auiditatem cibi: aluum mollit frigido potu: ca
lido ſiſtit: corpora auget: Multi longitudinem ſenectæ mulſi tantum potu: ſiue alio cibo to
Auguſtus leraure. Qum diuus Auguſtus Pollionem Romulum centeſimum iam annum excedentē
Pollio interrogaſſet: qua nam ratione vigorem illum animi corporiſque cuſtodiſſet: reſpondiſſe
illum tradunt intus mulſo: foris oleo. A mulcendo autem dictum eſt Mulſum: quaſi melle
Pacuuius delinitum: Mulcere enim delinire eſt: quaſi mellicere: hoc ē molle reddere. Pacuuius. Quid Mulceo
me optutu terres: mulces laudibus? Hinc Demulceo fit: hoc eſt delinio: & Mulciber dictus Demulceo
Vulcanus: quod molliat ferrum: ac mitius reddat. Mulſa etiam aqua: ſiue Hydromeli dici- Mulciber
tur: quæ fit: deſpumato in ea melle: preclaramque vtilitatem habet: in cibo ægrotantiū leui: Mulſa aqua
viribus recreandis: ore: ſtomachoq; mulcendo: ardore refrigerando. Tradunt etiam hunc Hydromeli
potum vtilem eſſe hominibus animi humilis: atq; preparci: quos micropſychos appellant. Micropſychus
Eſt etiam Melitites lapis: qui ſuccum remittit dulcē: mellitūq; tuſus: & cæræ miſtus eruptio- Melitites
nibus pituitæ: maculiſq; corpis medet: & fauciū exulceratiōi. Itē a melle Thalaſſomeli: qđ
fit æquis portionibus maris: mellis: ibris: fictiliq; vaſe: & picato conditur: & Elæomeli oleū Thalaſſomeli
qđ in Syria ex ipſis oleis manat ſapore melleo: nō ſine nauſea: aluum emollit: bilē detrahit
& Oxymeli qđ & Acetū mulſū appellat. Id hoc modo veteres tēperabāt. Mellis heminas Oxymeli
decem. Aceti veteris heminas qnq;. Salis marini pondo: Tymbræ quadrantē: aquæ marinæ Acetū mulſum
ſextarios quinq;: parit coquebāt deferueſcēte decies cortina: atq; diffundebāt: iueterabātq;.
Itē a melle Mellaria: de qbus ſupra diximus: quæ & Apiaria dicūtur: & aluearia: & Melliſ Mellaria
ſones vocant: & Mellarii q opus mellis exercēt: & ab apibus dicūtur Apiarii: & Mellariū Apiaria
vas: quo in ſacrificiis Maiæ deæ veteres vtebantur: in quo non mel: ſed vinū inditum erat: Aluearia
& vinum ipſum ſub lactis nomine ferebatur: quod Faunus eius pater in amorem illius la- Melliſſones
pſus: cū volūtati ſuæ repugnantem haberet primo virga myrtea verberatā: deinde vino ſo- Mellarii
pitam compſſit in ſerpentem tranſfiguratus: propter qđ & myrteam virgā in templo eius Apiarii
hri nefas erat: & ſup caput eius extendebat vitis: qua maxime eam pater decipere tētauerat Mellariū
& vinum in templū eius nō ſuo nomine ſolebat inferri. Item Meliceria de quibus paulo an Maia
te diximus: A melle: & cæra. Item Melilotos quaſi dulcis: & Mellea lotos: herba eſt notiſ- Faunus
ſima: & vbiq; naſcens: apiū cibus. Laudatiſſima tamen in Attica: vbicunq; vero recēs: nec Melliceria
candicās: & Croco q̄ ſimillima: quanq; in Italia odoratior: & candida ē. Dicit latine Ser Mellilotos
Ouidius tula regia: a ſertis: quæ ex ea fiūt. Ouidius. Pars thyma: pars rores: pars meliloton amant. Sertula regia
Homerus Lotos ꝓprie herba ē in Aegypto: quā Homerus inter herbas ſubnaſcentes deorū volupta- Lotos
ti: primā nominauit: Hæc recedentibus aquis Nili prouenit ſimilis fabæ: in cuius capite fru
ctus eſt papaueri ſimilis: intus grana: ceu miliū: ex quo incolæ faciunt panem: radicem ha-
bet mali cotonei magnitudine: opertam nigro cortice: qualis eſt qui caſtaneas tegit: Inte-
rius candidum corpus gratum cibis: & crudū: & coctū. Ab hac ſata fit Lotometra: ex cuius Lotometra
ſemine ſimillimo porri fiūt panes in Aegypto a paſtoribus maxie aq: uel lacte ſub acto. Ne
gant quicquam illo ſalubrius eſſe: nam qui eo viuunt: nec dyſenteria: nec teneſmo: nec aliis

Trifolium morbis ventris infeſtantur. Eſt & alia Lotos: quam multi Trifolium dicunt. Item alia Lo-
tos agreſtis in Lybia naſcitur: haſta duobus cubitis longa: ramos plurimos proferens: fo-
lia ſimillima Trifolio: ſemen minus q̃ feno græco guſtu venenoſa. Quidam etiam Lo-
ton Miluim vocauere. Eadem Africa Loton aliam inſignem arborem gignit: quam vo-
cant Celtio: magnitudine piri. Inciſuræ in foliis crebriores faciunt ne ilicis videantur:
Fructui magnitudo fabæ: color croci. Tam dulcis ibi cibus eſt: ut nomen etiam genti de-
Lotophagi derit. Si quidem Lotophagi appellantur. Quintilianus. Sunt qui tradantur a poetis guſtu Quintilia.
cuiuſdam germinis apud Lotophagos: & Sirenum cantu deliniti voluptatẽ ſaluti pretu-
liſſe: dum laudis falſam imaginem perſequuntur. Ferunt ventris non ſentire morbum: q eo
naſcãtur. Vnũ quoqꝫ ex eo exprimit̃: ſimile mulſo: bacchæqꝫ cõtuſæ cum ſiliqua ad cibos in
doliis ſeruantur. Ligno color niger quod ad tibias expetit̃: e radice cultellorũ capuli fiunt.
Theophraſtus. Lotus naſcitur quẽadmodum myrtus aduerſus inter ſe denſus ſuper germi- Theophra
na: guſtatu inter Lotophagos ꝑdulcis: ſuauis: innocuus ac ventri vtilis. Idem. Multa hæc ar ſtus
bor: fructuſqꝫ copioſa eſt. Exercitũ itaqꝫ Ophelli: qum Cartaginem proficiſceret̃: uel eo fru Idem
Lotophagia ctu diebus pluribus paſtũ cõmeatuum defectu accepimus. Eſt igitur in inſula Lotophagia:
Pharis pharide vocata: larga copia: ſed nõ minor incontinẽti. Hæc arbor Italiæ quoqꝫ quondã fa
Faba græca miliariſſima fuit: ſed terra mutata. Plynius. Faba græca: quã Romæ a ſuauitate fructus: ſil- Plynius
ueſtris quidẽ: ſed cæraſorum pene natura Loton appellant ꝓcipuæqꝫ domibus expetitur ra
morũ petulantia breui caudice latiſſima ex patiantiũ vmbra: & in vicinas domos ſæpe trã
ſilientium. Nulli opacitas breuior: nec aufert ſolem hyeme decidentibus foliis: nulli cortex
iocundior: aut oculos excipiens blandius. Nulli rami longiores validioreſqꝫ: aut plures: ut
Melicraton dixiſſe totidem arbores liceat: Cortice pelles tingũt radice lanas. Item a melle Melicraton:
Melculum quo aliq vtũt̃ ꝓ mulſo. Itẽ Melculũ: hoc ẽ paruũ mel: quo verbo blãdiẽdo vtimur. Plautus.
Mellifico Meũ corculũ: meũ melculũ. Itẽ Mellifico hoc ẽ mel facio: A quo Mellificus: et Mellificator Plautus
Mellificus et Mellificatrix: et Mellificatio deducũt̃. Diocles Panicũ Mel frugũ appellauit a frugis dul Diocles
Mellificator cedine: & quod dyſentericis: & ad tormina ꝓdeſt: quẽadmodũ mulſum. Itẽ a melle & oleo
Mellificatrix quod græci Elæon vocant Elæomeli. Oleũ eſt in Syria ſponte ex ipſis oleis manans: ſapo-
Mellificatio re melleo aluũ mollit: bilem detrahit: qui duos ex eo cyathos bibere torpeſcũt: excitanturqꝫ
Mel frugum crebro. Pugnatores dũ certaturi ſunt: cyathum vnum ex eo preſumunt. Item a verto Verro
Elæomeli deducitur: quod aliquãdo ſignificat traho. Virgilius. Quippe ferant rapidi ſecũ: verrantqꝫ Virgilius.
Verro per auras. Aliqñ idem quod verto. Idem. Adnixi torquẽt ſpumas: & cærula verrũt Aequo Idem
ra. Nonnunq̃ capitur pro mundo: quod trahendo ſordes mundentur. Iuuenalis. Verre pa Iuuenalis
Verriculum uimentũ: nitidas oſtẽde colũnas. Ab hoc fit Verriculum rete piſcatoriũ: quod trahẽdo e va
Verreicula do educitur: & Verreicula: quod veteres pro articulo vſurparũt: & Euerriator: qui iure ac-
Euerriator cepta hæreditate iuſta facere defuncto debet: quæ ſi non fecerit: ſeu quid in ea re turbauerit:
Exuernæ ſuo capite luat. Exuernæ ſunt purgatio quædam domus: ex qua mortuus ad ſepulturã feren
dus eſt: quæ purgatio fit per euerriatorẽ: certo genere ſcoparum adhibito: ab extra verrẽdo
Verruca dictæ. & Verruca: quod proprie ſignificat locũ ſupereminẽtem: nã quæ ſupereminẽt verri
ſolent. Cato. Cenſeo inquit: ſi rem ſeruare vis faciundum: ut quadringẽtos aliquos milites Cato
Verrucæ i corpo ad Verrucã illam ire iubeas: eam vti occupent imperes. Hinc Verrucæ in corporibus dicun
ribus tur ſupeminentes veluti globuli duriores: quos vulgo Porros appellãt. Plynius. Ocimũ mi Plynius
Verrucula xto atramento ſutorio Verrucas tollit: Huius diminutiuũ eſt Verrucula: hoc eſt parua ver-
Verrucoſus ruca: & Verrucoſus homo dicit̃: verrucis plenus: & Verrucoſa loca: inæqualia: & diuerſas
Verrucaria partes eminẽtes habentia: & Verrucaria herba: quæ verrucas tollit: alio nomine Heliotro
Heliotropium pium vocata: de quo inferius dicemus. Item a verro Verpus: hoc ẽ medius digitus a verren
Verpus do podice. Iudei enim quia patiũtur Hæmorroidas hoc eſt ſanguinis fluxum: hoc digito
Verpi verrendo vtuntur podici: Vnde & ipſi Verpi aliquando vocitati inueniũtur. Idem digitus
& impudicus ob eandem cauſam dicitur: & infamis: & quando porrigebatur ſignum de-
riſionis: & contumeliæ erat. Martialis. Oſtendit digitum ſed impudicum Alconti Daſioqꝫ Macrobius
Symmachoque. Idem. Nam mea iam digitum ſuſtulit hoſpitibus. Iuuenalis. Ipſe minaci Idem
preberet laqueum: mediumque oſtenderet vnguem. Perſius. Frontemque atque vda label- Iuuenal.
Pollex la infami digito: & luſtralibus ante ſaliuis: Expiat. Primus vero in manu digitus Pollex Perſius
Polleo vocatur: quod cæteris potentior ſit. Pollere enĩ poſſe eſt: vnde Pollentia potẽtia: & Aequi
Pollentia polleo pro æquiualeo. Græci αντίχειρ nominant quaſi pro manu: quod non minus in
Aequipolleo officio ſit q̃ manus: & quaſi manus altera videatur. Alio nomine appellatur Hallus ἀπὸ
Pollicaris τοῦ ἅλλομαι ſalto: quod conſtricta manu proximum digitum ſolus ſcandat: A polli
Index ce Pollicaris deducit̃. Plynius. Craſſitudine pollicari. Pollici vicinus Index ſiue Salatuarius
Digitus medicinal. vocat̃: q eo res q̃s volumus oñdimus. Qui ãt int̃ minimũ & mediũ eſt Medicinal. ſiue a ge
Digitus ãnularis ſtiõe ãnuli: Annularis: q neruus qdã de corde natus ad eũ digitũ i manu ſiniſtra deriuat̃: et Plynius

deſinit: iplicitus cæteris eiuſdẽ digiti neruis. Poſtremus ꝙ omniũ maxime paruus ſit: mini — Digit9 minim9
mus uel Auricularis: ꝙ eo ad mundandas aures vti ſolemus. Itẽ a verto compoſita fiunt — Digitus auricularis
Anniuerſarius: qđ ſingulis vertẽtibus annis fieri ſolet: Aduerto: qđ eſt conuerto. Aduerto — Anniuerſarius
cui: & Auerto cõtraria ſũt: Auerto oculos: Auerto animũ: hoc eſt conuerto aliquo: Auerto — Aduerto
Virgilius — oculos animũue ideſt aliũde remoueo. Virgilius. Dii talẽ terris auertite peſtẽ. Itẽ Aduerſus: — Auerto
& Auerſus. Nã Aduerſus ẽ oppoſitus: A quo Aduerſus: & Aduerſum ꝓpoſitiões deducũť — Aduerſus
Cicero — Auerſus ẽ terga oſtendẽs. Cicero. Et auerſus impudicus es. Sed Auerſus poniť aliquãdo me — Auerſus
Virgilius — taphorice pro irato: ꝙ a rebus quas deteſtamur auertere oculos ſolemus. Virgilius. Iam du — Aduerſus ꝓpoſi.
dum auerſa tuetur. Nã ſi intuetur: quõ auerſa: niſi iratam intelligas. Circũuerto notæ ſigni — Aduerſum
ficationis. Interuerto qđ proprie eſt rem aut accõmodatam: aut creditam callide: doloſeq; — Auerſa
Cicero — ne domino reſtituatur efficio. ut Cicero. Cãdelabrum qđ rex ægypti Ioui capitolino do — Circumuerto
Marcellus iuris cõſul. — no tulerat: vere qui illud cõmodato acceperat: interuerſum eſſe cõqueritur. Marcellus iuris — Interuerto
cõſultus. Si duo hæredes rem apud defũctũ depoſitam dolo interuerterẽt. Peruerto mõ cõ — Peruerto
uerto: modo deprauo: A quo fit Peruerſus: qđ pro improbo accipitur: hoc ẽ eo qui mores — Peruerſus
Virgilius — peruerſos habet. Obuerto: cõtrauerto. Virgilius. Cornua velatarum obuertimus antenna — Obuerto
rum: Trãſuerto: in obliquũ verto: Vñ Tranſuerſi oculi dicũtur. Euerto cõuerto: extrauerto: — Tranſuerto
Virgilius — eruo: demolior. A quo Euerſio. Præuerto: pretereo: quod etiã Preuertor diciť. Virgilius. — Euerto
Plautus — Vtereq; fuga preuertiť hebrũ. Aliquãdo reuoco. Plautus. Flebilis præuertiť metus: accur — Euerſio
Idem — ro ut ſciam quid velit. Nõnũq; anpono. Idem. Illuc redeũdum eſt mihi ne me vxorem puer — Preuerto
tiſſe dicant præ re publica. Inuerto: cõuerto: ſiue in cõtrariũ verto: Vñ Inuertere veſtẽ dici — Inuerto
mus. Subuerto: demolior. Diuerto: ſeparo: deflecto: A quo Diuerſio: remotio: ſepatio: de — Subuerto
Terẽtius — flexus: & Diuerſus: varius. & Diuerticulũ vbi de via iter flectiť. Terẽtius. Vbi ad ipſum ve — Diuerto
ni diuerticulũ. Diuerticula etiã dicũtur domicilia in via: ad quæ diuertẽdũ ſit: Vnde & Di — Diuerſio
uertere pro ſtabulari: ſiue hoſpitari accipimus: A quo Diuerſorium ſtabulum: & Diuerſito — Diuerſus
Gellius — frequentatiuũ. Gellius. Ad ipſa Platonis penetralia: ipſarumq; rerum pondera: & dignita — Diuerticulum
tes ꝓgẽdum ẽ: non ad vocularũ eius amœnitatẽ: nec ad verborũ vetuſtates diuerſitãdũ: hoc — Diuerſorium
Cicero — eſt deflectendũ. Itẽ Diuortiũ ſeparatio omniũ rerũ. Cicero. Sic doctrinarum facta diuor — Diuerſito
Virgilius — tia. Virgilius. Obiiciũt equites ſeſe ad diuortia nota: hoc eſt ad deflexus viarum. Proprie — Diuortium
tamẽ Diuortiũ dicitur diſtractio matrimonii: Differtq; a Repudio: ꝙ repudium inter non — Repudium
dum cõiunctos ſit. Diuortiũ vero coniũctorũ eſt. Modeſtinus. Diuortiũ intra virũ: & vxo
Paulus — rem fieri dicitur. Repudium vero ſpõſæ remitti videť: ꝙ in vxoris perſonã nõ cadit. Pau
lus. Repudiari etiam futurum matrimoniũ põt. Non recte autem ſponſa diuertiſſe dicitur.
Tractum autem Repudium eſt: ut repudiare ſit ob rem aliquam pudendam repellere: et Di — Diuerſor
uerſor: qđ modo diuerto ſignificat: modo cõuerſor. Item Reuerto quod & Reuertor dici — Reuerto
tur: hoc eſt redeo: A quo Reuerſio. Interdũ tamẽ Reuertor: & Redeo idẽ valẽt quod venio — Reuerſio
ſiue diuerto. Cicero. Ad Chriſippi laqueos reuertamur: cũ nihil de Chriſippo antea dixiſ — Conuerto
ſet. Item Cõuerto notæ ſignificationis: A quo Cõuerſio: & Cõuerſor: qđ eſt vtor: & con — Cõuerſio
ſuetudinẽ habeo: A quo Cõuerſatio pro cõſuetudine. Item animaduerto: qđ ex anima: & — Cõuerſor
verto componitur: quaſi animam cõuerto: ideoq; aliquãdo hoc verbum ſignificat intueor — Cõuerſatio
attẽdo: quaſi animam hoc eſt mentem cõuerto: & tunc exigit poſt ſe accuſatiuum ſine præ — Animaduerto
Cicero — poſitione. Cicero. Sepe ego animaduerti multos in ipſis rerum primordiis id facere ſolitos
Valla — Aliquando punio: verbero iram exerceo: nec eius duntaxat: qui in alterum ordinariam ha
Plautus — bet poteſtatem: ut Valla ſenſit: ſed cuiuſcunque. Plautus. Is qum in herum animaduertiſſet
grauius: hoc ẽ iram conuertiſſet: ideoque accuſatiuum exigit cum præpoſitione In. Anima
Macrobi9 — enim aliquando pro mente accipitur: ideſt pro animo. Macrobius. Tunc enim anima libe
Plautus — ra eſt: & nulla corporis contagione impedita. Aliquando pro ira. Plautus. Animam com
Actius — prime: Vnde Animoſi: iracundi dicuntur: & animati: Actius. Ego ne auxilio motus te — Animoſus
Virgilius — mere hoſti me animato offeram. Virgilius. Quos animoſi euri aſſidue franguntque fe
Cicero — runtque. Cicero. Ego vero nihil ita animato homine miſerius ducerem: & ea pars animæ:
Virgilius — in qua iræ ſedes eſt: vocatur Animoſa. Proprie tamen anima ſpiritus eſt. Virgilius. Ani
Idem — mas in vulnere ponunt. Diciturque ἀπὸ τοῦ ἀνέμου: quod ventum ſignificat: quippe
Plautus — ventus ſpiritus eſt. Hinc & Prouento ſæpe vſurpatur. Idem. Quantum ignes: animæque
Virgilius — valent. Plautus. Ne quid emittat animæ dormiens. Nonnunquam ponitur pro alitu oris
Plautus — nam & ipſe ſpiritus eſt. Virgilius. Animas: & olentia medi Ora fouent illo: & ſenibus me
Idem — dicantur hanelis. Plautus. An fetet anima tuæ vxori. Idem. Ieiunitatis plenus animam fœ
Idem — tidat. Idem. Pro aqua poſuit. Ni ego illi puteo ſi occepſo animam omnem intertraxero.
Varro — Aliquando pro ſono. Varro. Et phrygias audire animas. Quãdoq; etiã pro ipſo hoĩe: ſm
Plato — opinionẽ Platonis: qui vult nõ coniũctũ: hoc ẽ aĩam corpuſq;: ſed ſolã aĩam hoĩem eẽ. Vir
Virgilius — gilius. Ite ait egregias aĩas: quæ ſanguine nobis: Hanc patriam peperere ſuo. Quidã animã

ab aio ita diſtinguũt:ut aía ſit:q̄ viuimus:animus quo ſapimus.Macrobius.Animus enĩ ꝓ Macrobi9
prie eſt mens: quã diuiniorẽ anima nemo dubitauit. Idẽ. Secũdũ ergo hoc qum ex ſummo Idem
deo mens:& ex mente anima ſit. aía vero & cõdat & vita cõpleat omnia.Frequenẽ tñ hæc
duo cõfũdũtur: vnde & pro ira tam animũ q̃ animã dicimus:ſed rectius aiam. Plynius de Plynius
Anima vitalis ira.Ergo & hæc animi aſperitas:ſeu potius animæ dulciore ſucco mitigatur.Item de vento
Anima ſenſualis vtrũq; vſurpatũ inuenimus.Virgilius.Mollitq; animos & temperat iras. Animas in homi Virgilius
Aia itellectualis ne quattuor eſſe dicũt Vitalẽ quæ & in vermibus eſt:qui tm̃ mouentur. Sẽſualem ut in mu
Anima phyſica tis animalibus:in qbus eſt ſenſus:& timoris:& gaudii.Intellectualẽ quæ eſt in hõibus tm̃:q
ſiue naturalis & cogitare:& iudicare poſſunt:& quæ infra omnes ẽ phyſicam:hoc eſt naturalẽ: quæ ẽ in
herbis:atq; arboribus:quæ & ſi nõ mouẽtur: vitam tñ habẽt qum naſcant̃:creſcant: & pe⸗
reãt.Quidã exiſtimauerũt animũ cor eſſe: Vnde Excordes: Vecordes: & Concordes dicti. Empedo⸗
Empedocles animũ cẽſuit eẽ cordi ſuffuſum ſanguinẽ.Alii partẽ quandã cerebri animi pri cles
cipatum tenere opinati ſũt.Quidã nec cor:nec cerebri partẽ eẽ animũ voluerũt: Sed alii in
corde: Alii in cerebro dixerũt animi eſſe ſedẽ: & locũ: Alii animũ putarũt animã: hoc ẽ ſpi
ritũ eſſe. Zeno ignẽ affirmauit.Ariſtoxenus ipſius corporis intẽtionem quandam:velut in Zeno
cantu:& fidibus: quæ Harmonia dicit̃: Zenocrates naturam: cuius vis in natura maxima Ariſtoxen9
eſſet.Plato triplicẽ finxit animã:cuius principatũ:id eſt rõnem in capite ſicut in arce poſuit Xenocrateſ
& duas ptes iram.ſ.& cupiditatẽ locis diſcluſit:iram in pectore:cupiditatem ſubter præcor Plato
dia locãs.Dicearchus nihil eſſe animũ ſcripſit pterq̃ nomẽ totum inane:fruſtraq; aialia: & Dicearchuſ
Animãtes appellari:neq; in hoie eſſe animũ:uel animã: neq; in beſtia: nunq̃ omnẽ eã: qua
uel agimus quid:uel ſentimus in oibus corporibus viuis æq̃biliter eſſe fuſam: nec ſepabilem
a corpore eſſe:quippe quæ nulla ſit:nec ſit quicq̃ niſi corpus vnum:& ſimplex ita figuratũ:
ut tẽperatiõe naturæ vigeat:& ſentiat. Ariſtoteles cũ quattuor nota illa genera principioꝝ Ariſtoteles
eſſet cõplexus:ex quibus oia orirẽtur: quintã quandã naturam cenſuit eſſe:ex qua ſit mens.
Cogitare eni & præuidere:& diſcere:& docere:& inuenire aliquid:& tum multa alia me⸗
miniſſe:amare:odiſſe:cupere:timere:angi:lætari:& ſimilia in horum quattuor generũ ineẽ
nullo:ſed quintũ genus eſſe vacans noĩe. Itaq; ipſum animũ εντελεχειαν appellãt:no⸗
uo nomine:quaſi quãdam cõtinuatam motionem:atq; perennem. Democritus. E leuibus Democrit9
Animula ac rotũdis corpuſculis concurſu quodã fortuito animũ efficit.Ab anima ſit Animula dimi
Animal nutiuũ:fuit etiam hoc noĩe vrbs:paruarũ opum in Apulia:& Animal: & Animal adiecti⸗
Animoſus uum:Ex quo Animales deos dixerunt veteres:q de aialibus eſſent facti:ut pẽnates: & Ani⸗
Animatus moſus:atq; Animatus de quibus ſupra diximus:& Animo verbũ:hoc eſt viuifico:animam
Animo pſto: A quo Exanimo:interficio:neco:& Inanimus qui anima caret:Exanimus ſiue Exani
Exanimo mis:q ſine anima ẽ:hoc eſt q mortuus ẽ. Virgilius.Exanimũq; auro corpus vẽdebat Achil⸗ Virgilius
Inanimus les.Exanimatus vero timẽs:conturbatus.Idem.Exanimata ſequẽs impingeret agmina mu Idem
Exanimis ris.Semianimus:q ſemiuiuus eſt: Vnanimis qui vnius animi:hoc eſt vnius volũtatis ẽ.Pu⸗
Semianimus ſillanimis:qui paruũ animũ h3: quẽ græci vocant Micropſichon:& e cõtrario Magnami⸗
Vnanimus mus:qui magno animo ẽ: A quo ſit Magnanimitas:ſicut a puſillanimo Puſillanimitas.Itẽ
Puſillanimus a magnanimo Magnanime aduerbiũ.Itẽ Animor:qđ modo eſt viuificor:mõ delibero:&
Micropſichus quaſi in animũ induco.Macrobius.Animati ſunt:ergo veteres ad faciendam diſcretionem
Magnanimus in genitiuo caſu:ut ex hac declinatiõe exprimere nomẽ ſolemus diei: Ab animaduerto ve Macrobi9
Magnanimitas ro ſit Animaduerſio:quod modo a ttẽtionem: modo punitionem ſignificat: & Animad⸗
Puſillanimitas uerſor punitor. Apuleius.Exponam breuiter:qđ animaduerſor meus fecit. Quidam etiã Apuleius
Magnanime ab animali Animalitatem:hoc ẽ ipſam aialis eſſentiam ſcripſere. Item a Venio compoſita
Animor fiunt Aduenio: quod aliquãdo idem ſignificat: qđ Venio.Cecilius. Edepol ſenectus ſi ni⸗ Cecilius
Animaduerſio hil aliud apportes tecum:qum aduenis.Aliquãdo venire incipio:& ad inanimata etiã trãſ⸗
Animaduerſor fertur.Plautus.Aduenienti morbo ſuccurre.Ab hoc fit frequentatiuum Aduento: quod ſi⸗ Plautus
Animalitas gnificat:veniendo proximus ſum.Cicero.Non dum erat auditum te ad Italiam aduenta⸗ Cicero
Aduenio re:& Aduena qui non eſt ciuis:aut inquilinus:ſed externus:& ex alieno loco adueniens: et
Aduento Aduenticius: qui caſu in aliquem locum venit non morandi gratia:neque conſulto: Vnde
Aduena Aduenticii morbi dicuntur: qui forte:& nulla noſtra culpa veniunt. Item Aduenticia bo⸗
Aduenticius na:quæ non ex recta ſucceſſione: utputa patris:ut Aui: ſed ut ex legatis: aut aliter caſu ali⸗
Aduẽticius morbus quo nobis adueniunt:in quibus viuens habet vſumfructum:& liberam adminiſtrationem
& Aduentus eius lætitiam cœpi.Et Auis quod ſingulis annis adueniat:de qua inferius di⸗
Aduẽticia bona cemus: & Auentinus mons intra vrbem Romam: ut Varroni placet: ab aduentu homi⸗ Varro
Aduentus num:quod commune latinorum ibi Dianæ templum fuerit conſtitutum: quamuis ſint qui
Auis uel ab auibus potius nuncupatum velint:quod eo ſe a Tyberi ferant:uel ab Auentino Re⸗
Auentinus ge:qui ibi bello extinctus:atque ſepultus fuit: & Auena: quod ad fructum non veniat. Eſt
Auena enim Auena frumenti vitium: quamuis & hordeum in eam degenerat: Frumenti tamen

eſt inſtar:Quippe qum Germaniæ populi edant eã:neq; alia pulte viuant.Sole maxime:cæ
liq; humore hoc vitium accidit:aliquãdo etiã imbecillitate ſeminis:qum diutius terra reten
tum ẽ:priuſq̃ erumpat:uel ſi carioſum fuit:qum ſereret̃.Eſt & aliud Auenæ vitiũ:qum gra/
nũ inchoata amplitudine priuſq̃ roboretur a flatu noxio caſſum: & inane quaſi quodã ab
ortiuo a ſpica euaneſcit. Ponit̃ aliqñ Auena pro ſtipula ſiue calamo : ut ſuperius diximus.
Seneca Circũuenio:quod interdum eſt circundo:interdum decipio.Seneca.Non ſum paſſus eũ ab
Terétius æmulis ſuis circũueniri:hoc eſt decipi.Interuenio: quod eſt in medio negocio ſuperuenio. Circumuenio
Cicero Terentius.Interuenit homo de improuiſo:cœpit clamare:Interdũ ponit̃ ꝓ interſum.Cice/ Interuenio
ro.Quod nõ eſſet factum:ſi ipſe interueniſſem. Obuenio:contingo. Deuenio quod ꝓprie Obuenio
eſt ex editiori loco in humiliorẽ venio:ut Deueni in planũ:Deueni in vallem.Hinc per me/ Deuenio
taphoram pro Redigor vſurpatur:ut Deueni in miſeriã: Deueni in paupertatẽ: hoc eſt re/
dactus ſum ad miſeriã & paupertatem.Euenio contingo: A quo Euẽtus dicit̃:quod nõ rõ Euenio
Ouidius ne:ſed caſu fit.Itẽ finis rei.Ouidius.Careat ſucceſſibus opto Quiſqs ab euẽtu facta notãda Euentus
putat.Et i ſingulari maſculinũ eſt:ac declinatiõis quartæ. In plurali vero neutrũ: & declina
Cicero tionis ſecundæ.Cicero.Sæpe enim cauſæ euentorum magis mouent: q̃ ipſa euenta. Reue/ Reuenio
nio:reuertor:Prouenio:producor.vt ex bona arbore boni fructus ꝓueniũt. Vnde Prouẽ Prouenio
tus dicũtur redditus.Veteres tñ nõ ſolum bonarum rerum:ſed etiam malarum prouentum Prouentus
Plautus dici voluere.Plautus. Calamitatẽ:& miſeriarũ tot prouentus. Prouenio anticipo: A quo Præuenio
Virgilius Preuentio anticipatio dicit̃.Inuenio:cõperio:quaſi in aliqd venio.Virgilius Inueni ger/ Præuentio
mana viam.Hinc Inuentiones:& Inuẽta dicũtur:& Inuẽtores:atq; Inuẽtrices.Subuenio: Inuenio
Plautus opitulor.Plautus.Qui totiens tibi miſero ſubueni.Conuenio quod proprie eſt congregor Inuentio
Saluſtius coeo.Virgilius.Conueniũt quibus:aut odium crudele tyranni: Aut metus acer erat. Salu/ Inuentum
ſtius.Poſtq̃ vnum in locum omnes conuenere.Hinc fit Cõuentus: hoc ẽ cõgregatio homi Inuentor
num:uel ſupplicationis gratia in tẽplo:uel iudicii cauſa:qum a magiſtratibus cõgregat̃: uel Inuentrix
ſiqua alia rõne vnum in locum multitudo coit.Ponitur tamen aliquãdo pro cõiugio.Iuue Subuenio
Iuuenalis nalis.Cõuentum tamẽ:& pactum:& ſpõſalia noſtra Tempeſtate paras:& Cõuentæ condi Conuenio
tio dicebat̃:qum primus ſermo de nuptiis:& earum cõditione habebatur.Conuentus etiã Conuentus
is dicitur:qui in iudiciũ ab aliquo vocatus eſt.Conuenticula quoq; deducit̃: & fere ſemper Cõuẽtæ cõdictõ
in malã partem hoc ẽ pro cõuentu ſedicioſorum:aut ſceleratorum accipitur: & Conuena: Cõuentus
quod ab Aduena differt:ꝙ Aduenæ proprie dicũtur:qui ex vno loco in aliquod oppidum Conuenticula
veniunt.Conuenæ vero:qui ex pluribus locis.Cõuenio etiam capitur pro in iudiciũ voco. Conuena
Cicero Cicero.Non dubitat:quin ſi ipſe Verrem cõueniat æquitate cauſæ:autoritate ſua commo/ Conuenit
Terétius uere hominẽ poſſit.Item pro alloqui.Terentius.Cõueni hodie aduenieus quẽdam mei lo/
ci hinc:atq; ordinis hominẽ.Item Cõuenit pro decẽs:& cõueniens.Cicero.Nam quid ve/
Cicero reris ne nõ conueniat noſtris ætatibus iſta oratio.Item Conuenit hoc inter nos: pro cõſtat
Apuleius conuenit hoc mihi tecum pro cõcordes ſumus.Conuenire etiã ſtatuere eſt. Apuleius.Con/
Vlpianus uenimus ad portum q̃ primũ ire.Conuentionis nomen generale eſſe ſcribit.Vlpianus : ad Conuentio
omnia pertinens : de quibus negocii contrahendi:tranſigendiq; cauſa conſentiũt:qui inter
ſe agunt.Nam ſicuti cõuenire dicuntur:qui ex diuerſis locis in vnum locum colliguntur:&
veniunt:ita ii qui ex diuerſis animi motibus conſentiunt in vnũ:& in vnam ſententiam cõ
currunt.AB.A:& Ab:& Abs in ſignificatione quidem eandẽ vim habent : & id ſignificãt A Ab Abs
Plynius quod apud græcos ἀπό.Interdum tamen accipiũtur pro poſt.Plynius. Et virus equi a coi
tu ſtatim collectum:hoc eſt ſtatim poſt coitum collectum.In compoſitiõe autem modo pri
uationem ſignificant:ut Amens quaſi ſine mente:Abſimilis:diſſimilis. Abſtemius: ſine te/ Amens
Liuius meto.Ab re:hoc ẽ præter rem:preter propoſitum:ſine cauſa. Liuius. Hæc ſi omnis diuini: Aſſimilis
humanique iuris memoria aboleuit: noua: peregrinaq; omnia priſcis ac patriis ꝑferendo: Abſtemius
Haud abre duxi verbis quoq; ipſis:ut tradita: nũcupataq; ſunt referre :modo ablationem: Ab re
Liuius ut Aufero:abduco:auerto.Interdum ſimplicis ſignificationem non mutant:ut in Abduco.
Liuius flauius Supplemẽtũ ab Roma abduxerat.Hoc autẽ mõ int̃ ſe differunt:ꝙ A nunq̃
iungitur cũ dictionibus incipientibus a vocali. Ab vero cũ oĩbus iis coniungit̃: et frequẽtiſ
ſime cũ duabus liquidis:& l conſonante:ut Ablege:Abrege:Abre:Abioue.Abs cum te: ut
Terentius Abſte.Interdũ cum q . Terentius. Abſquiuis hoĩe beneficium accipere gaudeas. Ah etiã ali De quibuſdã in/
Plautus qñ intiectio ẽ admirãtis.Plautus.Ah qd ais.Intdũ dolẽtis.Virgilius.Spem gregis ah ſcili/ teriectionibus
Virgilius. ce in nuda cõnixa reliqt.Idẽ.Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpa plãtas.Intiectiões græci ñ
Idem hñt:ſed hmõi voces int̃ aduerbia cõnumerant:quoniã uel adiũguntur verbis : uel verba iis
ſubaudiunt̃:ut qum dicimus:Papæ qd video.Noſtri vero qm̃ plerũq; nõ addit̃ verbũ:nec
ſubaudit̃: ſed quodãmodo in iis incluſa ẽ verbi ſignificatio:ſepatim hãc ptẽ poſuere: eteni
qum dicimus Pape:nec verbũ aliqd̃ eſt:nec ſubaudit̃:habet tñ in ſe affectũ huius verbi:qd̃
eſt miror:et plenã motus aĩ ſignificationem.Variæ ergo interiectionũ ſignificationes ſunt:

gaudii:ut Euax.Doloris:ut Hei:Heu.Virgiliuſ.Hei mihi qualis erat:quantum mutatus ab Virgilius
illo Hectore. Cicero.Hei mihi non poſſum hoc ſine lachrymis cōmemorare.Item Heheu Cicero
Ah:Aha:Proh:quæ tria poſtrema interdū etiam admirationis:aut indignatiōis ſunt qué/
admodū Pape:& Vah:& Hem:Plautus.Proh ſancte Iupiter quid video. Terentius.Pa/ Plautus
pe hæc ſuperat ipſam Thaidem.Plautus.Vah homo impudens.Apuleus. Hem hois auda/ Terētius
ciam.Timoris:ut Atat.Riſus:ut A ha he.Aliquādo eadē vox:& aduerbiū eſt: & īteriectio Plautus
& nomen:ut O quando indignationē:uel dolorē ſignificat:interiectio eſt:aliquando vero Apuleius
optandi eſt:ut modo oſtendimus:aliqn̄ ipſius litteræ nomen. Itē Proh aliquādo præpoſi/
tio.Virgilius.Prolatio obteſtor:pro maieſtate tuorū.Idem. Pro ſe quiſq; viri depromunt Virgilius
tela pharetris.Modo interiectio. Idem. Proh ſi remeaſſet in vrbem. Aliqn̄ etiā aliæ partes Idem
orōnis ſolēt interiectiue proferri.Virgilius.Nauibus infandū amiſſis vnius ob iram.Infā/ Idem
dū ꝓ interiectione protulit:Proprie tn̄ interiectiones primitiuæ ſunt: ut hæ q̄s ſuperius me Virgilius
morauimus:& Ohe:Euhoe:quæ exclamationis ſunt:et aliæ ſimiles.Ia exultātis interiectio
eſt:Fuit & hoc noīe minor Atlantis filia.HEMO. Mōte Thraciæ:de quo ſupra diximus.
Orpheus ORPHEO.Thratio.Orpheus enī hoc loco adiectiuū ē:quēadmodū alibi.Quicqd ī Or
pheo Rhodope ſpectaſſe theatro Dicit':exhibuit Cæſar harena tibi.Ideo aūt Orpheus ꝓ
Ephorus Thracio ponit':quia Orpheus:Ephorus: Muſæus:thraces fuiſſe ꝓhibent':ſiue ꝙ Orpheus
Muſæus Oeagri filius vnus ex Argonautis Ciconū rex fuit:qui ſūt in Thratia.Siue Hemum Orphe
um vocant:quia hic mons ab Orpheo poeta primū celebratus fuit.Orpheus Calliopes mu
ſæ:& Oeagri filius fuit Ciconum regis:ut alii volunt Apollinis:hic Lyræ mirum in modū
Sarmatæ ſtudioſus fuit:quam dono a Mercurio habuit:ut ſupra oſtendimus.SARMATA.Sarma
Sauromatæ tæ populi Scythiæ ſunt:q a græcis Sauromatæ dicūtur ab oculis lacertarū. σαύρος enī la/
Sarmatia certa eſt:ὀμμα oculus.Regio Sarmatia dicit'.Noīa diuerſa habēt:habitāt montes: & ſal
Lagyges tus:quum cāpos:& plana teneant Lagyges: Vtunt' plauſtris pro domibus: paſcūturq; lacte
eqno: vnde qdā eos ιππημολγοὺς:hoc ē equoꝝ mulſores.Alii γαλακτοφάγους:
Lactiphagi hoc eſt Lactiphagos vocant.Sunt etiam quidā interius habitātes:qui ſanguinē equinū lacte
Gelonus mixtum potant: quos vocāt Gelonos. Virgilius.Biſaltæ quo more ſolent:acerq; Gelonus. Virgilius
Qum fugit in Rhodopen:atq; in deſerta Getarum: Et lac cōcretū cū ſanguine potat equi/
no.Item Sarmatæ alii ſunt:q cruda farina equino ſanguine mixta ī cruris venis alūtur.Alii
etiā qui pro victimis homines immolant. Alii bellorum & cædis amatores:quibus mos eſt
bellantibus cruorem eius: quem primum interemerint: ex ipſius vulneribus bibere: & ut
quiſq; plures interemerit:ita apud eos eximius habetur. Sunt etiā in Scythiæ extremis Sar/
matæ:qui carne equino veſcuntur: Alii qui humanæ carnis alimento vitam ducūt: propter
Antropaphagi quod vocantur Antropaphagi ἀπὸ τοῦ φαγεῖν τοὺς ἀνθρώπους:hoc eſt ab homi
Amaxonita nibus edendis.Idem ab vſu plauſtrorum Amaxonitæ vocantur:interdum nimia hyemis a/
ſperitate demerſis in humum ſedibus ſpecus habitātes totum Bracchati corpus: & niſi qua
Paſco vident ora veſtiti.PASTVS.Qui cibum ſumpſit.Paſcere enim:& Paſci eſt comedere:&
aliquando ſolute ponuntur.Virgilius.Paſcentes ſeruabit Tityrus ædos.Aliquando habēt Virgilius
Alo accuſatiuum. Idem. Florem depaſta ſalicti. Nonnunquā paſcere eſt cibum alteri præbere: Idem
Paſtus Paſtio differtq; ſi Marcello credimus ab Alere quod hoc fit neceſſitatis gratia: ut vita ſeruetur: il/ Marcellus
Pabulum lud vero ad delicias:ut ſit paſcere quaſi cibo ſaginare. Vnde per metaphoram paſcere ali/
Pabulor quando pro delectare accipimus.Idem.Atq; animum pictura paſcit inani.& paſcere ocu/ Idem
Pabulatio los:eſt viſu alicuius rei grate eos oblectare.Item aliquando pro augeri:& creſcere.Idem.Et Idem
Paſcor Veſcor ſacrum tibi paſcere crinem. Hinc Paſtus adiectiuum ſignificat eum: qui cibum ſumpſit: ut
Depaſco hoc loco.Paſtus vero ſubſtantiuum:ſignificat cibum:ſiue cibationem. Cicero.Cum oble/ Cicero
Depaſtus bos ctatione ſolertiæ:qui eſt vnus ſuauiſſimus paſtus animorum.Idem & Paſtio ſignificat:ſed
Depaſtus ager hoc potius ad brutorum alimenta pertinet.Vnde eſt Varronis index de villaticis paſtioni Vvrro
Expaſco bus.A paſto Pabulum quoque deriuatur:quod & cibum ſignificat:ſed maxime quod bru/
Perpaſco ta depaſcunt: A quo Pabulor verbum pro paſco: & Pabulatio: cibatio. Illud notandum
Compeſco quod Paſci proprie beſtiarum eſt.Veſci hominum:Et in vtroque Potus quoque compre/ Valla
Diſpeſco henditur:quod Valla negauit: Venit & epoto Sarmata paſtuſ equo.Cicero.Carne:caſeo: Cicero
Paſcua lacte veſcor. A paſco compoſita fiunt Depaſco: quod eſt paſcendo abſumo: & Depaſtus
Paſcuus ager dr̄ agrū Bos:q cibū ex agro ſūpſit.Itē Depaſtus ager paſſiue hoc ē paſcēdo cōſūptus.Expa
Paſcua ſilua ſco eiuſdē ſignificatiōis: Perpaſco ſatio:ſiue ī totū paſco.Cōpeſco:coerceo:q̄ſi ītra paſcua
Paſcalis Panis cōtineo:nec vagari ꝑmitto:Et e cōtrario Diſpeſco:diuido:& ꝓprie pecus a paſtione dedū
Panifex co.Itē a paſco Paſcua dicūtur: in qbus pecudes paſcūtur:ſiue ager paſcuus ſit:ſiue pratum:
Panifica ſiue mons:aut collis.Paſcuam ſiluam appellat:Paulus.Quæ in paſcuis pecudū diſtincta ē. Paulus
Panificium Itē a paſco Paſcales oues:& gallinæ vocant':q̄ paſſim paſcunt':ſiue a paſcuis:q̄ſi paſcuales.
Paſtillus Pādo Itē a paſco Panis:a quo Panifex:Pāifica Pāificiū:et Paſtillꝰ et Pādo cū deriuatis ab eo:de

quibus ſupra diximus. Paſtomis:ferreũ:ſiue ligneũ inſtrumẽtũ eſt:qđ ad cohibẽdã equorꝫ tenaciam naribus:uel morſui iponitur. Lucillius. Paſtomides huic denaribus ingẽtes pendent. EPOTO EQVO. Ebibito lacte equino:ſiue cruore. Potare bibere eſt: & a græco deducitur. πότισ enim potio eſt: ποτίζω poto:irrigo. πότησ bibax. A poto Potus dicitur:& Potio:quæ inter ſe differũt:q Potus proprie eſt vini:ſimiliũq;: Potio vero: quæ a medicis ægrotantibus dicit̃. Interdũ tamen Potio pro potu ponitur. Cicero. Quid qđ ne mente qdem recte vti poſſumus multo cibo & potione repleti. Ab hoc fit Potiono verbũ:hoc eſt potionẽ præbeo:Cuius paſſiuũ eſt Potionor. Suetonius de Galicula. Credit̃ potionatus a Ceſonia vxore amatorio quidẽ medicamẽto: ſed qđ in furorem verterit. Itẽ a poto Potatio:ipſe potandi actus: A quo Cõpotatio:quã græci Sympoſiũ dicũt: & Cõpotor:qui συμπότησ:& Compotrix:quæ συμποτία appellatur:& Poculum qđ ab illis dicitur ποτήριον:quorꝫ diminutiua ſũt Pocillum:& ποτηρίδιον:& Potabile:qđ illi ποτιμόν nuncupãt:& Potitius:qui ſacra Herculi faciebat. Nã qum Euãder arã maximã Herculi:vbi nunc Roma eſt:ædificaſſet:Herculeſq; de ſuo armento boues ad ſacrificia dediſſet:inuẽti ſunt ſenes duo:a quibus ſe æqualit̃ coli velle oſtendit:ſtatuitq; ut mane:et veſperi ſacrificaret. Sed cũ peracto matutino ſacrificio circa ſolis occaſum eẽnt ſacra repetenda:alter prior aduenit:qui ἀπὸ τοῦ ποτίζειν: hoc eſt a potando Poticius cognominatus eſt: Alteri propt̃ negligentiã iratus Hercules: ſtatuit ut ſacrificãti: atq; epulanti Potitio miniſtraret:Quapropter ἀπὸ τῆσ πείνασ:hoc eſt a fame Pinarius:qſi Famelicus appellatus ẽ. Hoc modo hæ duæ familiæ cognoia adeptæ ſunt:ut illa Potitiorũ:hæc Pinariorum diceret̃:& hæ tñ longo tempore Herculi ſacra fecere. Verũ qum poſtea Appio Claudio autore:qui Cenſor cognominatus fuit:ſacra Herculis gens Poticia in mancipia trãſtuliſſet:qua tẽpeſtate duodecim familiæ eius gentis erant:puberes omnes ad trigeſimum intra annũ cũ ſtirpe extincti ſun̄t. Itẽ a poto Repotia dicta:qum poſtridie nuptias apud nouum maritũ cœnat̃:quia qſi reficit̃ potatio:Et ab eodẽ cõpoſita fiũt Perpoto: hoc ẽ valde poto ſiue frequent̃ poto:& Præpoto añ poto:& Epoto:potãdo exhaurio:Cuius paſſiuũ ẽ Epotor:a quo Epotus:& Cõpoto:ſimul poto. EQVO. Equus notũ animal ẽ:q & Caballus dicitur. A quo Caballinus. Perſius. Nec fronte labra prolui caballino. Mira ei docilitas eſt Alexãder. Macedo equũ habuit:qui ab aſpectu toruo:ſiue ut aliqui volunt ab inſigni Taurini capitis armo impreſſi Bucephalos hoc eſt Bouis caput eſt dictus. Hic a nemine alio q̃ ab Alexan. regio inſtratus ornatu cõſcẽdi ſe paſſus eſt. Idem. Thebarum oppugnatiõe vulneratus:nõ eſt paſſus regem in alterũ equũ tranſilire:propter quæ & alia multa huiuſmodi Alexãder defuncto ſolẽnes exeqas fecit:& vrbẽ ex noĩe eius vocatã Bucephalon ſepulchro circũdedit. Caius quoq; Iulius Cæſar equum habuit:qui nullũ præter eũ dorſo recipiebat: eius priores pedes facie veſtigii humani tradunt fuiſſe: & hac facie ante Veneris genitricis ædem locatus fuit. Fecit & Diuus Auguſtus equo tumulũ: quem Germanicus Cæſar carmine laudauit. Agrigenti:qum plurimũ equorũ ſepulchra tradũtur Pyramides habuiſſe. Scribunt autores equũ a Semiramde vſq; ad coitũ adamatũ. Scythæ eqs maxime gloriant̃. Tradunt occiſo aliquãdo ex prouocatione eorũ rege:qum hoſtis ad eum ſpoliãdũ veniſſet: ab equo eius ictibus:ac morſu interemptũ fuiſſe. Alium:qum de tracto oculorum operimẽto cum matre ſe coiſſe intellexiſſet:p prærupta ſeſe p̃cipitem dediſſe:atq; ita eſſe exanimatum. Quippe affinitatum cognitionẽ habet hoc animal. Itaq; in grege prioris anni ſororẽ libẽtius q̃ matrẽ equus comitat̃. Tãta p̃terea in iis docilitas ẽ:ut vniuerſi Sybaritani exercitus equitatus ad Symphoniæ cantũ quadã ſaltatione moueri ſolitus tradat̃. Sybaris vrbs ẽ ſita in ſinu Tarentino apud Cratim amnem:quæ quondã gentibus quattuor iperauit:vrbes quindecim numero ſubditas habuit:tercẽta militu; milia cõtra Crotoniatas armauit. Sed mox luxuriæ:& voluptati dediti in tantã laſciuiam deuenere:ut omnẽ ſuam fœlicitatẽ breui tempore amiſerint:& a Crotoniatis ſeptuaginta dierũ ſpatio vſq; ad internitionem fuerint deleti. Ex quo vice p̃uerbii Sybariticæ: & Sybaricæ deliciæ dicũtur:& Sybaritici ludi: qum modum excedunt:& Sybariticum carmen:& Sybaritici libelli:hoc eſt laſciui: improbi:petulantes. Martialis. Biſſenos pathiciſſimos libellos: Qui certant Sybariticis libellis: Et tinctas ſale pruriente carthas inſtanti lege Ruffe:ſed puella ſit tecum tua: ne thalaſſionem indicas manibus libidinoſis. Et fias ſine fœmina maritus. A Sybari etiam Sybaritanus deducitur. Fuit & aliud oppidum nomine Sybaris: duodecim paſſuum milibus diſtãs ab vrbe. Viſi preterea ſunt equi amiſſos in prelio dominos lugere:& lachrymas ſæpe effundere. Interfecto Nicomede rege equum eius in edia vitam finiſſe compertum eſt:& Circenſibus ludis excuſſo auriga:cui Ratumena nomen erat: equos cum palma: & corona in capitolium perueniſſe: ſedemq; ter luſtraſſe: vnde poſtea ea porta Ratumena vocitata eſt. Sarmatæ longinqua itinera acturi: in edia pridie equos p̃parant: exiguo tãtum potu illos

Lucillius · Cicero · Suetonius · Appius claudius · Perſius · Alexander · Idem · Cæſar · Auguſtus · Germanicus · Semiramus · Martialis

Paſtomis · Poto · Potus · Potis · Potio · Potiono · Potionor · Potatio · Compotatio · Sympoſium · Compotor · Sympotis · Compotrix · Sympotia · Poculum · Potirion · Pocillum · Potiridon · Potabile · Potimon · Poticius · Pinarius · Poticia · Repotia · Perpoto · Præpoto · Epoto · Epotor · Epotus · Compoto · Equus · Caballus · Caballinus · Bucephalos · Bucephalõ vrbs · Sybaris vrbs · Sybariticæ deliciæ · Sybaricæ deliciæ · Sybaritici ludi · Sybariticum carmen · Sybaritici libelli · Sybaritanus · Sybaris · Ratumena porta

fouentes:atq; ita per centena & quinquagena milia continuo cursu eũtibus insident. Vi/
uunt annis aliq quinq̃genis: fœminæ minore spatio. Eædem qnq̃ennio crescere desinũt:
mares anno addito:qualis debeat esse equus ꝓclare. Virgilius ostẽdit. Cõtinuo pecoris ge/ Virgilius
nerosi pullus in aruis: Altius egreditur:& mollia crura reponit. Primus & ire uiam:& flu/
neorū:ſed ædiū quoq; miniſtros Mediaſtimos vocabāt:q; medii eſſent ad preſtāda officia.
De tripudio Soliſti mo dictū eſt a nobis ſuperius. & Solidus numeri genus: quo in p̄ſentia
vtimur: Viginti ſolidi libram cōſtituunt.& Solitaurilia: quæ imolatio erat trium hoſtiarū
diuerſi generis: Tauri: Arietis: Verris:quia omnes ſolidi:integriq; ſint corporis. Alii Soli/
dum nō a ſolo:qđ terram ſignificat:ſed ab Oſcorū vocabulo dictum volunt. Oſci eni So/
lon totū vocant. Vnde Soliferreū genus teli appellatum:quaſi totum ferreum.& Solers in
omni re prudens:quaſi totus ars. A quo Solertior Solertiſſimus.& Solertia:induſtria:quo
rum cōtraria ſunt Iners:quaſi ſine arte.Inertior.Inertiſſimus.Inertia.& Solenne:qđ om/
nibus annis preſtari debet. A quo Solennitas appellata.& Solor:quaſi ſolidū:redintegro:
A quo Solatium:& quo poetæ potius vtūtur:Solamen. Virgilius.Solamēq; mali de collo
fiſtula pendet.& Cōſolor.& Cōſolatio.& Cōſolabundus.& Conſolamen. & Cōſolato
rium. Vnde Cōſolatoriam epiſtolā dicimus. & Cōſolatoriū carmē. Quidam Solatium a
cōſolatione ita diſtinguūt:ut Solatium re fieri dicant:Cōſolationē verbis.& Cōſolari ora
tione ſolari.& Soliū:armariū e ligno factū:in quo reges ob corporis ſui tutelā ſedebant:di
ctū quaſi ſolidū. Ponitur tamē abuſiue pro ſella regali:& pro vaſe: in quo uel balneamur:
uel cōdimur. Quidam tamen Soliū a ſedendo deductū putant:ut ſupra oſtendimus. Vnde
& Soliſternia.& Solaria appellata.& Solox lana craſſa quaſi ſolida.Item pecus lana cō/
tectum. Titinnius.Lana Soloci ad purpuram data.Lucillius. Montano hirco :atq; Solo/
ce. Sicut ecōtrario oues:quæ ventrē lana nudum habēt Apicæ dicuntur.Item a Solon:qđ
Oſcorum lingua totum ſignificat Solus deriuatur: Nam qui vnus eſt: totus eſt. Aurelius.
Etenim qum vnus erat in mundo: vnius error omnium fuit:& oēs errauimus ī eo vno. Ab
hoc Solitarius dictus:qui ſolus viuit. Vnde Solitaria vita. & Solitarius paſſer. & Solilo/
quus qui ſolus loqtur.& Soliloquium:qđ per nos cōtemplādo loqui ſolemus.& Solitudo
quam veteres etiā Solitatē dixere: & Solea : qđ ſola pedibus ſubiiciat̄. Genus calciamenti
eſt plantis ſubiectū.nam cætera prope nuda teretibus corrigiis nectūtur:quæ dicūtur Amē
ta:eo q; aptantes ea ad mentum trahunt. Plynius. Corneliæ Gracchorū matri ſedēs ſtatua
poſita fuit:ſoleiſq; ſine ammento inſignis in Metelli publica porticu. Amēta etiā dicuntur
quibus vinciuntur iacula :ut mitti poſſint. Vnde Amentatas ſoleas. & Amentata iacula di
cimus . Quidam putant hoc vocabulum a græcis acceptum:qui hæc [illegible] vocant.
Soleas vero voce græca Crepidas nominamus . & per diminutionem latinam Crepidu/
las:earumq; ſutores Crepidarii dicūtur.Cicero:Hoc calciamenti genus Gallicas vocat.Cū
gallicis & lacerna cucurriſti. Solea etiam piſcis eſt:de quo ſupra diximus.Item materia ro/
borea:ſuper qua paries craticius extruitur. Quidam etiam putant Crepidas latinum voca
bulum eſſe:a crepitu:hoc eſt a ſono: quem ambulando reddunt appellatas. Crepare enim
proprie ſonare eſt. Vnde Crepitus dictus ē. Terētius.Sed hoſtiū cōcrepuit. Eſt aūt Crepi/
tus ſonitus violētus:ex impulſu reſultās. A quo Increpare ē cū impulſu vocis:& immani ſo
nitu rep̄hendere:incuſare:inſultare. A quo fit Increpitare frequentatiuū. Virgilius. Hoſtis
amare quid increpitas. morteınq; minaris? Idē. Aeſtatem increpitans ſeram. Et Increpa/
tio huiuſmodi rep̄henſio. A crepo fit frequentatiuū Increpito:quod proprie eſt Cimbalo/
rū:tympanorūq;:& aliorū huiuſmodi. A quo fit Crepitaculum: qđ Siſtrum dicit̄:frequēs
in ſacris iſidis. Eſt enim Siſtrū Aeneū crepitaculū:cuius per anguſtā laminam in modū bal
tei recuruatā traiectæ mediæ paucæ vngulæ:criſpāte brachio trigeminos ictus:reddūt argu
tum ſonum. Virgilius. Regina in mediis patrio vocat agmina Siſtro. Martialis de Crepi/
taculo. Si quis plorator collo tibi vernula pendet Hæc quatiat tenera garula Siſtra manu.
& Crepitulum ornamentum capitis ē:qđ in capitis motu crepitū facit. Crepitus etiam tur
pis ventris ſonitus appellatur. Concrepo quoq; a crepo deducit̄ eiuſdē cum eo ſignificati
onis. Siſēna. Cōglobati:& collecti cōcrepāt armis.& Percrepo. Lucillius. Percrepa pugnā
Pōpili factā:Corneli cane. Aliqñ tū p metaphorā capit̄ p conq̄ror:uel doleo. Idē. Et cre/
pat antiquū genus ut pietate repletū. Plautus. Qui crepat defūctū patrē. Horatius. Qui po
ſthuma grauē mollicié:aut pauperié crepat. Aliqñ p incito. Turpilius. Age tu: hymenæū in
crepa. Nōnūq; p frāgor. Virgilius. Et acuto murice remi Obnixi crepuere. A quo Crepi/
do deriuat̄:q̄ pprie ē p̄rupti ſaxi altitudo:et moles. Idē. Forte ratis cælſi cōiūcta crepidine
ſaxi Expoſitis ſtabat ſcalis:et pōte parato. Quādoq; p ferio. Ennius. Sed ſonitu aures meas
pulſu pedū īcrepat. Cicero. Itaq; vir bonus hēat hāc vim:ut ſi digitis cōcrepuerit: poſſit lo
cupletū teſtō nomē eius irrepe. A crepo ēt Capræ:et a pricipio Crepæ ſūt ærpellatæ:q; cru
ribus crepēt:ut ſupra diximus.& Crepi luperci a crepitu pellicularū quē faciūt verberantes.

Inſolidum
Soliſtimum
Mediaſtimū
Solidus
Solitaurilia
Solon
Soliferreum
Solers
Solertior
Solertiſſimus
Solertia
Solenne
Solēnitas
Solor
Solatium
Solamen
Conſolor
Cōſolatio
Conſolamen
Cōſolabundus
Conſolatorium
Cōſolatoria epi
ſtola
Cōſolatoriū car
men
Solium
Soliſterniū
Solarium
Solox Apica
Solus
Solitarius
Soliloquus
Soliloquiū
Solitudo
Solitas
Solea
Ammētum
Ammentatæ ſo/
leæ
Ammentata ia/
cula
Crepida
Crepidula
Crepidarius
Gallica
Solea
Crepo
Crepatus
Increpo
Increpito
Increpatio
Crepito
Crepitaculum
Siſtrū Crepitus
Cōcrepo
Percrepo
Crepido
Capra Crepa
Crepi luperci

Virgilius
Titinnius
Lucillius
Aurelius
Cicero
Terentius
Virgilius
Idem
Virgilius
Martialis
Siſenna
Lucillius
Idem
Horatius
Turpilius
Virgilius
Idem
Ennius
Cicero

Mos enim Romanis erat in Lupercalibus nudos diſcurrere: & pellibus obuias quaſq; fœminas ferire: Crepera res: ut Nonius ſcribit: dubia dicitur. Vnde & Crepuſculum: lux dubia. & Decrepiti: ſenes in dubio vitæ cõſtituti: uel ꝙ nec mouere ſe propter ſenectutem: nec vllum facere crepitum poſſunt. & Creperum bellum anceps: & dubium. Inde Increpito quidam dictum putant: quia maledicta fere incerta: & dubia ſunt. Item a crepo Crepor: ꝓ crepitatione deducitur. & Crepundia: puerilia ornamenta: de quibus ſupra diximus. Solum quoq; aliquando pro deſerto vſurpant poetæ. Virgilius. Heu male tum Libyæ ſolis erratur in aruis. & a ſolus deducitur Sol: ꝙ tantam claritatem ſolus obtineat. Vnde Aſſyrii quoq; huic nomini Adad nomen addiderunt: qđ eorum lingua ſignificat ſolum. Ab eo fit Solaris Vnde Solaris radius dicitur. & Solaris annus: qum ſol expleto per omnia ſigna circuitu ad id: vnde digreſſus fuerat: redit: quod fit fere trecentis ſexaginta quinq; diebus. Sicut Lunaris annus dicitur: qui menſe vno ſuum conficit curſum. & Magnus annus: qum omnes planetæ in vnum locum recurrunt: quod fit: ut ſcribit Hortenſius: ſpacio duodecim milium: et noningentorum annorum. & Solaris herba: quam græco nomine Heliotropium dicimus ꝙ ſe cum ſole circũagat: etiam nubilo die: tantus eſt eius ſyderis amor: & nocte contrahat ceruleos flores. Magnus eſt medicorum noſtri temporis error: qui Cicorium putant Heliotropium eſſe: qum Cicorium ſit intubũ erraticum: cui radix longa: & lenta: qua ad vincula etiam vtũtur: eſtq; herba frigidiſſima: qum Heliotropium temperata ſit: & aliquid habeat caliditatis. Cicorium quidam ob ſingularem ſalubritatem Chreſton appellãt. Græci enim χρηςὸν vtile vocant. Alii Pancration: quod παγκράτιον omnipotens ſit. Magi putant huius ſucco cum oleo perunctos fauorabiliores fieri: & quæ velint facile impetrare. Solaris quoq; lapillus eſt: quem ſimiliter græco vocabulo Heliotropium nominant porracei coloris: ſanguineis venis diſtinctus: de quo ſupra diximus. Sicut Solis gemma: alius lapillus eſt candidus: qui ad ſpetiem ſolis in orbem fulgentes radios ſpargit. Item a ſole Solanus Vnde Subſolanus ventus: de quo ſupra diximus: qđ ſub ſole oriente naſci videatur. & Solanum herba: quam alii Strychnium: alii Halicacabum: alii ꝙ veſicæ medeatur: & calculis Veſicariam vocant: hac coronarii vtuntur in Aegypto: quod Hæderæ folio ſimilis ſit. Si quis eam drachmæ folio ſumpſerit: variæ ſpeties: ac læticia plenæ animo obuerſantur. Duplicatum pondus inſaniam facit: Ideo manicon quidam e græcis: e latinis furialem herbam nominant. Quicquid ponderi adiiciatur: mortem repræſentat. Sunt qui Dorion appellent: ꝙ cuſpides ea in preliis tingerentur. Strychnis etiam: & Halicallios: & Erythros: & Neuris nuncupatur. Xenocrates nullum eſſe corporis malum ſcribit: cui hæc herba non ſit ſalutaris. Item a ſole Solarium horologium: locus in quo horæ ad ſolem conſpiciuntur. Primus Romanis hoc ſtatuiſſe dicitur. L. Papyrius curſor ad ædem Quirini: qum eam a patre ſuo votam dedicaret ante duodecim annos q̃ cum Pyrrho bellatum eſt. Namprius ortus tantum: & occaſus ſolis nominabantur: adiecto etiam poſt aliquot annos meridiæ: quem Accenſus Conſulum pronunciabat: qum e curia inter roſtra: & Græcoſtaſin proſpiciebat ſolem. Curiæ quippe duorum generum erant: & vbi ſacerdotes res diuinas curabant ut Curiæ veteres: & vbi Senatus humanas: ut curia hoſtilia: quã primam ædificauit Hoſtilius rex: Ante hanc Roſtra erant dicta a roſtris nauium: quæ ex hoſtibus capta: ibi fixa ſũt. Liuius. Naues Antiatum partim in naualia Romæ ſubductæ: partim incenſæ: roſtriſq; earum ſuggeſtum in foro extructum adornare placuit: Roſtraque id templum appellatum. Sub dextra horum a comitio locus erat: vbi nationum legati ſubſiſtebant: qui ad Senatum mittebantur. Is a græcis propter nationis excellentiam Græcoſtaſis: hoc eſt ſtatio græcorum eſt nominatus. Accenſus præco erat ita dictus: ꝙ ad cenſum ſolitus eſſet vocare. Conſul enim qui exercitum imperaturus erat: dicebat accenſo: Calpurni voca illicium omnes quirites huc ad me. Accenſus dicebat ſic. Omnes Quirites ita ad conuentionem huc ad iudices. De hinc conſul loquebatur ad exercitum. Impero qua conuenit ad comitia centuriata. Cenſor vero ſic accenſo imperabat: ut populum vocaret. Quod bonum: fortunatum: fœlix: ſalutareq; ſit: populo Romano Quiritium. Reiq; publicæ populi Romani Quiritium: mihiq;: collegæq; meo: fidei: magiſtratuiq; noſtro omnes Quirites: pedites: armatos: Priuatoſq; curatores omnium tribuum: ſi quis pro ſe uel pro altero rationem dari volet: voca Illicium. Prætor autem Accenſo iubere ſolebat: vbi ei videbatur meridiem eſſe ut inclamaret meridiem eſſe circa muros ire ſolitus: ut illiceret populum in eum locum: Vnde vocare poſſet ad concionem. Hinc eſt verſus ille veteris Comediæ. Vbi primum Accenſus clamarat meridiem. Illicium eſt: qum circa muros itur: ut populus alliciatur ad magiſtratus conſpectum. Qui eos vocat: aſcendit in locum: Vnde vox ad concionem vocantis exaudiri poſſit. Marcellus ſcribit: Accenſos genus militiæ eſſe adminiſtrantibus proximum: dicti quod ad neceſſarias res ſæpius acciantur: veluti accerſiti. Pompeius vero

Nonius
Virgilius
Hortẽſius
Xenocrates
L. Papyrius
Liuius
Marcellus
Põponius

Crepera res
Crepuſculũ
Decrepitus
Creperũ bellum
Increpito
Crepor
Crepundia
Sol Adad
Solaris
Solaris radius
Solaris annus
Lunaris annus
Magnus annus
Solaris herba
Heliotropium
Cicorium
Intubũ erraticũ
Cicorium
Chreſton
Pancration
Solaris gemma
Solanus
Subſolanus
Solanum
Strychniũ
Halicacabum
Veſicaria
Manichon
Furialis herba
Dorion
Strychnis
Halicallios
Erythros
Neuris
Solarium
Curia vetus
Curia hoſtilia
Roſtra
Græcoſtaſis
Accenſus
Conſul
Cenſor
Illicium

Accenſi inquit dicebantur: qui in locum mortuorum militum ſubito ſubrogabantur: di/
Solſtitium cti ita: quia ad cenſum adiiciebantur. Manifeſtus eſt error vtriuſq;. Item a ſole Solſtitium
Duo ſolſtitia dicit̃: q̃ſi ſolis ſtatio: qũ ſol vltra nõ progredit̃: ſed retrocedere incipit. Singulis quippe
annis duo ſolſtitia ſũt. Vnũ æſtiuũ in principio Cãcri: Cũ ſol ad inferiores incipit circulos
cõmeare. Alterũ hyemale in principio Capricorni: quãdo ſol ad nos incipit reuerti. Virgi/ **Virgilius**
Solifuga lius. Humida ſolſtitia: atq; hyemes optate ſerenas. Præterea a ſole Solifuga: quæ & Solpu/
Solpuga ga dicitur: de qua ſupra diximus. & Inſolo verbũ: qđ ſignificat ad ſolẽ ſicco: ſicuti Infumo
Inſolo ſicco ad fumũ. Ab hoc Inſolatio dicit̃: queadmodũ a fumo Infumatio. Plynius. Ceram vi **Plynius**
Infumo naceo crate, ſub diuo ſiccant ſole: Lunaq;: hoc enim cãdorẽ facit: ſi ſic ſiccatur: & ne liquefa
Inſolatio ciant: ꝓtegunt tenui linteo. Candidiſſima vero fit poſt inſolationem: etiam humi recocta.
Infumatio Plautus. Atq; hillas infumatas: & ſumen. Hillas hoc eſt Farta inteſtina tenuiſſima. Veteres **Plautus**
Hilla Bouille enim hillas inteſtina tenuiora dixerunt: Vnde Bouille oppidũ vocitatũ: quaſi bouis hillæ
nõ lõge ab vrbe: ꝙ eo vulnerata bos ſua trahens inteſtina deuenerit. Laberius. Ne ve aliter **Laberius**
Inſolare hunc prædicabis: qũo video adoleſcẽti nr̃o cædis Hillas. Inſolare quoq; puellæ crines dicũ
Inſolati tur: dũ faciẽ tectæ paſſos ad ſolẽ tenent candicãdi gratia: & ipſi crines Inſolati dicũtur. Itẽ
Solati Syderati Solati dicũtur: q ſole correpti ſũt: queadmodũ Syderati: qui Sydere. Plynius Sic & ſolatis **Plynius**
Ilios ꝓſunt. Sol græce ἥλιος dicitur. A quo Helius ꝓpriũ nomen. & Heliogabalus: qui Antõ
Helius nii Caracalæ filius fuit: natus ex Semiamira formoſiſſima fœmina apud phœnices: quo tẽ
Heliogabalus pore pater eius cũ Parthis bellũ gerebat: Hic matris ingenio apud Antiochiã ad imperium
aſſumptus ẽ: impetrauitq; a Senatu: ut mater in ordine ſenatorio locaretur: qđ nunq̃ antea
Heliopolis fuerat mulieri cõceſſum. & Heliopolis: de qua diximus. & Heliochryſos herba: aureũ florẽ
Heliochryſos producens. Solus græce μόνος dicitur. A quo Monas monadis deducitur: qđ ſignificat
Solus Monas vnitatem. & Monachus ſolitarius. & Monarcha vnicus omniũ princeps. A quo Monar/
Monachus chia vnius principatus. & Monacris Arcadeæ mons: quaſi ſolus vertex: ſiue ſola ſummitas
Monarcha & Monycus propriũ nomen: quaſi μόνος ὄνυξ: hoc ẽ ſolus vnguis: qđ pedẽ inſtar eq
Monarchia habuerit. & Monomachia: ſingulare certamen. & Monoſceli homines indici ſingulis cru
Monacris ribus miræ pernicitatis ad ſaltũ: σκέλος enim crus dicit̃. Iidẽ Sciopodes vocãtur: ꝙ ĩ ma
Monycus iore æſtu humi iacẽtes σκιὰ πόδος: hoc ẽ vmbra pedis ſe ꝓtegãt. & Menoptoton vnius
Monomachia caſus. & Monoxylum: qđ ex ſolo & ligno. & Monoecus: de quo inferius dicemus q̃ſi ſola
Monoſceli ædes. & Monoceros: vnicornus. & Monodos Pruſiæ filius: qui dentiũ loco os vnũ conti/
Sciopodes nuũ habuit: quemadmodũ Pyrrhum Epirotarũ regem habuiſſe Plynius refert. ὀδὸς enĩ **Plynius**
Monoptoton dens dicit̃. Itaq; Monados dictus q̃ſi vnicus dens. & Monoptalmus: vnius oculi. Solidu/
Monoxylum rius: nõ a ſole: ſeu ſolido: aut ſolo deriuat̃: ſed ita vocat̃ lingua Gallica deuotus. Cæſar. Cũ **Cæſar**
Monoecus ſex centis deuotis: quos Galli Soldurios appellant: quorũ ẽ conditio: ut oĩbus in vita com
Monoceros modis vna cũ iis fruant̃: quorũ ſe amicitiæ dediderunt. Si quicq; per vim accidat: aut eundẽ
Monodos caſũ vna ferant: aut ſibi mortem conſciſcant. Item a ſolus Soliuagus dicitur: qui ſolus vaga
Monoptalmus tur. & Soleo: quod ſignificat. conſueui: quaſi ſolus: hoc eſt totus eo: Cuius præteritum eſt ſo
Solidurius litus ſum. A quo Inſolitus: pro inſueto. & Inſolens proprie eiuſdem ſignificationis. Teren **Terẽtius**
Soliuagus tius. Quid tu Athenas inſolens? Aliquando tamen per metaphoram pro arroganti poni/
Soleo Inſolitus tur: hoc eſt eo: qui non ſolita agit: ſed excedit legem humanam: & naturalem. Cicero. Nec **Cicero**
Inſolens erat verendum: ne vera prædicans de ſe nimis videatur: aut inſolens: aut audax. Hinc Inſo
Inſolentia lentia pro arrogantia deducitur. & Inſolenter aduerbium: arroganter. Veteres Inſolum
Inſolent Inſolũ pro inſolitum vſurparunt. Afranius. Orbitatem ſenectuti tuæ malum metui: quod inſolum **Afranius**
non venit cæco ac dementi. Idem. Ne veniret: quod non agitur inſolum. A ſoleo fit com/ **Idem**
Aſſoleo poſitum Aſſoleo. Plautus. Oppido ſic aſſolet. OPES MISERAS. Miſeros: diuites. opes **Plautus**
enim pro opulentis poſuit: ut mos eſt poetarum. Miſeros autem ideo diuites vocat: quia
Ops continuis delatorum calumniis infeſtabantur. Ops dea eſt: quæ cæli ex Veſta filia fuit: et ſo
ror ac coniunx Saturni. Græci Rheam vocant: hanc quidam putant terram eſſe: ab opere
ita vocatam: ut ſupra diximus: quia ex operibus terræ: humanæ vitæ alimenta quærantur:
fructuſq; & fruges ex ea naſcantur. Ab hac opes hoc eſt diuitiæ dictæ: quia diuitias omnes
in agris eſſe Veteres exiſtimabant. Hinc Locupletes dicebant loci: id eſt agri plenos: & Pe/
cunia ipſa a pecore appellabatur: & Paſcua cenſoriis tabulis dicebantur: omnia ex quibus
Multatio populus redditus haberet: quia diu hoc Vectigal fuerat. Multatio quoq; non niſi ouiũ: bo
Multa maxima umq; impendio dicebatur. Maxima multa erat trium milium: & viginti aſſuum: quia non
licebat quondam pluribus triginta bobus: & duabus ouibus quenq̃ mulctari: æſtimabat̃q;
Multa minima bos cẽtuſſibus ouis decuſſibus. Minima aũt multa vnius ouis erat: & Ouis: qñ multa erat:
maſculino genere ꝓferebat̃. Varro. Quãdo citat̃ neq; rñdit: neq; excuſatus eſt: ego ei vnũ **Varro**
Multa ouẽ multã dico. Multa pœnã ſignificat: ꝙ Oſci pœnã vocant multã. Varro aũt iccirco pœ **Idem**
nam multam dici exiſtimant: ꝙ olim ſingula ob peccatum exigebantur: ut Ouis: aut Bos:

poſtea multa ſimul exigi cœperunt:& vinum atq; oleum addi.In hoc autem multa differt a pœna:q pœna generali nomine dicit̃ omnium delictorũ coertio:multa vero eſt ſpetialis peccati:cuius animaduerſio pecuniaria ẽ. Pœna aũt ut Vlpianus inqt: nõ tm̃ pecuniaria: ſed capitis:& exiſtimatiõis irrogari ſolet.Et multa quidẽ ex arbitrio eius venit:q multã di cit:Pœna aũt nõ irrogat̃:niſi quæ lege:uel quo alio iure ſpecialit̃ huic delicto ĩpoſita ẽ: qn ĩmo multa ibi dicit̃ vbi ſpetial'pœna nõ eſt ĩpoſita. Itẽ multã is dicere põt: cui adiudicatio data ẽ.Magiſtratus enĩ ſolos:& pſides prouinciaꝝ poſſe multã dicere pmiſſũ eſt.Pœnam aũt vnuſqſq; irrogare põt:cui huius criminis:ſiuẽ delicti executio cõpetit. A multa fit Mul to verbũ:qđ eſt punio:cõdẽno. Veteres tamen aliqñ pro augeo vſurparũt: & voti cõpotẽ reddo.Nonius.Et vobis qdẽ grãs ago:qum votis me multatis meis. Ab hoc Multatio:hoc eſt cõdẽnatio deriuat̃.& Multaticia pecunia vocat̃:quæ ex multa pcipit̃.Ex his apparet q̃ ridicula ſit opinio eoꝝ:qui Multã per c ſcribi debere:& a mulgeo verbo deriuari ſcripſe rũt.Eſt enĩ Mulgere lac e mãmillis exprimere. Vñ Mulctra dicit̃ ipſa extractio lactis. Vir gilius.Bis venit ad mulctrã:binos alit vbere fœtus. A quo Mulctrale vas appellat̃: in quo lac colligit̃.Idẽ.Implebũt mulctralia vaccæ.Itẽ a mulgeo Caprimulgi dicti:quos Ariſtote les a capraꝝ mãmis Aegothelas vocat.Aues ſũt grãdiores Merulæ aſpectu:fures nocturni: Interdiu enĩ viſu carẽt:Intrãt paſtoꝝ ſtabula:capraꝝq; vberibus aduolãt ob ſuctũ lactis: qua iniuria vber emoritur:capriſq; ita mulctis oboritur cecitas. Item Emulgeo:qđ ſigni ficat ſine labore tollo. Terẽtius. Emulſi argento ſenem. Præterea a multus fit Multitudo: qđ ſignificat frequẽtiã:ac copiã.Cicero.Sed ut põtifices veteres ꝑpter ſacroꝝ multitudinẽ tris viros epulones eẽ voluerũt.& Multifariã:ac Multicia indumenta:de qbus ſupra dixi mus.& Multũ:ac Multo aduerbia.& Multeſima ps pro quãtitate infinita.Lucillius.Quã paruula ps q̃ multeſima cõſtet.& Multiuidus:multa vidẽs.& Multipes: multoꝝ pedũ: ac vermis:de quo ſupra diximus.& Multiplex:inuolutus:varius: multas plicationes hñs. & Multiplico: A quo Multiplicatio.& Multifacio magni exiſtimo.& Multiuolus:q multa rũ rerũ deſiderio tenet̃.& Multiloquus:q multa loquitur.& Multifidus: multis modis fin dẽs.Multũ & Satis hæc diſtãt:q Multũ infinitũ eſt.Satis finitũ. Auaris illud: hoc parcis: & ſe continẽtibus applicãdũ eſt.Lucillius.Nã ſi qđ ſatis eſt hõi: id ſatis eſſe potuiſſet: hoc ſat erat.Nunc qum hoc nõ eſt:qd credimus porro diuitias vllas animũ mihi explere poteſ ſe. Ludos pterea celebrãtes Bubecios appellabant. Seruius.Rex ouiũ:boumq; effigie pri mũ æs ſignauit:frugẽ aratro quæſitã ſi quis nocte depaſtus eẽt:aut ſecaſſet: puberi quidẽ ca pitale erat:ſuſpẽſuſq; cereri grauius necabat̃ q̃ homicidio conuictus.Impubes ꝑtoris arbi tratu verberabat̃:quies:ſõnuſq; in ſtramẽtis erat.Dona ampliſſima impatoꝝ: ac fortiũ ci uiũ erant:quãtũ qſqs vno die plurimũ arauiſſet.Cognoĩa hinc erãt Pilunni: qui pilũ in pi ſtrinis ĩuenerũt:Piſones a piſẽdo. Fabii:Lẽtuli:Cicerones:ut qſqs aliqđ hmõi genus op time ſereret.In ſacris nihil religioſius cõfarrationis vocabulo erat Nouæ nuptæ farreũ:de quo ſupra diximus:pferebãt.Agrũ male colere cẽſorium probrum iudicabatur. Virum bo num non alium q̃ qui bonus colonus eſſet iudicabant.Cato.Maiores noſtri virum bonũ qum laudabãt:ita laudabant:bonum agricolam:bonũq; colonũ:ampliſſime laudari exi ſtimabatur:q ita laudabat̃.Imperatorũ manus colebãt agros:& ſcindi ſe laureato vomere terra gaudebat:Serentẽ inuenit data dictatura.L. Quintiũ Cicinnatum: tria iugera terræ trãs Tyberim:quæ poſtea prata Quintia appellata:ore adhuc pulueris pleno: qum viator vela corpus inquit:ut proferam ſenatus:populiq; Romani mandata:vnde Serani cogno men adeptus ẽ.Gloriã deniq; a farris honore Adoriam veteres appellarunt. Ador enĩ far ris genus ẽ:Edor quondã ab edendo appellatũ:uel q aduratur:ut fiat toſtum. Ex hoc mo la ſalſa in ſacris fiebat.Ideo ergo Adoriam Gloriã vocabãt:q glorioſum eum putabant eẽ qui farris copia abũdaret:Id genus farris Adoreũ quoq; far nuncupat̃.Ab opibus Opulẽ tus dicit̃ diues:quaſi diuitiarũ plenus. A quo Opulentia:quã veteres etiã Opulẽtitatẽ dixe re. Plautus.Quaſi quæ eius opulentitatem reuerearis.Cecilius.Timet ne opulentitate no ſtra ſibi iniuriam faciam.Hinc etiam Opuliſcere pro diteſcere capiebant.Furius.Quo ma gis in tantis poſſunt opuliſcere campis.Item Opimus:diues: pinguis: Vnde Opima ſpo lia dicuntur:quæ dux duci detrahit. Virgilius.Aut ſpoliis ego iam raptis laudabor opimis & Opime aduerbium:abundanter.& Opiparum magnarum opum.Vnde Opiparum cõ uiuium dicimus. A quo Opipare aduerbium:abundanter:copioſe.Ops quoq; aliquando pro opibus a veteribus vſurpatur. A quo Inops pauper dicitur.& Inopia paupertas. Ali quando tñ Inops:& Inopioſus nõ ab opibus:ſed ab Ope deduci videtur:ſignificatq; ſine ope. Vnde Inopẽ aĩ:Inopẽ cõſilii dicimus:hoc ẽ ſine ope aĩ:ſine ope cõſilii. Virgilius.Sæ uit inops aĩ. Plautus.Sæpe ego res multas tibi mandaui dubias:egenas:inopioſas conſilii. Item ab ops Opis dicta:hoc eſt auxiliũ.Opem quippe ferre in rebus dubiis dicimus.Terẽ

Vlpianus
Nonius
Virgilius
Idem
Ariſtoteles
Terentius
Cicero
Lucillius
Lucillius
Seruius
Cato
L.Q. Ci cinnatus
Plautus
Cecilius
Furius
Virgilius
Virgilius
Plautus

Pœna
Multo
Multatio
Multaticia pecu nia
Mulgere
Mulctra
Mulctrale vas
Caprimulgi dcĩ
Multitudo
Multifariam
Multicia idumẽta
Multum
Multo
Multeſima
Multiuidus
Multipes
Multiplex
Multiplico
Multiplicatio
Multipliciter
Multifacio
Multiuolus
Multiloquus
Multifidus
Multũ Satis
Bubecii
Pilunni
Piſones Fabii
Lẽtuli Cicerões
Confarratio
Bonus vir bonꝰ colonus
Prata Quintia
Seranus
Adoria Ador
Edor
Mola ſalſa
Adoreum
Opulentus
Opulentia
Opulentitas
Opuliſco
Opimus
Opimũ ſpoliũ
Opime
Opiparum
Opipare
Ops Inops
Inopioſus
Inopia
Opis

Opitulor	tius.Iuno Lucina fer opẽ:ſerua me obſecro. Ab hoc fit Opitnlor verbum: qđ eſt adiuuo:	Terentius
Opitulatio	ſubuenio.Terentius.Sin opitulor:huius minas.Ab eo Opitulatio.& Opitulus Iuppiter.	Idem
Opitulus Iuppit	& Opitulator.Itẽ ab ope Opigena Iuno:quã matronæ colebant:qđ ferre eã opem in par	
Opitulator	tu laborantibus credebãt.& Opifex opem ferẽs.& Oppidũ:quod opis cauſa ædificat̃.Itẽ	
Opigena Iuno	ab ops Opalia dicta feſta eius deæ:quæ eodẽ die:quo Saturnalia celebrabant̃:qm̃ opẽ Sa/	
Opifer	turni coniugem eẽ crediderũt.Rhea dicta eſt ἀπὸ τοῦ ρέω fluo:ꝙ terra affluens ſit om/	
Oppidum	niũ rerum:eadẽ Cybele appellat̃: uel a monte:atꝗ oppido Phrigiæ Cybelo:vbi ſacra eius	
Opalia	primo inſtituta ſũt:vel ἀπὸ τοῦ κύβαλον:quod κύμβειλον dicit̃: atꝗ inſtrumen	
Cybele	tũ eſt:quo in ſacris eius vtebãtur: propter qđ aliquando per ſimplex l ſcribitur: corripit̃ꝗ	
Cybelus	a poetis.Martialis.Hinc Cybeles viduæ: illinc ſacraria veſtæ.Aliquãdo per duplex ll & ꝓ/	Martialis
Terra	ducit̃:ut apud Propertiũ:& Lucanum frequenter: & Terra ꝙ dea ſit telluris: ꝓpter quod	Propertiuſ
Turrita corona	curru vehi fingitur a poetis:quia terra pendet in aere:& rotis ſuſtineri:quia rotat̃:ſemperꝗ	Lucanus
Mater deum	voluitur mũdus:& Turritam coronam geſtare in capite:qm̃ terræ ſubditæ ſunt vrbes: in q	
Mater alma	bus eſſe turres manifeſtũ eſt.& Mater deum:quia omnia gignit.& Mater alma ab alendo.	
Mater phrigia	& Mater phrygia:a monte Phrygiæ: quẽ pluratiuo numero Dindyma vocant. Virgilius.	Virgilius
Dindyma	Ite per alta Dindyma.In eo ſacra ſibi per Corybãtes inſtituit:A quo & Dindyme. & Din	
Dindyme	dymene a nonnullis vocatur.& Berecinthia a monte Phrygiæ qui βύρεκίνθος appel/	
Dindymene	latur.& Pales:qđ ſit Pabuloꝝ Dea:Vnde eius feſta Parilia dicta ſũt:quaſi Palilia: ut Var	
Berecinthia	roſentit:ut alii qm̃ pro partu pecoris ea ſacra fiebãt.parilibus cõditam a Romulo vrbẽ Ro	
Berecinthus	mam fuiſſe manifeſtum ẽ: quẽ diẽ feſtum ꝑcipue minores habuere. TRADVCTA EST	
Pales	GETVLIS.Tranſlata ad Getulos:hoc eſt in Africam miſſa in exilium.Traduco ex trans	
Palilia	& duco cõpoſitum ẽ:ſicut Traiicio:ex trans & iacio. Duco manifeſte ſignificatiõis eſt: dif	
Cerealia	fertꝗ a Traho:ꝙ ducimus eũ:qui ſponte ſeqtur.Trahimus aũt nolentem ſequi.Seneca.Fa	Seneca
Parilia	ta volentem ducũt:nolentem trahunt.Virgilius.Ducitur infœlix æuo cõfectus Aletes.Per	Virgilius
Roma parilibus	metaphorã tamen Duco aliquãdo accipitur pro auoco:& delectatione quadã demulceo.	Cicero
condita	Cicero.Dantꝗ ſe ad ludendum:fabularũꝗ auditione ducũtur.Aliquãdo pro ago: ſiue Pa	Virgilius
Traduco	tior.Virgilius.Nate dea potes hoc ſub caſu ducere ſomnos? Nonnunꝗ pro educo:extra/	Idem
Traho	ho.Idem.Ille tamen clypeo obiecto conuerſus i hoſtem ibat:& auxiliũ ducto mucrone pe	
	tebat.Nonnunꝗ pro excito.Cicero.Quod ſi quem ſtatuæ magnopere delectãt:ſi quis ea/	Cicero
	rum honore:aut gloria ducitur.Quandoꝗ pro allicio.Idem.Poſtremo precio aut merce/	Idem
	de ducũtur.Eſt etiam quãdo pro erigo: atꝗ extollo capitur. Virgilius. Pars ducere muros	Virgilius
	moliriꝗ arcem.Et pro exiſtimo.Apuleius.Ego ſic animo duco mox me inter meos futuꝝ	Apuleius
	Et pro contraho:ſiue auerto.Martialis.Qui ducis vultus:& nõ legis iſta libenter. A duco	Martialis
Dux Ductor	Dux deriuat̃:qui alios ducit:Vnde & Ducẽ gregis dicimus: & Ducẽ belli: qui etiã Ductor	
Ductrix Ducto	appellatur:cuius fœmininũ eſt Ductrix.Item Ducto frequẽtatiuũ:cuius aliud frequẽtatiuũ	
Ductito	eſt Ductito.Veteres quoꝗ a ducẽdo Dubenum dicebãt:quẽ nũc Dominum dicimus.Item	
Dubenus	a duco Ducatus pro ipſo ducẽdi officio.Iuſtinus. Qum variis fruſtrationibus non ſine ri	Iuſtinus
Dñs Ducatus	ſu deferret̃:& honoratũ inſuper Ducatu aduerſarium cerneret:irã in ipſũ Philippũ vertit:	
Ductus	vltionẽꝗ: quã ab aduerſario nõ poterat:ab iniquo iudice exegit:& Ductus ꝓ ipſa ductiõe:	
Aquæductus	Vñ Aq̃ductus dicũt̃:deductiões aq̃rũ.& Ductile:qđ facile ducit̃:attenuat̃ꝗ. Vñ Aes du	
Ductile	ctile appellat̃:qđ malleis obſeqtur:tenuat̃ꝗ i laminas.cuius cõtrariũ ẽ Aes caldariũ:qđ fũ	
Aes ductile	dit̃ tm̃:et malleis fragile ẽ.Cõpoſita quoꝗ a duco fiũt Adduco:qđ ꝓprie ẽ inuitũ: & q̃ſi re	
Aes caldariũ	nitẽtẽ duco.Terẽtius.Si illũ põt:q alicuius rei ẽ:etiã eũ ad neq̃tiã adducere.Ponit̃ tñ aliqñ	Terentius
Adduco	ꝓ ſuo ſimplici.Idẽ.Adducimus tuã Bacchidẽ.Aliqñ ꝓ cogo.Cicero.Nullo ĩbri:nullo fri/	Idem
Adductus	gore adduci ut capite opto ſit.Interdũ ꝓ cõtraho.Virgiliꝰ.Vbi ignea venis Oĩbus arcta ſuis	Cicero
Circũduco	miſeros adduxerat artus:Hinc adductã frõtẽ irati:hoc ẽ cõſtrictã dicimus.Nõnũꝗ ꝓ tor/	Virgilius
Introduco	queo:roto.Idẽ.Ipſe ter adductas circũ caput egit habenas. Plerũꝗ ẽt ꝓ Produco:extẽdo.	Idem
Obduco	Idẽ.Ocius obducto torquẽs haſtile lacerto.Circũduco:notæ ſignificatiõis. Introduco:im	Idem
Introductio	mitto:& ĩtra aliquẽ locũ duco.Itẽ Inſtruo:doceo. A quo Introductio appellat̃ ĩſtructio:	
Iſagoge	doctrina:& ipſũ:ut ita dicã prĩcipiũ eruditiõis:quã græci εἰσαγωγήν:hoc ẽ Iſagogẽ vo	
Iſagogicon	cãt:Vñ Porphyrius opus ſuũ:qđ de dialectices prĩcipiis ſcripſit:Iſagogẽ vocauit:quãobrẽ	
Obduco	et Iſagogicõ ĩtroductoriũ dicimus.Obduco mõ tego.Idẽ.Obducat paſcua iũco. Mõ e cõ	Idem
Perduco	trario detego:apio.Lucillius.Vos iterea lumẽ auferte:atꝗ aulã obducite. Nõnũꝗ etiã fa/	Lucillius
Adduco	cio.cõtraho.Plynius.Iã callũ obduxerat.Perduco:vſꝗ ad finẽ duco. Apuleius.Iãꝗ fami/	Plynius
Subduco	liã ad ſtabulũ ꝑduxerat.Abduco:aufero:abigo.Curtius.Armentũ omne abductũ.Interdũ	Apuleus
Deduco	tñ pro ſuo ſimplici accipit̃.Liuius. Flauius ſupplementũ ab Roma abduxerat. Subduco.	Liuius
Reduco	Deduco. Reduco de q̃bus ſupra copioſe diſſeruimus.Educo extraho:q̃ſi extra duco.Vir/	Virgilius
Educo	gilius.Hoc dicẽs eduxit corpore telũ.Ponit̃ tñ aliqñ pro erigo.Idẽ.Arãꝗ ſepulchri Con/	Idem
	gerere arboribus: cæloꝗ educere certãt. Aliqñ pro nutrio: proueho:qđ mõ primæ:modo	

tertiæ coniugatiõis ē. Vnde liberorum Eductio: ſeu Educatio dicit̃. Terẽtius. Eduxi a par/
uulo: habui: amaui pro meo. Produco modo extẽdo: & quaſi longius duco. Virgilius. Ab
negat exciſa vitam producere terra. Hinc Producta ſyllaba dicit̃ longa. & Productio elõ
gatio. & Producte aduerbium lõge: modo pario: inſtituo: facio. Vt bona arbor bonos fru
ctus producit. Terẽtius. Seni animam primum extinguerem ipſi illi: qui illud produxit ſce
lus. Aliquãdo pro proſequor vſurpatur. Virgilius. Nec te tua funera mater produxi. Aliqñ
pro extraho: & foras duco. Terentius. Produxi: ac vẽdidi. Induco: quod proprie eſt intro
duco. Plautus. Induc eã in domũ: & quid agat obſerua protinus. Aliquando tamẽ Induco
ponitur pro immitto: fingo. Cicero. Hinc ille giges inducit̃ a Platone. Aliquando pro per/
ſuadeo. Lucillius. Huius ego animũ ſi induco: ut ab amore meretricis deſiſtat. Nonnũquã
etiam inducere eſt quibuſdã veluti fallaciis decipere. Idem. Miſerum ſenem Sirenũ cantu in
ductum. Hinc Rhetores Inductionẽ vocant argumenti genus: quum per interrogationẽ ſi/
milium cogimus aliquẽ aliquid fateri: veluti manu in id: quod volumus: eũ ducẽtes. Vt ſi fi/
at interrogatio talis. Quod ẽ pomum generoſiſſimũ: nonne quod optimum? conceditur.
Qui equus generoſiſſimus: nõne qui optimus? & plura in eundẽ modum: tum id ſubiũgi/
tur: cuius rei gratia rogatum ẽ. Quid homo nõne is generoſiſſimus: q optimus? Fateri hoc
illis conceſſis procul dubio oportebit. Quidam inductionem ita diffiniũt. Inductio ẽ ora/
tio: quæ rebus nõ dubiis captat aſſenſionem eius rei: quæ inſtituta eſt. Alii inductionem di
cunt eſſe orationem: per quam fit a particularibus ad vniuerſalia progreſſus. Diduco: diui/
do: ſeparo. Columella. Equitium: quod tripartito diducit̃. Reduco interdum retro duco:
ut ſuperius diximus. Curtius. Reductiſq; in caſtra copiis corpora curare iubet. Interdum li
bero: & ſine periculo recipio. Apuleius. Meq; oppido in arcẽ reduco. Hinc Reduces di/
cũtur: qui pericula euaſerunt. Virgilius. Vt reduces illi ludũt ſtridẽtibus alis. Aliquãdo etiã
Reduco pro replico accipitur. A quo Reductum: replicabilem dicimus. Idẽ. Inq; ſinus ſcin
dit ſeſe vnda reductos. Seduco: quod proprie ſignificat ſeorſum duco. Accipitur tamen fre
quẽter in malam partem: pro eo q eſt a recto ad vitium traho. Vnde Seductores dicuntur
q ad vitia hoĩes hortant̃. Traduco modo traiicio: ut traductis in Africã copiis. Modo ad
vlteriora duco. Plautus. Traduce adhuc lineam pluſculum. Aliquando transfero: ut hoc lo
co: Traducta eſt Getulis: hoc eſt tranſlata ad getulos. Vnde etiam Traducere librũ ex vna
lingua in aliam quidam dicunt: hoc eſt interpretari. Ab hoc Traduces dicũtur: qui aliunde
tracti: ac propagati ſunt. Conduco: quod modo ſignificat colligo: congrego. Varro. Ma/
ne ſuſcitat roſtra: populum in foro conducit. Modo locatum accipio. Cicero. Vt ſæpe ĩ no
ſtra re publica videmus mercede cõducti. Hinc deriuatur Conductio: ſicut a loco Loca/
tio. Interdum emo. Plautus. Cædendum conduxi ego illũ. Aliquando cõuerto. Lucillius.
Et virtute tua: & claris conducere chartis. Modo proſum. Cicero. Poteſt autem: q rei pu/
blicæ inutile ſit: id cuiq; conducere. Idem. Facillimam autem in ea re publica eſſe poſſe con
cordiam: in qua idem cõducat omnibus. Vnde Conducibile dicimus vtile. Plynius. Quo
nihil commodius nihil rei: de qua agimus: conducibilius cogitari potuiſſet. GETVLIS.
Ad Getulos: hi Africæ populi ſunt. Africam initio Libyes habuerunt: deinde Afri: poſtea
Getuli: poſtremo Mauri: et Numidæ. Mitti autem nocentes grauiore exilio in Africam ſo
lebant: aut in pontum: uel in inſulas remotiores: mitiore vero Tibur: Præneſte: uel in inſu/
las Campaniæ. Vel Getulis dixit: ut remotiorem Africæ partem: ac magis infeſtam nomi/
naret. Africa vna ex tribus orbis terrarum partibus. Quicquid terrarũ iacet a freto ad Ta/
naim Europa dicitur: Quicquid a Freto ad Nilum Africa. Vltra quicquid ẽ Aſia eſt. Afri
ca ab Orientis parte Nilo terminatur: a cæteris partibus cingitur mari: breuior eſt q̃ Euro
pa: & vbi flumẽ attingit latior: vnde in iuga exurgẽs pgit incurua ad occaſum: faſtigatq; ſe
mollit: & fit paulatim addnctior. Vbi finit̃ anguſtiſſima ẽ. Quãtũ incolit̃ fertilitate pſtat:
ve℞ maxima ps inculta ẽ: & uel harenis ſterilibus obducta: uel obſitũ cæli deſerta: ul multo
ac malefico genere aĩaliũ infeſta. Mare: quo a Septẽtrione cingit̃: Libycũ vocat̃: a meridie
æthiopicũ: ab Occidẽte Atlãticũ: Ea ps: q Libyco adiacet: Cyrena dr̃: a Cyrene vrbe: quam
ibi Battus Cyrni regis filius cõdidit: et a Cyrene virgine ita noĩauit: q Penei regis Arcadiæ
filia fuit: ſiue ut poetæ dicũt: Penei fluminis: quæ ob forme pſtãtiã e Pelio mõte Theſaliæ
rapta fuit ab Apolline: et in Libyã ducta: ex q q̃ttuor filios ſuſcepit. Ariſtæũ: Nomium: Au
ctonũ: & Argeũ: Proxima totius puinciæ noĩe Africa dicit̃: poſtea Numidia: deide Mau
ritania. Sed Mauri in Atlanticũ: pelagus expoſiti ſũt. Vltra eos ſũt Troglodite: & Caruſii
vſq; ad Aethiopas: hi & reliq huius: & totũ latus: qđ meridiẽ ſpectat: vſq; in Aſiæ cõfinia
poſſidẽt. At ſup ea: q Libyco mari abluũt̃: ſũt Libyes: & Leuco æthiopes: et natio frequẽs:
ac multiplex Getuli: quo℞ regio Getulia vocat̃: q pximos hꝫ Garamãtes: de qbus ſupra di
ximus. Getulus primas duas ſyllabas correptas hꝫ. Ouidius. Quid dubitas vinctã Getulo

Terentius
Virgilius
Terẽtius
Virgilius
Terẽtius
Plautus
Cicero
Lucillius
Idem
Columella
Curtius
Apuleius
Virgilius
Idem
Plautus
Varro
Cicero
Plautus
Lucillius
Cicero
Idem
Plynius
Ouidius

Eductio
Educatio
Produco
Producta ſyllaba
Productio
Producte
Induco
Inductio
Diduco
Reduco
Curtius
Reduces
Reductum
Seduco
Seductor
Traduco
Tradux
Conduco
Conductio
Conducibile
Getuli
Africa
Europa
Aſia
Libycũ mare
æthiopicũ mare
Atlãticũ marc
Cyrenea
Cyrene
Ariſtæus
Nomius
Auctonus
Argeus
Africa
Numidia
Mauritania
Troglodyte
Caruſii
Libyes
Leucoæthiopes

me tradere hiarbæ. S; ab hoc fit Getulus adiectiuũ: qđ eaſdẽ ſyllabas ꝓductas h;. Virgili9
Et Getulæ vrbes: genus iſuperabile bello. Virgilius. Vbera cui dederint getula i valle leenæ. Iu
uenal'. Qum getula ducem portaret belua luſcum. Hiarbas Iouis filius fuit ex Garamante
nympha: & Getulorũ rex: quem Virgilius ſcribit in connubiũ petiiſſe Didonem. Libia a
græco dictam putant: uel a Lybia vxore Epaphi Iouis filii: uel qđ pluuia egeat propter ni
miam ſiccitatem: hoc ẽ ꝙ λείπει ὑειν: hoc eſt deſinit pluere. A libya Libycus deducit':
Vnde Libycum mare: & Libyes: & Lips ventus. & Libanotus: de quibus diximus. & Li-
byſſa Libyca. Itẽ quando ſubſtãtiuũ eſt: oppidum Bithiniæ: in quo Anibalis tumulus fuit:
& Libyſſis Libyca. Virgilius. Et pelle libyſſidis vrſæ. & Libyſſinus. Martian9. Graui: ac li
byſſino calore exuſtus. A quo Libyſſinus dictus ẽ Apollo ab iis: q Pachynũ Siciliæ ꝓmon
toriũ incolebant: quẽadmodum ſuperius diſſeruimus. Item Libycus campus in agro Ar-
geo appellatus ẽ: ꝙ in eo fruges ex Libya allatæ ſunt. Quam ob cauſam & Ceres ab Argis
Libyſſa vocitata ẽ. Africa vero dicta eſt: ꝙ ſine frigore ſit: quippe græci φρίκην horrorẽ
dicunt. Aſia autem ab Aſia nympha Oceani: & Tethyos filia Iapeti coniuge: ſiue ab Aſio
Cotyi filio: ut Lydi affirmant. Eſt aũt Aſia palus quædam: ſed tunc primã ſyllabam produ
ctam habet. Virgilius. Iam varias pelagi volucres: & quæ Aſia circũ. Qum vero prouinciã
ſignificat: correptam. Idem. Europa: atq; Aſia pulſus. Europa a Nympha Europa nomen
habet: Oceani ſimiliter: & Thethyos: ut qdam volunt: filia: ſiue ab Europa filia Agenoris:
quã Iupiter ſub ſpecie Tauri rapuiſſe fertur: quãuis alii a prædonibus raptam dicant: quoꝝ
nauis Tauri effigiem habebat. GETVLIS. Ad getulos. Veteres datiuũ frequenter pro ac-
cuſatiuo poſuere. Terentius. Interea mulier quædam ab hinc trienniũ ex Andro cõmigra-
uit huic viciniæ. Titinnius. Vbi ambitioni virtutem videas antecedere. Varro. Tanta por
ro inuaſit cupiditas honorũ pleriſq;: ut uel cælum ruere: modo magiſtratum adipiſcantur:
exoptent. NEC CEPIT HARENA NOCENTES. Senſus eſt: non ſunt puniti dela-
tores in Amphitheatro: ſed acti in exiliũ: in quo præponit tẽpora Domitiani tẽporibus Ti
ti. Nam Titus quemadmodũ Suetonius refert: licet aliquando in aſperrima inſularũ dela-
tores miſerit: frequẽtius tamen in foro flagellis: ac fuſtibus cæſos: nouiſſime traducebat per
Amphitheatri harenam: & aliquãdo ſubiici in ſeruos: ac venire imperabat. Domitianus ve
ro ut eam peſtem omnino ex vrbe tolleret: eos ad Getulos vſq;: & Syrtium loca relegauit.
HARENA. Amphitheatrum: Contentũ pro continente. Harena enim ſpatii Amphithe
atrum ſolebat: ne uel pugnantes fœdarent' cruore occiſorũ: uel cruor ſparſus ſpectantibus
eſſet horrori: præſertim in gladiatorũ dimicatione: propter quod parata ſemper erat iuue-
nũ multitudo cũ ſcopis: qui harenam verrerent: cruoremq; obtegerent. Stultæ quidam æta
te noſtra per harenã putarunt Theatrũ intelligi: in quo nec beluarum: nec gladiatorũ ludi
celebrabant'. Sed ſtultius harenæ Amphitheatralis cauſam lõge aliã q̃ nos diximus: augu-
rati ſunt. Harena puluis ẽ minutiſſimus: aridus: ideoq; ab ariditate dictã nõnulli exiſtimãt:
& ſine aſpiratione ſcribũt. Alii ab hærẽdo appellatam putãt: & iccirco addũt aſpirationẽ:
uel ꝙ ſibi inuicẽ propter tenuitatẽ cohæreat: uel ꝙ per eã cum calce mixtam: & cementa inſ
ſe: & tectoria parietibus hæreãt: Hæc ſi groſſior ẽ: Sabulũ appellat'. A quo Saburra dicta
harena imunda: qua naues onerari vſq; ad certam menſuram: quo ſtabiliores ſint: cõſueue-
rũt. Virgilius. Et cimbæ inſtabiles fluctu iactante ſaburram. Glarea vero minutiſſimos la-
pillos ſignificat: q in fluuioꝝ ripis: uel maris littoribus reperiũtur. Ab harena Harenarius
deriuat': Vnde Iuppiter harenarius: de quo ſupra diximus. Item Harenoſus: ſicut a ſabulo
Sabuloſus: & a glarea Glareoſus. Plynius. Lictus nõ harenoſum: ſed Alga: & fluuiorũ ſor
dibus plenum. Item Harenula diminutiuũ: ſicut a glarea Glareola. Plautus. Glareolam ma
nu effũdens. Harenæ tria genera ſunt. Foſſitia: cui quartam partem calcis addi in ædificiis
iuſtũ eſt. Fluuiatilis: & Marina: cui tertia pars addi debet. Ab harena quoq; Harenatũ dici
tur cõpoſitio ex calce: & harena facta: ſicut Marmoratũ ex marmore. Plynius. In græcia te
ctoriis etiam harenatũ: ꝙ ducturi ſũt: prius in mortario ligneis vectibus ſubigũt. Idẽ. Expe
rimẽtũ marmorati ẽ in ſubigẽdo donec rutro nõ cohæreat. A ſabulo quoq; Sabuletũ dici
tur locus: in quo ſabulũ abũdat. CEPIT. Accepit. Capere enĩ proprie accipere ẽ. Virgilius
Tu pater cape ſacra manu: patrioſq; penates. Per metaphorã tamen pro diuerſitate rerum
cũ quibus iũgitur: diuerſa ſignificat. Capere manu cõprehẽdere ẽ. capere oculis: videre. cape
re auribus: audire. capere mẽte: intelligere. capere cõſilio: eligere. Terẽtius. Qum illũ gnatũ
cepimus. Cicero. Ob eã credo cauſam: ꝙ inſit aliquid probi: qđ capiat ignaros. Virgilius.
Ante locũ capies oculis. Capere aſtu uel dolis: decipere. Idẽ. Captiq; doliſ: lachrimiſq; coa
ctis. Capere muneribus: aut beneficiis ꝓpitiare. Lucillius. Nõ benẽ pro meritis capit': nec
tangit' ira. Capere cantu: aut voluptate: delectare. Virgilius. Carmine quo captæ. Interdũ
etiam capere pro facere metaphorice vſurpatur. Terentius. Non ſi capiundos mihi ſciam

Getulus
Getula
Garamantes
Hiarbas
Libycus
Libycũ mare
Libyes
Lips
Libanotus
Libyſſa
Libyca
Libyſſinus
Libycus campus
Africa
Aſia
Europa
Harena
Sabulum
Saburra
Glarea
Harẽari9 Iuppit'
Harenoſus
Sabuloſus
Glareoſus
Harenula
Glareola
Foſſicia harena
Fluuiatil' harena
Marina harena
Harenatum
Marmoratum
Sabuletum
Capio

Virgilius
Idem
Iuuenal'
Virgilius
Martianus
Virgilius
Idem
Terẽtius
Titinnius
Varro
Suetonius
Virgilius
Plynius
Plautus
Plynius
Idem
Virgilius
Terentius
Cicero
Virgilius
Idem
Lucillius
Virgilius
Terentius

inimicos omnes homines.Et pro pati.Idem.Dum abſte abſum:omnes mihi fuere labores:
Virgilius quos cepi:leues.& pro accipere temere.Virgil.Cape ſaxa manu:cape robora paſtor.& pro
Apuleius continere.Apuleius.Qum id vaſculũ vix ſemiunciam caperet:A quo Capax dicit̃:qđ cõ/ Capax
tinet aliquid:Cuius compatiuũ eſt Capacius.& ſuperlatiuũ Capaciſſimũ.& contrariũ eius Capacius
Varro Incapax.Ité Caput:q̃ inde:ut Varro inquit initiũ capiant ſenſus:& nerui:de quo:& eius Capaciſſimus
deriuatiuis inferius dicemus.& Capulũ:quicqd aliquã rem intra ſe capit:Vnde id quo mor Incapax
Plautus tui efferunt̃ Capulũ vocat̃.Plautus.Perii miſera:ut oſculat̃ carnifex:capuli decus:A quo Caput
Capularis ſenex dicit̃ iam morti propinquus:& mox capulo efferẽdus.Capulũ etiã manu Capulum
Apuleius briũ enſis appellat̃:ſed hoc quia manu capiat̃.Apuleius.Enſemq̃ capulo tenus infixit.& Capularis
Catinũ:ut Varroni placet:qđ pultem:& iurilenti quid caperet.Et Caprunculũ vas fictile: Catinũ
Terẽtius nõ qđ anſis capiatur:ſed qđ capax ſit.In eundem ſenſum hoc verbo vſus eſt Terentius.Dii Capruncultum
boni quid turbæ eſt?Aedes noſtræ vix capient ſcio:hoc eſt vix ſufficient ad tantã turbã ca/
Virgilius piendam.Interdũ etiam capere accipit̃ pro occupare:& ſuũ facere.Virgi.Certantq̃ illude
Varro re capto.Varro.Quid hic venator nõ cepit.Cicero.Nauẽ quandã piratarũ præda onuſtã
Cicero cepere.Hinc Capi virgo dicit̃:quia apud veteres pontificis maximi manu ꝓhenſa ab eo pa
rente:in cuius poteſtate erat:veluti bello capta abducebat̃.Hinc etiã vincti Captiui dicunt̃ Captiuus
q̃ nõ ſui iuris ſint:ſed in poteſtatẽ noſtrã redacti:& Captiuo verbũ:quo nõnulli iuniores Captiuo
ſunt vſi:& Captiuitas pro ipſa vẽdicatione.Quoniã aũt qui ita capti ſunt:nõ ſunt amplius Captiuitas
ſui iuris:ſed libertate priuati ſunt:ideo Captos aliqñ pro priuatos ſiue impeditos accipim9 Captus
Hinc Mente capti dicunt̃ amentes:hoc eſt q mẽtis cõpotes nõ ſunt.& Capti oculis:q offi Mente captus
Virgilius cio oculoꝝ:hoc eſt viſu priuati ſunt.Virgili.Aut oculis capti fodere cubicula talpæ.Et pro Captus oculis
Lucilius amore accẽdere:Vnde Capti amantes dicunt̃.Lucilius.At metuis porro:ne aſpectu:et for
ma capiare altera:Et pro ſuſcipere:ſiue id ſponte:ſiue inuiti faciamus:Vnde capere dolorẽ: Capere
cape ſolicitudinẽ:cape moleſtiã:cape voluptatẽ dicimus.In quo notandũ eſt:q̃ hoc verbũ
Cicero reciprocũ quendam ſenſum habet:ut idem ſit Cepi voluptatẽ:& Cepit me voluptas.Cice/
Quintiliã. ro.Magnã cepi ex lrĩs tuis voluptatẽ.Quintilia.Nec me tãta capiebat voluptas:qđ fluẽtia
Cicero ceris mella conderẽ.Nõ tñ in oĩbus habet hũc vſum.Capere conſiliũ eſt deliberare.Cicero. Capio conſiliũ
Plautus Qum autẽ conſiliũ hoc princeps cepiſſet.Cape rationẽ:eſt modũ inuenire.Plau.Rationẽ Capio rationem
cepi:ut & amãti obſeqrer:& patrẽ nõ offenderẽ.A capio fit Capſo:qđ ſignificat ꝓhendo: Capſo
Pompeius A quo Capſa:qđ res in ea recõditas capiat:Cuius diminutiuũ eſt Capſula.Pompeius tñ a Capſa
græco potius deduci hoc vocabulũ putat.Græci enĩ capſas καμπτρα appellant.A capſa Capſula
Vlpianus fit Capſarius:qđ ſi Vlpiano credimus:ſignificat eũ:q mercedis grã ſeruãda in balneis veſti Capſarius
mẽta ſuſcipit.Itẽ a capiendo Caprũculũ vocitatũ vaſis fictilis genus.Itẽ Capto:cuius aliud Capruncululm
frequentatiuũ eſt Captito.Verũ hæc nõ ſignificãt frequẽter capio:ſed blanditiis quibuſdã: Capto
& illecebris:obſequiis aliquid:ut ita dicã:venor:ut Hic obſequẽdo captat aurã popularẽ.i. Captito
Martialis qrit:venat̃.Martial.Capto tuã pudet heu:ſed capto maxime cœnã.Tu captas alias:iam ſu/
Idem mus ergo pares.Declarat hoc idem Martial alibi qum inqt:Laudantẽ Seliũ cœnæ dũ retia
tẽdit:Hoc eſt enĩ cœnã captare:laudatiõibus quibuſdã:& blãditiis cœnæ retia tendere:hoc
Cicero eſt venari.Hinc huiuſmodi venatores Captatores dicunt̃:& venatio ipſa Captatio.Cice/ Captator
ro.Captator ille popularis auræ.Itẽ Captus ſubſtãtiuũ:hoc eſt deceptio:Cuius diminutiuũ Captatio
Martialis eſt Captiuncula:q & Captio dicit̃.Aliqñ tñ Capto pro capio accipit̃.Martial.Si captare Captus
feras aucupis arte placet.Locus captus vocat̃ ad ſacrificandũ legitime conſtitutus.Itẽ Ca/ Captiuncula
Seneca ptus pceptio.Seneca:Quod captu quidẽ difficile eſt:ſed facile memoria retinet̃.Aliqñ etiã Captio
Cicero Captus pro delectatiõe accipit̃.Cicero.Nõ poſſum adduci:& ſuſcipe e pecunia captũ.Itẽ Locus captus
Varro a capio Capitiũ:ut Varroni placet:qđ pectus capiat.i.comphẽdat:q̃uis alii ob id potius Captus
appellatũ putẽt:q̃ ſit capitis tegmen.Et Capis poculi genus:Cuius diminutiuũ eſt Capidu Capitium
la.& Capula vas vinarium:quo veteres vtebant̃:anſatum:qđ facile capi poſſet.& Calpar: Capis
Varro quo noĩe veteres doliũ ſignificabãt.Varro.Quia anteq̃ nomen dolii platũ eẽt:id genus va Capidula
ſorum Calpar diceret̃.& Capulũ:A quo Capularis:de quibus ſupra diximus.Et Capeſſo Capula
Apuleius verbũ:qđ proprie ſignificat capio.Apuleius.Dũ ſimul illi & grãs agerẽ:& dona capeſſerẽ. Calpar
Virgilius Aliqñ tñ ponit̃ pro pficio:impleo.Virgi.Mihi iuſſa capeſſere fas eſt.Interdũ pro immitto Capulum
Plautus Plau.Quo magis te in altũ capeſſas:æſtus te in portũ refert.Nonnunq̃ pro recipio.Idem. Capeſſo
Idem Nunc pergam:heri imperiũ exequi:& me domũ capeſſere.Et Caplũ nodi genus in fune: Capedo
quo indomita iumẽta capiunt̃.& Capedo ſpatioſum aliquid:& alicuius rei capax:A quo Intercapedo
Intercapedo pro ſpatio:atq̃ interuallo:qđ inter aliqua interpoſitũ eſt.Itẽ a capio nõnulli Copia
Copiam dictam putant:quaſi capiam:qđ multa capiat.Eſt aũt proprie copia facultas:po
teſtas:ut Faciã tibi copiã ſpectandi ludos.i.dabo tibi facultatẽ:uel faciã tibi poteſtatẽ.Nec Facio copiam
fere apud oratores cũ alio verbo iũgit̃.Apud poetas uero etiã cũ aliis verbis:et pcipue cum
Virgilius. Do.Virgil.Poſtq̃ introgreſſi:& corã data copia fandi.Sine his autẽ duobus verbis copia Do copiam.

plerūq; pro abundātia accipit̃. Vnde Copiā orōnis dicimus: queadmodū vbertatē: copiā
pecuniarū: copiā frumēti. In plurali uero pro eodem ſignificato qnq; accipit̃: ut Noui co/
pias tuas: & omniū rerū copias habeo. Peculiariter tñ in plurali multitudinē militū copias
Copiæ appellamus: ut Copiæ Pompei: Copiæ Cæſaris: Pro quo multi nr̃i tp̃is latinæ linguæ parū
periti gentes vſurpāt: quemadmodū etiā Copiā in ſingulari ponūt pro exemplari. Sed pro
multitudine etiā in ſingulari aliqñ reperit̃. Pompeius ad Domitiū. Nec ſolus cū iſta copia Pompeius
tantā multitudinē ſuſtinere poteris. Idem. Etiā: atq; etiā hortor: ut cū omni copia q̄ primū Idem
Copioſus ad me venias. A copia Copioſus deducit̃: hoc eſt abundans: & Copiare caſtrenſe verbum:
Copio hoc eſt copias cogere: quemadmodū lignari: pabulari: aquari: & Copioſe aduerbium: abū
Copioſe danter. Veteres Copem pro copioſum dixerūt. Pacuuius. O multis modis varie dubiū: & Pacuuius
Copis proſpe copem diē. Plau. Atq; ego nunc: ut glorioſum faciā: & copi pectore. Hinc Copona Plautus
Copona primo: deinde Caupona: taberna vinaria: propter copiā rerū: q̄ ibi vēdunt̃. Itē mulier ipſa
Caupona q̄ tabernæ p̄eſt: ſicut Copo et Caupo ipſe tabernarius. Vlpianus. Caupones: et Stabularios Vlpianus
æque eos accipiemus: qui Cauponā uel Stabulū exercent: inſtitutoreſue eorum. Cæterū ſi qs
Cauponor. opera mediaſtini fungit̃: nō cōtinetur hoc nomine. A caupone fit Cauponor verbū: quod
eſt lucri cauſa quaſi ad cauponē vendito. Ennius. Non cauponantes bellū: ſed belligerantes Ennius
Cauponaria Ferro non auro vitā cernamus vtriq;. Item Cauponaria: ars cauponādi: ſicut Coqnaria ars
Coquinaria coquendi. Item a capio compoſita fiunt Accipio: quod a capio Vlpianus ita diſtinguit: ut Vlpianus
Accipio Capere ſit qñ cū effectu accipit̃: Accipē uero ſi qs nō ſic accipit: ut habeat. Ideoq; nō videri
Capere quempiā cape: qd̃ ſit reſtituturus. Paulus tñ Iuriſcōſultus etiā cū cepiſſe exiſtimat: q̄ alteri ac Paulus Iu/
quiſiuit. Accipe etiā aliqñ pro audire vſurpatur. Virgi. Accipe nūc Danaum inſidias: & cri riſcōſultus.
mine ab vno Diſce oēs. Cicero. Accipe nunc aliud eius facinus nobile. Et pro ſentire. Apul. Virgilius
Neq; tu ita accipis: ut res ſe habet. Et pro tractare. Capiturq; & in bonā: & in malā partem Cicero
Cicero. Roga ip̄m: quemadmodū ego eū Arimini accepi. Terentius. Ego abſte miſeris ſum Apuleius
acceptus modus. Et pro conuiuari. Idem. Accipit homo nemo melius prorſus: atq; p̄lixius. Cicero
Aliqñ etiā pro decipe. Lucillius. Sic inquā veteratorē illū: veterē lupū Annibalem acceptū? Terentius.
Quid ſit Accipe conditionē: Accipere fidē: Acceptū ferre: & Acceptilatio: ſupra demōſtra Idem
Accepſo uimus. Veteres accepſo pro acceperim vſurparūt. Pacuui9. Aut ſinā quicq; p̄fari: priuſq; ac Lucilius
Accipiter cepſo: qd̃ peto. Ab accipio Accipitrē quidā deductū putant: ab accipiēdis malo modo aliis Pacuuius
Cercos auibus. Eſt enī auiū rapax: Plurā eorū genera. Cercon claudū altero pede nominant. Trior
Triorchis chen a numero teſtiū: Romani hunc Buteonē appellant: Eſaloa græci vocāt: q̄ ſolus oī tp̄e
Buteo apparet: Cæteri hyeme abeunt. Nocturnus Accipiter Cymindus vocat̃: rarus etiā in ſiluis.
Eſalos De hoc Ariſto. ſic ſcribit. Chalcis raro apparet: mōtes incolit: atro colore eſt: magnitudine Ariſtoteles
Cymindus accipitris: quē Palūbariū nominār: forma longa: ac tenui: Iones Cymindin appellāt: Cuius
Hybris Homerus etiā meminit: qum inquit Chalcida dii perhibent hoies dixere Cymindim: Hæc
Ptynges Hybris eſt: quā alii nō aliā eē q̄ Ptyngen volunt: die minus apparet: qa non clare videt: ſed
nocte venat̃ more Aquilæ: pugnat etiā cū Aquila adeo acriter: ut ſæpius ambæ implexæ de
ferant̃ in terram: & viuæ a paſtoribus capiant̃. In Thraciæ parte ſuper amphipolim hoies:
atq; accipitres ſocietate quadam aucupantur. Hi ex ſiluis & arūdinetis excitant aues. Illi ſu/
peruolantes deprimūt. Rurſus captas aucupes cū accipitribus diuidunt. Ii enī miſſas in ſub
Accipenſer lime accipiunt vnguibus. Nec deſunt qui Accipenſerem piſcē ab accipiendo deriuatū exiſti
Elops ment: quod frequens menſis accipiatur. A quibuſdā dicitur Elops piſciū apud antiquos no
biliſſimus habitus: vnus ſquāmis ad os verſis. Cicero. Nam qum eſſet apud ſe ad Lauerniū
Scipio: vnaque pontius: allatus eſt forte Scipioni Acipenſer: qui admodū raro capitur: ſed
eſt piſcis: ut ferunt: in primis nobilis. Qum aūt Scipio vnū & alterū ex iis: qui eum ſalutatū
venerant: inuitaſſet: plureſq; etiam inuitaturus videretur: in aurem Pontius: Scipio inquit
vide quid agas. Accipenſer iſte paucorū hominū eſt. Martialis ad Palatinas Acipenſera mit Martialis
Præaccipio tite menſas. Ambroſias ornant munera rara dapes. Itē ab accipio Præaccipio: A quo Præ
Præacceptio acceptio deducit̃. Eſt enī Præacceptio figura: quæ & Præſumptio a noſtris dicit̃: A græcis
Præſumptio Prolepſis: qum Poeta aliquid præaccipit: ad eāq; ſubſequitur qualitatē: Vt Virgilius Qum Virgilius
Prolepſis dixit Panchaiam tellurē fleuiſſe Eurydicen Orphei vxorē: quæ qum Ariſteum Apollinis fi
lium: a quo amabatur: a ſerpēte calcaneo læſa occubuerat: dixit Panchaia Rheſi: quā. ſ. ille
longe poſt orpheum tenuit. Fuit & alia Eurydice Climeni filia vxor Neſtoris: ex qua ſeptē
filios: & filiam vnam ſuſcepit. Ariſtæus e Cyrene filia Penei Arcadiæ regis ab Apolline ge/
Occipio nitus eſt. Hic primus apium: ac mellis vſum: coagulum lactis: & alia multa inuenit. Occipio
Occepſo quod ſignificat incipio. Terentius. Si quid narrare occepi. Nec mihi probabile videtur: q̄ Terentius
Donatus ſcribit Occipere ab Occipite deductū: quod ſit quaſi rei caput inſtituere. Veteres Donatus
quoq; Occepſo vſurparūt pro incepero. Plautus. Ni ego illi puteo: ſi occepſo: animā omnē
intertraxero. Occupo etiam ex ob: & capio componitur. Eſt aūt Occupo vi aliquid capere

Liuius.Nam et ipſis vocantibus vrbem hanc accepi:nõ occupaui.Proprie tñ Occupare eſt
quod in cõmune poſitũ erat:ante cæteros capere.Quintilianus.Multa nihilominus:q̃ libe
ra fuerãt:trãſeũt in ius occupantiũ:ſicut Venatio: Aucupatio.Hinc Occupaticius ager dr̃:q
deſertus a cultoribus propriis ab aliis occupatur.& Occupatus homo:qui ante negocio:ali
quo detentus nõ poteſt alteri operã dare.Cicero.Nemo me conuenire voluit:cui eſſem oc/
cupatus:hoc eſt cui me excuſarem:qđ quibuſdã aliis negociis eſſem præuentus.Hinc Occu/
patio vocata:qum neceſſariæ rei:& cui ante oĩa dare operã debemus:cũ diligẽtia vacamus.
Ab occupo fit compoſitũ Præoccupo eiuſdẽ ſignificationis: A quo Præoccupatio:ſiue Oc
cupatio apud Rhetores Schema quoddã:qum aliqd nos reticere dicimus:& tñ tacitũ intel
ligitur:qđ fit:uel qum rem notã eſſe putamus auditoribus:uel qum ſuſpitionẽ excitare ma/
iorem reticendo poſſumus.A græcis Paraſiopeſis vocatur.Quale eſt illud.In præſentia iu
dices in iuſſu populi:q̃ improbiſſime geſſerit|reticebo.De falſis eius lr̃is:q̃s ad Senatum mi
ſerit nihil dicã:quid illi ſæpe interminati ſitis:omittam.Nam & hæc vobis nota ſunt: & q̃
nouiſſime multo indigniora cõmiſit:q̃ꝫ primũ cognoſcẽda.Itẽ illud.Cogis me iniuriæ tuæ
cãm ꝓferre:nihil agis:nõ dicã:ſed ipſum tps eam patefaciet.Itẽ a capio Percipio:qđ eſt in/
telligo:ſentio:A quo Perceptio.& Decipio:deludo:defraudo: A quo Deceptio: & Deci/
pula:qđ genus laquei eſt ad decipiendas:ac capiendas feras.Itẽ Excipio:quod interdũ pro
ſuſcipio capit̃.Virgilius.Heu quis te caſus deiectam coniuge tanto Excipit? Interdũ pro ſe
paro:ſeiungo.Idem.Clipeum:criſtaſq; rubentis Excipiam ſorti.Aliqñ pro colligo.Martial̃
Ventris onus miſero:nec te pudet excipis auro.Item pro cælo:abſcõdo.Plautus.Neq; par
tem tibi ab eo indipiſces:neq; furẽ excipies.Nõnunq̃ pro capto:indago.Cicero.Quædã
dari ad pertractandos aĩos hominũ:& ad excipiendas eorũ volũtates.Quandoq; pro ſub
ſequor verba loquentis.Virgilius.Tum ſic excepit Regia Iuno.Eſt etiam qñ pro circumue
nio: & dolo capto reperitur.Idem.Non ego te vidi Damonis peſſime caprũ excipere inſi
diis? & alibi.Scelerũ furiis agitatus Horeſtes Excipit in cautũ.Hinc Excipula deriuat̃:ſicut
a decipio Decipula.Eſt aũt ſeptũ ex harundinibus contextis ad capiendos piſces.Plynius.
Hyemato lacu fluctibus glomeratæ voluũtur Anguillæ:in tantũ mirabili multitudine:ut in
excipulis eius fluminis ob hoc ipm̃ fabricatis ſingulorũ miliũ globi reperiant̃.Itẽ Exceptio
& Excipuũ:qđ excipit̃:Sicut Præcipuũ:qđ ante capit̃.Exceptionẽ appellat Vlpianus q̃ſi
quandam excluſionẽ:q̃ interponi actioni cuiuſlibet rei ad excludendũ id quod in intentio/
nem:condẽnationẽue deductũ eſt.Replicationes nihil aliud ſunt:q̃ꝫ Exceptiones: & a par
te actoris veniũt:quæ quidem ideo neceſſariæ ſunt:ut exceptiones excludãt.Semp eni repli
catio idcirco obiicitur:ut exceptionẽ oppugnet.Illud tenendũ eſt omnẽ exceptionẽ:uel re/
plicationẽ excluſoriã eſſe.Exceptio actorẽ excludit:replicatio reum.Itẽ a capio Anticipo:
hoc eſt præuenio:præoccupo: A quo Anticipatio.& Intercipio:quod eſt aliquẽ inter aliqd
agendũ occupo: Aliqñ etiã capio.Et Præcipio:quod mõ ſignificat:ante video.Virgil̃.Oĩa
præcepi:atq; aĩo mecũ ante pegi:præcepi:hoc eſt anteuidi:mõ ꝑuenio.Idem.Exultatq; ani
mis:et ſpe iam præcipit hoſtẽ: A quo Præcipuũ:de quo diximus:& aduerbiũ Præcipue:q̃ſi
ante oĩa:ſiue præuentus oĩbus.Aliqñ iubeo: Vnde Præcepta pro iuſſis accipimus.Idẽ.Ipſi
numerũq; modumq; carinis præcipiant.Aliqñ monere:inſtruere.Idem.Nãq; ita diſcedens
ꝑceperat optimus armis Aeneas.Hinc artiũ magiſtri Præceptores appellant̃:& placita co
rũ Præcepta:& Præceptiones dicunt̃.Virgilius Præcepta pro reſponſis poſuit.Nam ſine
vi nõ vlla dabit præcepta.& Recipio:quod mõ ſignificat admitto:accipio.Cicero.Quen
dam ſuadentẽ ut in vrbe manerent:Xerxemq; reciperẽt:lapidibus obruerũt.Martialis.Tu
magnus qđ das:imo ego quod recipis.mõ reuoco.Cicero.Qui qum ad diẽ recepiſſent:ad
miratus eorũ fidem Tyrannus.Virgilius.Sic ore effata recepit ad ſeſe.Aliqñ ꝓmitto:quam
ſignificationẽ græci vſurpant.Cecinna ad Ciceronẽ.Sed tñ ego filio dixerã librũ legeret:et
ea conditõe daret:ſi reciperes te correcturũ.Nõnunq̃ in tutũ reduco:libero.Virgilius.Fru
geſq; receptas.Idem.Medio ex hoſte recepi.Hinc Receptus:reductio: & Receptui canere
dicimus:qum tuba exercitus e ꝑlio reuocat̃.& Receptaculũ vocatur locus in quẽ ſe tuto re
cipiunt.Cicero.Omniũ bonarũ artiũ receptaculũ:Et Recipere ſeruũ Vlpianus cẽ dicit re/
fugiũ abſcondendi cauſa ſeruo ꝑſtare:uel in ſuo agro:uel in alieno loco:ædificioue:qđ rece
ptũ dare:ſiue receptũ ꝑſtare vulgo hodie dicit̃.Quandoq; etiã pro ꝓſterno accipit̃.Virgi.
Totũ cui cominus enſem condidit aſſurgens: & multa morte recepit.Sed mihi magis pla/
cet|recepit hoc loco pro accepit exponere:ut ita ſit dictũ:recepit multa morte:ſicut dicimus
accepit crudeliter:accepit malis modis.Eſt etiam qñ Recipio pro excipio vſurpat̃.Plautus
Vbi nunc adoleſcens habet poſticulũ:hoc recepit:qum hædos venderet:recepit inquit:hoc
eſt excepit.Hinc Receptitius ſeruus appellatus eſt:nuptæ mulieris proprius:quẽ.ſ.qum do/
tem marito daret:ſibi reſeruauit.Quotiens eni mulier in danda viro dote aliqua ex ſuis bo

Liuius
Quintilia.
Virgilius
Idem
Martialis
Plautus
Cicero
Virgilius
Idem
Idem
Plynius
Virgilius
Virgilius.
Cicero
Virgilius
Cecinna
Virgilius
Idem.
Cicero
Vlpianus
Virgilius
Plautus

Occupare
Occupaticius a/
ger
Occupatus hõ
Occupatio
Præoccupo
Præoccupatio
Paraſiopeſis
Percipio
Perceptio
Decipio
Deceptio
Decipula
Excipio
Excipula
Decipula
Exceptio
Excipuũ
Præcipuũ
Replicatio
Anticipo
Anticipatio
Intercipio
Præcipio
Præcipuus
Præcipue
Præcepta
Præceptor
Præceptio
Recipio
Receptus
Receptui canere
Receptaculũ.
Recipe ſeruũ
Receptitiꝰ ſeruꝰ

nis retinet:neq; ad virum tranſmittit:recipere ea dicitur:quemadmodum in venditionibus
fit:qum quid venditor ſibi reſeruat. Seruus ergo recepticius mulieris proprius:quem cũ re/
Recupero liqua pecunia recepit:hoc eſt:non dedit doti:ſed retinuit. A recipio Recupero deriuat̃:hoc
Reciperatia eſt rem amiſſam rurſus acquiro. Reciperatia a veteribus dicebatur:qum inter ciuitates:pere
Receptus mos grinas lex conuenit:ut res priuatæ reddant̃:ſingulis:recupenturq;. Receptus mos dicit̃:quẽ
Incipio ſua ſponte ciuitas:qum alienus eſſet aſciuit. Itẽ a capio Incipio:quod eſt incoho: auſpicor:
q̃uis incoho aliqñ pro perficio accipit̃. Virgilius. Tũ Stygio regi nocturnas incohat aras. Virgilius
Inceptor Ab incipio fit Inceptor:Inceptrix:Inceptũ:qđ & cœptũ dicit̃:hoc ẽ initiũ. Ab incoho In
Inceptrix choator:Iochatrix:Inchoamen:Inchoatio. Item a capio Suſcipio:quod interdũ pro acci/
Inceptum pio ponitur:& tam ad animũ q̃ ad corpus refertur:ut Suſcepi onus:ſuſcepi dolorẽ:ſuſcepi
Cœptum voluptatẽ. Interdũ pro gigno. Plautus. Qui geminos ex ancilla ſuſcepit liberos. Item Con Plautus
Incoho cipio:qđ proprie ſignificat apphendo: Vnde concipere mulieres dicuntur:qum genitale ſe
Inchoator men apphendit̃ ad fœtũ faciendũ:& herbæ concipere:qum coaleſcunt:& Conceptus fœ/
Inchoatrix tus:dum genitura coaluit:& Conceptio ipſa apphenſio. Itẽ Cõceptio apud grammaticos
Inchoamen Schema:qum vnũ genus concipit:hoc eſt ſimul apphẽdit aliud genus:uel vna pſona aliam
Inchoatio. pſonã. Aliqñ tñ Cõcipio ſignificat deſtino:delibero. Seneca. Iamdudũ aĩo concepat:quid Seneca
Suſcipio eſſet acturus: Vnde Conceptũ dicimus prædeſtinatũ. Virgilius. Aut tu bellacie: conceptũq; Virgilius
Concipio excute fœdus. Hinc Conceptiuæ feriæ a veteribus diceban̄t:quæ certis diebus obſeruabant̃
Conceptus quotannis:ut Sementinæ:et Compitalitiæ. Quandoq; etiam Concipio pro compræhẽdo
Conceptio et cõtineo accipit̃. Quintilia. Nec tantũ concipe aĩo ſcelus potui. Hinc Conceptus mentis Quintilia.
Conceptum dicunt̃:q̃ cõpræhẽdimus & imaginamur. & apud Geometras Cões animi conceptiões vo
Cõceptiuæ feriæ cantur:quæ oẽs tanq̃ vera:& indubitata ꝓfitent̃:ut omne totũ maius eſt ſua parte:& ſi ab
Cõceptus mẽtis æqualibus æqualia demas:que remanẽt inter ſe æqualia ſunt:& cætera huiuſmodi. Cõcepta
Cõmunes animi culũ etiam dicitur:qđ aliqd continet:atq; cõphendit:ut vena eſt conceptaculũ ſanguinis:
conceptiones hoc eſt in qua ſanguis continet̃. Itẽ a capio Vſucapio cõponit̃:de qno ſupius copioſe diſ/
Conceptaculum ſeruimus. Ab eodẽ etiam deducit̃ Cœpio:quo veteres vteban̄t pro Incipio. Cato. Cœpiã Cato
Vſucapio ſeditioſa verba loqui. Nunc præteritum tm̃ eius verbi eſt in vſu Cœpi:cum ſuis deriuatiuis
Cœpio. Cœperã:Cœpiſſem:Cœpero:Cœpiſſe:Cœptum ire:& Cœptũ Cœpti:hoc eſt principiũ.
Cœpi. Ouidius. Dii cœptis:nam vos mutaſtis & illas: Aſpirate meis. Item Auceps:& Aucipiũ:de Ouidius
Cœperam quibus ſupra diximus:ab auibus capiendis:& Aucupor verbũ:& Aucupator. Itẽ Forceps:
Cœptum de quo inferius dicemus:qđ forũũ capit. Item Ircipes:ut quidam putant:genus raſtrorũ fer
Auceps. reorũ:qđ plures habet dentes:ad extirpandas herbas iñ agris. Irceus uero genus eſt farcimi
Aucupium nis. Ir neutri generis:& indeclinabile volã ſignificat:hoc eſt manus concauitatẽ:& pro ipſa
Forceps manu accipit̃. NOCENTES. Delatores. Nocentes enĩ proprie dicunt̃:qui iniuriam:aut
Ircipes maleficiũ cõmiſerũt:a noceo verbo:qđ eſt obſum:& a maleficio nõ abſtineo. Vnde ecõtra/
Irceus rio Innocentes dicuntur:qui ab omni iniuria & maleficio abſtinent:& Innocentia integri
Ir tas eſt. Saluſtius. Vbi quæ Metellus agebat:ex nuntiis accepit ſimul & de innocentia ſua cer Saluſtius
Nocentes tior Roma factus:diffidere:at tum demũ verã deditionẽ facere conatus eſt. Ab hoc fit ad/
Innocentes uerbiũ Innocẽter. Dicimus etiam Innocuũ:& Innocue. Sed hoc aliqñ actiue pro innocẽte
Innocentia accipit̃. Virgilius. Littuſq; rogamus innocuũ. Idẽ Sic grandine tecta innocuo pcuſſa ſonãt Virgilius
Innocenter Aliqñ paſſiue pro eo:cui nõ nocet̃. Idem. Et ſedere carinæ omnes innocuæ:hoc eſt ſine de/ Idem
Innocuus trimento. A noceo etiam Noxius deriuat̃ pro nocente:& Innoxius pro innocente. et No Idem
Innocue xia pro culpa:quod vir alioquin doctiſſimus Valla Feſtũ Pompeium hoc aſſerentẽ rephẽ
Noxius dens negauit reperiri. Nõ legerat opinor plautũ:alioſq; antiquos multis in locis hoc voca/
Innoxius bulũ in eũ ſenſum vſurpantes. Plautus. In mercatore nihil magis manifeſto teneo In noxia Plautus
Noxia es. Qua noxia? Idem in eodem. Vacuũ eſſe iſtac te ætate his dicebat noxiis. et Noxa: quod Idem
Noxa modo ſimiliter culpam ſignificat. Virgilius. Vnius obnoxam:& furias Aiaci Oilei: Mo/ Virgilius
Noxæ dedere do pœnam: Vnde Noxæ dedere dicimus aliquem propter noxam: hoc eſt culpam pœ/
Noxales actiões næ tradere, Eſt autem hoc genus pœnæ:uel ſeruorum:uel brutorum: qum domini malunt
hæc ad pœnam tradere:q̃ multam ſoluere pro maleficio:quod admiſerunt: Vnde Noxa/
les actiones: ut Paulus inquit appellantur:quæ non ex contractu:ſed ex noxa atq; malefi/ Paulus
cio ſeruorum aduerſus nos inſtituuntur:quarum actionum vis & poteſtas eſt:ut ſi damnati
fuerimus: liceat nobis de ditione ipſius corporis:quod deliquerit euitare litis æſtimationẽ:
dando ſcilicet corpus viuũ. Quintilianus. Alebat deuotum corpus grauior omni famæ ſa/
gina:& inter dedita noxæ mancipia:contemptiſſimus tyro gladiator:ut nouiſſime perde/
rem calamitatis meæ innocentiam: diſcebam quotidie ſcelus. Ouidius. Verba fides ſequi/
Obnoxius tur. Noxæ tibi deditus hoſtis. Spargitur effuſo cornua bacche mero. Hinc Obnoxius fit:q Ouidius
proprie eſt alicui ob noxam datus:ſiue is qui noxæ datus eſt. Sed quoniam qui noxæ datur
in eius poteſtate eſt cui datur: fit ut aliquando, Obnoxius pro obligato ponatur. Plautus. Plautus

Virgilius Adeo ut ætate ambo ambobus nobis ſint obnoxii: noſtro deuincti beneficio. Virgilius. Iu
uat arua videre Non raſtris hominũ: non vlli obnoxia curæ: hoc eſt arua: quæ non egent ra
ſtris nec cura hominũ: propter quæ deuinctæ: ac obligata illis eſſe videant. Aliquando pro
Saluſtius. obediente: atq; morigero. Saluſtius. Minari etiam ferro: niſi ſibi obnoxia foret: hoc eſt niſi
pareret: niſi moré gereret. Nonnunq̃ tamen non a noxa: ſed a noxius hoc vocabulũ dedu
Ennius. citur: & idem ſignificat: quod ſuũ ſimplex: Vnde obnoxius: & innoxius ſunt contraria. En
nius. Sed virum vera virtute viuere animatũ adiecit fortiter: Eumq; innoxium vocare
aduerſus aduerſarios. Ea libertas eſt: qui pectus purum & firmũ geſtitat. Aliæ res obnoxiæ
nocte inobſcura latent. Quandoq; Obnoxium pro obſcurũ ponitur: & tunc non a noxa:
Plautus uel noxius: ſed a nox deducitur: facitq; aduerbiũ Obnoxie. Plautus. Nũc ego Hercle perii Obnoxie
plane non obnoxie. Hic enim plane: & obnoxie contraria ſunt. Aliquando etiam Noxa
Suetonius pro damno accipitur. Suetonius. Spurinãq; irridens: & ut falſum arguens: q̃d ſine vlla ſua
Ouidius noxa idus Martiæ adeſſent. Ouidius: Nocte nocent potæ: ſine noxa luce bibuntur. Noxi Noxitudo
tudo apud veteres pro noxa in vſu fuit. A noceo etiam Nux dicitur: quod dentibus dũ frá Nux
gitur noceat: ut multi ſentiunt: ut nos exiſtimamus: a nucis iuglandis nocumento: uel q͞ ſa Iuglans
Ouidius tis noceat. Ouidius. Quoniá ſata lædere credor. Cultus in extremo margine fundus habet:
Vel imitatione græcorũ qui eam κάρυον vocát: a grauedine capitis. κάρα eni caput ſigni
ficat. Cõſtat ſane arborũ ipſarũ: foliorũq; vires in cerebrũ penetrare. Nuclei quoq; ei9 pni
cioſi ſunt: ſtomacho inutiles: difficiles cõcoctu: dolorem capitis inferentes: tuſſientibus ini
mici: ſolo tenaſmo apti: quia trahunt intuitum. Putamen nucis combuſtũ: tritũq; in oleo:
Mithrida aut vino infantiũ capite peruncto nutrit capillũ. In ſcriniis Mithridatis maximi regis deui
tes cti. CN. Pompeius inuenit manu illius ſcriptam in peculiari cõmentario compoſitionem
CN. Pom Antidoti: e duabus nucibus ſiccis: totidem ficis: & rutæ foliis viginti ſimul tritis: addito ſa Antidotum Mi
peius lis grano: quam qui ieiunus ſumpſerit: nullũ venenũ ei illo die nociturũ. Iuglandem magno thridatis
errore hactenus putauerũt auellanam eſſe: ſed nos hunc errorẽ: ut pleroſq; alios ſuſtulimus.
Iuglans ea eſt: quam cõmuni nomine nucé appellamus. Nam nucis nomen omnibus cõmu Iuglans
Virgilius ne eſt: q̃ duro operimento teguntur: ut ſunt Caſtaneæ: Amigdalæ: Auellanæ: & ſimilia. Vir Nux
Macrobi9 gilius. Caſtaneæq; nuces & p̄ſſi copia lactis. Macrobius Nuces a Malis ita diſtinguit: Vt
Nuces ſint omne pomũ: quod foris duro tegitur: & intus habet quod eſui eſt: Malum uero
quod foris habet quod eſui eſt: & durũ intus includit. Sed hoc falſum eſſe manifeſte dep̄hé
ditur in Malis punicis: quæ foris dura ſunt: & quod eſui eſt intra ſe continét: nec tamẽ Ma
la eſſe ab aliquo negantur. Quis præterea Ficus Mala eſſe affirmet? & tamen foris habent
Seruius quod eſui eſt: et quod durũ eſt intus includunt. Seruius hæc aliter diſtinguit Nuces inquiens
generaľr dici oĩa tecta corio duriore: ut ſunt Auellanæ: Amigdale: Iuglandes: Caſtaneæ. Po
ma uero econtrario omnia molliora. Sed hoc quoq; falſum eſſe manifeſtum eſt: qum etiam
ea quæ corticem duriorem habent: poma dicantur. Martialis de pinu. Poma ſumus Cybe
Cato les: procul hinc diſcede viator: Ne cadat in miſerũ noſtra ruina caput. Et Cato Præneſtinas
Varro nuces Poma appellat. Idemq; facit Varro: Columella: Plynius: aliiq; permulti. Dicendum Pomũ
Columella igitur Pomũ generale omniũ fructuũ: quæ ex arboribus eſui apta proueniunt nomen eſſe: Nux
Plynius ſiue mollium: ſiue durorum: Nuces ea dumtaxat Poma vocari: quæ duro operimento tegũ Malum
tur: Mala autem non quodcũq; pomi genus tenuioris: atq; carnoſi: ſed ea tantum dici: quæ Malus
ſui nominis arboribus producuntur: Iis ſcilicet: quas Malos vocamus: quemadmodũ Pira Pirum
quæ Pirus p̄ducit: hoc modo Mala Citrea: ſiue Medica dicimus: Mala cotonea: Mala pu Pirus
nica: & quæ vulgo generali vocabulo appellantur Mala: de quorum generibus inferius di
cemus. Quod ſi aliquãdo Perſica quoq; Mala vocari animaduertimus: improprie hoc fie
ri conſtat: nec quia ex Malorũ genere ſint: qum nucleum habeant: ſed quia inſeri Malis cœ
perunt genitricis ſibi nomen aſſumpſere. Inter Nuces autem primũ locum obtinet Iuglans
quæ & per excellentiam Nux appellatur. Hanc nonnulli a iuuando: & glande appellatam
putant. Alii quaſi Iouis glandem exiſtimant vocitatam: quod hæc arbor nuces habet ſua
Cloaci9 ve niori ſapore: q̃ glandes. Vnde Cloacius verus Diuglandem primo vocatam ſcribit: quaſi Diuglans
rus Δίος βάλανον. Poſtea detractione primæ litteræ Iuglandem. Cõſtat ſane priſcis illis tẽ
poribus anteq̃ mortaliũ genus ad delitias ſeſe: luxuriamq; conuerteret: maximo in honore
Glandẽ fuiſſe: ut quæ ſola ſimplici vitæ: atq; innocuæ præbebat alimẽta: Quapropter qum
hunc de quo loquimur: fructum veteres illi egregium exiſtimarent: decorare eum digna ap
pellatõe volẽtes: Iuglandem: quaſi Iouis cibum nuncupauere. Nullum præterea Nucũ ge
nus eſt: quod huic uel magnitudine: uel pulchritudine præſtet: Quãuis enim Pineis vniuer
ſitate minores ſint: Nuclei tamen portione ſunt multo ampliores: hinc variis in ludis cele
brantur: & nuptialium Feſceninorum comites eſſe apud veteres ſolebát: Cuius rei cauſam
nonnulli putauerunt eſſe: q͞ cadendo tripudium ac ſonum facerent: Sed illa verior eſt: q͞

gemino operimento proteguntur:puluinati primū calicis:mox lignei putaminis: tum leni
corticula:lignea nucleum intercurſante membrana:Quoniam enim tot modis munitū fœ
tum habebāt:merito nuptiis religioſas eſſe voluere. Græci hanc nucem ob excellentiam Ba
ſilicam appellāt. Plynius. Et iuglandes e Perſide a regibus tranſlatas inditio ſunt græca no — Plynius
Baſilica nux — mina.Optima earum genera ſunt:quæ Perſica:atq; Baſilica vocant.Perſica quidem intan/
Perſica nux — tum augentur ut putamen rumpant:Ideoq; Moluſcæ nuces a putaminis molliciæ vocitan/
Moluſca nux — tur.Ridiculus eſt Macrobii error:qui nucem Moluſcam eſſe Perſicum ſcribit:motus aucto — Macrob
ritate poetæ:quem adducit:ita ſcribentis: Adde perſica:quod nomen ſic deniq; fertur. Mol
luſca hæc nux eſt: ne quis forte inſcius erret.Neq; animaduertit poetam non de Perſico po
mo teneriori ſcribere:ſed de nuce Perſica:quando quidem hortulanum deſcribit facientem
moretū:in quonō poma tenerā:atq; carnoſa:quæ Perſica vocantur:ſed Perſicæ nuces poni
ſolent.Taceo quod Plynius cæteriq; auctores de naturis rerum ſcribentes:poſtq̃ de Perſi/ — Plynius
cis ſcripſere:ſermonē de Nucibus facientes: Molluſcam inter eas numerant.Putamen præ
magnitudine nuclei rumpentes: eaſq; Perſicas nuces appellari affirmant.Eſt & aliud Nu/
Tarentina nux — cis Iuglandis genus:quæ Tarentina dicitur:fragili putamine:& ita mollis: ut vix attrecta/
Tarentum — ta frāgatur: Vnde quidam Tarentum appellatū putant:ꝙ nuces Iuglandes:& Pineas mol
Iugla Orion — les habeat:ac ſimiliter oues.Tarentum autem Sabini vocant Molle:Ad quod alludens Ho — Horatiu
Nux Pinea — ratius ſcripſit.Et molle Tarentū.A iuglande Iuglam veteres dixerunt ſtellam:quæ alio no/
Pinus ſilueſtris — mine appellatur Orion:ꝙ amplior ſit cæteris:quaſi nux Iuglans. Secundum inter nuces lo
Pinus Vrbana — cum obtinet Pinea:exiles nucleos habens:quamuis totius corporis magnitudine alias ſupe
Pinus Picea — ret.Eſt genus earum:quod Tarentinum vocatur:putamen habens fragile digitis: & auium
Apina Apinæ — furto ſemper expoſitum: Hæc Silueſtris Pinus dicitur:ad differentiam alterius: quæ voca/
Trica Triga. — tur Vrbana.Eſt & tertium genus:quæ Pinus Picea vocatur: ꝙ Pice potius q̃ Pino ſimilis
Trigo — ſit:Idcirco etiam Apinam vocant:quaſi minime pinum.Nucleum autem verius q̃ putamē
Obtrigo — adeo mollem habet:ut ſimul mandantur.Nuces quoq; eius Apinæ a veteribus nominabā/
Pinaſter — tur.Apina etiam Tricaq; duo Appuliæ oppida fuerunt:quæ Rex Diomedes euertit: tanta
Auellana — ignominia:ut in prouerbii ludibrium tranſierint.Quotiens enim rem vilem:et nullius ꝑtii
Abellina — oſtēdere volumus Apinas & Tricas nominamus.Martialis. Quæcūq; luſi iuuenis:& puer — Martiali
Abellinum — quondam Apinaſq; noſtras:quas nec ipſe iam noui.Idem.Sunt Apinæ:Tricæq;:& ſi quid — Idem
Corylus — vilius iſtis.Trigam uero antiqui humū vocabant:& Trigare ſtringere: A quo Obtrigare:iu
Colurna — reiurando abſtringere.Quartum quoq; genus Pinaſtrum appellant.Tertio loco numerā/
Præneſtina nux — tur Auellanæ:quas antea Abellinas patrio nomine conſtat vocitatas: ab Abellino Campa
Pontica nux — niæ oppido: vbi abundant: Nam proprium arboris nomen eſt Corylus: A quo Colurna
Nuculæ præneſti — opera dicuntur ex Corylo arbore facta: Eædem & Præneſtinæ dicuntur:ꝙ iis Præneſtini
næ — abundent:& Ponticæ:ꝙ in Aſiam:Græciamq; primo e ponto venere:quidam per diminu
Amygdala — tionem nuculas Præneſtinas dictas exiſtimant:uel ꝙ exiguæ ſint:uel ꝙ incluſi olim a pœ/
Nux græca — nis præneſtini famem nucibus tolerauerunt.Dehinc ſequit̃ Amygdala nucleum habens diſ
Nux Thaſia — ſimilē latitudine:Hæc & Nux græca vocatur:& Thaſia a Thaſo inſula Traciæ:olim Etria
Thaſus Etria — dicta:Cuius populi Thaſii vocantur.Poſtea Nux Caſtanea armata echinato calice:quæ et
Thaſius — Heracliotica vocatur.Varia eius genera ſunt:Quædam triangulari forma in aqua naſcun/
Nux Caſtanea — tur. Nigræ quæ magis in vſu ſunt Coctiuæ dicuntur.Patria laudatiſſimis caſtaneorum Ta
Heracliotica nux — rentum:& in Campania Neapolis.A nuce Nucleus deriuatur:quod tenerum in nuce inclu
Coctiuæ nuces — ditur.Plautus.Qui e nuce nucleos vult:frangat nucem: A quo fit Enucleo verbū:quod pro — Plautus
Nucleus — prie eſt aperio:& nucleum extraho:Per Metaphoram uero capitur pro declaro: explano:
Enucleo — A quo Enucleate aduerbium:hoc eſt aperte:manifeſte:& Enucleatio declaratio. Item a no
Enucleate — ceo Nox deducitur:quæ eſt vmbra terræ:quod noceat oculis: Quamuis aliqui a græco de/
Enucleatio — ductum malunt:quod eſt νὺξ: A quo Nyctileus dictus eſt Bacchus:ꝙ eius ſacra noctu ce
Nox — lebrarentur:& Nyctimene puella:quæ quoniam cum patre concubuerat facinus recogno/
Nyctileus — ſcens in ſiluas aufugit:& in Noctuam conuerſa lucem odit:nocte tantum volitans: A græ/
Nyctimene — cis γλαὺξ appellatur:Quæ auis quoniam Athenis maxime abundat:factum eſt prouer
Noctua — bium. γλαῦκα εἰσ ἀθήνασ: hoc eſt Noctua Athenas De his: qui uel inutilem merca/
Nycticorax — turam exercent:uel laborant in aliqua re inutili:aut ea verbis exaggerāt:quæ notiſſima ſunt
Nocticorax — audienti. Item aliud ſimile prouerbiū: γλαυκεῖον ὠόν: hoc eſt Noctue ouū.& Nycti
Nocturnus — corax alia auis noctu ſimiliter volans:quæ nocturnus Coruus interpretatur.A nocte No/
Noctu — cturnus deriuatur:ſicut a die Diurnus.Claudianus.Omnia quæ ſenſu voluuntur vota diur — Claudia
Interdiu — no:Tempore nocturno reddit amica quies.Et Noctu quando eſt aduerbium:quod ſignifi
Interdius — cat per noctem:ſicut Interdiu per diem:quod etiam Interdius dicit̃. Plautus. Sic interdius — Plautus
Pernox — cum Corolla hebrum incedere:& Pernox:qui tota nocte aliquid agendo perſeuerat: ſicut
Perdius — Perdius:q tota die.Gellius.Stare ſolitus Socrates dicitur pertinaci ſtatu Perdius:atq; Per/ — Gellius

nox a ſummo lucis ortu ad ſolem alterum orientem inconniuens:immobilis:iiſdem in ve/ ſtigiis:& ore atq; oculis eundem in locum directis: cogitabundus:tanquã quodam ſeceſſu mentis atq; animi facto a corpore.Seneca.Id perdius pernoxq; agebat.Liuius.Prælũ an/ te lucem.Sed Luna pernox erat commiſſum eſt:Luna pernox erat:hoc eſt:tota nocte luce/ bat.& Pernocto verbum: quod eſt noctem vniuerſam ago. Apuleius.Qum freqũes apud eum pernoctarem.Pomponius.Pernoctare extra vrbem dicitur: qui nulla parte noctis in vrbe ſit.& Noctiuagus:qui nocte vagatur.& Noctua auis:de qua diximus: quæ in Creta inſula non eſt:& ſi qua inuehatur:non multo poſt moritur:inimica paruarum auium:et ut Ariſtoteles refert:Cornicis: Hæc græce Glaux dicitur: A quo Glaucus color.& Nicticorax:hoc eſt Coru9 nocturnus.& Nocteſco:quod eſt obtenebror.Furius.Omnia nocteſcũt tenebris caliginis atræ.& Noctiluca Luna:ſiue Nitedula:de qua ſuperius ſcripſimus. Noctipuga.Lucilius vocauit obſcena:quod noctu pungant: atque excitent Venerem. Veteres Noctu pro nocte nominaliter vtebantur. Ennius. Hac noctu filo pendebat etruria tota Claudius Quadrigarius. Conuenit Senatum noctu multa domum dimitti. Decem viri quoque in duodecim tabulis nox pro noctu dixerunt.Si nox furtum factum ſit:ſi im aliquis occiſit:iure cæſus eſto.In quibus verbis hoc etiam notandum eſt:quod ab eo:quod eſt is:non eum accuſandi caſu:ſed im Veteres dixere:& Occiſit pro Occidit.Item a nocte Binoctium:Trinoctium:Quadrinoctium:pro duæ:tres:quattuor noctes.Sicut Biduum:Triduum:Quadriduum:pro duo:tres:quattuor dies.Noctem diemque ita diſtinxere antiqui: ut primum tempus diei diceretur Mediæ noctis inclinatio: deinde Gallicinium:quod tum Galli cantent:Poſtea Aurora: ab Aura ita vocata:quoniam tunc ſplendeſcere aer incipit. Aura enim ſplendorem ſignificat.Virgilius. Diſcolor vnde auri per ramos aura refulſit. Horatius. Tua ne retardet aura maritos. Hinc aurum deducitur propter ſplendorem eius metalli.Aliquando etiam Aura pro vento ponitur. Virgilius. At illi dulcis compoſitis ſpirabat crinibus aura. Interdum etiam pro afflatu:& fauore. Idem. Nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris Vnde Aurarii fautores dicuntur.Auram vero ab aere dictam exiſtimant:ꝙ motus aer & ſplendorem faciat:& ventum. Aurum tamen ſunt: qui a græco dictum putent:quaſi ὥραιον: hoc eſt pulchrum: decorum: Alii quia præcipue cuſtoditur. Græci enim ὁρᾶν: cuſtodire dicunt: A quo & Theſaurus dictus: Nam θήσω: pono ſignificat. ὁρῶ cuſtodio.Hippocrates medicus a nomine inuentoris Aurum appellatum exiſtimat: qui αὔριδσ vocitatus eſt. Nonnulli ab auertendo deductum arbitrantur: quod mentes hominum auertat.Virgilius.Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Ab hoc fit Auro verbum: A quo Inauro:& Deauro: Vnde Auratum dicimus: & Inauratum:& Deauratum.& Aureum:quod ex Auro eſt.& Aurifex:faber aurarius: A quo Aurificina taberna Aurificis: & Auraria:fodina Auri: & Auriferum: quod fert Aurum: Vnde Aurifera flumina dicuntur. Tagus in Hiſpania: Padus in Italia: Hebrus in Thracia: ex Oeagro flumine ortus patre Orphei: A quo Oeagrius dicitur. Virgilius. Tu quoq; marmorea caput a ceruice reuulſum: Gurgite cum medio portãs Oeagrius Hebrus. Pactolus in Aſia: Ganges in India.& Auricomus:quod aureos crines habet:ſiue auream comam.& Orata dicta quaſi Aurata: quod vulgo Orum pro Auro dicunt: Sicut Oriculum pro Auricula:piſcis genus a colore Auri: & Auripigmentum: de quo ſupra diximus. & Aurichalcum: quod ab Auro: & Aere appellatum eſt.Græci enim Aes χαλκὸν nominant: hoc & Orichalcum a nonnullis vocatur.& Auripigmentum: quod in Syria foditur ad Pictorum vſum: in ſumma tellure: auri colore: ſed fragili: lapidum ſpecularium modo.Ex eo fieri aurum poſſe manifeſtum eſt:Inuitauit ea ſpes Caium Principem auidiſſimum auri.Quamobrem iuſſit excoqui magnum pondus:& plane fecit aurum excellens: ſed ita parui põderis: ut detrimentum ſentiret: Propter quod a nullo poſtea tentatum eſt. & Aurigo regius morbus: de quo ſupra diximus: a colore luteo: A quo Auriginoſus: qui eum morbum patitur.Auroram etiam Diluculum nuncupauere: quod tum dies lucеſcere inciperet: Hinc Mane:qum dies clarus eſt: ab omine boni nominis. Manum enim veteres bonum dicebant: Vnde Dii Manes appellati: hoc eſt boni: quos etiam metu mortis ſupplices venerabantur: quemadmodum econtrario Immanes dicimus crudeles:ac minime bonos: & Immania ſaxa aſpera:horrenda: A quo Immanitas:ſæuitia: & Immaniter: crudeliter.Sunt tamen qui Manes a manendo potius dictos exiſtiment:quod manibus plena ſint omnia: Alii a manando:quoniam Dii Manes per omnia manare exiſtimabantur: Ideoque ab Auguribus vocari ſolebant.Qui ſint Dii Manes dictum eſt ſuperius. A manibus Maniæ dictæ:turpes:deformeſq; perſonæ.Item Mania Dea:mater larium: cui humano capite aliquandiu ſacrificatum fuit: Sed poſtea auctore Iunio Bruto Conſule Allii:& Papaueris capitibus ſacrificari cœptum: ut Apollinis reſponſum ſeruaretur: quod fuerat:

Seneca
Liuius
Apuleius
Põponius
Ariſtoteles
Furius
Lucilius
Ennius
Claudius
Virgilius
Horatius
Virgilius
Idem
Hippocrates
Virgilius
Virgilius.

Pernocto
Noctiuagus
Noctua
Glaux Glaucus
Nycticorax
Nocteſco
Noctiluca
Nitedula
Noctipuga
Noctu
Nox Im
Binoctium
Trinoctium
Quadrinoctium
Biduũ
Triduũ
Quadriduũ
Mediæ noctis inclinatio
Gallicinium
Aurora
Aura
Aurum
Aurarii
Auro
Inauro
Deauro
Auratum
Inauratum
Deauratum
Aureum
Aurifex
Aurificina
Auraria
Auriferum
Tagus Padus
Hebrus
Oeagrus
Oeagrius
Pactolus.
Ganges.
Auricomus
Aurata.
Orata.
Orum
Oricula
Auripigmentum
Aurichalcum
Aurigo.
Orichalcum
Auriginoſus
Aurora. Mane
Manum
Dii Manes
Immanis
Immanitas
Immaniter
Maniæ.
Mania dea

ut capitibus pro capitibus ſupplicaretur. Sunt qui Maniam Lariarum matrem: aut auiam
putant. Alii Manias ipſas laruas appellant: quas nutrices pueris imputari ſolent. Ma/
nias etiam veteres appellabant ficta quædam ex farina in hominū figuras: ꝙ deformes ſint:
Maniola — quas etiam Maniolas appellabant. Manare proprie dicitur: qum aliquid ex integro quidē:
Mano — ſed non ſatis ſolido per minutiſſimas partes ſtillat: tractum a græcis: Illi enim μανὸν ra/
Manalis fons — rum: & quod ſine denſitate eſt appellant. Hinc Manalem fontem dici exiſtimant: ꝙ aqua
Manalis lapis — ex eo perpetua manet. Item Manalem lapidem: ꝙ ex eo manare aquæ videātur. Erat enim
petra quædam extra portam Capenam iuxta ædem martis: quam temporibus nimis aridis
in vrbem trahebant: ſtatimque pluuia ſequebatur. Sunt etiam qui Manalem lapidem di/
ctum exiſtimant hoſtium orci: per quem animæ inferorum ad ſuperos manant. Alii Ma/
nare a Mane tractum volunt: & de Sole proprie dici: qum orientes radii ſplendorem iacta
Manius — re incipiunt. Manius Prænomen eſt: ab eo quod mane ſit natus: ſicut Lucius ab eo quod lu
Lucius — ce. Quidam Manum quoque a manando appellatam exiſtimant: quod ex brachiis manet:
Manus — Eſt autem membrum corporis decentiſſimū: ex quo manant digiti. Aliquando tamen pro
multitudine accipitur. Virgilius. Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi. Aliquan — Virgilius
do pro poteſtate: ut qum dicimus: Hæc res mihi in manu eſt: non modo ſignificat in prom/
Manumiſſio — ptu: ſed etiam in poteſtate. Inde teſte Vlpiano Manumiſſio dicta eſt datio libertatis. Nam — Vlpianus
Manumiſſus — ꝗ̄ diu quis in ſeruitute eſt: manui: hoc eſt poteſtati ſubditus eſt: & Manumiſſus liberatus a
poteſtate. Erat autem mos in manumiſſione: ut dominus caput: aut membrum eius ſerui:
quem liberaturus erat: manu tenens ita diceret. Hunc hominem liberum eſſe volo: ſtatimq;
emitteret eum e manu. Item Manus eſt inſtrumentum nauale: quo naues Harpagonibus ra/
ptæ tenentur: ut inferius oſtendemus. Item Elephanti proboſcis: quod ea in decerpendo
pabulo pro manu vtitur. Plynius. Elephanti tanta narratur clementia minus valida: ut in — Plynius
Manū conſero — grege pecudum occurrentia manu dimoueat: ne quid obterat imprudens. Manum conſere
re: eſt prælium incipere: & contendere. Sed apud Iuriſconſultos qum de aliqua re diſcepta/
tur in iure præſenti prætore: ſiue ager: ſiue quid aliud ſit: Manum conſerere dicitur: qum ma
Manꝰ correptio — nu appræhendit rem: de qua agitur: quod Manus correptio: & Vindicatio: & Vindi/
Vindicatio — cia dicitur: Quod tantum preſente Prætore fieri ſolebat. Sed poſtq; Prætores propagatis
Vindicia — Italiæ finibus: multitudine negociorum occupati Vindiciarum dicendarum cauſa longius
ire grauabantur: inſtitutum eſt: ut litigantes non ex iure apud Prætorem manum conſere/
Ex iure manu cō — rent. Sed Ex iure manum conſertum vocarent. Id eſt alter alterum ex iure ad conſerendum
ſertum — manum in rem: de qua ageretur: vocaret. Atque profecti ſimul in agrum: de quo litigaba/
tur: terræ aliquid ex eo: utputa vnam glebam in ius in vrbem ad Prætorem deferrent: &
in ea gleba tanquam in toto agro vindicarent. Ennius. Miſcent inter ſeſe inimicitias agi/ — Ennius.
tantes: Non ex iure manu conſertum: ſed magis errore. Res pereunt: regnumque petunt:
Ad manus venio — Vadunt ſolida vi. Item Ad manus venire ſimiliter eſt prælium: ſiue contentionem incipe/
Manipulus — re: Quo modo loquendi doctiſſimi viri vſi fuere: licet Rabula neſcio quis id negare auſus
Manipularis — fuerit: ut eſt in omnibus imperitus: ac rudis. Plautus. Itur ad manus: arma ſumuntur. Mar — Plautus
Manipulatim — cus Iuriſconſultus libro quadrageſimo octauo de pœnis. Delinquunt autem propoſito: im — Marcus
Manubrium — petu: aut caſu. Propoſito delinquūt latrones: qui factionem habēt. Impetu autem qum per
Manica — ebrietatem ad manus: & ad ferrum venit᷑. Caſu uero: qum in venando telum in feram miſ/
Manicatus — ſum hominem interficit. A manu Manipulus deducitur: quod proprie ſignificat manualē
Manſuetus — herbæ faſciculum. Ponitur tamen pro exigua militum manu: quæ vnum ſignum ſequeba/
Manſueſco — tur: Erat enī pars centuriæ ita dicta: ꝙ ſub Romulo paup adhuc Romanus exercitus mani
Manſuefacio — pulos haſtis alligatos pro ſignis gerebat. Hinc Manipulares milites dicti: et Manipulati ad
Manſuefactus — uerbiū: hoc eſt ꝑ manipulos. Ouidius. Pertica ſuſpēſos portabat longa maniplos: Vn̄ Ma/ — Ouidius
Manſuetudo — niplaris noīa miles habet. Itē a manu Manubriū: qđ ſignificat capulū: et Manica ps veſtis
Manſuete — ꝗ manus tegunt᷑ Virgi. Et tunicæ manicas: & hn̄t redimicula mitræ: Hinc manicata veſtis: — Virgilius
Manſues — dicit᷑: ꝗ manicas habet. Manicæ etiā vincula manuū. Idem. Manicas atq; arta leuari vincla — Idem
Malluuiū — iubet Priamus. Plautus. Vix manus manicæ cōplexæ ſunt. Itē Manicæ thecæ ex ferro: qui/ — Plautus
Pelluuiū — bus brachia: & manus cōtra hoſtiū iniurias muniunt᷑. Iuuenal. Quale decus rerū ſi cōiugis
Peluis — auctio fiat: Balteus: & manicæ: criſtæ: crurisq; ſiniſtri Dimidiū tegmen. Itē Māſuetus mitis:
Malluuiæ — qſi manu aſſuetus: & Māſueſco miteſco: & Manſuefactus: & Manſuetudo: & Māſuete ad
Pelluuiæ — uerbium. Item quod veteres pro manſueto vſurparunt Manſues: & Malluuium: vas quo
Manceps — manus lauantur: ſicut Pelluuium: quo lauantur pedes: quod etiam Peluis appellatur: &
fœminino quoq; genere Malluuiæ: & Pelluuiæ vocantur. & Manceps: qui aliquid a popu
lo emit: conducitue: quia manu ſublata ſignificat ſe auctorem emptionis eſſe: qui idem
Præs — Præs dicitur: quia tam debet præſtare populo: quod promiſit: ꝗ̄ is qui pro eo Præs factus
Mācupi emptio. — eſt: & Emptio Mancupi: quæ ſolemnitate quadam fiebat adhibitis non minus quinq; te/

ſtibus Romanis ciuibus puberibus: & alio eiuſmodi cōditionis: qui libram æneam teneret. Emptor ita dicebat: hoc ego ex iure quiritium meum eſſe aio: hoc quod emptum eſt hoc ære æneaq; libra: deinde libram ære percutiebat: idq; æs dabat ei: a quo rem emptam accipie- Mancipatio bat: & hæc Mancipatio vocabatur. Hinc Seruus: Equus: Ouis: aliaq; huiuſmodi Manci- Mancipium pia dicuntur: q̄ manu capiantur: ſiue mancupi emptione acquirantur. & Mancipare: qua Mancipo ſi manu capere. A quo Emancipare: hoc eſt manu mittere: & liberare. Emancipati autem Emancipatus duobus modis intelligunt̄: aut ii: qui ex patris iure exeunt: aut qui aliorum fiūt domini: qui Emancipator

Cicero emancipat: dicit̄ Emancipator. Aliquandoq; tamen e contrario Emācipatus ponitur pro dedito: & veluti in mancipium aſcripto. Cicero. Ita ſenectus nimis honeſta eſt: ſi ſeipam defendit: ſi ius ſuum retinet: ſi nemini emancipata eſt: ſi vſq; ad vltimum ſpiritum dominatur in ſuos. Item a manus Mando: Manduco: Mandones: Manduci: Manducones: Manſus: Manuarius Mandibula: Maxilla: Mando: Mandatum: Mādatarius: de quibus ſupra diximus. & Ma Manuariæ nuarius: ad manum pertinens. Gellius. Hoc ære quaſi manuario collecto coenula paraba- Manuor

Actius tur. & Manuriæ: tunicæ dicuntur: quæ manicas habent. Item Manuor: quod eſt furor. A- Manuatus

Virgilius ctius. Manuatus veſtem amicæ. & Mantile: quod manibus tollatur. Sunt enim Mantilia Mantile

Martialis quibus manus terguntur. Virgilius. Tonſiſq; ferunt mantilia villis. Item quibus menſæ te- Manubiæ gunt̄. Martialis de Mantilibus. Nobilius villoſa tegunt tibi lintea citrum: Orbibus in no- Præda ſtris circulus eſſe poteſt. & Manubiæ: q̄ manu capiantur ab hoſtibus. Eſt enim Præda ab hoſtibus capta: quamuis aliqui prædam: & manubias ita diſtinguant: ut præda ſint corpora ipſa rerum: quæ capta ſunt. Manubiæ vero pecunia: quæ ex venditione prædæ percepta eſt a quæſtoribus: uel ærarii præfectis. Manubias etiam in libris etruſcorum legimus ful Mancus

Cicero minum iactus appellari. & Mancus proprie: qui ſine manu eſt: quaſi manu carens: ponitur Miniſter tamen pro debili: & ad res etiam inanimatas transfertur. Cicero. Sed etiam alteris tribus: Contamino qui mancam' fore putauerunt: ſine aliqua acceſſione virtutem. & Miniſter quaſi maniſter: Contaminator de quo: & eius deriuatiuis inferius dicemus. & Contamino: quod proprie ſignificat mani Contaminatrix

Terentius bus luto plenis aliquid attingo: & ob hoc pro foedo: & maculo vſurpatur. A quo Conta- Contaminatio

Idem minor: Contaminatrix: Contaminatio. Terentius. Contaminari non decere fabulas. Idē. Ne hoc gaudium contaminet vita ægritudine aliqua. & Manlius proprium nomen: quod manu promptus eſſet. Neminem autem Patriciæ familiæ hoc nomine vocari licuit poſt eum Manlium: qui Gallos a capitolio depulit: quod is regnum occupare conatus: neca- Manlius tuſque ſit. & Manlius ſimiliter proprium nomen. Item Mancinus: A quo Mancinati dicti Mancinus ſunt: damnati: Quod Mancinus inſignem domum habuit: q̄ eo interfecto publicata eſt. & Mancinatus

Lucillius Mantiſſa additamentum: quod manu fit rei: quæ venditur: hoc eſt pauxillum illud: quod Mantiſſa adiicitur ponderi. Quidam hoc vocabulum ex hetruſca lingua ſumptū putant. Lucillius. Mappa Mantiſſa obſonium vincit. & Mappa: quod manibus pendeat: dum ſumus in menſa. Cu- Mappula ius diminutiuum eſt Mappula. Mappum etiam in neutro genere legimus. Et Mantica: qd̄ Mappum manu geratur. Eſt enim perula viatoria: cuius diminutiuum eſt Manticula: cuius pars ante Mantica pectus: pars poſt tergum: dum geritur: pendet: & modo dextra: modo ſiniſtra manu tene- Manticula

Pacuuius tur. Hinc Manticulari dicuntur: qui manticulas attrectant: ut furentur. Vnde poetæ Man- Manticulor ticulari pro doloſe agere vſurpant. Pacuuius. Ad manticulandum aſtu aggreditur. & Mā- Manticulatio ticulatio pro aſtu: & fraude ponitur. Item Manifeſtum hoc eſt clarum: perſpicuum: quaſi Manifeſtum ad manus foris ſtans. A quo Manifeſto verbū: hoc eſt aperio: detego. & Manifeſte: clare: Manifeſto apte. & Centimanus: cētū hn̄s manus. & Mango proprie vēditor hominū: a manu agen- Manifeſte

Martialis do. Martialis. Milia pro puero centū me mango popoſcit. Afranius. Mercis appellatione Centimanus

Afranius homines nō continētur: & propterea mangones nō mercatores: ſed venalitiarii appellandi ſunt. Solēt enim Mágones pueros: puellaſq;: quo facilius vēdi poſſint: artificio quodam Mango

Quintilia. componere colorem: ut Quītilianus inquit fuco: ac verum robur inani ſagina mētiētes: & quia ſciūt trita: ac veterana mācipia difficile poſſe corrigi: & ad ſuos mores formari: p̄pterea q; decurri ad nouitiorū emptionē: idcirco īterpolāt veteratores: & pro nouitiis vēdunt: Græci hos ab equis componēdis Hippoconios vocant. Nec mares tm̄: ſed etiam foeminæ Hippoconii

Plynius Mangones vocantur. Plynius. Mango obſtetrix erat. Suetonius de Domitiano. Caſtra-

Suetonius ri mares vetuit Spadonum: qui reſidui apud Mangones erant: precia moderatus eſt. Ply-

Plynius nius. Reſina corporibus illinitur mangonum maxime cura ad gracilitatem emendandam

Idem Idem. Ne ſint male hirſutæ formicarum oua pueris infricata preſtant. Item Mangonibus

Idem ut lanugo tardior ſit pubeſcentium ſanguine agnorum qui caſtrantur. Idem. Thynni ſanguine oblitos pueros pubeſcere negant Mangones. Aliquando tamen per metaphoram: et

Plynius ad venditores aliarum rerum Mangonis nomē trāſfertur. Plynius. His addidere mango-

Idem nes: qd̄ Iſocinnamū vocāt. Idē. Decuſſi fragmēti paululū: q̄ in lamina ferrea teratur: efficaciſſimū experimētū excuſant Mangones gēmarū. A māgone fit Mangonicus ad māgo- Mangonicus

nem ptinés.Idem.Radix hiacynthi bulbacea é:& in mangonicis venalitiis pulchre nota:
quæ in vino dulci illita pubertaté coercet:nec ſinit erũpere.Suetonius.Neceſſarioq; ad má
gonicos quæſtus ſuſtinédæ dignitatis cauſa deſcédit.& Mangoniũ:qđ ſignificat artificiũ
qđ ad res facilius védédas adhibetur. Plynius.Dedere & parthi cocis ſuis mores.Nec ta-
men in hoc mágonio qcq̃ totum placet:hic clune:alibi pectore tm̃ Gallinarũ laudatis. &
Mangonizo:qđ eſt orno:& cópono rem ad alliciendos emptores. Idem. Succus radicis
vitis nigræ cũ eruo:lætiore quodam colore:& cutis teneritate mágonizata corpora. Idé.
Primus.L.Craſſus penſiles inuenit balineas ita mangonizatas villas ſubinde vendendo.
Maneo quoq; a manu deductum nonnulli exiſtimát:quaſi manum teneo. Eſt eni proprie
manere cótinere ſe:& firmum ſtare.Terétius.Quam ſup mox irruamus. Mane:oía prius
experiri cóſilio:q̃ armis ſapientem decet.Aliquádo tamen pro perſtare accipit̃.Virgilius
Manet imperterritus ipſe hoſtem magnanimũ opperiẽs.Interdũ pro expectare. Plautus.
Ego hic te manebo.Virgilius.Te turne nefas:te triſte manebit Suppliciũ.Cicero.Sin auté
me aliud fatum manet. A maneo cópoſita ſiũt: Permaneo: quod eſt perſeuerátcr maneo.
Ommaneo:diu maneo.Emineo:quaſi extra alios:hoc é pre aliis maneo. Is enim eminere
dicitur:qui cæteris altior é.Item Emaneo extra maneo:A quo Emáſor:ut Modeſtinus in-
quit:dicitur:qui diu vagatus ad caſtra regredit̃:ſicut deſertor:q per lóga tempora vagatus
reducitur. Promineo:vltra aliquid emineo. Vnde Promótorium: quaſi prominés mons
appellatus é.Immineo:impédo.Remaneo:quaſi retro maneo. Veteres Mantare pro fre-
quenter manere plerunq; vſurparunt.Poſt Mane:Meridies ſeqtur:quaſi medidies: hoc eſt
diei medium.Inde iam tépus Occiduum nominat̃:tamen Serum diei. Liuius.Erat iá diei
ſerum.Vnde ſalutantes eo tépore:Bonum ſerũ: recte poſſumus dicere. Si quis autem Bo-
num ſero dicat:ut vulgus ignarum ſolet:execratio:non ſalutatio eſt.Nihil enim aliud ſigni
ficat:q̃ ut ſero:hoc eſt tarde veniat:quod bonum eſt.Mox ſuprema tempeſtas: hoc eſt diei
nouiſſimũ tempus.Hinc in duodecim tabulis legitur. Solis occaſus ſup̃ma tempeſtas eſto.
Hinc Veſpera:ſiue Veſper:de quibus ſupra diximus.Poſtea Prima fax noctis:ꝙ tum pri-
mum faces:hoc eſt lumina ferre incipiant.De hinc nox Concubia a cubando:ſiue Concu-
bium:ſiue Conticinium a tacendo:qđ tum omnia tacent:ſiue Silentiũ noctis:ſiue(ut Plau
tus vocat) Tempus conticinium : ſiue Nox intempeſta: quod tum tempus agendi eſt nul-
lum.Poſtremo a nocte Aequinoctium deducit̃: A quo Aequinoctiale: de quibus ſuperius
diſſeruimus.DELATOR.Calumniator:de quo ſupra diximus.HABET.Habere aliqñ
ſignificat:Quod græci dicunt ἔχειν:ut hoc loco:& apud Virgilium.Ille meos primus q
me ſibi iunxit amores:Abſtulit:ille habeat ſecum:ſeruetq; ſepulchro:& hæc propria eſt hu-
ius verbi ſignificatio.Per metaphoram tamen aliquando ponitur pro Occupare:Tenere.
Idem.Hoſtis habet muros.Lucillius.Hæc tum ille habebat:& fere omnem Apuliam.Ali-
quando pro Habitare. Saluſtius. Credo falſa exiſtimans ea : quæ de inferis memorantur
diuerſo itinere malos a bonis:loca tetra:inculta:fœda:atq; formidoloſa habere.Virgilius.
Quæ loca:quiue habeant homines? Nonnunq̃ pro Intelligere.Terentius.Habet omnem
rem:pergam quo cœpi hoc iter.Interdum pro Facere.Cicero.Na; quum quæreretur ab eo
quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum vno myoparone:eodem inquit quo tu orbem
terræ.Præterea habere iter:eſt proficiſci.Habere verba:eſt loqui.Habere rationem:reſpice
re.Habere rem:coire.Item habere rem: cum duro aduerſario litigare.Bene habere:incolu-
mé eſſe.Male habere:ægrotare:ſiue Bene habere:integrum eſſe. Male habere: pati aliquid
aduerſi.Sed hoc in tertia perſona duntaxat:ut Bene habet:ideſt bene ſe res habet. & Male
habet:ideſt male ſe res habet.Vlpianus hoc verbum dupliciter accipit.Nam & eum habe-
re dicit:qui rei dominus eſt:& eum:qui dominus quidem non eſt:ſed tenet:vnde & ré de-
poſitam dicimus habere.Illud præterea notandum:ꝙ Habeo conuenire:& Habeo polli-
ceri:& alia huiuſmodi elegantiſſime dicimus:pro eo:quod eſt conueniendum mihi eſt:&
pollicendum mihi eſt.Cicero.Neq; ſolum eos conuenire habeo.Idem.Tantum habeo pol
licere.Lic; etiam dicere:Habeo conueniendum: & Habeo pollicendum. Quintilianus.
Adeoq; ludibriis miſeræ ſum aduerſitatis implicitus:ut impetrádum a vobis habeam odii
mei fauorem: ideſt ut impetrandus mihi ſit odii mei fauor. Auguſtus. Quid aliud habeo
deos immortales precari. Solet poſtremo hoc verbum in extremo materiæ elegantiſſime
poni:qum pro intelligere capitur.Cicero.Habes quæ ſentias Brute de ratione dicédi.Idé.
Hæc habui de amicitia:quæ dicerem.Idé.Hæc ſunt: quæ hoc tempore commemorāda ha
bui.Quintilianus.Habes Marcelle victori qbus præcepta dicendi adiuuari poſſe per vos
videbant̃.Idé.Nihil habui amplius:qđ in vniuerſũ præciperé.Ab habeo fit frequétatiuũ
Habito:qđ mó ſignificat Colo.& qđ alio mó dicim9 Inhabito.A quo Habitaculũ.et Ha
bitatio.Habitator.Habitatrix.Cohito deducũt̃.Varro.Vtrũq; locũ mulieres:et viri parit

Mágonium
Mangonizo
Maneo
Permaneo
Ommaneo
Emineo
Emaneo
Emanſor
Promineo
Promontorium
Immaneo
Remaneo
Máto Meridies
Tépus occiduũ
Serum diei
Bonum ſerũ
Sup̃ma tépeſtas
Bonũ ſero
Veſpera Veſper
Prima fax
Nox concubia
Concubium
Conticinium
Silétiũ noctis
Tépus cóticiniũ
Nox intépeſta
Aequinoctium
Aequinoctiale
Habeo
Habeo iter
Habeo verba
Habeo rõnem
Habeo rem
Bene habeo
Male habeo
Habeo cõuenire
Habeo polliceri
Hẽo cõueniẽdũ
Hẽo pollicẽdũ
Habito
Inhabito
Habitaculum
Habitatio
Habitator
Habitatrix
Cohabito

Idem
Suetonius
Plynius
Idem
Idem
Terétius
Virgilius
Plautus
Virgilius
Cicero
Modeſtin9
Liuius
Plautus
Virgilius
Idem
Lucillius
Saluſtius
Virgilius
Terétius
Cicero
Vlpianus
Cicero
Idem
Quintilia.
Auguſtus
Cicero
Idem
Idem
Quintilia.
Idem
Varro

Idem	habitarunt. Modo habeo. Idem. Hoc modo antiquos ſecũdis rebus comas habitaſſe. Item	
	ab habeo Habentia: ſicut a ſapio Sapientia. ſignificat aũt ipm̃ habere: & diuitem eſſe. En/	Habentia
Ennius	nius. Verebar enim ne aĩos eorum inflaret habentia. & Habilis: hoc eſt pro viribus aptus.	Habilis
Virgilius	Virgilius. Namq; humeris de more habilem ſuſpẽderat arcum venatrix. A quo Habilitas:	Habiliter
	hoc ẽ aptitudo. & Habiliter: apte. & Inhabilis: ineptus. & Debilis: infirmus: quaſi parũ ha	Inhabilis
	bilis: hoc ẽ malæ habitudinis. Ab hoc fit Debilito verbũ: qđ eſt infirmiorẽ facio. Itẽ Debi/	Debilito
Pacuuius	litas. Debilitatio. & aduerbium Debiliter. Pacuuius. Miſeret me lachrymarũ: lingua debi/	Debilis
Ennius	liter ſtupet. Veteres pro Debili: Debilonem dixere. Ennius. Debilo homo. Itẽ Habena re/	Debilitas
	tinaculũ equi: quod ea equus teneat᷑. Item Habitus: qualitas ipſa: & forma corporis: & cu	Debilitio
Plautus	iuſcũq; rei. Plautus. Qualis habitus oris. Item cultus corporis: & veſtimẽta: Vnde Habitũ	Debiliter
Idem	ſcænicũ: habitũ exoticum: habitum militarẽ dicimus. Plautus. Quis habitus iſte tam proli/	Debilo
Plynius	xus. Plynius. Quid ad nos lugubri habitu venerat: & capillatior ſolito. Virgilius. Ventos	Habena
Virgilius	& vanum cæli prædiſcere morem: Cura ſit: & patrios cultus: habituſq; locorũ. Item habi/	Habitus
	tus qui a philoſophis ita diffinitur. Habitus eſt alicuius rei ſiue in animo: ſiue in corpore a	
	natura concepta: ſed vſu corroborata: & plena perfectio. Ab hoc Habitudo deducitur ꝑ	Habitudo
	ipſo corporis habitu. & Habitior: quod veteres pro pinguiori vſurparunt. Item ab eo cõ/	Habitior
	poſita fiunt Adhibeo: quod ẽ accõmodo: adiicio. Perhibeo: qđ eſt dico: loquor: affirmo:	Adhibeo
	quaſi pro compto habeo. Exhibeo profero: & in publicum deduco: ut vidẽdi: tangendiq;	Perhibeo
Paulus iu/	facultas ſit: quaſi extra ſecretũ habeo. Paulus iuris conſultus. Exhibere inquit ẽ facere in pu	Exhibeo
ris cõſultus	blico poteſtatẽ: ut ei: qui agit: experiũdi ſit copia: Exhibẽtur apud prætorem teſtamenta: ut	Exhibere nego/
	autoritate eius ſignatores admoniti veniãt ad recognoſcẽda. Exhibere negocium eſt mole	cium
Cicero	ſtum eſſe: ſiue moleſtiam inferre. Cicero. Quod qum audiſſet adoleſcens negociũ exhiberi	
Plautus	patri: quo modo loquẽdi etiam græci vtũtur dicẽtes: πραγματα παρεχειν. Plautus	
	Enimuero pragmata moe parechis: hoc ẽ negociũ mihi exhibes: nã παρεχειν græce ex/	
	hibere eſt: πραγμα vero negociũ. Hinc Pragmatici dicũtur: qui in foro: ac iudiciis ver/	Pragmatici
Iuuenal᷑	ſantes lites dirimunt. Iuuenalis. Inde cadũt partes in fœdere pragmaticorũ: hoc ẽ a iudicio	
	diſcedũt: & litẽ arbitrio forenſiũ dirimendam permittũt. Hinc Pragmatica ſãctio dicta ẽ	Pragmatica ſan
Zanclia Mamertini potius q̃; Meſſanenſes ſunt vocati:& qum ager eorum vini feraciſſimũ ſit:Ma
Mamertini mertinũ vinũ nõ Meſſanenſe appellatũ eſt. Martialˀ. Amphora neſtorea tibi mamertina ſe Martialis
Meſſanenſes necta:Si deturˀ quod vis nomen habere poteſt. A Meſſana quidam Meſſalam dictũ putant
Mamertinũ vi/ propriũ viri nomẽ:qꝛ Meſſanã Siciliæ vrbẽ vi cepit. Ab eo Meſſalina nomẽ mulieris: Hæc
num barbati Meſſalæ cõſobrini Claudii Cæſaris filia fuit: quã qum Claudius in mr̃imoniũ exce
Meſſala piſſet:nec diu poſt cõperiſſet ſup cæ̃ta flagitia: atq; dedecora. C. Silio etiã nupſiſſe dote intˀ
Meſſalina auſpices cõſignata:ſupplicio affecit. Hæc libidinoſiſſima fuit:& ſæpe mutata veſte lupana/
ria celebrauit:qn etiã cũ ſcorto famoſo aliqñ certauit:et ſupatã a ſe meretricẽ gl̃iata ẽ:intˀ diẽ
& noctẽ qnq; & viginti paſſa cõcubitus affirmauit:ꝑterea ſeſe labore potius feſſam q̃; cõcu
bitu ſatiatam deſtitiſſe. Iuue. Et laſſata viris:nõdũ ſatiata receſſit. Eo igitˀ qum Scylla ſeſe ab
æſtu recepiſſet:vſq; ad mediã aluũ ſubmerſa aĩaduertit veluti canes vnguibus ſuis admotas:
fœdo latratu oĩa cõplentes: & primo qdẽ ſepata eſſe hæc mõſtra a ſuo corpore exiſtimauit
Mox uero qum ab iis fugere conaretur:intellexit ventrẽ quidẽ:& ſupiores ptes ſibi virginis
remãſiſſe: reliquũ uero corpus in fœdiſſimos canũ rictus eẽ mutatũ. Coluiſſe itaq; hũc locũ
dr̃. Circe ſemp infenſam:qđ in ſociis Vlixis oſtẽdit:& pro virgine mõſtrũ fuiſſe. Ouidius. Ouidius
Altera Scylla maris mõſtrũ medicamine Circes pube ꝑmit rapidos:inguinibuſq; canes. Vir Virgilius
gilius aliter eã deſcripſit. Prima hõis facies:& pulchro pectore virgo Pube tenus: poſtrema
Priſtis imani corpore priſtis. Delphinũ caudas vtero cõmiſſa lupoꝝ. Vbi obiter dicendũ Priſtin
aliqñ nauim eẽ oblõgã:a forma priſtiũ marinarũ ita appellatã:q̃ lõgiſſimi corpis ſunt: atq;
anguſti. Idem. Velocẽ Mneſteus agit acri remige Priſtim. Lõgiſſimi uero corporis eſſe Pri Idem
ſtes declarat Plynius: qui in mare Indico balenas q̃ternũ iugerũ reperiri ſcribit. Priſtes du/ Plynius
cenũ cubitoꝝ: Hæ ita appellatæ ſunt a ſectione vndarũ: Scindũt enĩ mirũ in modũ fluctus
propter tenuitatẽ. Græci autẽ ϖρίσιν ſectionẽ: ϖρίςην ſectorẽ nominant:ex quo facile
eſt irridere ineptias eoꝝ: qui Piſtrin:nõ Priſtin ſcribũt:& p. X. aliqñ ſcribi poſſe aſſeuerãt.
Sed ut ad Scyllam reuertamur: ob eam cãm datus eſt huic fabulæ locus: qđ in freto Siculo
ſaxũ eſt ingens in ſupiori pte humanã effigiẽ hñs: in inferiori uero plures reſectos ſcopulos
ſub radicibus cauernoſos:intra quos dũ æſtuoſum mare ingreditˀ:ab iis refractũ tumultuan
do repñtat latratũ canũ:et vlulãtis lupos. Homerus Scyllã ſcribit latratũ emittere catuli nup Homerus.
æditi:aſpectu horrẽdã eẽ. xii. hr̃e pedes. vi. capita:ſingulˀ capitibꝫ os ingẽs eẽ cũ tribꝫ dentiũ
ordinibus:nigra plenis morte. Morari i cauæ ſpelũcæ medio:capita exerentẽ in ꝓfũdiſſimũ
mare:piſcãtẽq; & Delphinos:ac Balænas deuorantẽ. Sunt etiã q Scyllã tradãt cũ Neptuno
aliqñ cõcubuiſſe:proptˀ qđ iratã Amphitriten ſparſis veneno aqs:in quibus lauari virgo cõ
ſueuerat:in canẽ eã mutaſſe:Herculẽ uero qum ſupato Geryone ex Hiſpania reuerteretˀ:qm̃
boues quoſdã ſibi ex armento ſubtraxerat:eã occidiſſe. Sed a pr̃e mox ei vitã fuiſſe reſtitutã.
Amphitrites Amphitrites Neptuni vxor fuit:Cuius nuptias:qum a principio fugeret:virginitatẽ ſerua/
re cupiẽs:miſit ad eã Neptunus Delphinũ:q varia p loca q̃ſitã tãdẽ ad radices Atlãtis ĩuenit
& ut Neptuno iũgeretˀ:pſuaſit. Hinc poetæ maris deã eẽ dixere:& ꝓ ipo mari vſurpare cõ
ſueuerũt. Ouidius. Nec brachia longo Margine terrarum porrexerat Amphitrites. Ob hãc Ouidius.
cãm Neptuni ſimulachra faciẽtes Delphinũ ſub pede eius cõſtituebãt:tanq; huic deo gratiſ
ſimũ. Ideo etiam hic Delphinus in cælũ ſublatus fuit:& inter ſydera collocatus: nõ lõge ab
Aqlæ ſigno:capite pene roſtrũ Pegaſi equi cõtingẽs:oritˀ cũ Sagittarii poſteriore parte: oc
cidit qũ virgo exorta ẽ a capite:hꝫ in capite ſtellam vnã: ſupra caput ad verticẽ verſus alias
duas:ab ea q̃ i vẽtre velut pẽnæ videtˀ:ſtellas tres:i ſcapulˀ vnã:in cauda duas: Sũt in totũ. ix.
Iõ hoc ſignũ muſicũ vocãt a nouẽ muſarũ numero. Sũt tñ qui de hoc Delphino alitˀ ſcribãt.
Tyrrhenos. ſ. quoſdã nauicularios:qum liberũ patrẽ puerũ q̃ndã recepiſſent:ut Naxũ cũ co
mitibꝫ trãſueherẽt:et Nymphis nutricibꝫ redderẽt: ſpe ꝑdæ ĩductos nauẽ auertere voluiſſe.
Liberũ uero qum id ſuſpicat9 fuiſſꝫ:comitibꝫ ſuis:ut Symphonia canerẽt iuſſiſſe: quo can/

tu adeo oblectatos Tyrrhenos:ut ſaltare etiam cœperint:& nimis laſciuiendo ſeſe in mare
proiecerint:quo facto omnes in Delphinos eſſe conuerſos:Cuius rei memoriã:qum man/
dare liber pater poſteris vellet: vnum eorum inter ſydera collocaſſe. Alii tradunt hunc eſſe
Delphinum:qui Arionem vexit. Arion nobilis Cytharoedus fuit ex inſula Leſbo:oppido Arion
Methymne Periandro Corinthiorum regi præcarus artis gratia: Is qum impetrata a rege Methymne
venia in Italiam profectus:cantando grandem pecuniam comparaſſet:Corinthum reuer/
ti ſtatuens:corinthios nautas tanq̃ ſibi notiores elegit:Hi ergo Arione accepto: qum in al
tum nauigaſſent ſpe prædæ conſilium de eo necando ceperunt:qua re intellecta Arion om
nem pecuniam:reſq; ſuas omnis illis tradere: & vitam tm̃ orare ſe dixit: Quarum precum
catenus miſerti ſunt nautæ:ut ab inferenda ei ſuis manibus nece temperarent:iuberent tamẽ
ut ſeſe ſtatim præcipitem daret in mare. Tum ille perterritus: & omni vitæ ſpe deſtitutus id
vnum poſtremo obſecrauit:ut priuſq̃ mortem oppeteret veſtimenta ſua ſeſe induere: & fi/
des ſumere:carmenq; conſolatorium canere permitteret. Quare a nautis impetrata de mo
re cinctus: atq; amictus:ſtanſq; in ſumma puppi: & cythara ſimul: ac voce canens Delphi/
nos ad ſe audiendnm prouocauit: Tum vero in mare ſe deiiciens ab vno eorum exceptus:et
ita:ut erat amictus: ac cytharam tenens: Tænarum: quod oppidum eſt Laconiæ a Tenaro Tenarus
promontorio ita appellatum: peruectus eſt: Hinc relicto Delphino Corinthum petiit: ta/
lemq; ſe Periandro regi qualis Delphino vectus fuerat:oſtendit:rem omnem ordine narra
uit. Quod qum rex non facile crederet:cuſtodiri Arionem diligenter:nautas vero perquiri
& ad ſe duci iuſſit. Qui qum veniſſent:& periiſſe proculdubio Arionem crederẽt: quid de
eo eſſet a rege interrogati:in Italia eſſe: ac bene ſe habere reſponderũt: fœliciterq; ei: ac pro
voto ſuccedere: Inter hæc Arion cum fidibus:& indumentis cum quibus ſe in mare deiece/
rat:iuſſu regis productus eſt: quo viſo obſtupefacti nautæ inficias ire non potuerunt. Hinc
duo ſimulachra ærea apud Tænarum facta ſunt:Delphinus vehens:& homo inſidens. Del Delphinus
phinus piſcis eſt:uel potius maris belua:omnium nõ modo marinorum:ſed etiam terreſtri/
um animalium velociſſimus pene volucrem æquans:& niſi multum infra roſtrum os illi fo
ret:medio pene in ventre nullus piſcium celeritate eius euaderet. Sed affert moram proui/
dentia naturæ:quia niſi reſupini nõ corripiũt:quæ cauſa præcipue velocitatem eorum oſtẽ
dit:nam qum fame concitati fugientem in vada piſcem perſequendo diutius ſpiritum con/
tinuere: veluti arcu emiſſi ad reſpirandum emicant tanta vi exilientes: ut plerunq; vela na/
uium tranſuolent. Iuncti agunt vere coniugia:pariunt catulos decimo menſe: interdum bi
nos:nutriũt vberibus:ſicut Balæna. Geſtãt fœtus infãtia infirmos:& adultos quoq; comitã
tur:magna erga partus caritate: Adoleſcũt celerit:& decẽ annis ad ſũmã magnitudinẽ pue/
niũt:viuũtq; tricenis:qđ cognitũ eſt aliquorũ caudis præciſis. Occultãtur tricenis diebu cir
Ariſtoteles ca canis ortũ incognito mõ:qđ certe mirãdũ eẽt:ſi ſpirare in aqua negrẽt: ut ſentit Ariſto/
teles q neq; hũc: neq; aliqđ animal ſine pulmone ſpirare poſſe affirmat: q̃ſi nõ poſſint pul
monis vice alia aliis ſpirabilia ineẽ viſcera:ita volẽte natura: ſicut & ꝓ ſãguine aliqbus aliũ
humorẽ ineẽ cõſpicimus. Nã in aq̃s penetrare hũc vitalẽ ſpiritũ qs miret:qum videat i ter/
ram quoq; tãto ſpiſſiorẽ penetrare:ut talpæ:& cætera aĩalia defoſſa oſtẽdunt. Spirare certe
piſces duo illa indicia eẽ videntur: Primũ qđ æſtiuo calore quædã corꝝ anhelatio notat. Se/
cũdo ꝙ bullantiũ aquarũ ſufflationẽ ſæpenumero videmus. Sed ut ad Delphinos reuerta/
mur: Lingua ẽ iis cõtra naturã aq̃tiliũ mobilis pro voce:gemitus humano ſimilis:dorſũ re/
pãdum: Roſtrũ ſimum:qua de cauſa nomẽ Simonis agnoſcere oẽs dicũtur: mulcet muſica
arte:præſertim Simphoniæ cantu:hoieꝫ nõ expaueſcit:obuiã nauigiis venit. Puerorꝫ amo
Appion re ducit. Appion vidiſſe ſe ſcribit apud Puteolos Delphinũ puerũ miro mõ amantẽ:a quo Simon
Simon vocatus venire ad eũ ſolebat:& pẽnæ aculeos velut vagina cõdẽs ne dilectũ ſibi cor
pus laceraret:præbere aſcẽſuro dorſũ:receptũq; equitis mõ inſidẽtẽ ꝑ magnũ æquor ad tri/
ginta millia paſſuũ deferre:ad qđ ſpectaculuꝫ Roma:atq; oĩs Italia cõcurrebat: Poſtea ve/
ro quꝫ idẽ ille puer a Delphino amatus morbo periiſſet:Delphinũ ſæpe ad ſolitũ littus ad/
nare viſũ: vbi poſtq̃ puerũ:q.in primo vado aduẽtũ eius operiri cõſueuerat:nuſq̃ vidit:de/
ſyderio cõtabuiſſe:& ipm quoq; eẽ exaĩatũ:ac in pueri ſepulchro ab iis:q rẽ cognouerũt:hu
matũ. Alius i Africo littore memorat fuiſſe ex hominũ manibus veſcẽs:pbẽſq; ſe tractãdũ:
& alludẽs nantibus: ac ſæpe dorſo vehẽs: q ſel a Flauiano procõſule Africæ vnguẽto pun/
ctus:odoris nouitate fluctuãs:& fere ſemianimis ꝑ aliquot deinde mẽſes latuit. Aliũ quoq;
Delphinũ i Ialiſo vrbe viſũ memorãt:q amore pueri capt9:dũ abeũ ẽ in littus auide ſeqtur
in harenã inuectus expirauit. Puerũ hũc Alexãder magnus Babyloni Neptuni ſacerdotio
præfecit:amorẽ illũ numinis ꝓpitii fuiſſe interptatus. In eadẽ vrbe Ialiſo aliũ quoq; puerũ
a Delphino lõgo tpe amatũ ferũt:Hermiam noie:quem qum aliquot millibus paſſuũ intra
mare vexiſſet: repentinæ procellæ fluctibus fuiſſe exanimatum: Eum tamen vſque in littus

Delphinum reduxiſſe: & veluti cauſam læti fatentem nō reuerſum amplius in maria: ſed in
ſicco expiraſſe: Hoc idem & Naupacti accidiſſe ſcribit Theophraſtus. Eſt in prouītia Nar — Theophra
Laterna — bonēſi et nemuſiēſi agro ſtagnū: qđ Laterna appellatur: vbi cū hoīe delphini ſocietatē piſcā — ſtus
tur: & capi ſe permittunt cum cæteris piſcibus: nihil de futura liberatione dubitantes. Pera
cta captura in partem prædæ vocātur: qum etiam nō piſcibus tm̄: ſed intrita panis: ac vino
ſatiantur. Ipſis quoqꝫ inter ſe publica ſocietas eſt. Capto quondam a rege Cariæ: alligatoqꝫ
in portu Delphino: ingēs reliquorum multitudo cōuenit: veluti quadam animi mæſtitia mi
ſerationem petens: donec dimitti vinctum rex iuſſit. Iam vero & paruos ſemper aliquis grā
dior comitatur: ut cuſtos. Viſiqꝫ etiam aliquando defūctum portare: ne laceraretur a beluis
Sicilia — De prælio eorum cū Crocodillis ſuperius diſſeruimus. Sicilia ſane inſula Italiæ eſt olim cō-
Rhegium — tinēs: & agro Brutio adnexa: mox interfuſo mari ſiculo auulſa: ob hoc græci Rhegio no-
men dedere: ut ſupra oſtendimus: quaſi auulſo: hinc etiam Sicilia ipſa quaſi Sicilita: hoc eſt
exeƈta vocitata eſt: & non a Sicelo duce: ut quidam putāt: nūcupata. Virgilius. Hæc loca vi — Virgilius
quondam & vaſta cōuulſa ruina: tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas. Diſſiluiſſe
ferunt: qum protinus vtraqꝫ tellus Vna foret. A græcis Sicania dicta eſt: nam Siciliæ nomē
Sicania Sicoris — a nobis ſumpſerūt. Sicanios putant Hiſpaniæ populos fuiſſe a Sicore flumine appellatos:
de quo Lucanus: Heſperios inter Sicaris nō vltimus amnis. Hi in Italiam quondam appul — Lucanus
ſi eam expulſis aboriginibus tenuere: ſed mox ipſi quoqꝫ ab eiſdem expulſi: inſulā Italiæ vi-
Triquetra — cinam occupauerūt: & a ſuo nomine Sicaniam nūcupauerunt. Ab aliis Triqueta vocatur:
quod trianguli figuram habeat huiuſmdi ▲. Triquetram enim figuram veteres Trangula-
Trinacria — rem vocabant. Dicitur etiam Trinacria: qđ tria acra: hoc eſt tria cacumina habeat. Tribus
Pachynus — enim promontoriis in diuerſa procurrit Pachynum vocat: ꝙ græciam ſpectat: & a craſſi-
Lilybæum — tudine aeris nomē habet impoſitū: Græci enim παχυ Pingue appellāt. Lilybæum quod
Pelorus — in Africam. Lybyem: aqua Lylybæū. Pelorus quod in Italiam vergēs Scyllæ aduerſum eſt.
Cauſa nominis Pelorus gubernator illic ab Annibale conditus: quem profugus ex Africa
& per ea loca Syriam petens: quia procul intuenti videretur cōtinua eſſe littora: & non per
uium pelagus: proditum ſe arbitratus occiderat. Fretum Siculum anguſtum: atqꝫ anceps al
terno curſu modo in thuſcum: modo in ionium pelagus influit. atrox: vorticoſum: & Scyl
Scylla — læ: ac Charybdis ſæuitia inclitum Scylla ſaxum eſt: ut diximus: Charybdis mare periculoſū
Charybdis — nautis: quod contrarius fluctuum curſus colluſionem facit: & rapta quæqꝫ abſorbet: & reii
cit. Ouidius. Et vomit epotas ſæua carybdis aq̄s. Seneca. Quod rapax hauſit: reuomit cha — Ouidius
Hercules charyb — rybdis. Fuit aūt Charybdis vetula quædam voraciſſima: quæ ꝙ boues Herculis furata fue- — Seneca
dim vetulā in ma — rat: ab eo in id mare proiecta fuit: quod eſt alterum Herculis facinus: deditqꝫ huic loco no-
re proiecit — men: & veteres nūc quoqꝫ exercet rapinas. Fuit & altera Scylla Niſi Megarenſium regis fi-
lia: cuius patriam qum Minos obſideret: & ſtatutum fato eſſet: vrbem capi non poſſe: quo-
uſqꝫ Niſus purpuream: quam habebat: comam conſeruaret: Scylla Minois amore capta: ca
pillum patri abſcidit: patremque: & patriam hoſtibus prodidit: Sed a Minoe tandem ſpre
ta: ac pro nihilo habita lamentabili quæſtu: & multis lachrymis exinanita defecit: & in a-
uem ſui nominis mutata eſt. Ouidius. Filia purpureos Niſi furata capillos: Puppe cadens — Ouidius
Scylla — nauis facta refertur auis. Scylla etiam piſcis genus eſt: quo maxime abundat Lyris amnis
Lyris — Campaniæ Minturnenſium vrbem interfluens. Martialis. Ceruleus nos lyris amat: quem — Martialis
ſilua Maricæ Protegit: hinc Scyllæ maxima turba ſumus. Ab hac Scylla loca ipſa: in qui-
Scylleta — bus hi piſces capiuntur: Scylleta dicuntur. Cicero. Hac lege tribunitia decemuiri vendent — Cicero
agrum campanum. Accedet ei mons Gaurus: Accedēt Scylleta ad minturnas. A ſcylla ve-
Scylacæum — ro monſtro Scylacæum deducitur Athenienſium Colonia in vltimo Italiæ. Ab Atheni-
Scyletum — enſibus: dum conderent: Scyletium dictum: a quo ſinus Scylaceus: qui ad hipponiatem ſi-
num Iſthmum facit: quem Dionyſius maior munire mœnibus cogitauit. Virgilius. Cau- — Virgilius
Siculus — loniſque arces: & nauifragum Scylaceum. A Sicilia fit Siculus pauciorum ſyllabarum:
Sicilis — ꝗ primitiuum quod raro in vſu venit: ut ab Hiſpania Hiſpanus: A Lauinia Lauinus. Item — Idem
Sicilienſis — Sicilis. Virgilius: Sicilides muſæ paulo maiora canamus. Item Sicilienſis: Hoc autem
differt Sicilienſis a Siculo: quod Sicilienſes dicuntur: qui alibi orti in Sicilia verſantur. Si-
Corinthienſes — culi vero qui e Sicilia ſunt: ſicuti Corinthienſes ex eo dici cœperunt: ex quo Coloni Co-
Romanēſes — rinthum ſunt deducti: qum antea Corinthii dicerentur: Sic Romanenſes: & Hiſpanien-
ſes negociatores dicimus: qui in alienis ciuitatibus negociantur. Martialis. Ne Romam — Martialis
Hiſpanienſes — ſi ita decreueris Hiſpanienſem librum mittamus: ſed Hiſpanum: Sed iam ad Meduſam: &
reliquas Gorgones veniamus: Hæ Dorcades inſulas in Oceano Aethiopico ſitas habi-
taſſe dicuntur: contra Heſperidum hortos: vno tantum oculo: quo viciſſim: pro ut
cuique neceſſe erat: vtebantur: Alioquin corporum forma: & crinibus aureis inſignes:
quapropter & ab Agilitate nomen habēt: Quippe Græci γοργὸν Agilem dicunt.

Agrorum præterea vbertate diuites erant: & tam omni ex parte ſimiles: ut vna diſcerni
Ouidius | ab altera nō poſſet. Nihil vni accidere poterat: qđ nō eſſet oībus commune. Ouidius. Fini
bus extremis libyes: vbi feruida tellus Accipit Oceanū demiſſo ſole calētem Squallebant la
te phorcynidos arua Meduſæ. Idem duas tm̄ ſorores fuiſſe cōmemorat: Cuius in introitu
geminas habitaſſe ſorores Phorcidas vnius ſortitas luminis vſu;. Sed de Meduſa priuatim
tradunt: qđ dū ſola circa littus vagaretur Neptunus pulchritudine eius captus cōplecti eā
voluit. Sed qum illa hoc animaduertēs fugere cœpiſſet: ſecutus ē Neptunus vſq; ad tēplum
Mineruæ: ibiq; violato delubro cum ea cōcubuit: Quam iniuriam: qum graui: & iniquo
animo Minerua tuliſſet: Meduſæ crines quibus maxime Neptuno placuerat: mutauit ī an/
gues: deditq;: ut oēs eam aſpiciētes in lapides verterētur: qđ ob eximiam eius pulchritudinē
fictum eſſe nōnulli exiſtimant: Hanc poſtea Perſeus Iouis: & Danaes filius: Mercurii tala/
ribus: & falcato enſe acceptis: item Scuto Palladis: ut ære repercuſſo effigiem eius videre ī/
pune poſſet: ex improuiſo cū ipſa: angueſq; ſopiti eſſent ad ortus: vno validiſſimo ictu pere
mit: cuius cruore mox natus Pegaſus alatus equus perhibetur: qui inde ad Heliconem Boe | Helico
tiæ montem euolās: & pede ſaxum feriēs πηγήν: hoc ē fontē aperuit: a quo Pegaſus ē no/ | Pegaſus
minatus: & ab eo fōs ipſe Hippocrene: ſiue Pegaſeus: ſiue Caballinus dictus. Aratus & ple | Hippocrene
riq; alii hūc equum Neptuni: & Meduſæ filium dixerūt: Fons ipſe muſis ē dicatus. Pegaſus | Caballinus
in cælum euolauit: ibiq; inter ſydera cōſtitutus eſt: arcticum circulum ſpectans: pedibus æſti
uo orbi adnixus: extremo ore caput Delphini tangēs: & Aquarii manū dextra; ceruici ſuæ
Ouidius | adiūgēs. A gorgone Gorgoneus deducit. Ouidius. Gorgoneas tetigiſſe domos. Itē Gorgo
nia: de qua ſupra diximus. Gorgoneum caput extincta Meduſa Pallas ī clypeo ſemper ge/
Idem | ſtauit: ut formidabilior hoſtibus videretur. Idem. Gorgoneū crinem turpes mutauit in hy/
dros: Nūc quoq; ut attonitos formidine terreat hoſtes: Pectore in aduerſo: quos fecit: ſuſti
net angues. A pegaſo Pegaſeus deriuatur. Item Pegaſa Theſſaliæ oppidum: qđ poſtea De/ | Pegaſa
metrias dictum eſt: propter quod nauis longa argonautorum Pegaſea nuncupatur: ꝙ Ia/
ſon qui eam ædificauit: & princeps nauigatiōis extitit: fuit filius Aeſonis fratris Peliæ re/
Ouidius | gis Theſſaliæ. Ouidius. Iamq; fretum Minyæ Pegaſea puppe ſecabant. Hinc etiam Pegaſi | Pegaſicus
cus ſinus in Theſſalia eſt appellatus. Iaſonē ſane conſtat primum nauem longā ædificaſſe:
Idem | quam & Priſtin appellant. Idem. Primæq; ratis molitor Iaſon: etenim nauigium primum
in græciam ex ægypto Danaus aduexit: qum antea ratibus nauigaretur: hoc ē connexis in/
Virgilius | uicem trabibus: Vnde poetæ plerūq; rates pro nauibus vſurpant. Virgilius: Diſiecit quæ ra
tes. Hinc Rantum veteres quadrantem dixere: ꝙ in eo: & triente ratis fuerit efficiens: quē/ | Rantum
admodum nauis in aſſe. Inuētæ autē rates produntur in mari rubro inter inſulas ab Erythra
rege. Sūt tamen qui velint naues Myſos: & Troianos priores excogitaſſe in Helleſponto:
cum aduerſus Thracas trāſirent. Alii in Britānico Oceano primo inuectas putant corio cir
cunſutas in Nilo ex papyro: & Scyrpo: & arundine fiūt. Biremē Erythræi inuenerūt. Tri/
Tucydides | remem: ut Thucydides affirmat: Amocles Corinthius: Quadriremem: ut Ariſtoteles ſentit
Ariſtoteles | Chartaginēſes. Quinqremē Neſichthon Salaminius. Sex ordinū Zenagoras Syracuſa/
nus. Ab ea ad Decirēmem Neſigiton. Ad duodecim ordines Alexandrum magnū inſtituiſ
ſe commemorant. Ad quindecim Ptholemæum Soterem. Ad triginta Demetrium Antigo
ni. Ptolemæum Philadelphum ad quadraginta. Ptolemæum Philopatorem: qui triphon
cognominatus eſt. Ad quinquaginta lōgitudine: ut Plutarchus refert: ducentorum octoge
num cubitum: latitudine quadragenum & octonum: in qua remiges fuerūt vſq; ad quattu/
ordecim milia: nautæ quadringenti: amatorū tria milia: ſed hæc nauis: ut magnæ molis oſtē
tationi potius ꝙ vſui fuit. Onerariam Hippius Tyrius inuenit: quæ a geſtandis oneribus di
cta eſt: & ob id tarda: quemadmodum actuaria nauicula celeritate præſtans eſt: ita appel/ | Oneraria nauis
Saluſtius | lata: quod facile agi poſſit. Saluſtius. His actuariæ naues circiter triginta decē onerariæ erāt
Plautus | Onerariam nauem etiam Corbitam nomināt. Plautus. Tardiores ꝙ corbitæ ſunt: & ī trā/
Lucilli | quillo mari. Lucillius. Poliphemo nauis brachium ꝙ malus nauis in corbita maximus vlla
Corbitas aūt dictas tradūt: ꝙ in malo earum ſūmo: pro ſigno Corbes ſolerēt ſuſpendi: Lē | Corbita
Plautus | bum Cyrenēſes. Eſt aūt Lembus breuis nauicula piſcatoria. Plautus. Dū hæc agūtur lembo | Lembus
Virgilius | aduehitur tuus pater pauxillulo. Virgilius. Non aliter ꝙ qui aduerſo vix flumine lembum
Saluſtius | Remigio ſubigit. Hic & Lenūculus dicitur. Saluſtius. Primo indicit per noctem lenuncu/
Lucillius | lo piſcandu;. Stlembus vero pro graui: & tardo a veteribus vſurpabatur. Lucillius. Atque | Stlembus
Plautus | equum pedibus ſtlēbum. Item Horia. Plautus. Mea opera laboratur: & rete: & horia: Eius | Horia
diminutiuum Horiola. Cymbam phœnices: ipſa quoq; parua nauicula ē: in medio latior. | Cymba
Cicero | Cicero. Cymbarū ante pedes multitudo ꝑ ſe quiſq;: qđ cœperat: afferebat. Hinc Cymbā
Afranius | piſcatoriam dicimus. Afranius. Tum cōſcēdo Cymbā piſcatoriā: venio. Iacit ancora: inhi
bēt leuit. Ab huius ſimilitudine Cymbium deriuat poculi genus procerum: ac nauibus ſimile. | Cymbium

Cymbium Virgilius.Cymbiaq; argēto pfecta:atq; aſpa ſignis.Quidā tñ Cymbiū dictum exiſtimant: Virgilius
Ciſſimbium quaſi Ciſſimbium: voluntq; ligneum poculum eſſe ex hedera:quam græci κίσσων appellāt
Celox Celocem Rhodii:id quoq; breue nauigiū eſt a celeritate appellatū.Varro. Nautæ remiua- Varro
Colotis gam mouent celocē.Plautus.Vnde ſumam? quem interuortam? quo hanc celocem cōferā? Plautus
Oxya Hanc & Celotim vocāt:& Oxyā.Cyrcerū Cyprii.Nauis hæc ē Aſiana prægrandis.Plau- Plautus
Circerus tus.Qum percontor portitores:& quæ nauis venerit ex Aſia:negant veniſſe. Conſpicatus
ſinu interim Circerum: quo maiorem non cenſeo. Myoparonem Tyrrheni: genus naui-
culæ eſt piraticæ.Cicero.Nā qum quæreretur ex eo:quo ſcelere impulſus mare haberet infe- Cicero
Mioparo ſtum vno Myoparone eodē inquit:quo tu orbem terræ. Saluſtius. Et forte in nauigādo co Saluſtius
hors ima grandi phaſelo vecta a cæteris deerrauit:mariq; placido a duobus prædonū Myo
Paro paronibus circumuenta.Paro quoq; genus nauigii ē.A quo Myoparo. Varro.Iamq; duo Varro
Phaſelus parones habebāt inſtructos.Phaſelū Campani velox nauigium:atq; oblongum:quale ſta-
Lintres gnāte Nilo in ægypto vſurpant. Horatius. Fragilemq; mecum ſoluat phaſelum. Lintres: Horatius
Germani circa Danubiū habitātes.Sunt aūt nauiculæ e cauatis arboribus factæ.Virgilius. Virgilius
Scapha Cauat arbore lintres.Scaphas: Illyrii nauiculæ ſūt: q̄ maiores naues cōſequūtur. Saluſtius. Saluſtius
Magna induſtria perqrebāt eum per tot ſcaphas:quas ad oſtia per cōctatum miſerant. Ab
Scaphium huius ſimilitudine Scaphia dicūtur vaſa:quæ ſordium: & purgandi ventris cauſa fiūt. Vl- Vlpianus
pianus.Scaphia habita vētris cauſa nō puto argēto legato cōtineri.Iuuenalis.Et ride poſi- Iuuenalis
Scapha piſcato- tis ſcaphium cum ſumit' armis.Hinc etiam paruæ ad piſcādū nauiculæ piſcatorie Scaphæ
ria dicūtur.Eſt aūt hoc nomen a græcis ſumptum:apud quos σκαφη alueus dicit'.Itē Conca-
uitas foſſura:nā & σκαπτειν fodere ē.σκαφας foſſor. Vnde Scapus appellatus Siliq:
in qua ſemina cōtinētur:ut fabæ:papaueris:& ſimilium.Hinc etiā Scabo deducit':qd' ſigni
ficat conforo & quaſi vnguibus fodio. A quo Scabies:quæ & Pſora dicit': Vnde Scabio-
Scaber ſus:& Scaber:aſper: q: ſcabies aſperitatem in cute faciat. Virgilius. Exeſa inueniet ſcabra Virgilius
Scabrities rubigine pila.Hinc Scabrities:aſperitas.& Scabræ:aſpere.& Squammæ:qbus coriū piſciū
Scabre & quarundā ſerpētium tegitur.Vnde Deſquamo:& Exquamo verba:hoc ē ſquammas de
Squammæ traho. Vnde Exquamma:& Deſquāmati piſces dicuntur: quibus ſquammæ ſunt detractæ.
Deſquamo Ab harū ſimilitudine loricarum quoq; catenulæ ſquammæ dicūtur. Virgilius.Quem pellis Virgilius
Exquamo aenis in plumam ſquāmis auro cōſerta tegebat.Idem.Iamq; adeo rutilum thoraca indutus Idem
Exquammati aenis horrebat ſquammis.A ſquamma Squāmoſus deducitur:ſquāmis plenus.& Squalleo
Deſquammati qd' proprie ſignificat plenus ſum.Idem.Per tunicam Squallētem auro latus haurit apertū. Idem
Squammoſus Quicquid enim nimis inculcatum:obſitumq; aliqua re erat:ita ut incuteret viſentibus horro-
Squalleo rem a crebritate:atq; aſperitate ſquāmarum.Squallere veteres dicebant:Hinc poſtea tractū
Squallor ut corpora inculta:& veluti ſquammoſa alta cōgerie ſordium ſquallere dicant'. Vñ Squal
Squallidus lor:ingnauio:ſordes.Squallidus:ſordidus.Veteres Squaldā etiā pro Squallida dixere.En- Ennius
Squalda nius.Elauere lachrymis veſtē ſquallam:& ſordidam. Squarroſi etiā a ſquammarū ſimilitu
Squarroſi dine dicti ſunt:quoq; cutis ad aſſiduam illuuiem exurgit.A ſcapto etiā Scaptenſula vocatur
Scaptenſula locus in Macedonia:in quo fodi argentum ſolebat.Lucretius. Quales expiret ſcaptenſula Lucretius
Scaptia ſupter odores.Item Scaptia:vrbs.A qua Scaptia:tribus vocitata eſt.Sūt qui a ſcapto Scal-
Scalpo po quoq; deductū exiſtimēt: qd' ſili modo ſignificat fodio. Scalpūt gallinæ pedibus:hoīes
Scalpurio vnguibus.A ſcalpo fit Scalpurio:eiuſdē ſignificationis.Plautus.Vbi erat hæc defoſſa: occe
Scalprum pit ſcalpurire vnguibus:& Scalprum notū inſtrumētum:cuius diminutiuū eſt Scalpellum:
Auriſcalpium & Auriſcalpium:inſtrumentum ad ſcalpuriendas aures.& Sculpo quod græci dicūt γλύ
Stlata φω:A quo Sculptor.Sculptrix.& Sculptile:quod ſculptū eſt.Itē Inſculpo: & Exculpo cō
Stlatum poſita.Stlatā ſardi:genus nauis latum magis q̄ altum:vnde a latitudine nomen habet.Ve-
Stlitibus teres enim dictionibus ab l incipientibus præponere ſt litteras ſolebant: ſic Stlatum: la-
Stlatarius tum:Stlitibus iudicandis pro litibus iudicandis dicebant.A Stlata Stlatarius deducitur:ſi-
Schaphiarius cut a ſcapha Scaphiarius. A claſſe Claſſiarius. Aliquando Stlatarium dicitur: quod mari
Claſſiarius portatum eſt:quaſi Stlata aduectum.Codicarias naues latium:hæ & Caudicariæ dicuntur
Codicaria nauis q: e caudicibus: hoc eſt lignis groſſioribus factæ ſint. Varro. Quod antiqui pluris tabu- Varro
Caudicaria na- las coniunctas Codices dicebant: Etiam in Tyberi naues Codicarias appellamus. Salu- Saluſtius
uis Proſumiæ ſtius.Et quanq; ibi naues codicariæ per hyemem occultæ fabricatæ aderāt.Proſumias bru-
Pontones tii:id quoq; genus nauigii eſt leuis ſpeculatorii.Plautus.De nocte ad portum prouectus ſuꝫ
Catte Nuctuciæ proſumia.Cecilius.Qui pro gubernatore ſe gerens prope vertit proſumiam: hæ & Geſeo Cecilius
Mediæ retæ a nonnullis vocantur.Pontones ii: qui circa Circeios & Pontinam paludem habita-
Marplacidæ bant.Naues ſunt quibus in traiiciendis amnibus vtuntur. Apuleius. Et ſi vado non pote- Apuleius
Gauli Remiculi runt pontonibus tranſibunt:Cattas:Nuctucias:Medias Medi.Marplacidas Siculi.Gau-
Ratariæ Ciclarꝰ los genus nauigii parui & rotundi: Remeculos Lēnii: Ratarias: q̄ a ratiū ſimilitudine ap-
Cataſcopus pellatæ ſunt:Tarentini.Ciclarum:& Cataſcopium: qui Diomedis quōdā inſulā coluerūt.

Syderũ obſeruationẽ in nauigãdo phœnices: Remũ Copæ hoc ẽ inſtrm̃: quo naues agunt̃
& quaſi nauis pes. A quo Remiges dicũtur: qui remos agũt. & Remigo: remos ago. & Re
migiũ ipſa agitatio remoꝝ: et ut ita dicam Remigatio: qđ aliquando per metaphoram de
auibus dicit̃. Virgilius. Remigio alarum: Et ab eo cõpoſitum Eremigo: qđ ſignificat ena
uigo: emetior. Plynius. Circa caſpium quoq; multa Oceani littora explorata: paruoq; bre
uius ꝙ totus hinc: aut illinc Septẽtrio eremigatus. & Remulco: qđ proprie ẽ remigando e
Scapha grãdiorẽ nauim traho: qđ aliquãdo nõ neceſſitatis grã fit: ſed ut nauis quietius aga
tur. Hinc Remulcare quoq; aliqñ dicimus molli: ac leui tractu ad progreſſum mulcere. Si
ſenna. Si quæ celerit̃ ſolui poterat: in altũ remulcãdo trahitur. Item in eadem ſignificatione
Remulco: & Promulco agi nauis dicit̃: vnde quidã vtrũq; a remulcendo: ac promulcẽdo
exiſtimãt deductum. Remi latitudinẽ platẽ: nã principio tereti remo vtebant̃. & Remillũ
a remi ſimilitudine Repãdum dicimus. Remus etiã lorum ſignificat: qđ cõtinet tubã. Sunt
etiam q Remo remis deriuatũ a Remo exiſtimãt. Remere enĩ repetere ẽ. Ennius. Riuos cã
poſq; remant. Alii Remere putant dictũ quaſi remeare: vela Icarus. Malum: hoc ẽ arborẽ
nauis. & Antennã: hoc eſt lignum per tranſuerſum in malo poſitum: in quo velũ alligat̃: a
circumtenuendo ſic noĩatam. Dædalus. Hippagium hoc ẽ vectionẽ equoꝝ: a quo & naues
ipſæ: quibus equi vehunt̃: Hippagines dictæ. Secũdũ aliquos Salamĩnii. ſm alios Atheniẽ
ſes. Tectas lõgas Taſii: Antea ex prora tm̃: & puppi pugnabat̃. Roſtra addidit Piſeus: hoc
eſt partem illã exporrectã e prora atq; acutã ad ſimilitudinẽ roſtri auium: a quo naues ipſæ
roſtratæ dicunt̃. Dicit̃ tamẽ Roſtrũ non modo de auibus: ſed de reliqs quoq; animalibus
& ipſo homine. Plynius. Et mugilis roſtrũ. Plautus. Adusq; roſtrũ hominis. A roſtris auiũ
quas Romani deuicta: ac profligata Antiatum claſſe ceperunt. Roſtra dictũ eſt tẽplum añ
curiam: ꝙ ibi roſtra ab hoſtibus capta fixa eſſent: ut ſuperius oſtẽdimus. Anchorã Thuſci:
quod vocabulũ a græco deriuatur αγκυρη. Sed apud nos veteri conſuetudine aſpirat̃. Ab
hoc Ancorarii dicunt̃ nautæ: q demittẽdi: ac leuãdi ancoram: curam hñt: & Funes ancora
rii: qbus ancoræ demittunt̃: ac leuãtur. Hircius. Storias aũt ex funibus ancorariis tres fece
runt. Eupalmius. Eandẽ bidentẽ fecit: alii poſtmodũ: & tertiũ dentem addidere. Harpago
nes Anacharſis inuenit: telũ eſt in ſũmitate ad vncũ: quo nauigia capiunt̃ ἀπὸ τοῦ ἁρπα
ζειν: quod eſt rapere. Vnde Harpyia: & Harpaſtũ: de qbus alibi diximus. & Harpago ver
bum: quo veteres vſi fuere pro Rapio. Plautus. Hei miſero mihi: aurum mihi intus harpa
gatũ eſt. & Harpe: enſis falcatus: quo vſum fuiſſe Perſeũ poetæ prodiderũt. Lucanus. Har
pen alterius mõſtri iam cæde rubentẽ. & Harpalus: nomẽ proprium viri. & Harpalice: ꝓ
prium mulieris. Sic enim dicta ẽ filia Harpali regis Thracum Amazonũ regina: quæ patrẽ
a Getis captũ liberauit. & Harpaſa: oppidum Aſiæ. Manum Pericles Athenienſis: aliud ẽ
genus teli: quo naues harpagonibus raptæ tenẽtur: a manus humanæ ſimilitudinẽ appella
ta. Adminicula gubernãdi Typhis. Claſſe primus omniũ Minos depugnauit. Claſſis: mul
titudo nauium eſt: quemadmodum ſupra oſtẽdimus. Hercules: ut Homerus ſcribit: in bel
lo: quod aduerſus Pylon Neſtoris patriam geſſit. Plutonem: qui Neſtori & fratribus ſup
petias tulerat: vulnerauit. Seneca. Hic qui rex populis pluribus imperat: Bello qum peteret
Neſtoriam pylon: tecum cõſeruit peſtiferas manus: Telum tergemina cuſpice perferẽs. Ef
fugit tenui cuſpide ſaucius: Et mortis dominus pertimuit mori. Scribit præterea Homerus
Paeonem medicinæ artis peritiſſimum: Plutonem ab Hercule vulneratum liberaſſe. Hic
herbam iuenit: quæ ab eius nomine dicta eſt Paeonia: Alii Pontorobon nominant a qnq;
granis: quæ fere Eruĩ magnitudine. ὄρβον enim græci Eruum dicũt: Alii Glicyſiden a dul
cedine: naſcitur opacis montibus: caule inter folia digitorum quattuor ferentem in cacumi
ne veluti græcas nuces quattuor: aut quinq;: Medetur faunorum inquiete ludibriis. Paeo
nia etiam regio eſt: poſtea eſt regis nomine dicta Emathia: pars Macedoniæ: a qua Paeo
nes populi. Poniturq; aliquando Paeonia pro Macedonia: ſicut Emathia: cuius littoralis
regio iuxta Sithoniam: & Themopontum Pallene vocatur: in qua vrbes fuerunt Aphytia
Potidea: Neapolis: Aega: Therambum: Sciona: Meda: & Sana: hanc patriam Protei
Oceani filii: ſummi vatis: qui Aegyptiis poſtea imperauit fuiſſe teſtatur Virgilius: Hic nũc
Emathiæ portus: patriamq; reuiſit pallenem. Fuit etiam Pallene oppidum Achaiæ. Plu
to Saturni filius fuit ex Opi coniuge: quemadmodum ſupra diximus: & frater Iouis: atq;
Neptuni: qui qum ad regni diuiſionem veniſſent: Plutoni: qui natu minor erat: & Ageſi
laus vocabatur: pars occidentis obtigit ſecus inferum mare. Ioui qui primus erat: plaga ori
entis: Neptuno inſulæ. Hinc datus fabulæ locus: ut Ioui imperium cæli Neptuno maris:
Plutoni inferorum obtigerit. Statius. Dux herebi populo poſcebat crimina vitæ: Nil ho
minum miſerãs: iratuſq; oĩbus vmbris. Sũt furiæ circum: variæq; ex ordine mortis: Sæuaq;
multiſonas exercet pena catenas. Hũc fingebãt currũ hr̃e triũ rotaꝝ: quẽ tres eq ducebãt: &

Virgilius
Plynius
Ennius
Plynius
Plautus
Plautus
Lucanus
Homerus
Seneca
Homerus
Virgilius
Statius

Remus
Remex
Remigo
Remigium
Eremigo
Remulco
Promulco
Remi latitudo
Remillum
Remus Remo
Malum
Antenna
Hippagium
Hippago
Roſtra
Roſtratæ naues
Roſtra
Anchora
Ancorarii
Funes ancorarii
Harpagones
Harpago
Harpe
Harpalus
Harpalice
Harpaſa Manꝰ
Claſſis
Paeonia
Emathia
Pallene
Pluto
Ageſilaus

canem tricipitē noīe Cerberū: ſtupēdæ īmanitatis: et colubris iubas labentibus horrēdum.
Seneca. Hic ſæuus vmbras territat ſtygius canis Qui terna vaſto capita cōcutiens ſono: Re- Seneca
gnū tuet̃ ſordido tabo caput: Lābūt colubræ: viperis horrēt iubæ: Lōguſq; torta ſib lat cau
da draco. Par ira formæ ſenſit ut motus pedū: Attollit hirtas angue vibrāte comas. Dictus ē
Cerberus aūt Cerberus q̄ſi creoborus: hoc ē carnē vorās: quippe græci κρεας carnē: βορον edacē;
dicūt. Dirū præterea aſpectu ēē Plutonem: & oībus formidabilē: ac Iouis tm̄ vultū hr̄e: ſed
fulminātis: Domū ei eſſe in receſſu Tartari obſcurā: & liuentibus ſemp vmbris: ac dira cali-
Cocytus gine opacā: Fœdam præterea paludē nomine Cocytū: vbi ſp luctiferi bubonis gemitus: &
aliarū dirarū auiū turpiſſimus vlulatus auditur. Seneca. Palus inertis fœda cocyti iacet. Hic Seneca
Cocyx vultur: hic luctifer bubo gemit: ꝓpter qđ a Cocyce aue: quā vulgo Cuculū vocāt: quidā Co-
Cuculus cytū appellatū volunt: cuius vox quoq; Cocytus dicit̃: ex accipitrū genere ē: modico tēpo-
re æſtatis viſa: poſtea nō cernit̃: propt̄ qđ ſunt q eam putent figurā mutare. Sola accipitrū
vngues habet nequaq̄ ad vncos: nec capite iis ſimilis ē: ſed tm̄ colore. Rictum potius colū-
bi habet. Quin etiā abſumitur ab accipitre: ſola oīum auis a ſuo genere interempta: qum ali
oquin nulla ſit tam rabioſa belua. cui nō imago ſua ſancta ſit. Procedit vere: occultatur ca-
Curuca niculæ ortu: ſemperq; parit in alienis nidis maxime auis: quæ Curuca vocat̃: maiori ex pte
ſingula oua: quod nulli alteri aui accidit: raro bina: Cauſa ſubiiciēdi pullos exiſtimat̃: quia
ſe ſcit cūctis auibus inuiſam eē: nā paruæ quoq; auiculæ eam infeſtāt. Itaq; nō fore tutā gene
ri ſuo ſtirpē opinat̃: niſi fefellerit: icci rco nullum facit nidum. Educat ergo ſubditum fœta
tanq̄ ſuū. Ille natura auidus præripit reliqs pullis cibos: propter quod magis pingueſcēs ni
tore in ſe nutricē cōuertit. Gaudet illa eius ſpetie: & ſeſe q̄ talē pepererit: admirat̃: ſuos cō-
paratione illius veluti alienos dānat. Abſumiq; etiam ſe inſpectāte patit̃: donec ipſā quoq;
iam volādi potēs corripit. Nulla hoc tēpore auis ſuauitate carnis ei cōparatur. Poſtq̄ p ſe
viuit mutat ſaporē. Sunt etiā q Cocytum ἀπο του κωκυω deductū putant: qđ apud græ
cos Gemo ſignificat propter gemitū animarū. Virgilius. Continuo auditæ voces: vagitus Virgilius
& ingens: Infantūq; animæ flentes in limine primo. Nec procul hinc partē fuſi monſtrant̃
in oēm: Lugētes campi: ſic illos noīe dicūt. A cocyto palude & Pluto ipſe cocytus dicit̃: &
Proſerpina Proſerpina Cereris filia: quā in inſula Sicilia raptā vxorē duxit. Iuuenalis. Talia ſecreta co- Iuuenalis
luerunt orgia teda Cecropiam iuſſi Baptæ laſſare Cocyton. A qua Cocytia ſacra dicta ſūt
Cocytia ſacra Horatius. Inultus ut tu riſeris Cocytia: Vulgata ſacrū liberi cupidinis. Sed quoniā teſtimo Horatius
niū Iuuenalis adduximus: in quo interptes eius multa inepte: ac pueriliť diſſeruerūt: opere-
pretiū eſſe exiſtimauimus eū locum exponere. Dānat hoc loco poeta viros ſui tpis ita mol-
les: laſciuos: atq; effœminato: ut nō pudeat eos & muliebrē veſtem induere: & frōtē orna-
re redimiculꝪ: & colla monilibus cingere: & quo nihil dici fœdius pōt: præter ius faſq; ſacris
Bonæ deæ intereſſe eiectis etiā mulieribus: qbus ſolis ſacrorū locum īgredi dicebat. Erat enī
Bona dea Bona dea: quā veteres Faunā: ſiue Fatuā: ſiue ut aliqui volūt Sentam dixere: Hāc Varro ſcri Varro
pſit tantæ pudicitiæ fuiſſe: ut nemo illā dū uixit præter virū ſuū mas viderit: nec nomen eius
audierit: propť quod illi in operto mulieres ſacrificabāt: & Bonā deam noīabant. Quidam
putāt hanc Proſerpinā eē: & icci rco ei porca rem diuinā fieri: quia ſegetē: quam ceres mor-
talibus tribuit: porca depaſta eſt. Mares ergo inquit Iuuenalis nūc Bonæ deæ ſacrificia per
ſoluūt: ipſi litant: ipſi porcā imolāt: ipſi vina offerūt: mulieres non patiunt̃ intrare: ſed eas
abigunt: & faceſſite hinc exclamāt: Nō eē vobis hic amplius licet: nō tibias: aut choreas ex-
ercere: & ut facto addāt autoritatē talia inquiunt ſacrificia coluerūt mares Athenis: noctu
Orgya exercētes Cocytias cerimonias: hoc ē ſacra Proſerpine. Orgya quippe ſacra ſunt: q diis im-
mortalibus fiūt ἀπο της ὀργης: hoc ē a furore: quia ſacrificātes diuino quodā furore cor
ripi videntur: uel ut qdam putant: ἀπο τοῦ θύειν ὀρεσὶ: qđ in mōtibus ſacra facere diis
Sacra liberi pr̄is ſolebāt veluti locis cælo ꝓpinquioribus: ut in Olympo mōte. Hinc abuſiue ſacra liberi pa-
tris dicta ſunt Orgya: in Thracia primo ab Orpheo inſtituta: hæc principio a ſolis mulie-
ribus: quæ menſtrua paterentur: celebrari ſtatuit: quo eas tam fœdi: ac pernicioſi morbi tē-
pore a viris ſepararet. Poſtea ut ratio pudoris haberetur: cæteris quoq; mulieribus idem in
dulſit. Sed hoc loco Orgya pro ſacris ponit Iuuenalis. Quæ cocyto: hoc eſt Proſerpinæ Iuuenalis
exhibebantur: quam eandem cum Bona dea eſſe diximus. Celebrabantur autem Proſerpi-
næ ſacra Athenis nocturno tempore a ſolis mulieribus: crinibus paſſis: & ad Thedarum lu
mina: nec fas erat alieni viro introire. Horatius. O rebus meis non infideles arbitræ Nox Horatius
& Diana: quæ ſilentium regis Arcana qum fiunt ſacra. Statius. Lex procul ire mares: iterat Statius
Cecropia ꝓcepta verēdus Ductor: in acceſſūq; viris indicit̃ antrū Nec ſatis ē: ſtat fine dato metuēda
Orcus ſacdos: Exploratq; aditus ne qs temerator oberret: et ꝓſerpina ipſa Cecropia dicebat̃. Eu
Ceres ſebius. Proſerpinā Sicani regis filiā fuiſſe: et ab Orco rege moloſſoriū tpe Eleuſii Atheniē Euſebius
ſiū regis raptā ferūt: huius ſacra quotānis athenis celebrāt̃: q̄ Ceres mr̄ eius: dū illā q̄ritaret

Tripto'emo Atticæ regi imperium tradidit. Eleuſio rege patre eius occiſo: artemq; ſeréda/ — Triptolemus
rum frugũ: & currũ ei tradidit. Triptolemus vero oppidũ ædificauit: qđ ex pris noĩe Eleu/ — Eleuſius
ſium: & ſacra Cereri quoq; inſtituit: quæ græci Thoſmophoria appellant: Latini dicũt Ce — Theſmophoria
realia: Theſmophoros quippe Ceres: hoc ẽ legifera dicit: quia ante frumẽtũ inuẽtum hoĩes — Cerealia
Ouidius ſine lege vagabãtur: illo vero inuẽto abiecta feritas fuit: & ex agrorũ diuiſione primo nata — Theſmophoros
ſunt iura. Ouidius. Prima ceres vnco glebã dimouit aratro: Prima dedit fruges: alimentaq;
Horatius mitia terris: Prima dedit leges: cereris ſunt omnia munus. Quod vero pollutis proſerpinæ
ſacris: Viri quoq; ad ea accedere ſoliti ſint teſtat Horatius. Inultus ut tu riſeris Cocytia vul
gata: hoc ẽ tibi quoq; & aliis maribus iam nota. Baptæ hmõi viri dicebãtur: qđ tincti: fuca — Baptæ
tiq; ſacris intereſſent: inſtar mulierũ. βάπτειν eni inficere ẽ: tingere: fucare: & βάπται
tincti dicũtur. Vnde mox poeta addit: ille ſupciliũ madida fuligine tinctũ Obliqua produ/
Horatius cit acu: pingitq; tremẽtes Attollẽs oculos. Laſſare aũt inqt precibus fatigare: ut eſt: Deoſq; — Laſſo
Propertius in vota fatigãt. Horatius. Prece qua fatigẽt virgines ſanctæ minus audiẽtẽ Carmina veſtã.
Propertius. Et defeſſa choris Calliopea meis. Sed ut adꝓpoſitũ reuertamur. Lethen quoq;
flumẽ apud inferos ẽe prodiderũt: cuius latices ſi qs guſtauerit: omniũ præteritarũ rerũ obli — Lethes
uiſcitur. iccirco ἀπὸ τῆς λήθης: hoc eſt ab obliuione nomẽ habet. Datus autem huic fa/
bulæ locus ẽ quia moriẽtes rerũ omniũ obliuio ſubrepit. Cõſtat ſane hũc amnẽ in Africa cir
ca extremũ ſyrtiũ cornu Berenicen vrbem alluere: quã Berenice muniuit Ptolomæo tertio — Berenice
Seneca nupta: & in maiori ſyrte locauit: ſed eũ apud oĩs fama eſt ad ea loca inferna exũdatione ꝑ/
rumpere. Seneca intus imenſo ſinu placido quieta labit Lethes vado: Demitq; curas: ne ue
Lucanus remeãdo amplius pateat facultas: flexibus multis grauen: Inuoluit amnẽ. Lucanus. Quam
iuxta Lethes tacitus prelabit amnis. Infernis: ut fama: trahẽs obliuia venis. Ab hoc fit Le/
Idem thæus. Idem. Non me lethææ cõiunx obliuia ripæ imemorẽ fecere tui. Ite3 Lethargus ἀπὸ
τῆς λήθης: hoc ẽ ab obliuione deriuatur: morbus eſt: quẽ latini Torporẽ appellãt: Pro/ — Lethargus
uenit ex pituita humidiore: frigidioreq; cerebrũ madefaciẽte. Accidit in eo morbo obliuio — Torpor
rerum omniũ. Differt a Veterno: de quo ſupra diximus: quod genus morbi græci κῶμα
appellãt: qñ nec Lethargicũ ſeqtur neceſſario ſõnus: neq; Comaticũ: ſiue Veternoſum obli — Veternũ Coma
uio. Cognatæ alioquin ſunt ægritudines. Quidam etiã hinc Letũ: qum mortẽ ſignificat de — Lethargicus
ductũ putant: qđ moriẽtes: ut diximus: omniũ obliuione capiã ur: Sed falſũ eſt. Nã letum a — Comaticus Letũ
Leo deriuat: quo veteres vſi ſũt: pro Deleo: qñ mors oĩa delet. Ab eo fit Letale: hoc ẽ mor
tiferũ: ut Letale vulnus: Letalis plaga: Letale venenũ. Itẽ Letiferũ: & Letificũ: quibus poe/ — Leo Letale
tæ vtunt. A leo vero fit Deleo: a quo Deletile dicimus nõ ſolũ: qđ delet: ſed etiam qđ delet.
Varro Varro. Si diſplicet tibi tam magnũ: ſumã ſpongiã deletilẽ. Itẽ Delebile: qđ deleri põt: cuius — Deletile
cõtrariũ eſt Indelebile. Eleo quoq; veteres pro Eo: qđ eſt maculo: vſurpauere. Lucillius. Si — Delebile
Idem hic veſtimẽta eleuit luto ab eo riſũ magnũ Ad cachinũ imprudẽs ſubiicit: & eleuiẽ pro pur/ — Indelebile Eleo
gationẽ. Idem. Vt eleuiẽ facere ꝑ ventum velis. Sũt tñ q letũ non a leo deductũ: Sed ꝑ anti/ — Eleuies
phraſin dictũ velint: qſi minime lætũ: Quippe Epitheton mortis triſtis ẽ: qđ eſt leto cõtra
riũ. Lætus aũt a lato deriuat: qa q læti ſunt: hoc ẽ q gaudiũ aſpectu promunt: dilatare quo/ — Lætus
dãmõ faciẽ videt: hoc eni differt Lætor a Gaudeo: q; Lætari extriſecus ẽ: Gaudere itriſecꝰ.
Virgilius Eſt ergo ꝓpriæ lætus: q hilaritatẽ quã itus hẽ: etiã vultu oñdit. Virgilius. Impio læti parẽt. — Lætor Gaudeo
Idem Idẽ. Et lætus eois currus eqs: ſed qa natura ita cõpatũ ẽ: ut q bona corpis habitudine ſũt: ala
criora: q vero debilia triſtia ſũt: iõ fit: ut q̃ pinguia: & fertilia ſũt læta vocemus. Hinc lætas ſe
Virgilius getes dicimus. i. pigues. Virgilius. Quid faciat lætas ſegetes: & lætũ legumẽ: hoc ẽ fertile. Idẽ
Idem Vñ prius lætũ ſiliq qſſante legumẽ. Lætũ etiã aliqñ vocamus: qđ nos lætũ facit: ſicut tutũ lo
cũ: q no tutos reddit: ſic Læta prata: Lætã domũ: Lætã porticũ dicimus. Sic Lætamen ap
pellamus ſimũ: qđ agrũ faciat lætũ: hoc ẽ pinguẽ: & fertilẽ. A læto Lætabũdus deducit: & — Lætamẽ
Lætor: & Læte aduerbiũ: & Lætabũde. Itẽ Læticia: q ita a qbuſdã diffinit. Læticia ẽ exul
tatio aĩ gaudio efferuẽtiore: ꝑpt euẽtũ rerũ expetitarũ. A veteribus etiã Lætitudo dicebat. — Læticia
Actius Actius. Alacrẽ reddidiſti: ac me excitaſti ex luctu i lætitudinẽ. Idẽ. Quãta i venãdo affectus — Lætitudo
Idem eſt lætitudine. Itẽ Læto verbũ: qđ ẽ lætũ facio. Liuius. Iã ne oculos ſpetie lætauiſti optabili
Liuius Actius. Vt te triplici lætari bono. Itẽ Lætiſco: lætꝰ fio. Siſẽna. Vtrũ ne dii cultu erga ſe mor — Læto
Actius taliũ lætiſcãt: an ſupnæ gẽtes humana negligãt. Itẽ Lætifico: lætũ reddo. Plautus. Ita meum — Lætiſco
Siſenna cor hæc anus lætificauit mõ. Gaudiũ vero ita diffinit: Gaudiũ ẽ affectio aĩ: alicuius pñtis — Lætifico
Plautus boni opiniõe cõcepta. A quo fit Gaudeo verbũ. Plautus. Gaudiloquiũ poſuit ꝑ eo: q cum — Gaudium
Idem gaudio loqtur. & Gaudiolũ diminutiuũ: qdã gaudiũ a græco deriuatũ putãt: dictumq; qſi — Gaudeo
gauriũ. Græci enĩ γαῦρον lætũ dicũt. Præterea Acheronta aliũ inferorũ amnẽ cõmemo/ — Gaudiloquus
rant dictũ ab α priuatiua pticula: & χαίρων: qđ ſignificat gaudẽs: quaſi ſine gaudio. Se/ — Gaudiolum
Seneca neca. At hinc tumultu rapit ingenti ferox: & ſaxa fluctu voluit Acheron inuius Remigra/ — Acheron
Seruius ri. Seruiꝰ ſcribit Acherõtẽ locũ ẽe nõ lõge ab aliis vndiq; mõtibus ſeptũ: adeo ut nec oriẽtẽ

nec occidentem ſolem poſſit aſpicere: ſed tm̃ meridiem. Quod aũt ignibus plenũ fingunt:
hæc ratio ẽ: quia omnia vicina huic loca ſcatẽt aquis calidis: ac ſulphuratis: ſine gaudio: qđ
Hydromãtia — Hydromanciam: ſiue Sciomantiam: hoc eſt diuinationem: quæ fit aqua: uel vmbra: ibi maxi
Sciomantia — me exercere ſolebant: quod ſine hominis nece nõ poterat fieri. Quippe Aeneas illic occiſo
Miſeno ſacra impleuit. Vlyxes vero occiſo Elpenore. Virgilius. Quãdo hic inferni ianua — Virgilius
regis dicit̃: & tenebroſa palus Acheronte refuſo. hinc ꝓpinqua cumis palus Acheruſia vo/
Acheruſia ſpecus — citata. Item Acheruſia ſpecus iuxta Euxinum: de quo paulo mox dicemus. Nos Acheronta
Acheron — legimus flumen eſſe in brutiis nõ longe a Cõſentia oppido. A quo Oppidani: acheronthi/
Acherontini — ni ſunt dicti. Ab acheron etiam Acherõtius deriuat̃. Item aliud inferorũ flumen: qđ Phle/
Acherontius — gethon dicit̃: flammis æſtuantibus rapidum: vnde ἀπὸ τοῦ φλέγω: quod eſt ardeo de/
Phlegethon — riuatur. Virgilius. Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon: — Idem
Phlegethonteus — torquetq; ſonãtia ſaxa. Ab hoc fit Phlegethonteus: Poſtremo aliam quoq; apud inferos pa
Styx — ludẽ eſſe: quæ Styx dicitur: poetarum carminibus celebris: hoc nomẽ alii ἀπὸ τοῦ ςύγω
deductum exiſtimant: quod ẽ timeo: odi: quod terrori omnibus ſit: alii ἀπὸ τοῦ ςυγνοῦ
Cocytus — quod mæſtũ: triſtemq; ſignificat: De his aquis multa poetæ finxerunt. Quippe Cocytum
Stygis filium eſſe dixere: ex eo Phlegethonta genitum: huius filium eſſe Lethen. Stygen ve/
ro Acherontis: & Terræ filiam ſm̃ aliquos: ſm̃ Heſiodum Oceani & Tethyos: ex eaq; & — Heſiodus
Zelus — Pallante natos eſſe Zelum: atq; Victoriam. Quoniã vero victoria in bello gigantæo Ioui
Victoria — opem tuliſſet: conceſſum ei a Ioue honoris gratia: ut dii per matrem eius: hoc eſt per Stygi
am paludem iurarẽt: nec tale iuramẽtum fas eſſet violare: Si quis deorum violaſſet: centum
annis a nectare abſtineret: & numinis maieſtate eſſet priuatus. Virgilius. Stygiamq; paludẽ — Virgilius
Dii cuius iurare timent: & fallere numen. Homerus. καὶ τὸ κατειβόμενον ςυγὸς — Homerus
ὕδωρ. ὅστε μέγιςος ὅρκος. δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.
Sed hæc de Styge iccirco ficta ſunt: quia Styx fons eſt ad Nonacrin Arcadiæ e ſaxis proflu
ens: exitioſus animalibus. Eius aqua venenum eſt præſentiſſimũ: epota illico necat: Eſſe pi
ſces paruos in ea tradit Theophraſtus: letales & ipſos. Noxiam putant eſſe nimio frigore — Theophra
utpote quam ꝓfluens ipſa ſtatim lapideſcat. Tradũtq; etiam æs: ac ferrũ ea erodi: & ſola mu — ſtus
læ vngula contineri. Cætera vaſa nullo modo eam vim ferre poſſe: ſed ſtatim frigoris ma/
gnitudine dirumpi. Antipatrũ hoc venenũ conſilio: ut quidam putant. Ariſtotelis: Alexan — Ariſtoteles
dro regi tradũt dediſſe. Eſt & alia palus ĩ Aegypto iuxta Memphim: quã veteres Styga vo/
Stygius — cauere. A ſtyx deducit̃ Stygius. Seneca. Hic ſæuus vmbras territat Stygius canis. Præterea — Seneca
Erebum — Erebum quoq; fluuium eſſe inferorũ dicunt: Ponitur q; interdũ pro obſcuriore parte infer
ni. Virgilius. Imas Erebi deſcẽdit ad vmbras. Idem. Et magnos Erebi tranſnauimus am/ — Virgi. Idẽ
nes. Varro. Erebo natam noctem affirmat quum inquit. Erebo creatam fuſcis crinibus no/ — Varro
Orcus — ctem inuoco: Orcus quoq; amnis apud inferos eſſe memorat̃: Sed ego ut eũdem hunc eſſe
cum Styge exiſtimem: autoritate Homeri adducor: qui fluuiũ eẽ Theſſaliæ oſtẽdit ab infe/ — Homerus
ris manãtem: & in Peneum defluẽtem: quem nec Peneus recipit: ſed olei modo ſupernatã/
tem breui ſpatio portatũ abdicat: nec pœnales aquas: dirisq; genitas: argẽteis ſuis miſceri ꝑ
mittit: Ideo aũt Orci ei nomen impoſuit: quia per hũc dii iurare cõſueuerunt: ſiquidem græ
ci Orcon dicũt: q̃uis aliq ab Orco potius dictum iuſiurãdum velint. Orcũ vero ab vrgẽdo
ꝙ in mortem vrgeat: quaſi græcæ voces a latinis deducãtur: hinc & Pluto ipſe: & inferorũ
Tartarus — ſedes Orcus appellat̃: quæ alio noĩe dicit̃ Tartarus. & in multitudinis numero neutro ge/
Tartara — nere Tartara ἀπὸ τοῦ ταράσσειν: qđ eſt turbare. Ab eo fit Tartareus. Seneca. Vt vin — Seneca
Tartareus — cla tulerit dura Tartareus canis. Veteres etiam Tartarinũ dixerũt horrendum: atq; terribi/
le. Plutoni diuitiæ nomẽ dederũt. Quippe πλοῦτον græci diuitias dicũt: Quapropt̃ &
Dis — a nobis Dis hoc eſt Diues appellatur: Quippe terrenã omnẽ vim: atq; naturam Diti patri
dedicatã putabãt: qđ diuitiæ omnes e terris oriantur: & in terras recidãt. Claudianus. Sem — Claudianꝰ
perq; tenemus: Quæ ſuperi tenuere ſemel. Idẽ. In pontificũ libris: Diſpater: Tellumon: Al/
tor: Runſor: Cocytus noĩabatur: queãdmodũ proſerpina: dicebat̃: Tellus: nutrix: Libera:
Orca: & ut ſupra diximus: Cocytus. Hæc Iouis: & Cæreris filia fuiſſe exiſtimat̃: quæ quum
veneris ignes deſpiceret: aſtu eius a Plutone amata: & rapta eſt: eiq; cõnubio iũcta. hãc quum
diu Ceres quæſiſſet: comptũq; tandẽ hr̃et iudicio Arethuſæ eam apud inferos eſſe: nec ſpes
vlla de reditu ſupeſſet: qđ tria grana mali punici deguſtaſſet: ĩpetrauit a Ioue: ut ſex menſes
cũ viro: alios ſex cũ mr̃e moraret̃. Quod iõ fictũ eſt: quia proſerpinã lunam eẽ cõſtat: quæ
per duodecim ſigna Zodiaci annuo curſu gradit̃: quoꝝ ſex ſupiora: ſex inferiora cẽſent̃.
Verũ hæc qdem: quæ ſupra de inferis memorauimus: nõ ſine ratione ficta eẽ manifeſtum ẽ.
Quippe Obliuionis fluuiũ nihil aliud eẽ conſtat: q̃ errorẽ aĩæ naturæ ſuæ obliuiſcẽtis: &
ſolã in corpe vitã eſſe putãtis. Phlegethontẽ ardorem eſſe irarum: & cupiditatũ. Acheron/
tem qcqd feciſſe nos: dixiſſeue penitet. Cocytũ qcqd hoĩes in luctũ: lachrymaſq; cõpellit.

Stygem quicquid humanos animos in gurgitem mergit curarum. Vultur præterea immor/ tale iecur tundēs nihil aliud intelligit̄: q̄ tormentū conſciæ obnoxia flagitio viſcera intiora rimantis: nemo enī nocēs ſe iudice abſoluitur. Illi uero epulis ante ora poſitis fame excru/ ciantur: quos acquirēdi deſideriū magis: ac magis infeſtat: Illi rotarū radiis diſtricti pendēt: qui nihil conſilio præuidentes: nihil ratione moderantes: nihil virtutibus explicātes: ſed ſeſe omneſq̄ actus ſuos fortunæ permittētes fortuitis caſibus ſemper rotantur. Ingens ſaxū vol/ uūt ii qui inefficacibus: laborioſiſq̄ conatibus terūt vitam. Atra ſilex: lapſuraq̄ ſemp: & ca denti ſimilis illorū capitibus imminēt: qui arduas poteſtates: & infauſtam ſemp Tyrannidē ambiūt: nunq̄ ſine timore victuri. Hercules eiecto atq̄ occiſo orchomenio℞ tyrāno liberta tē vrbi reſtituit. Orchomenus Theſſaliæ mōs eſt Minilus ante dict9: A quo Orchomenū op pidum quondam ditiſſimū: ac potentiſſimū. Conſtat enī Thebanos olim huic ciuitati tribu ta ſoluiſſe. Dixerūt aūt Minyeium Orchomenon a Minyatū natione: qui eo colonos e Mi nyis miſere: Vnde Argonautas Minyas dictos eſſe manifeſtum eſt. Hanc igitur vrbē: qum Erginus per Tyrannidem opp̄ſſiſſet: ab Hercule regno eiectus: & extinctus fuit. Ab Orcho meno Orchomeni9 deducitur. Orchomeniorū quondā rex Eteocles fuit: qui primus gra℞ templū extruxit. Nōnulli ſcripſerūt Orchomenū quondā in Campeſtri regione ſitū fuiſſe: ſed ſtagnantibus poſtea aquis ad Acontiū montē rurſus ædificatū. Ponti accolæ: qui Achæi cognominant̄: Orchomenio℞ colonia ſunt. Nā qum poſt Troiæ captiuitatē Ialmeno du ce in eam regionē acti erroribus fuiſſent: eam deinceps habitarūt. Fuiſſe & ad Caryſton Or chomenū alterā hiſtorici prodiderūt: Hæc & Euboicæ vrbs eſt: & inſula vna ex Cycladibus in Euboico mari: in qua Titani regnaſſe dicuntur. Hercules anguē in Lydia iuxta Sagarim fluuiū hoies plurimos interficientē: & prouintiam omnē deuaſtantē interemit: Propter qd̄ factū a regina Omphale: quæ tū ibi regnabat: multis ornatus muneribus argos eſt remiſſus. a Ioue uero anguē manu tenēs in cælū eſt tranſlatus: & Ophiuchus: hoc eſt Anguitenens eſt dictus: Quāuis alii Ophiuchū eſſe Eſculapiū velint: ut ſupra oſtendimus: Alii Canobonta Getarū: qui tū in Thracia erant: regē: hic enī qum eo tpe rerum potiretur: quo primū ſemina frugū mortalibus tradita fuere: Triptolemū: quē Ceres ipſius in pueritia nutrix curru dona uerat circumeuntē terras ut ſerere agros doceret: et tradita ſibi ſemina inter mortales partire tur: ſuſcepiſſe hoſpitio dicit̄: inſidiaſq̄ ei: ut interficeret: ſtruxiſſe. Et ne fugæ ſe tradere poſſ; dracone: qui currum ducebat: pemiſſe. Verū Cererem conſilio eius cognito ſtatim eo aduo laſſe cōmemorāt: & altero dracone iuncto currū Triptolemo reddidiſſe: Getarū regē mul/ tis malis affeciſſe: atq̄ in eius rei memoriā ſerpētis effigiē in cælū tranſtuliſſe. Sunt etiam qui tradāt Triopā Theſſalorū regē: qum regiā a ſe ædificatā tegere conaret̄ Cereris tēplū a ma/ ioribus ſuis erectū diruiſſe: propter qd̄ indignatā Cererē obieciſſe ei ſterilitatē: & famē: no/ uiſſime etiam draconē: qui totā prouintiam deuaſtaret: Tandēq̄ vita functū in cælū tranſtu liſſe: ita a dracone circumplexū: ut eterna affici pœna videatur. Nōnulli quoq̄ hūc Ophiu/ chū Phorbantē eſſe exiſtimāt Triopæ filiū: qui ſubueniſſe quondā Rhodiis dicit̄. Nā qum inſula eo℞ inaudita ſerpentiū copia occupata foret: ideoq̄ Ophiuſa vocaret̄: eo profectus omnē illam beluarū peſtiferā multitudinē occidit: Quapropter ab Apolline eius inſulæ p̄ſi de ſerpentē manu tenens: īnt ſydera locatus eſt. Rhodus Lyciæ inſula eſt pulcherrima: diſtās ab Alexādria circit̄ qngēta ſeptuaginta octo paſſuū milia. Vocata eſt ante Ophiuſa: Aſteria Edria: Trinacria: Combira: Petoeſſa: & ab Atabiro rege Atabiria. A Rhodo Rhodius: Rhodienſis: & Rhodiacus, deducuntur. Coloſſum habuit inauditæ magnitudinis: de quo ſupra diximus. Hercules Aquilā q Iocinora Promethei exediſſe fertur: ſagitta interemit. Ve teres qum deorum cerimonias ſumma diligentia adminiſtrarent: totas hoſtias adolere in ſa crificiis ſolebant. Quem ſumptum qum ferre pauperes non poſſent: Prometheus qui ob mi ram ingenii excellentiam finxiſſe e terra hominem exiſtimatur: precibus a Ioue dicitur im/ petraſſe. Itaq̄ qum ſeruari ea conſuetudo cœpiſſet: Prometheum tradunt duos aliquando tauros imolaſſe: quorum iecinora: qum in ara adoleuiſſet: reliquam carnem ex vtroq̄ tauro in vnum compoſitam: tergore alterius bouis texiſſe: oſſa uero ſeparatim collecta reliqua pel le occuliſſe: Tum optionem Ioui dediſſe: ut quam vellet partem abſumeret. Iouem uero in/ ſidiarum ignarum: & vtrūq̄ taurum ſua pelle tectum eſſe exiſtimantem: eam forte partem elegiſſe: in qua oſſa ſub tergore latebant: Iratum ergo fraude detecta ignem mortalibus eri/ puiſſe: ne caro in poſterum vſui foret: quando coqui: aut torreri igne non poſſet. At Prome theum pari calliditate vſum abſente aliquando Ioue ad eius cæleſtem regiam perueniſſe: & ſubreptum ignem: ac in ferulam coniectum tanta celeritate in terras detuliſſe: ut volare po/ tius q̄ currere videretur: iactando ſemper ferulam: ne ſpiritus vaporis interclufus in angu/ ſtia lumen extingueret: Hinc conſuetudinem inter mortales inualuiſſe: ut latarum rerū nun tii currendo noua perferant: & in ludis Olympicis Athletæ lampadem iactando curſitent.

Orchomenus
Minilus
Minyates
Minyæ
Erginus
Orchomenius
Ophiuchus
Anguitenēs
Canobon
Triopas
Phorbas
Ophiuſa
Rhodus
Ophiuſa
Aſteria Edria
Trinacria
Combira
Petoeſſa
Atabiria
Prometheus

Verum Iouem: ut dignam mortalibus gratiam referret: mulierem a Vulcano fabricatam
Pandora eis tradidiſſe omni rerum genere a diis donatam: & ex argumento Pandoram appellatam
Prometheum uero in monte Scythiæ Caucaſo: ferrea cathena vinxiſſe: Aquilamq; addidiſ
ſe: quæ iecore eius aſſidue renaſcente perpetuo paſceretur. Hanc Aquilam quidã ex Typho/
ne: atq; Echione genitã prodiderũt: Alii ex terra: & tartaro: Nonnulli Vulcani factam ma/
nibus: & a Ioue animatam. Poſt hæc Prometheum: ut ſibi Iouem cõciliaret: hac arte vſum
fuiſſe. Iuppiter amore Thetidis conſpecta eius pulchritudine forte exarſerat: quod ſentien/
tes Parcæ: quarum prouidentia non fallitur: cecinerunt: Quicunq; Thetidi connubio iun/
ctus eſſet: eius filium patris gloriam longe ſuperaturum: hoc qum forte intellexiſſet Prome
theus: Ioui renũtiaſſe fertur: qui veritus ne quod ipſe Saturno patri fecerat: a filio pateretur.
omnẽ de Thetide cogitationem depoſuit: & ne erga Prometheum parum gratus videre/
tur: vinclis eũ liberauit: q̃uis ad triginta milia annorũ huic pœnę deditus fuerat: ut Aeſchy
lus ſcribit: Et ut liberationis eius perpetua memoria foret: facto ex vtraq; re: hoc eſt ſaxo:
ad qđ alligatus fuerat: & ferro ex quo cathena conſtabat: anulo: digitũ eius ſiniſtra manu
minimo proximũ cinxit: quæ prima anuli inuentio fuiſſe memoratur. Ad hunc igitur Pro
metheum adhuc Caucaſeæ rupi alligatum: qum forte Hercules ab Euryſtheo adhortos He
ſperidum miſſus locorum ignarus diuertiſſet: viamq; ab eo fuiſſet edoctus: Aquilam iecur:
ſiue ut alii volunt: cor eius aſſidue depaſcentem ſagitta peremit. Ob quam cauſam a morta/
libus inſtitutum tradunt: ut imolatis hoſtiis iecinora in deorum altaribus conſumerentur:
quo hoc modo pro viſceribus Promethei viderentur exſaturari: Hæc ſagitta ob eius facino
ris memoriam tranſlata in cælum fuit inter duos circulos: æſtiuum atq; æquinoctialem: ſi/
gno Aquilæ ſuppoſita: & ab eo circulo diuiſa: qui vtroq; polo ad cancrum: & capricornũ
ſubiectus peruenit. Huius acumen ad Pegaſeorum pedum regionem ſpectat: altera pars ver
git ad humeros Ophiuchi: Occidit Virginis ortu: oritur cum Scorpione: Habet in totũ ſtel
las quattuor: vnam in principio: alteram in medio: reliquas duas eo in loco: quo ferrum ſo
let affigi. Quidam tamen hanc ſagittam non Herculis fuiſſe exiſtimant: ſed Apollinis: qua
Sagitta Cyclopes interfecit: qui fulmen Ioui fabricauerunt: quo Eſculapius fuit interfectus. Sagitta
Sagittor id genus iaculi eſt: quod arcu emittitur: A quo Sagittari fit: hoc eſt ſagittã iaculari. & Sagit/
Sagittarii tarii: qui arcu in bello vtuntur. Arcus: ſiue Arquus: vtroq; enim modo ſcribitur: id inſtrumẽ
Arcus tum eſt: quo ſagittas iaculamur: A cuius ſimilitudine cæleſtis arcus Iris dicitur: A quo Arqua
Arquus tus: & Arcubaliſta: de quibus ſupra diximus. & Arquites: ſic enĩ antiqui vocabant arcu p̄liã
Iris Arquites tes: quos nunc Sagittarios nuncupant. Epitheton arcus eſt Ithyreus: Ithyreos enĩ arcus: &
Ithyreus Ithyreas ſagittas dicimus: hoc eſt Particos arcus: & Particas ſagittas: quod Parhi p̄cipue ar
Ithyrea cubus & ſagittis vtantur in ꝓlio. Ithyra enĩ vrbs eſt in Tauro monte Parthiam verſus: A q̃
Ithyreus. Virgi. Ithyreos taxi torquent̃ in arcus. Lucanus. Ithyreis curſus fuit inde ſagittis. Virgilius
Fornix Itẽ arcus in ædificiis Fornix appellatur. Cicero. Iam enim atriolum: & arcus duos abſolue Lucanus
Furnum rat. Fornix autem a furno: ut quidam putant: dictus eſt. Furnum veteres obſcurum dicebãt. Cicero.
Fornicor Sunt autem loca in arcum ædificata ſub obſcura. Ab eo fit Fornicor verbum: quod eſt mere
Fornicator tricor: quoniam meretrices in fornicibus habitare conſueuerũt. Ab hoc Fornicator: & For
Fornicatio nicatio deducunt̃: hoc eſt meretricator: & meretricatio. Nec me latet a quibuſdam de Pro/
Prometheus metheo etiam aliter ſcribi. Eũ. ſ. Iapeti: qui ex Titano Aſia coniuge genitus eſt: filium fuiſſe:
Iapetus ſummo ingenio virum. Itaq; hominem e terra formaſſe: quem qum forte Mineruæ oſtẽdiſ/
ſet: admiratam hominis ingenium deam: ſponte ei promiſiſſe: ſi quid e cælo ad operis per/
fectionem optaret. Qum uero Promethe9 reſpondiſſet non poſſe ſe iudicare: ſi quid apud
ſuperos huic rei neceſſarium eſſet: niſi cælum videret: eleuatum a Dea fuiſſe: & omne cælum
oculis perluſtraſſe. Vbi qum cõſpexiſſet: cæleſtia corpora flammis animata eſſe: ſuo quoq;
operi igneam animam immittere cogitaſſe. Itaq; ferula clam rotis Phœbæi currus adhibi/
ta ignem furto ſubtractum ad inferos detuliſſe: eoq; pectori ficti hominis applicato anima
tum feciſſe. Tuliſſe id grauiter deos: Mercurioq; iuſſiſſe: vti Prometheum Caucaſo alliga/
ret. tum Aquilam: ſiue Vulturen adhiberet: quæ cor ſiue iecur illius perpetuo laniaret. Præ/
Pandora terea Pandoram in terras miſiſſe: quæ inter reliqua deorum munera morbos quoq;: & ma/
ciem: & febrem: aliaq; malorum genera mortalibus inferret. Ouidius. Siue recens tellus: ſe/ Ouidius
ductaq; nuper ab alto Aethere: cognati retinebat ſemina cæli. Quam ſatus Iapeto mixtam
fluuialibus vndis Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum. Horatius. Audax Iape/ Horatius
ti genus ignem mala fraude gentibus intulit. Poſt ignem ætherea domo Subductum Ma/
cies: & noua febriũ terris incubuit cohors. Hæc ideo de Prometheo quidã ficta eſſe cõme/
morant: quod qum ei bonorum Iapeti patris: quia natu maior erat: ſucceſſio deberetur: ſtu
diorum tamen dulcedine tractus: illam Epimetheo fratri ceſſit: & duobus paruis filiis Deu/
calione: & Iſide derelictis in Aſyriam contendit: vbi qum aliquãdiu inſignes ea tempeſtate

Chaldeos audiſſet:mox Caucaſum petiit:in cuius vertice aliquot annis cõmoratus longa
meditatione:atq; experientia aſtrorum curſu: & ventorum:ac fulgurum ratione percepta:
iterum ad Aſſyrios rediit:eoſq; Aſtrologiam:& fulminum procurationes:mores præterea
& ea quæ ad ciuilem ſtatum pertinent docuit:rudemq; & agreſtem populum:ac ferarum ri
tu viuentem:ita reformauit:ut viſus ſit nouum quoddam:& magis cultum: ac ciuile homi/
num genus producere.Caucaſus mons eſt altiſſimus:aſperq;:& inhoſpitalis Indiam a Scy/ Caucaſus
Virgilius thia dirimens in finibus Aſſyriorum. Virgilius.Nec tibi diua parens generis:nec Dardan9
auctor perfide:ſed duris genuit te cautibus horrens Caucaſus:Hyrcanæq; admorunt vbera
tigres.Eſt autẽ pars Tauri montis.Taurus uero ab Eois veniens littoribus Chelidonio pro Taurus
montorio diſterminatur immenſus ipſe:& innumerarũ gentium arbiter.Dextro latere Se/
ptentrionalis:vbi primo ab Indico mari exurgit:læuo meridianus: & ad occaſum tendens
mediamq; diſtrahens Aſiam:niſi maria occurrerent:quæ veluti de induſtria a natura rerum
oppoſita videntur:ne terras opprimat.Reſilit ergo ad Septentrionem:flexuſq; immenſum
iter quærit.Hinc Phœnicium:hinc Ponticum mare eſt:illinc Caſpium:& Hircanium:con
traq; Mæotium lacum torquetur.Itaq; colliſus inter hæc clauſtra:flexuoſus ad cognata Ri/
phæorum montium iuga euadit:multis:& nouis ſemper nominibus quocũq; fluit:inſignis.
Imaus prima parte dictus:mox Edigis:Paropaniſus:Circius:Cambades: Pharphariades: Imaus Edigis
Choatras:Oreges:Oroandes:Nypetes:Taurus:& vbi quoq; ſe exuperare videtur:Cauca/ Paropaniſus
ſus:vbi brachia quaſi maria tentaturus Sarpedon: Coraceſius: Gargus: Iterumque Tau/ Circius
ros etiam vbi dehiſcit:& ſeſe populis aperit:portarum tamen nomine ſibi vendicans vni/ Cambades
tatem: quæ alibi Armenicæ:alibi Caſpiæ:alibi Ciliciæ vocantur portæ:ſiue Armenicæ Ca/ Pharphariades
ſpiæ: Ciliciæ: Pilæ:Quin etiam contractus: & maria quoque effugiens:plurima gentium Choatras
nomina hinc atque hinc ſortitur:a dextra Hircanius: Caſpius:a læua Pariedrus: Moſchi/ Oreges
Virgilius cus: Amazonicus:Coraxicus:Scythicus appellatus.A Tauro Antitaurus:Taurius: & Tau Oroandes
ricus deducũtur:de quibus ſuperius diximus.A Caucaſo Caucaſeus.Virgilius. Caucaſeaſq; Nypetes
refert volucres. A Prometheo Promethides penultima producta.Hercules Theſeum mor/ Taurus
tuo Pirithoo pauitantem ab inferis ad ſuperos reduxit.Theſeus Athenarum rex fuit: Egei Caucaſus
& Aethiæ filius: vir robore:fortitudine:& rerum geſtarum gloria vſq; adeo inſignis:ut in/ Sarpedon
ter Hercules connumeretur.Quum adhuc pene adoleſcens eſſet: ab Euryſtheo cum Hercule Coraceſius
aduerſus Amazonas miſſus victor rediit:& Hippolite Amazonem reginæ ſororem: quæ Gargus
bello capta ei in ſortem prædæ conceſſerat:duxit vxorem.Tum Creontis Thebani regis ſu Armenicæ
perbum retudit imperium: & ut funeralia officia exhiberi occiſis in bello regibus poſſent: Caſpiæ Ciliciæ
effecit.Taurum ab Euryſtheo Atticæ terræ immiſſum:& omnia vaſtantem:apud Maratho Pilæ Hircanius
nem interemit:Hic campus eſt Atticæ prouintiæ:in quo Milciades copias omnis:quæ Per Caſpius
ſarum ducem ſecutæ fuerant:nõ expectatis Lacedæmoniorum auxiliis:quæ tardius ob ple/ Pariedrus
nilunium venere:funditus deleuit: A quo Taurus ipſe a Theſeo interfectus Marathonius eſt Moſchicus
dictus.Eſt etiam Marathon oppidum iuxta Tricorythum:& Ramnem vrbem: in qua cla Amazonicus
rum Nemeſis templum fuiſſe memoratur: & ſtatua eius:quod Diodori opus fuiſſe com/ Coraxicus
memorant: uel ut alii putant Agorocriti parii cum Phidiæ operibus contendens.Scyro/ Scythicus
nem latronem hoſpites:dum in ſcopulo reſidet:aut lauare ſibi pedes:aut ſe adorare cogen/ Theſeus
te:et ſic in cautos præcipitantem in mare:occidit:Cuius oſſa in ſcopulos conuerſa feruntur Marathon
quæ adhuc Scyronia ſaxa vocantur. Sunt autem in Attica regione ſimul cum oppido eiuſ Marathonius
dem nominis:non longe a Megaris iuxta mare ita ſita: ut tranſitum non relinquãt. Supra Scyron
ea via eſt:quæ in Atticam ab Iſthmo ducit.Adeo autem ſaxis hæc via imminet:ut in multis Scyronia ſaxa
partibus præcipitium tranſeuntibus minetur monte aſpero:atq; difficili in altum porrecto Caurus
Hinc Athenienſes Caurum ventum ab iis locis flantem:ſæuum:ac procelloſum Scyronem Minoa rupes
appellant:Secundum Scyronis ſaxa Minoa rupes prorumpit in pelagus Niſeæ portum ef Niſeus portus
ficiens:quæ Megarenſium Emporium fuit:Ex iis ſaxis ut fama eſt:Ino cum Melicerte filio Ino
ſeſe proiecit in mare:quæ Cadmi:& Hermionis filia fuit:& qum Athamanti Aeoli filio nu Learchus
pſiſſet:eiq; Learchum :& Melicertem peperiſſet: videns ab inſano patre Learchum occi/ Melicertes
ſum:ſeſe præ timore cum Melicerte e Scyronis ſaxo præcipitem dedit. Sed ambo in mari/ Leucothea
nos deos a Neptuno ſunt conuerſi:illa in Leucotheam:fili9 in Palæmonem.Ouidius. Leu Palæmon
cotheaq; deũ cum matre Palæmona dixit. Latini Leucotheam nuncuparunt Albunam:ſi Albuna
ue Albam deam: Palæmonem uero Portunum.Ariſtonidas artifex: qum exprimere vellet Alba dea
Athamãtis furorem:Learchũ filium præcipitare volentis:& præcipitato illo reſidentis pœ Portunus
nitentia: ferrum: & æs miſcuiſſe dicitur: ut rubigine eius per nitorem æris relucente expri/
meretur verecundiæ rubor.Quod ſignum longo tempore in pretio habitum fuit. Leucho/ Leucargillos
thea a candore dicta eſſe.λευκὸν enim græci album dicunt: Vnde Leucargillon vocamus Leucas
gen9 argillæ albæ.Leucas inſula eſt cõtra ſinum ambratium ſita iuxta Epirum habens mon

tem altiſſimum:& Auguſti contra.M.Antoniū:& Cleopatram victoria memorabilis: A qua Leucadius deducitur.Leucas etiam oppidum eſt in Acarnania parte Epiri olim meritum vocitatū.Scyros aūt inſula eſt in mari Aegæo:vna ex Cycladibus Lycomedis regis patria:in qua Achilles puellari habitu educatus eſt: & filiam eius Deidamiam prægnantē reddidit. A quo Scyrias deducitur.Ouidius.Scyrias Acmonio iuncta puella viro. Procuſten quoq; latronē Atticæ regioni infeſtum:& hoſpites crudeliſſime trucidantē interemit. Idem Vidit & immitē Cepheſias ora Procuſtem.Ora Cepheſias Attica regio dicit᷑: quippe Cecrops Athenarū cōditor oēm eius regionis multitudinē in duodecim vrbes digeſſit: Cecropiam:Tetrapolin:Epatriā:Decelcam:Eleuſin: Aphidnā:ſiue ut alii volūt pluratiuo numero Aphidnas:Thericū:Brauron:Cytherū:Spectū:Cepheſiam:Phalerum.Sed Theſeus poſtea has omnes in vnam Athenienſium ciuitatem congregauit Cepheſia a Cephiſo flumine vocitata:quod a Trinemiis originē ducens ꝑ plana deuehitur:quouſq; Phaleriū ingreditur pelagus.Magnaq; ex parte torrētis inſtar labitur:æſtate ꝑexiguus. Eſt etiam Cephiſia fons Atticæ:ſicut Larine:Callirhoe:Nemee:Crunos.Helenen Caſtoris:atq; Pollucis ſororem: eximia pulchritudine virginē:palæſtra ludentem rapuit:Hæc Iouis:& Ledæ filia fuit:eteni Iuppiter qum Ledam Tyndari regis vxorem depiret:in Cigni effigiem conuerſus cantu virginem non mō ut ad ſe veniret:ſed etiā ut ſibi blandiretur allexit. Prægnans itaq; facta ouū peperit:ex quo Caſtor:Polluxq;:& Helena nati ſunt.Quamuis aliqui Pollucem tantum: & Helenen natos velint.Caſtorē uero ex Tyndaro fuiſſe mortalem. Alii duo oua a Læda vno partu ædita:ex quoꝝ vno Caſtor:& Pollux:ex altero nata ſit Helena:& Clytēneſtra: q̄ Agamenonis vxor fuit.Caſtor igit᷑:& Pollux aduerſus Theſei matrē illo abſente ꝓfecti Aphidnā oppidū:in quo Helena erat:vi captā depopulati ſunt:matrē Theſei captiuā duxerunt:Helenē ſororē recuperarūt:& Menelao Lacedæmonioꝝ regi dederūt vxorē: Quam qum Paris poſtea Sparta vi capta rapuiſſet:ortū eſt bellū Troianū:in quo Caſtor:& Pollux cum reliquis græcis interfuerunt:qum antea ſimul cū cæteris argonautis Colchos ꝓfecti fuiſſent Ab Helena Helene inſula vocitata eſt:vna ex Sporadibus:q̄ adiacet Sunio promōtorio terræ. Atticæ:et ville nobili:quæ eiuſdem Sunii nomine appellatur. Hæc inſula deſerta & aſpa ē:lōgitudinis ſpatiū.vii.miliū:Hāc Homerus Chranaen vocat. Helene aūt appellata ē:qa in ea primū Paris cū Helena dr̄ cōcubuiſſe. Naſcit᷑ ibi frutex Dodrātalibus ramis humi ſe ſpargēs:folio ſili Serpilo. Heleniū dr̄:qđ ex Helenæ lacrimis putat᷑ natū.fauere credit᷑ formæ:cutē mlieꝝ ī facie:reliquoq; ī corpe nutrire īcorruptū: Venerē cōciliare:& hilaritatē īducere ī vino potā:planeq; illū effectū:quē habuit Nepēthe illud ꝑdicatū ab Homero. ἀυτίκἀρ εἰσ οἶνον βάλε φάρμακον. ἔνθεν ἔπινον νηπένθεσ τ᾽ ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων: hoc eſt:Statim uero in vino poſuit pharmacū:de quo bibebant:Sine triſtitiaq;:ſine iraq; malorū obliuionē omniū. Nepentes eni adiectiuū eſt:ex νη:priuatiua particula:& πένθοσ: quod triſtitiā ſignificat. Quidam exiſtimant id Pharmacū herbā fuiſſe:quā Bugloſſam vocari ſuperius diximus:de qua ſic ſcribit Galenus: καὶ τοῖσ οἴνοισ ἐμβαλλόμενον. ἀφροσύνησ αἴτιον εἶναι πεπίστατω:hoc eſt:Et vinis impoſitū lætitiæ cauſa eſſe exiſtimat᷑. Caſtor equo clariſſimus fuit: Pollux inter pugiles maxime excelluit:Quidam volunt eos bello Troiano interfuiſſe:ſed Lacedæmonem reuerſos in cælū fuiſſe tranſlatos. Cicero Spartæ ſepultos affirmat Homerū ſecutus. Ouidius tradit:qum Phœben:et ſororē eius Leucippi filias Lynceo:& Ide fratribus deſponſatas rapuiſſent:bello ab iis impetitos fuiſſe:& in eo Caſtorē a Lynceo interfectum:in quē Pollux impetū feciſſet:eū occidit:Idem ab Ida ipſe paſſurus:niſi datum ei a Ioue fuiſſet: ut lędi nō poſſet. Addunt eum poſtea a Ioue impetraſſe:ut ſibi fas eſſet īmortalitatē cū fratre impartiri:Itaq; ambos in cælum tranſlatos Geminorum ſignum efficere:& æquos in eorum tutela eſſe. Quidam ſcribunt hos ex omnibus maxime fratribus inaudita inuicem beniuolentia coniunctos fuiſſe:quod neq; de principatu contenderint vnq̄:nec rem vllam niſi cōmunicato conſilio geſſerint: Propterea Iouem quidem inter notiſſima ſydera eos cōſtituiſſe. Neptunum uero equos iis:quibus vtuntur:donaſſe:& poteſtatē ut naufragiis auxilio eſſent:cōceſſiſſe: Pollucem ſcribit Homerus conceſſiſſe fratri dimidium vitæ:itaq; alternis diebus eorum quemq; lucere. Gemini ab aurigæ dextra parte ſupra Orionem collocati videntur: ita tamen ut Orion inter Taurum & Geminos appareat conſtitutus. Capita eorum a reliquo corpore diuiduntur eo circulo:qui æſtatem diffinit: ita ut complexa inter ſe corpora tenentes directi a pedibus occidant: Exoriuntur inclinati quaſi iacentes. Sed qui Cancro proximior eſt:habet in capite ſtellam vnam claram: In dextro cubito vnam: In vtroq; genu ſingulas. Alter uero in capite vnam:in ſiniſtro humero vnam: In dextro alteram: In vtraq; manu ſingulas: In dextro genu vnam:in ſiniſtro alteram: In vtroq; pede ſingulas:infra ſiniſtrū pedē vnā:q̄ Tropus a qbuſdā appellat᷑. Præter hæc Theſeus Minotaurū interemit:& Athe

Scyros
Deidamia
Procuſtes
Ouidius
Idem
Ora Cepheſias
Cecrops
Cecropia
Tetrapolis
Epatria
Decelea
Eleuſis
Aphidna
Aphidnæ
Thericus
Brauros
Cytherus
Sphectus
Cepheſia
Phalerus
Larine
Callirhoe
Nemee
Crunos
Helene
Caſtor Pollux
Helena
Clythemneſtra
Homerus.
Helene Suniū
Chranae
Helenium
Homerus.
Nepenthes
Pharmacus
Cice. Oui.
Phœbe
Lynceus Ida
Gemini
Homerus.
Tropus

nas turpi ſeruitio liberauit. Minos de quo ſupra diximus: inter alios filios habuit Andro/
geum præclare indolis adoleſcenté: qui ab Athenienſibus: & Megarenſibus per inuidiã oc/
ciſus eſt: q palæſtra cæteros ſuparet. Quapropter ſuſcepto a Minoe aduerſus hos populos
bello: primo Megarenſes ſubegit: Deinde Athenienſes ſibi tributarios fecit: & in Androgei
memoriam pueros Athenienſes Minotauro cœpit obiicere. Sed Theſeus in Cretam pfect9
Ariadnem Minois & Paſiphaes filiam in ſui amoré allexit: dataq; illi fide: q eam ſibi vxo
rem duceret: et Hippolito Phedrã ſororé eius copularet: ab ea edoctus eſt: quõ Labyrinthũ
intrare: Minotaurũ ſuperare: & filo ducto inde exire poſſet: Quapropter his pactis noctu
cũ Ariadne: & Phædra nauem ingreſſus: in Chium: ut quidam volunt: ut alii: in Naxon in
ſulam nauigauit: vbi Ariadne dormiente relicta ipſa cum Phædra abiit. Qum uero exper/
gefacta Ariadne diſceſſum eius intellexiſſet: queſtu atq; vlulatu fœmineo oĩa complens: a
Baccho ea forte tranſeunte amata: & in cõiugé ducta eſt: ex qua Thoantem filiũ Lemni po
ſtea regem ſuſcepit. Nec multo interiecto tpe: qum Bacchus ſubiugata India filiam regis In
dorum amaret: cupiens mœrorem quem ex ea re Ariadne ſuſceperat lenire: Coronam eius
quam Vulcanus a ſe fabricatam Veneri: Venus aũt Ariadne dono dederat: in cælum trãſtu
lit. Quidam ſcripſerunt hanc coronam ex auro: & Indicis gémis compoſitã fuiſſe: quarum
ſplendore Theſeus e tenebris Labyrinthi ad lucé peruenerat. Alii hãc coronã dicũt Theſeo a
Neptuni pr̃is vxore datã: & ab eo donatã Ariadne. Hæc ſiniſtro humero ab Arctophylace
pene contingit: & Engonai coniũgit calce dextri pedis: Cancro & Leone exoriente occi
dit: cũ Scorpione exoritur. Habet ſtellas noné in orbem diſpoſitas: & ex iis tres clarius cæte
ris lucétes. Chius inſula eſt in mari Aegeo: quod ita noĩatũ eſt: quia ſcopulus quidam in eo
inter Tenũ: & Chium ſpém capræ habet: quæ a græcis αἴξ appellatur. Cernitur quaſi repé
te in medio mari exiliens. A dextra parte Andrũ nauigantibus ex Achaia dirus: ac peſtifer.
Chius primã ſyllabã correptam habet: qum ſubſtantiuũ eſt: Quando uero primã habet pro
ductam: eſt nomen adiectiuũ: Hinc Chii dicũtur: qui ex Chio inſula ſunt: & Chia vina vo/
cantur Aruiſia vina: hoc eſt quæ in Aruiſio eius inſulæ promontorio naſcuntur. Naxus aũt
inſula eſt in eodem mari: vna ex Cycladibus. Hoc uero nomen habét: quia κύκλον græci
circulũ dicũt. Hæ uero inſulæ a promontorio Gereſto circa Delum in orbem ſitæ ſunt. Pri
ma earum Andrus dicitur cũ oppido eiuſdé noĩs: A quo Andrius: Dicta eſt antea Cauros:
Poſtea Antandros. Ité Laſſia: Nonagria: Hydruſſa: Epagris: Ab hac mille paſſus diſtans
Tenos cũ oppido: quã propter aquarũ abũdantiam Ariſtoteles Hydruſam appellatã dicit:
Aliqui Ophiuſam. Cæteræ Mycone cũ monte Damaſco: Scyros cuius paulo ante métioné
fecimus: Siphnus quæ antea Eropia: & Acis appellata eſt: Seriphus: Prepeſinthus: Citanos
& quæ omniũ Cycladũ clariſſima in medio ſita eſt: Apollinis templo: & mercatu celebrata
Delos quæ diu fluctuata: ut pdit motũ terræ nõ ſenſit: vſq; ad M. Varronis ætaté. Poſtea
bis cõcuſſam memorãt. Hanc Ariſtoteles ita appellatã pdidit ἀπὸ τοῦ δηλῶ: quod eſt
aperio: manifeſto: qm̃ repéte apparuit enata. Hinc Delius: & Delia: & Deliacus deducunt:
eãdem quidam Cynthiam: alii Ortygiam: Aſteriam: Lagiam: Cerham: Mydiam: Cynethũ
Pyrpilen: ita dictam: q ignis primo ibi repertus fuerit. Cingitur quinq; millibus paſſuũ: &
Cyntho monte in altũ aſſurgit: a quo Apollo Cynthius dicitur: & Diana Cynthia: & Pro
pertius amicam ſuam ob pulchritudiné Cynthiam vocauit: qum antea Hoſtilia diceretur.
Ortygiam aũt ideo cognominatã tradunt: quia in ea primũ Coturnices ſunt viſæ: quod ge
nus auis græce dicit ὄρτυξ. Iuppiter qum Latonam compreſſiſſet: ſororé quoq; eius nõie
Aſteriem vitiare conatus eſt: quæ deorũ miſeratione in auem conuerſa eſt: quam nos Cotur
nicé vocamus: At Iuppiter ſeſe in Aquilam: ut eam raperet: vertit. Illa uero ruſus deorũ mi
ſeratione in lapidem tranſmutata eſt: qui diu ſub aquis latuit: Tandé uero pcibus Latonæ a
Ioue in ſummas aquas deductus eſt. Qum interea Iuno Latonam grauidã perſenſiſſet immiſ
ſo contra illam Phytone ſerpente per omné terrarũ orbem perſecuta eſt: donec errando ad
ſororem perueniens ab ea ſuſcepta eſt. Ouidius. Errantem accepit tunc qum leuis inſula na/
bat. In hac ergo inſula Latona Dianã: et Apolliné peperit: qui eam errare amplius nequaq̃
paſſi fuere. Fuit & Ortygia alia circa Siciliam ex oppoſito Plemmyrii Siciliæ Amnis. Vir
gilius. Sicanio ptenta ſinu iacet inſula contra Plemmyriũ vndoſum: nomen dixere priores
Ortygiam: Alpheum fama eſt huc Helidis amné Occultas egiſſe vias ſubter mare: qui nunc
Ore Arethuſa tuo ſiculis confunditur vndis. Coturnix parva auis eſt: ſemper ante veniens
q̃ grues: & qum venit ad nos terreſtris potius q̃ ſublimis. Aduolat ſimili modo nõ ſine pe/
riculo nauigantium: Qum appropinquãt terris ſiquidem velis ſæpe occurrunt: & hoc ſemp
noctu: merguntq; nauigia. Auſtro non volant humido .ſ. & grauiore vento: aura tamen ve
hi volunt propter pondus corporum: & vires paruas. Aquilone ergo maxime volant Or/
tygometra duce: quam vulgo Coturnicum regem appellant: maioré aliquanto: ac nigrioré:

Androgeus
Ariadne
Phedra
Thoas
Corona cæleſtis
Chius
Aegeum mare
Chii Chia vina
Aruiſia vina
Aruiſiũ Naxus
Cyclades
Gereſtũ Andr9
Andri9 Cauros
Aristoteles
Antandros
Laſſia
Nonagria
Hydruſſa
Hydruſa
Aristoteles
Epagris Tenos
Ophiuſa
Mycone
Siphn9 Eropia
Propertius
Acis Seriphus
Prepeſinthus
Citanos Delos
Delius Delia
Deliacus
Cynthia
Ortygia Aſteria
Lagia Cerha
Mydia
Ouidius.
Cynethus
Pyrpile
Virgilius
Cynthius
Hoſtilia Latona
Coturnix
Ortygia
Plemmyrium
Ortygometra

ſic dictam: q̄ dux ſit: ac moderatrix coturnicum. ὄρτυξ enim coturnix eſt: μέτρον menſura. Primã coturnicũ terræ appropinquantẽ Accipiter rapit: ſemperq; hinc remeantes comitatũ ſolicitat. Proxima Ortygiæ Rherene eſt: quã alii Celaduſam vocãt: alii Artemiten: Poſtea Syros: Olearus: Paros cũ oppido Marmore nobilis: qđ Pariũ dicit᷑: Hanc primo Plateam: poſtea Minoida vocitarũt. Poſt hãc Naxus cũ oppido: quã Strongylen: Deinde Diã mox Dioniſiada a vinearũ fertilitate: Alii Siciliã minorẽ: aut Callipolin appellarũt. A Naxo deducitur Naxius. Idem Theſeus Athenienſes vagantes prius: atq; diſperſos in patriam reuocauit: & mores: ac leges ciuitati dedit: ignominioſe poſtea per ſigna teſtarũ: lege ab ipſo lata eiectus. Idem aduerſus Centauros in nuptiis Pirithoi, pugnauit: Fœdera primꝰ inuenit Cercyonẽ: qui omnẽ Atticã regionẽ latrociniis infeſtabat imani ferocia: & mẽbrorum robore curuantẽ trabes: & altiſſimas pinus ad terrã trahentẽ: apud Eleuſim Atticæ vrbem: a qua Eleuſinus deducitur: interfecit. Ouidius. Cercyonis lætum vidit cerealis Eleuſis. Occidit ille ferox magnis male viribus vſus: Qui poterat curuare trabes: & agebat ab alto. Ad terram late ſparſuras corpora pinus. Pirithoum tanta animi conſtãtia dilexit: & ab eo dilectus eſt: ut primi inter amicorum paria numerentur. Idem. Et cũ Pirithoo fœlix cõcordia Theſeus. Propter quod qum Pirithous defuncta Hippodame vxore animo propoſuiſſet aliquam a Ioue genitã ſibi coniugio iungere: nec aliæ tum Iouis filiæ nominarent᷑: ꝑter Helenen: quæ tũ a Theſeo rapta fuerat: et Proſerpinã Ditis vxorẽ: deſcẽdereq; ad inferos ad rapiendam Proſerpinã propterea ſtatuiſſet: Theſeus deſerere amicũ in tãto periculo noluit: Simul itaq; ꝓfecti ad inferos Pirithous a Cerbero: de quo ſupra diximus: extinctus eſt. Theſeus iuuare eũ volẽs: ipſe quoq; in vitæ diſcrimine fuit. Ad extremũq; captus: & a Dite apud inferos detentus eſt. Quod qum forte ad Herculis aures ꝑueniſſet: qui tũ forte ſuperato Geryone cũ ingenti ꝑda ex Hiſpania reuertebat᷑: ad inferos ꝑ ſpecũ Tænaro propinquũ profectus eſt: & liberato Theſeo: ac Cerbero capto: & triplici catena deuincto ꝑ eundem ſpecum ad ſuperos reuerſus eſt: & Cerberum Theſeo captiuũ dedit. Tænarus mons eſt Laconiæ: A quo Tænarũ oppidum Amyclis propinquũ. Sub eo rupem eſſe ferũt: ꝑ quã ẽ iter ad inferos. Seneca. Spartana tellus nobile attulit iugũ. Denſis vbi æquor Tænarus ſiluis ꝓmit: Hic ora ſoluit Ditis inuicti domus: hiatq; rupes alta: & imenſo ſpecu ingens vorago faucibus vaſtis patet: Latũq; pandit omnibus populis iter. Quidam nõ per Tænarũ rediiſſe herculẽ: Theſeũq; cũ Cerbero dicunt. Sed ꝑ Acheruſiam hæc ſpecus eſt iuxta Heracleam vrbem ab hercule conditã in littore maris Euxini: qđ a Thracio Boſphoro incipit: hinc enĩ ingens ſeſe aperit pontus: niſi vbi promontoria ſunt huc atq; illuc longo: rectoq; limite extenſus: cætera ſinuatus. Sed quia contra minus q̄, ad læuam & dextram abſceſſit: mollibuſq; faſtigiis: donec anguſtos vtriq; angulos faciat: inflectitur: ad formã Scythici arcus maxime incuruus: breuis atrox: nebuloſus: raris ſtationibus: nõ molli: neq; harenoſo littore circũdatos: vicinus Aquilonibus: Et quia nõ ꝓfundus eſt fluctuoſus: atq; feruens: olim excolentiũ ſcæuo admodũ ingenio Axenus: hoc eſt inhoſpital᷑: poſt cõmercio illarũ gẽtiũ mollitis aliquantũ moribus dictus Euxinus: hoc eſt bene hoſpitalis. Ouidius tñ ob frequẽtes ꝓcellas falſo ita nominatum affirmat. Euxinus falſo nomine dictus habet. Idẽ. Quem tenet Euxinus mẽdax cognomine pontus. E ſpumis Cerberi canis: qum ab hercule extractus ab inferis fuit: Aconitũ natum fabulæ prodidere: Ideoq; apud heracleam ponticam maxime inueniri vbi monſtratur eius ad inferos aditus: exituſq;. herba eſt: imo venenũ omniũ venenoꝝ ociſſimũ. Quippe tactis dũtaxat genitalibus fœminini ſexus aĩaliũ: eodem die tradunt mortẽ inferre. hoc veneno interemptas a Calphurnio beſtia dormientes vxores. M. Cecilius accuſator obiecit: vſuſq; eſt atroci peroratione indignũ illum: quo Calphurnius furtim vxorũ ſuarũ genitalia traxerat. Folia habet Cyclamini nõ plura quattuor: ab radice læniter hirſuta: radicẽ modicã marino Cammaro ſimilem: Propter quod quidam Cammaron appellauere. Galenus medicus duo genera Aconiti ponit: Alteram Pardalianches: q̄ carnes eo tactæ guſtatu Pantheras necãt: alioquin illos ſitus repleturas: alterũ Lycoctonon: qđ eodem modo lupos interimat. Item radix incuruatur paulum Scorpionũ modo: quare & Scorpion aliqui appellauere. Nec defuerũt: qui Myoctonon nominare maluerũt: quoniã e longinquo mures odore necat. Naſcitur nudis cautibus: quas græci Aconas vocãt: & ideo Aconitũ vocauere: nullo ne puluere quidem iuxta nutriente. Alii ex eo vocatũ Aconitũ putant: quoniã vis ea huic in morte eſt quæ cotibus ad ferri aciem deterendam: ſtatimq; admota velocitas ſentitur. Cautes ſiue Cotes: ſiue Cos proprie ſaxum dicitur aſperũ: atq; abruptũ. Item lapis quo ferrũ acuit᷑: Cuius diminutiuũ eſt Coticula: q̄uis primitiui ſui ſignificatũ nõ ſeruet. Coticula enĩ nõ is lapis eſt quo ferrũ acuitur: ſed quo fit auri atq; argenti experimentũ: Quippe ductũ in eo: ac ꝑfricatũ aurum: ſignũ facit: ꝑ quod ſtatim quantũ in eo argenti: uel æris ſit: mirabili ratione cõphẽditur. hic lapis quondam nõ niſi flumine Ocho: quod in Indiæ montibus ortũ Arcaniam

Rherene
Celaduſa
Artemites
Syros Olearus
Paros Pariũ
Platea
Minois Naxus
Strõgyle Dia
Dioniſias
Sicilia minor
Callipolis
Fœdera
Cercyon
Eleuſis
Ouidius
Idem
Tænarus
Tænarum
Seneca.
Acheruſia
Heraclea
Euxinũ mare
Axenus
Euxinus
Ouidius
Idem
Aconitum
M. Cecilius
Cammaros
Pardalianches
Lycoctonos
Scorpios
Myoctonos
Acon
Cautes Cotes
Cos
Coticula
Ochus

Theophra fluit:reperiri ſolebat: ut Theophraſtus fatetur: Nunc uero paſſim reperitur:ab aliis Hera/ Heraclius
ſtus clius:ab aliis Lydius appellatus:modicus quidem:& raro quaternas vncias longitudinis:bi Lydius
naſq; latitudinis excedens: Pars quæ cælũ ſpectat melior eſt:q̃ quæ terrã. Verũ qđ nos Cau
tem:ſiue Cotẽ dicimus:græci ἀκόνην nominãt:in vtroq; ſignificato. Hinc Cotes ſiue Aco
nas Olearias:& Aquaticas dicimus:ꝙ illas ad ferrum acuendum oleo:has aqua madefaci Cos Olearia
mus:& Decotes appellamus togas attritas:quaſi cotibus detritæ:atq; conſumptæ ſint. Illud Cos Aquatica
admiratione dignum eſt:ꝙ Aconitũ:cuius tã peſtifera vis eſt:humanæ tñ ſaluti plurimũ cõ Decotes
fert dono quodam prouidentiæ:q̃ nullũ voluit eſſe malũ:in quo nõ aliqd boni ineſſet. Mi/
ſcetur Aconitũ medicamentis oculoꝝ. Scorpionũ ictibus in vino calido datũ aduerſat̃: Ea
eſt natura:ut hominẽ occidat:niſi inuenerit:qđ in hoĩe perimat. Tũc pugna nõ eſt:qum ve/
nenũ in viſceribus reperit. Miraculũ certe eſt: qum p ſe ambo duo iſta venena exitialia ſint:
in hoĩe cõmori:ut hõ ſuperſit. Illud quoq; ſtupendũ torpeſcere Scorpiones Aconiti tactu:
& victos ſe fateri:auxiliari tñ eis Elleborũ albũ:tactuq; eius priſtinũ vigorẽ ſtatim redire:et
Pantheras:quæ carnes Aconito infectas guſtarint:guſtu excremẽtoꝝ hoĩs ſtatim a morte li
berari. Ita ferarũ quoq; pnitioſarũ remedia parens natura ꝑduxit. Hercules Alceſten quoq;
ab inferis ad virũ retraxit. Alceſte Admeti regis coniunx fuit: & filiarũ Peliæ Theſſaliæ re/ Alceſte
gis formoſiſſima. Hæc virũ ſuũ vſq; adeo dilexit: ut in graui morbo qũ oraculo Apollinis
didiciſſꝫ:nõ poſſe eũ aliter mortẽ euadere:niſi aliqs pro eo moreret̃: volũtariã ipa pro ſalu
Iuuenalis te viri mortẽ ſubierit. Iuuenalis. Spectant ſubeuntẽ fata mariti Alceſten. Atqui Admetus pri
ſtinæ ſaluti reſtitutus:& vxoris mortẽ indigne ferens:ab Hercule impetrauit: ut eam ſibi ab
inferis reduceret. Reuerſus aũt ab inferis Hercules:qum Lycum humili ortũ genere Theba Lycus
rũ imperiũ occupaſſe:& Megæræ coniugi vim intuliſſe comperiſſet:eum occidit. Poſtremo
qum poſt tot exanclatos labores:exaturare tñ adhuc Iunonis inuidiã nõ potuiſſet:eius deæ
imperio in furorẽ actus Megerã vxorẽ:& paruulos:qui cũ ea erant filios occidit: A quo di/
ctus eſt ἡρακλῆς μαινόμενος: hoc eſt Hercules furẽs ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι: qđ
furere eſt: A quo & Maenades dictæ ſunt mulieres:quæ Bacchi ſacra cælebrabant paſſis ca/ Maenades
Iuuenalis pillis furentiũ more huc atq; illuc curſitantes. Iuuenal. Crineq; rotant vlulante priapo Mae
nades. Sed illud ſtupore dignũ videtur:ꝙ tot virorũ fortiũ:tot monſtrorũ victor:& totius
orbis domitor:ab vna ſe vinci muliercula paſſus ſit. Spopõderat huic vxorẽ Eurytꝰ Oecha Eurytus
liæ rex Iolen filiam: quã poſtea ſuaſu filii tradere denegauit. Quapropter indignatus Her/ Iole
cules ipſum ac filios interemit:& Oechaliam vrbem euertit:q̃ in Laconia erat:& ab Oecha
Homerus. lico fluuio qui prope eam fluit:ut Homerus teſtat̃: ita appellata: Vnde & ea pars Laconiæ
Virgilius quæ Theſſaliæ propinqua eſt Oechalia appellatur. Virgilius. Vt bello egregias idem diiece Oechalia
rit vrbes Troiamq;:Oechaliamq;:ut duros mille labores ſuſtulerit. Iolen uero rapuit:quam Oechalicꝰ fluuiꝰ
vſq; adeo ardenter amauit:ut ea oĩa eius cauſa pateretur:quæ olim ſub Omphale regina Ly Omphale
Statius diæ paſſus fuerat: Quorũ mentionẽ Statius facit. Sic Lydia coniux Amphitryoniadẽ exu/
tum horrẽtia terga pendere Sidonios humeris reddebat amictus:Et turbare colos:& tym/
Ouidius. pana rumpere dextra. Ouidius de Iole: Ingreditur late lato ſpectabil' auro Qualiter in Scy
thia tu quoq; cultus eras: Dat vultũ populo ſublime ſub hercule victo: Oechaliam viuo ſtare
Seneca. parente putes. Seneca. Fortẽ vocemus:cuius ex humeris Leo Donũ puellæ factus: & claua
excidit. Fulſitq; pictum veſte Sydonia latus: Fortẽ vocemus:cuius horrẽtes comæ Maduere
nardo: Laudem:qui ignotas manus Ad nõ virilem tympani mouit ſonũ Mitra ferocẽ bar/
bara frontẽ gerens. Sed hanc Iolen filio ſuo tradidit vxorẽ:ne ſi vita functo vidua remane/
ret. Quippe Deianira:qum Herculem Ioles amore ardentẽ cognouiſſet:recordata muneris
quod a Centauro acceperat:& eo dato alienaturã ſe ab Iole coniugis animũ: & ſibi conci/
liaturam exiſtimans. Neſſi veſtem peſtifero ſanguine intinctam clam ei tranſmiſit:quã qum
ſeſe imprudens Hercules induiſſet:venationi indulgens:reſoluto in ſudorẽ corpore: vene/
natum ſanguinẽ paulatim ebibit:quo facto ob doloris magnitudinẽ pene in rabiem verſus
rogo in Oeta monte conſtructo ſeſe flammis iniecit:& ſic vita functus eſt: anno ætatis ſuæ
quinquageſimo ſecũdo. Oeta mons eſt inter Theſſaliam:& Macedoniam:rogo:morte:& Oeta mons
ſepulchro Herculis inſignis:abũdans Elleboro: A quo Oetæus deducit̃: Vnde Oetæa regio Oetæus Oetæa
Mons ipſe ab Oriente:ac Termopylis in Occidentẽ vſq; in ſinum ambracium extenditur.
& quodãmodo per lineas rectas ſcindit montanam regionem. A Parnaſſo vſq; Pindũ ꝑs
in Termopylas vergens proprie Oeta vocatur. Longitudinis circiter triginta ſtadia:celſi/ Oeta
tudinis immenſæ: Longe autem excelſiſſimus eſt ad Thermopylarũ tractũ:ibi eni cacumen
eius attollit̃:ac in rupes acutas:ꝓcipiteſq; finit̃. Paruũ:& anguſtum viatoribus a littore Lo Pylæ
cros ex Theſſalia petentibus relinquẽs tranſitũ:quẽ Pylas:hoc eſt portas vocãt:& Thermo Thermopylæ
pylas: ꝙ ibi ſint Thermæ:hoc eſt calidæ aq magno in honore:utpote quæ Herculi dicatæ Callidromus
ſunt. Iuxta eſt Callidromus fluuius:et Olyras:quem fabulæ dicũt Herculis rogũ extinguere Olyras

Oxeas — conatũ eſſe.Hercules filios ut quidã tradũt:ſeptuaginta reliquit:E quibus clariores Oxeã:
Crontiades — Crontiadem:Thiriomachũ:et Diicoonta ex Megæra Creontis Thebani regis filia natos:
Thiriomachus — Ithoneũ ex Paphya A quo Ithone vrbs Boetiæ in qua regnauit.Eſt etiam Ithone Macedo
Diicoon — niæ oppidũ antiq̃ Mineruæ ſedes:A quo & ipſa Minerua aliqñ Ithone vocitat̃:Cromin:
Ithoneus — quem equos habuiſſe Thraces conſtat:quos hercules occiſo Diomede adduxerat:humanis
Ithone — carnibus veſci ſolitos. Statius.Mox Cromis hippodamũ metæ interioris ad orbẽ viribus — Statius
Cromis — herculeis:& toto robore patris Axe tenet prehenſo.Idem.Poſtremũ diſcrimen:erant Cro — Idem
Agilis. — mis aſper:& aſper Hippodamus.Hic cũ Adraſto rege in bellũ Thebanũ ꝓfectus eſt: Agilẽ
Tirynthius — quẽ poetæ cũ Tirynthia pube in bello Thebano fuiſſe cõmemorant.Tirynthios Acheos di
Tiryns — cimus.Tiryntha enĩ appellauerũt Achaiæ oppidũ iuxta Argos:et nõ lõge a Mycenis:a quo
Hylus — Hercules:ꝗ ibi altus:atq; educatus ſit: Tirynthius eſt vocitatus.Hyllũ ex Deianira Seneca — Seneca.
Si vera pietas Hylle quærenda eſt tibi Iam perime matrẽ.Hic cũ cæteris fratribus:qui deſũ
cto Hercule ſuperſtites fuerũt:ab Euryſtheo rege pulſus Athenas confugit: vbi benigne a ci
uibus exceptus pietati templũ erexit.Poſtea ab Aepalio rege:qđ quondam regno pulſus:au
xilio Herculis reſtitutus fuiſſet:in filiũ adoptatus eſt:& quia natu maior erat:ſucceſſor inſti
Pindus — tutus.Itaq; tam ipſe q̃ poſteri eius lõgo tpe in ſucceſſione Pindi imperiũ tenuerũt. Pindus
Theſſaliæ vrbs fuit a Pĩdo mõte ita appellata:Iuxta quã eiuſdẽ nois fluuiꝰ labit̃ ĩ Cephiſſũ
Acyphantes — decurrens.Eandẽ nõnulli Acyphantẽ vocitarũt.Sardũ:a quo ſupra diximus Sardiniam in
Sardus — ſulam nũcupatã:qum e Lybia ad eam habitandam cũ multitudine Colonorũ veniſſet Cyr
Cyrnus Cyrnos — nus:a quo inſula in mari Lyguſtico Cyrnos appellata:qum antea Teraphne diceret̃:noſtri
Teraphne — Corſicã vocãt:longa paſſuũ.cl.milia:Lata maiore ex pte.l.Circuitu.cccxxii.miliũ diſtans a
Corſica us — vadis Volaterranis.lxii.milibus paſſuũ.A corſica Corſicũ dicimus:A Cyrno Cyrnæũ: Cyr
Corſicꝰ Cyrnæ — nea tñ vaſis vinarii genus eſt.Plautus.Cadus erat vini:inde impleui Cyrneã. Nã Cadi vaſa — Plautus
Cyrnea Cadus — quibus vina cõdunt̃.Varro.Supra decẽ milia cadũ hæredi reliquit.Virgi.Vina bonus quæ — Varro
Diodorus. — deinde cadis onerarat Aceſtes.Diodorũ cuius mentionẽ facit Ioſephus:& ab eo ſcribit So — Virgilius
Sophon — phona natũ: q̃ i Africa regnauit:ex cuius noĩe Afri Sophaci appellati ſunt.Gelonũ: a quo
Sophaci. — Geloni Scythiæ populi nomẽ ſumpſere:Hi propinqui ſunt Agathyrſis:qui & ipſi ab Aga
Gelonꝰ Geloni — thyrſo altero Herculis filio noĩati ſunt:vtriq; pingere ſe ſolebant. Virgi.Pictoſq; Gelonos. — Virgilius
Agathyrſus. — Hi ꝑterea:qum ꝑ deſerta Scythica diſcurrũt:ſitiẽtes equorũ ſuorũ venas apiunt:ſanguinẽq;
Agathyrſi — epotant.Idem.Profuit in tenſos æſtus auertere:& inter ima ferire pedis ſalientem ſanguine — Idem
venã:Biſaltæ quo more ſolent:acerq; Gelonus:Qum fugit in Rhodopen:aut in deſerta ge
Geloi. — tarũ.Et lac cõcretũ cũ ſanguine potat equino.Geloi uero campi in Sicilia ſunt apud flumẽ — Idem
Gela — Gelã: A quo & Gela vrbs nomen habet.Idẽ.Cãpiq; Geloi.Scythen ut ſcribit Herodotus:a — Herodotus
Tlepolemus — quo Scythia noĩata regio Septẽtrional:de q̃ iferius dicemus.Tlepolemũ ex Aſtyochia: quã
Aſtyochia — ex Ephyre Pelopõneſi vrbe rapuerat. Hic ut Homerus ſcribit:qum iam adoleuiſſet Lyci
Lyciminus — minũ auũculũ ſuũ Marte ꝓgenitũ:& patri ſuo cariſſimũ iam ſenẽ interfecit. Propter qđ fa
bricatis nauibus patria ꝓfugus:nõ parua manu iuuenũ collecta:Rhodũ petiit: & ea inſula
occupata Rhodiẽſibus imperauit:Vñ poſtea in bellũ Troianũ cũ nouẽ nauibus profectus
eſt.Homerꝰ.Τληπόλεμοσ δ᾽ Ἡρακλείδησ ἠΰσ τε μέγασ τε ἐν ῥόδον ἐννέα — Homerus.
νῆασ ἄγεν ῥοδίων ἀγερώχων: hoc ẽ:Tlepolemuſq; Heraclides ãpluſq; magnuſq;
Ephyre Corithꝰ — e Rhodo nouẽ naues duxit Rhodienſiũ ſupbo℞.Ephyre olim dicta eſt:q̃ nunc Corinthus
Acrocorinthus — dr̃:arcẽ hñs:q̃ vocat̃ Acrocorinthus:ĩ medio fere Peloponneſiaci Iſthmi ſita.Iſthmos græ
Iſthmos — ci vocãt anguſtias peninſularũ:int̃ q̃s nobilitate Pelopõneſiacæ ꝑferũt̃.Quippe Pelopõne
Pelopõneſus — ſus:q̃ Apie primo:poſtea Pelaſgia dicta ẽ int̃ duo maria: Aegeũ:& Ioniũ Platani folio ſilis
Apie Pelaſgia — propt̃ anguloſos receſſus circuitu.dlxiii.miliũ paſſuũ colligit̃. Anguſtiæ ſex miliũ ſunt.Vbi
Corithiacꝰ ſinꝰ — erũpẽtia e diuerſo:q̃ dicta ſunt maria:hinc Corinthiacũ:illinc Saronicũ ſinũ efficiũt: olim
Saronicus ſinus — q̃rno nemore redimitũ:vñ nomẽ hẽt.Quippe veres græci Saron q̃rcũ noĩabãt:Legeæ hinc
Saros Legeæ — anguſtiarũ termini:lõgo & ancipiti nauiũ ambitu: q̃ propt̃ magnitudinẽ plauſtris trãſuehi
nõ pñt.Quã ob cãm ꝑfodere nauigabili alueo anguſtias Demetrius rex dictator cæſar: Ca
ius princeps:Domitius Nero Tẽtauere infauſto omniũ incepto:ut docuit exitus.Corithus
primo a Siſypho latrone Aeoli filio fert̃ condita fuiſſe:& Corcyra noĩata: Deinde Aucta
Ephyra vocitata eſt:Poſtea euerſa: & a Coritho Horeſtis filio inſtaurata Corinthus appel
Pelops — lata eſt.Pelopõneſus uero a Pelope vocitata q̃ſi Pelopis inſula: qm̃ pene inſula eſt. Pelops
Tantalus — Tãtali regis Phrygũ filius fuit:cuius pr̃:ut diuinitatẽ expiret̃:cũ diis q̃ſi carnẽ aliã epulandũ
appoſuit:a cuius eſu qum cæteri dii abſtinuiſſent:ſola Ceres pueri humerũ depaſta eſt.Qua
ꝑpt̃ dii reuocato ad vitã Pelopi eburneũ humerũ addiderũt.Tãtalũ uero ad ĩferos detruſũ;
hac ꝑpetua poena affecere ut infra ſe amnẽ dulciſſime aq̃ ſp ad ĩfimũ vſq; labiũ fluentẽ hr̃et
Supra aũt arborẽ ſuauiſſimis pomis onuſtã os ptĩgentẽ:q̃ tñ ꝑpetua fame:ac ſiti vexatus cõ
tingere nõ poſſet.Nam quotiẽs os potãdi grã declinabat:demittebat̃ amnis:diffugiebatq;

quotiens vero guſtare pomum nitebatur: attollebatur arbor: nec ſe tangi ferebat. Tantalus Iouis filius proditur fuiſſe ex Plotæ Nympha: & Phrygiæ rex: qui aduerſus Troiem Da daniæ regem bellum geſſit: qđ filium eius Ganymedem venantem a ſe raptum reddere nolebat. Fuitq; Agamenonis: & Menelai auus. A quo Tantalides patronymicū deducitur A pelops vero fit Pelopeius: vnde fabula de eo ſcripta Pelopeia dicta eſt. Iuuenalis. Præfectos pelopeia facit: Philomela tribunos. Fuit & alter Tantalus Corinthiorum rex piiſſimus. Item alter Thyeſtæ filius ex Merope Atrei coniuge: quem Atreus occidit: et patri appoſuit epulandum. A corintho Corinthius: & Corinthiacus deducūtur. Vnde Coriuthiacum ſinum dicimus: & æs Corinthium: quod ex omnibus maxime laudatur. & ab Ephyra dicit̄ Ephyræum: & Ephyreum. Virgilius. Ephyreaq; æra. Ex omni aūt ære maxime laudat̄ Corinthiū: quod caſus fecit: Corintho quom caperetur: incenſa: Miraq; circa hominū affectatio fuit. Quippe Verrem tradunt non alia de cauſa proſcriptū fuiſſe: q̄ ꝙ Corinthiis ſe ei ceſſurum vaſis negauerat. Poſtea tamen omnia vaſa ex ære elegantia Corinthia ſunt appellata: propter quæ tanto in precio apud veteres fuerunt æris metalla: ut argenti quoq;: atq; auri preciū tranſcenderint: Quippe: Trullæ: Triclinia: Fulcra: Salina: Caudelabra ex ære fiebant: quin etiam ſtatuæ: Colūnæ: Limina: & Valuæ in templis legimus etiam. SP. Caruilium olim Camillo pro crimine obieciſſe: ꝙ hoſtia ærata haberet in domo: & Romæ porticum duplicem a Cn. Octauio: qui de Perſe rege triumphauit ad circumflaminiū factam: appellatam fuiſſe Corinthiam a capitulis æris colunnarum Theſſalium cuius mentionē fecit Homerus: Hic duos filios habuit: cum quibus aduerſus Troianos cum cæteris græcis ꝓfectus eſt. Alteri nomē Phidippus fuit. Alteri Antiphus. Homerus. των αὖ φείδιππό ϛε καὶ ἄντιφοσ ἡγησάσθην. θέσσαλοῦ υἷε δύω ἡρακλείδαο ἄνακτοσ. Hoc eſt: hos aūt Phidippus: & Antiphus duxere duo Theſſali filii Herculei regis. Auētinū ex Rhea. Virgilius. Satus Hercule pulchro pulcher Auentinus. Hunc Turno aduerſus Aeneam ſuppetias tuliſſe cōmemorant. Telephū ex Auge Nympha (ut Sophocles refert) qui i ſilua a matre expoſitus a Cerua lactatus eſt: deinde grādior factus Cetiis imperauit: qumq; Troiani belli tēpore in auxiliū Troianorum veniſſet: dum Vlyxem inſeqtur: trunco quē in vinea forte inuenit: præpeditus: ab Achille vulneratus ē: quo vulnere qum indies magis creſcente dolore debilitaretur: Apollinem de remedio conſuluit: q reſpondit liberari eū non poſſe: niſi rurſus ab Achille vulneraretur. Itaq; rurſus cōgreſſus: & eodē loco vulneratus: incolumis domū reuerſus eſt. Ouidius. Vulnus Achilleo quæ quondā fecerat hoſti Vulneris auxilium Pelias haſta tulit. Quod ideo fictū eſt a poetis: quia: ut Plynius refert: Achilles ferri rubigine Telephum proditur ſanaſſe: ſiue id ærea: ſiue ferrea cuſpide fecerat. Ita certe depingi a veteribus ſolebat: ex ea decutiens gladio. Vis enim huius rubiginis eſt ligare ſiccare reſtringere. Itaq; Alopetias illita emēdat: & Scabricias genarū: puſtulaſq; totius corporis cū cera: & oleo Myrteo: huius Telephi filios tradunt fuiſſe Eurypylum: & Cypariſſum. Eurypylus in Co inſula regnauit: quæ inſula ē Icarii maris: vrbemq; habet eiuſdē nois. Homerus. Eurypyliq; vrbē Co: æquoreaſq; Calydnas. Ex hac inſula fuit Hippocrates medicus: a qua Cous eſt dictus. Itē Pamphile mulier Platis filia: quæ prima rōnē texēdæ bōbicinæ veſtis iuenit: vñ veſtis ipſa Cois ē vocata. Fama ē Hiſyrū quoq; altera inſulā haud multū ab hac remotā huius inſulæ fragmentū fuiſſe. Quippe Neptunū dū Polybotē gigātē pſeqret̄: fruſtrū e Co iuſula tridēte auulſiſſe: in eūq; iecīſſe: eiuſmodi vero fragmētū iſulā māſiſſe: appellatāq; eē Niſyrū: in eā gigātē ipm fuiſſe ſepultū: in vrbe q eodē noie Niſyrus appellatur. Homerus. Qui Niſyron habet celſam: Carpathonq;: caſūq;. Carpatos eiuſdē maris inſula eſt. excelſa ducētorū ſtadiorū circuitū hñs: qttuor olim inſignis vrbibus. A q mare ipm Carpathiū dictū. Et ad ſeptuaginta ſtadia Caſos altera inſula ꝓpinq eſt ambitus octoginta ſtadiorū: in q oppidū eiuſdē nois Caſos: alias quoq; ꝓpinqs hñs paruas iſulas: q Caſiorū dicūtur. Itē alias inſulas: q Sporades q̄ſi ſparſim ſitæ dicunt̄. hæ ſūt Hellene: Phocuſa: Hecaria: Schimuſa: Polegrados: & a Naxo decē: & ſeptē millia paſſuū Icaros: q nomē mari dedit: añ vocata Doliche: & maris: & Ichthicuſa ſita ab exortu ſolſtitiali Delo qnq̄ginta millia paſſuū ꝓpinq. Samo triginta qnq;: & ab ea Sereſtū. cxii. millia paſſuū: & ꝑter has Gyarus cū oppido circuitu duodecī milliū paſſuū: diſtās ab Andro ſexaginta duobus millibus paſſuū: in quā mittere i exiliū noxios Romani ſolebāt. Iuuenal̄. Aude aliqd breuibus Gyaris: & carcere dignū: & Atelos vnguēto nobil'a Callimacho Agathuſa appellata. & Melos cū oppido: quā Ariſtides Mimblida appellat: Ariſtoteles Zephyriā. Callachimachus Mimallida: Heraclides Siphnū: et Acitiā: hæc iſularū rotūdiſſima ē. Itē aliæ cōplures: de qbus alibi differemus. Quidā Telephū ſiſ̄ cū Teuthrante ei regioni iperaſſe tradūt: q Teuthraniæ: & Caico ꝓxima ē. Teuthras Cilicū: & Myſorū rex fuit: A quo Theutrana vrbs. & Theutrania regio iuxta ꝑgamū. Caicus flumē ē Myſiæ ꝑgamum præterfluēs per cāpum: qui Caicus

Marginal notes (left): Iuuenalis; Virgilius; Homerus; Virgilius; Ouidius; Plynius; Homerus; Homerus

Marginal notes (right): Tantalus; Tantalides; Fabula pelopeia; Aes corinthiū; Rubigo ferri; Eurypylus; Co; Pamphile; Cois; Niſyrus; Carpatos; Caſos; Caſiorū inſulæ; Teuthras; Theuthrana; Theuthrania; Caicus

appellat̃: & in Elaiticũ ſinũ defluens. Eurypides ſcribit Augẽ virginẽ ab Aleo p̃re: qũ ab Eurypides
hercule vitiatã dep̃hẽdiſſet: in vrna cũ Telepho filio ĩpoſitã in mare demerſã fuiſſe. ſed Pal/
ladis ꝓuidẽtia vrnã ad Caici oſtia deuectã a Theuthrãte exceptã fuiſſe: hãc Augen cõnubio
ſibi iunxiſſe. Thelephũ pro filio educaſſe: cũq; regni ſucceſſorẽ ĩſtituiſſe: ex hoc ergo natum
Eurypylũ a Neoptolemo c.ſũ ĩ bello fuiſſe. Homerꝰ. Ipſe Neoptolemus telo traiecit acuto Homerus
Eurypylus magna nimũ heroa Eurypylũ: quẽ Thelephus oli ꝓgenuit mlti circũ cecidere ſodales Ceci:
Cypariſſus ad exitiũ ob muliebria dona ruẽtes. Cypariſſum vero alteꝝ Thelephi filiũ a Phœbo amatũ
tradũt. hic qũ Ceruũ Nymphis ſacrũ: in delitiis hr̃et: eum forte humi ſub vmbra ſtratum
iaculo imprudẽs occidit: ob quã rẽ tãto dolore affectus eſt: ut nulla Phœbi cõſolatio retra/
here eũ a fletu potuerit: ſed tandẽ ſupmũ illud munus a deo petierit: ut omni tp̃e lugere ſibi
fas eẽt. Itaq; in ſui noĩs arborẽ cõuerſus ẽ: ex q̃ lachrymæ ꝑpetuo manãt. Ideo Diti ſacra eſt
diraq;: & atra: et Funeſta: a poetis nuncupat̃: ramuſq; eius poni an̄ funereã domũ ſolebat:
ne quiſq; per ignorãtiã ingrediẽs pollueret̃. Eſt natu moroſa: fructu ſupuacua: baccis torua
folio amara: odore violẽta: nec vmbra quidẽ gratioſa: metæ tm̃ aſpectu nõ repudiata. Oui/
Cupreſſus dius: Metas imitata cupſſus: propt̃ qđ Conifera dicit̃: ut ſupra oñdimus. Eius duo genera Ouidius
Meta in faſtigiũ cõuoluta: quæ & fœmina dicit̃: & Spargẽs extra ramos: quæ mas appella
tur: Quæſtuoſiſſima in ſatus rõne: ex iis apud veteres ſilua erat: propt̃ quod vulgo dotẽ fi/
liaꝝ antiq Plãtaria appellabant. Patria huic Creta ẽ: vnde primũ Tarentum trãſlata fuit: a
quo Cato Tarẽtinã appellat. Succiſa nõ regerminat: propt̃ qđ Diti qdã ſacrã volunt. Ho/ Cato
ratius Obid inuiſã vocat. De hac Ouidius. Lugebiſq; alios: aderiſq; dolẽtibus inqt. Durat Horatius
hoc lignũ ætate lõgiſſima. Value ex eo fuerũt ĩ tẽplo Epheſiæ Dianæ: quæ poſt quadringen Ouidius
tos annos nouis ſimiles videbãtur: & Romæ ſimulachrũ Iouis e Cupſſo viſũ ẽ in arce a cõ
dita vrbe ſexcẽteſimo primo anno dicatũ: vſq; ad traiani tp̃a integrũ durans. Vocat̃ arbor
ipſa modo Cypariſſus: mõ Cupſſus. Virgilius. Aeriæ quercus: aut Coniferæ Cypariſſi. Idẽ Virgilius
Et tenerã a radice ferẽs Siluane Cupſſum. Ab iis Cypariſſinus: & Cupſſinus deducunt̃. & Idem
Cypariſſiæ ignis Cypariſſi herba: de q̃ ſupra diximus. & Cypariſſiæ ignes prodigioſi ſĩltudine Cupſſorũ.
Poſtremo filios habuit Hercules Lydum: & Lamiriũ: ex Iole Euryti regis filia: & ex Lydo
Larriũ genitũ ꝓdiderunt. Fuit aũt Hercules propt̃ eximiã virtutẽ: & res ab eo preclariſſime
geſtas: tum ꝙ Iouis filius erat a p̃re in cælum trãſlatus: & is ẽ q Engonaſis dicit̃: hoc ẽ genu ĩ
nixus: Quippe apud græcos γόνυ genu vocat̃. Eſt enĩ ſupra Dracone collocatus ſiniſtra
manu pellẽ leonis: dextra clauã tenẽs: q̃ſi eum conet̃ interficere: Draco caput habet erectũ:
Hercules dextro genu ſiniſtro pede capitis eius dexterã ptẽ nitit̃ opprimere: dextra manu
ſublata: q̃ſi feriturus: ſiniſtra proiecta cum pelle leonis: ut ꝙ maxime dimicãs videat̃. Aeſchi Aeſchilus
lus tñ in Tragœdia: quæ Promotheus inſcribit̃: nõ Herculẽ cũ Dracone pugnãtẽ hunc eẽ
ſcribit: ſed cum liguribus dimicãtẽ: Quippe eo tp̃e cũ tela ei defeciſſent: diuerſis vulneribus
affectũ: ingeniculaſſe ſeſe: & Iouẽ: queãdmodũ ſupra diximus: oraſſe: ut ſibi aſſiſteret: quo
facto magnũ lapidũ ĩbrẽ ſtatim pluuiſſe: qbus hoſtes ſũt fugati. Itaq; iouẽ ſĩltudinẽ pugnã
tis int̃ ſydera cõſtituiſſe. Quod etiã ſẽſiſſe videt̃ Aratus. Dextro nãq; genu nixus: diuerſaq; Aratus
tendẽs Brachia: ſupplicit̃ panſis ad numina palmis Serpẽtis capiti figit veſtigia ſæua. Poſi/
tus ẽ int̃ duos circulos arcticũ: & æſtiuũ: dextro genu arctică circulum finiens: ſiniſtro caput
Draconis opprimere conatus: humeris veluti æſtiuũ circulũ ſuſtinẽs: Occidẽs capite prius q̃
reliquo corpe ad terrã deuenit: & qũ totus occidit q̃ſi pendere pedibus ex arctico circulo
vr̃: exoriẽs aũt pedes prius q̃ reliquũ corpus oñdit: hꝫ ĩ capite ſtellã vnã: In ſiniſtro brachio
vnã: In vtroq; humero ſingulas clare lucẽtes: In manu ſiniſtra vnã: In dextro cubito vnã: In
vtroq; latere ſingulas: ſed clariorẽ in ſiniſtro: In dextro femore duas: In pede vnã: q̃ dr̃ cla/
ra: In ſiniſtra manu qnq;: q̃s nõnulli Pellẽ leonis appellãt. Quidã etiã ſtellã Hercul'eam vo/
Martis ſtella cãt: quæ Martis ſtella dicit̃. Tyrii deũ Herculẽ religioſiſſime colũt: ſed & oĩs ægyptus augu/
ſtiſſima eũ religiõe venerat̃: ꝑpetuo fuiſſe aſſeuerãtes: & ſane alii quoq; an̄ eũ: ut qdã putãt:
& poſt eũ Hercules fuere. Varro tres & q̃draginta Hercules noĩat. Verũ tñ oẽs q robore: ac Varro
fortitudine preſtiterũt: hoc noĩe ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuiſſe affirmat. Poe
tæ eum ob corporis proceritatẽ Poliphagum: hoc eſt multi cibi: et multibibum: hoc ẽ multi
potus fuiſſe aſſerunt. Vnde ortum ẽ prouerbiũ ηρακλῆσ ξενίζεται: hoc ẽ hoſpes ẽ Her
cules: quotiẽs tarditatẽ alicuius ſignificare volumus. Quod ii qui Herculẽ hoſpitio ſuſcipie
bãt: tarde e cõuiuio ſurgere cogebãtur. Hinc eũ: qũ adhuc ĩfãs eẽt: ob nimiã auiditatẽ mul
titudinẽ lactis appetiſſe cõmemorãt: nec cõtinere ĩ ore potuiſſe: quã ob rẽ ex ore ꝓfuſũ cir/
culũ in cælũ deſignaſſe: cãdido colore: quẽ lacteũ vocãt. Alii tradiderunt dormienti Iunoni
ſuppoſitũ Herculẽ fuiſſe: & illã inſciã lac infãti ꝓbuiſſe: ſꝫ qũ expgefacta rem cognouiſſet:
reieciſſe eum a ſe: & ita profuſi lactis ſplẽdorem int̃ ſydera apparuiſſe. Sũt tñ: qui hoc non
cum Hercule: ſed cũ Mercurio Maiæ filio factum velint. Alii dicũt quo tẽpore Ops Satur/

no lapidem pro partu obtulit: iuſſiſſe Saturnum lac ei prebere: quæ qum vbera p̄ſſiſſet: pro
fuſo lacte hunc circulū eē ſignatū. Nos iō Lacteū appellatū hunc circulū exiſtimamus: qđ
eius defluuio velut ex vbere aliquo ſata cuncta lacteſcant. hercules nodum inuenit inexpli/
cabilē: cuius nec initium nec finis agnoſcitur: & ab eo Herculanus nodus appellatur: qualē
eē in Caduceo ſuperius oſtēdimus. Ab hercule Herculeus deducitur: quod modo poſſeſſi/
ui nominis ſignificationē retinet: modo pro forti: & robuſto accipit': ut herculeus homo:
herculea vis: modo pro magno: & immēſo: ut herculeum opus: & herculea ſolicitudo. Her
culeus etiā morbus dicit': Comitialis: q̄ hercules eum morbum paſſus ſit. Vn̄ & ſacer ē ap/
pellatus: & maior morbus propt̄ grauitatē: quoniam homo ſubito concidit: & ſpumæ ore
mouētur: morbuſq; ipſe aut recēs conſumit: aut durat vſq; ad vltimum vitæ diē: & Lunati/
cus: q̄ eum qui interlunio natus ē: hunc morbum fere pati compertum ē. Comitialis aūt iccir
co ē dictus: q̄ hoc morbo laborantes in comitiis maxime detegi ſolebant: interrūpebāturq;
Comitia: quo die aliqs concidiſſet. Serenus. Eſt ſubiti ſpēs morbi: cui nomē ab illo: Quod
fieri nobis ſuffragia iuſta recuſet. Sæpe eteni mēbris atro langore caducis Conciliū populi
labes horrēda diremit. Ipſe deus memorat dubiæ p tēpora lunæ Cōceptū: talis quē ſæpe rui
na profudit. Erāt aūt Comitia conuētus populi a ſimul itando ita appellata. Differtq; Co/
mitium a Concilio: q̄ Comitia ſunt: qum vniuerſus populus conuenit. Conciliū: qum po/
puli pars aliqua adeē videtur. Hinc Calata Comitia vocabātur: quæ pro collegio pontificū
haberi ſolebant: aut regis: aut flaminū in augurandoꝝ cauſa. Ex iiſq; alia curiata erant: alia
Centuriata. Curiata per lictorē curiarum procalari: hoc eſt conuocari ſolebant. Centuriata
per Cornicinē. Item Curiata qum ex cenſu: & ætate. Centuriata qum ex regiōibus: & locis
conſtabant. Item Comitia loca ipſa dicebātur: in qbus ſtans populus Romanus ſuffragia
ferre conſueuerat: hæc & Septa vocabātur. In campo martio incluſa tabulatis ad ſimilitu/
dinē ouiliū: Vnde & Septa aliquādo pro ouilibus ponūtur. Virgilius. Quāuis multa meis
exiret victima ſeptis. & Ouilia pro ſeptis. Lucanus. Et miſeræ maculauit ouilia Romæ. Se
pta etiā vocitata: quæ ad incile opponūtur: ut ſupra diximus. A ſepiēdo aūt Septa dicta. Sē
pire tenere ē: & impedire. a Sepia notiſſimo piſce deductū: que emiſſo cruore atro occultat
iter: atq; impedit: q̄uis ſepia ſit etiā ſcopulus iuxta Athenienſiū littus: ut Herodotus ſcribit.
A ſepio fit Sepes: quæ obiecta introitum prohibet: & Conſeptus: quod veteres etiam Con
ſiptus dixere. & Circūſeptus notæ ſignificationis: & præſepe: de quo ſupra diximus: & Se/
pelio: A quo Sepultus: Sepulchrū: Sepultura: de quibus inferius dicemus. Item Sæpe aduer
bium: quod ſignificat frequēter: q̄ quæ frequētia ſunt: quodamodū ſepem facere videātur:
ſcribiturq; per diphthongon: ut a ſepe ablatiuo differat. Ab eo fit Sæpius & Sæpiſſime. Itē
Sæpenumero: & Perſæpe. Item Spiſſum a ſepium denſitate. Spiſſum eni proprie denſū ſi/
gnificat. Cicero. Et ſi principia tarda ſūt: exitus tamē ipſi ſpiſſi: & producti eē debēt. Hinc
Spiſſitas: & Spiſſitudo pro denſitate. & Spiſſe aduerbiū: denſe. & Spiſſo verbum denſo.
A quo fit compoſitum Inſpiſſo. Aliquādo per antifraſin Spiſſo pro tardo accipit'. Vnde
Perſpiſſo aduerbiū: quod ſignificat tarde. Plautus. Quia qđ bn̄ promittunt aruſpices: per/
ſpiſſo euenit. Id quod mali promittūt præſentaneū eſt. Item a ſepio Præſepio: hoc ē ſepem
añ facio. & Circūſepio: hoc ē facta ſepe circundo. & Interſepio: claudo: iter impēdio. Quī
tilianus. His textis ne vniuerſi mellis effluat pondus: interſepta onera claudūtur: hoc ē in/
terſepta: uel qua effluere mella poterāt: ſepta. A comitio Comitiales dies appellati: ſunt faſti
in quibus cōuenire populus Romanus ſolebat ad ſuffragiū ferendum. Itē Comitiales ho/
mines a morbo Comitiali dicti: qui eodē morbo laborant. Plynius. Fel teſtudinū naribus
illitum comitiales erigit: attollitq;. Ab eo fit Comitialiter aduerbiū. Idem. Folia Heliotro/
pii cōtractionibus medētur: etiam ſi id comitialiter accidat: hoc ē: etiam ſi cōtractiones ſi/
ant ex morbo comitiali. Cōtrahuntur eni nerui hoc morbo: propter quod græci Epilepſiā
vocāt: hoc eſt correptionem. & Epileptici dicūtur: qui eum morbum patiuntur. Hippocra
tes την συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν: hoc eſt coitūm eē breuem Epilepſiā
i. comitialē morbū: Correptū hoc morbo bis fuiſſe i rebus agēdis Iuliū Cæſarē tradūt: mul
tos p̄terea magnos: et īgenio: & reꝝ geſtaꝝ gloria excellētes viros eodē laboraſſe. Cuius rei
cām Ariſtoteles lōgiſſimo p̄bleumate conat' inueſtigare. Sanari vero hūc morbū exiſtimāt:
iugulati hoīs calido ſāguine epoto. Ita ſæpe miſera auxilia tolerabilia faciūt miſeriora mala
Itē ab hercules Herculides fit Pronymicū nomen: & græca voce Heraclides: & Heraclius.
Heraclides ēt p̄priū nomē ē. Quatuordeci eni heraclidæ noiant' īgenio: ac doctrina iſignes
fuiſſe. Primꝰ Heracleotes ex pōto Euryphonis filius vir diues: q Athenas p̄fectus Speuſip
pū audiuit: et Platonē imitari conatus ē: vtebat' molliori veſte: adeoq; elatus īcedebat: ut At
tici p Pōtico Pōpicū noīarēt: ſcripſit dialogos plures: et tragœdias: p̄ria; eiecto: atq; occi/
ſo tyrāno liberauit. Draconē lōgo tpe nutriuit: moriturusq; cuidā e neceſſariis ſuis mādauit

Left margin notes (with the body line each stands beside):
- Sermus (line 13)
- Virgilius (line 24)
- Lucanus (line 25)
- Herodotuſ (line 28)
- Cicero (line 35)
- Plautus (line 38)
- Quintilia. (line 40)
- Plynius (line 44)
- Idem (line 45)
- Hipocra/tes (lines 48–49)
- Ariſtoteles (line 52)

Right margin notes (with the body line each stands beside):
- Nodus herculis (line 4)
- Herculeus (line 5)
- Herculeꝰ morbꝰ (line 8)
- Sacer morbus (line 9)
- Maior morbus (line 10)
- Lunaticus mor/bus (lines 11–12)
- Cōitial' morbus (line 13)
- Comitia (line 16)
- Concilia (line 17)
- Calata comitia (line 18)
- Comitia curiata (line 19)
- Comitia centuri/ata (lines 20–21)
- Septa (line 23)
- Ouilia (line 24)
- Sepio (line 26)
- Sepia (line 27)
- Sepes Cōſeptus (line 29)
- Conſiptus (line 30)
- Sæpe (line 32)
- Spiſſum (line 34)
- Spiſſitas (line 36)
- Spiſſitudo (line 37)
- Spiſſe Spiſſo (line 38)
- Perſpiſſo (line 39)
- Præſepio (line 40)
- Circūſepio (line 41)
- Interſepio (line 42)
- Comitiales dies (line 43)
- Cōitiales hoīes (line 44)
- Epilepſia (line 47)
- Epileptici (line 48)
- Herculides (line 54)
- Heraclides (line 55)
- Heraclius (line 56)

ut corpus occulēt:Draconeq̧ ſupra lectū poneret quo cū putaret ad deos migraſſe. Secūdus Heraclides huius cōciuis fuit:q Pythicas nugas cōſcripſit. Tertiꝰ Cumanus:q libros ædidit de arte Rhetorica. Quartus Alexandrinus Perſicarū rerū ſcriptor. Quītus Barzileites dialecticus:q aduerſus Epicūrū ſcripſit. Sextus medicus Tarētinus. Septimus Poeta. Octauus ſculptor Phocēſis. Nonus Epigrāmatū ſcriptor argutus. Decimus Magneſius: q Mithri/datica ſcripſit. Vndecimus Alexandrinus grammaticus. Duodecimus Epheſius rhetor. Tertiuſdecimus Aſtrologus. Quartuſdecimus Byzātius:qui philoſophiā Corinthi docuit. Itē

Heracleon
Timalos
Nympea
Ropalon

ab hercules Heracleon herba:quæ & Timalos a Boetiis vocatur:& Nymphea:& Ropa/lon:naſcit' in aquoſis:foliis magnis:& in ſumma aqua:& aliis ex radice prodeūtibus: flo/re lilio ſimili:& qum defluerit capiti papaueris. Laudatiſſima in Orchomeno et Marathone Boetiæ naſcit'. Tradūt hāc ex Deianiræ ſanguine procreatā. Nam qum Deianira ob Zelotypiam erga Herculem:cētauri veſtem ei miſiſſet:cuius vi peſtifera in furorem actus Her/cules ſeſe in rogum deiecit. Doloris impatientia percita Deianira ſeſe illius claua interfecit quam græci ῥόπαλον vocāt. Ex eius ſanguine mox nata ē herba:quā diximus: radice clauæ ſimili: itaq̧ a nympha Nymphea appellata eſt:ab Hercule:erga quem Zelotypia exarſerat:Heracleon:a claua:quam græci Rhopalon vocant:Rhopalon eſt appellata:ideo eos:q ſuccum eius bibant:duodecim diebus coitu genitura q̄ priuari affirmant. Fructū huius her/bæ Boetii Madona vocāt: & radicem ſole ſiccant: qua geniturā p quietem exeuntem: & alui fluxum reprimunt. Galenus. ἐπέχει γάρ τα τησ γαςρὸς ράματα καί ἱπὲρ/ματα τοῖς ὀνείρογμοῖς. Eſt & alia herba: quæ Heracleon ſyderion dicit': & ipſum ab Hercule inuētum caule tenui digitorū quatuor altitudine:flore puniceo: foliis coriādri iuxta amnes:& lacus naſcēs:& oīa vulnera ferro illata efficaciſſime ſanās. Item Heracleon aliud ab eodē inuētum tradūt:qd' Origanū heracleoticū ſilueſtre nūcupari diximus:qm̄ eſt Origano nō diſſimile:eſtq̧ e panacis genere:de qua ſupius differuimus. Apollinaris quoq̧ inuēta ab Hercule memorat': quæ apud Arabas Altercum: ſiue Altercagenū: apud græcos Hyoſcyamos:hoc ē Faba porcina appellat'. Plura eius genera. Vnū nigro ſemine: foliis pene purpureis:ſpinoſum:vulgare:candidius:& fruticoſius:altius papauere. Tertii ſemen Cotoneis fere ſimile:oīa in ſaniam gignūt:& capitis vertigines. Quartū genus molle:lanuginoſum:pinguius cæteris:cādidi ſeminis:in maritimis naſcens:hoc recepere medici. Vſus ſemi/nis & per ſe:& ſucco expreſſo. Cōſtat etiam foliis mētem corrumpi ſi plura quam quattuor bibātur:fit ex ſemine oleū:quod & ipſum auribus infuſum territat mētem:mirifice tamē cōtra venenum prodeſt:adeo cōſtat etiam venena prodeſſe. Item ab hercules Hercule:& Hercle: & Mehercules: & Mehercule iurandi aduerbia. Solebant aūt viri ſoli per Herculē iu/rare:nec vnq̄ per Caſtorem:e contrario vero mulieres per Caſtorem iurabant. Per Hercu/lem aūt deierare eis nō licebat:cuius rei ratio erat:ꝙ Herculano quoq̧ ſacrificio abſtinebāt mulieres:quoniam qum Hercules boues Geryonis per agros Italiæ duceret:ſitienti aliquā/do:& aquam a quadam mulieri petēti: Reſpōſum ē:ſe aquam nō poſſe præſtare:qd' fœmi/narum deæ: quam græci Δεcν γυναίκειαν vocāt:celebraretur dies:nec ex eo apparatu viros guſtare fas eēt. Propter qd' facturus hercules ſacrificium:deteſtatus ē præſentiam fœ/minarū:& Poticio ac Pinario ſacrorum cuſtodibus iuſſit:ne vnq̄ mulierem intereē pmit/terēt. Nuſq̄ igit' inuenire ē apud probos ſcriptores aut me hercules fœminā dicere: aut me

Me Caſtor
Aedepol

Caſtor virum. Edepol aūt:quod iuſiurādum per Polucem ē:& viro:& fœminæ commune fuit. Quāuis M. Varro affirmet antiquiſſimos viros:neq̧ p Caſtorē: neq̧ p Pollucem deierare ſolitos:ſed id iuſiurādum fuiſſe tātum fœminarum:paulatim tamē inſcitia antiquitatis iurare viros per pollucē cœpiſſe. Quidam Aedepol dictum volūt quaſi p ædem Pollu/cis. Item Pol:& Perpol:& ſimilit' Caſtor:& Mecaſtor:& per ecaſtor:quaſi per ædem Ca/ſtoris. Cauſam cur viri per Caſtorē:& Pollucem non iurēt:ſed tm̄ fœminæ:hāc quidam eē affirmāt:ꝙ helenes ſororis ſuæ gratia id fecerint:qd' vix frater pro fratre feciſſet:merito igitur mulieres eorum teſtimoniū implorare viſæ ſunt:q in genus ſuū ſeſe tam ꝓpitios exhibu/iſſent. Illud quoq̧ in ſacris herculis obſeruatum ē:ut nō cubādo:ſed ſedēdo epularēt'. Cor/nelius balbus apud arā maximā obſeruatū:ne lectiſterniū fiat. Cuſtodit' ī eodē loco: ut oēs

M. Varro

Aedes hercul' victoris

opto capite ſacra faciāt:qd' fit ne qs in æde dei habitū eius imitet'. Nā ipſe in opto capite ē. Fuerunt autē Romæ ædes duæ Victoris herculis: vna ad portā Trigeminam. Alter in foro Boario. Varro. Ideo victorem herculem putat cognominatum:ꝙ omne genus animalium vicerit. Alii tradūt. M. Octauiū herrenum prima adoleſcētia tibicinem eē. Poſtea vero arti ſuæ diffiſum inſtituiſſe mercaturā:& re bn̄ geſta decimam herculi ꝑſoluiſſe. Poſtea qum nauigās hoc idē ageret:a ꝑdonibus circūuētū fortiſſime repugnaſſe:victoreq̧ receſſiſſe. Ap/paruiſſe ei ī ſōnis herculē:& ſua opa ſeruatū docuiſſe: Proinde Octauiū īpetrato a magiſtratibus loco ædē ei:& ſignum ſacraſſe:victoreq̧ inciſis lr̄is appellaſſe:dediſſeq̧ ei epitheton:

Varro
M. Octauium herrenū

quo ſimul:& veterum victoriarum:& nouæ memoria cõtinẽtur. Quidam etiam Heracli- Heraclitus
tum ab Hercule deductum opinãtur. Fuit Epheſius philoſophus Eliſonis: ſiue ut alii dicũt
Herationis filius: animo nimis elatus: & omnes cõtemnẽs. Homerum dignum dicebat: qui
de certaminibus eiiceretur: & colaphis cæderetur: nullumq; præceptorem habuiſſe ſeſe: ſed
per ſe omnia didiciſſe gloriabatur. Scripſit de re pub. & iis: quæ ad deos pertinẽt. Librũq;
in templo Dianæ repoſuit: obſcure ſcriptum: ut ſoli docti poſſent intelligere: ne ſi in vulgi
noticiam deueniret: cõtemptui haberetur. Accedere ad Darium Perſarum regem: benigne
eum inuitantẽ noluit: verum in mõtana ſeceſſit: vbi herbas tm̃ depaſcẽs: incidit in morbum
aquæ inter cutis: ꝓpter quod in vrbem aliquãdo reuerſus ſciſcitabatur medicos per enigma
ta: an poſſet ex imbre ſiccitatem facere: quibus minime intelligẽtibus præſepe ingreſſus Bu-
bulo fimo ſe obruit: ratus ſe eo calore ſiccare humorem poſſe. Sic annũ ætatis ſuæ ſexageſi-
mum agẽs: interiit. Fuerũt & alii quattuor Heracliti. Primus poeta Lyricus. Secũdus Hali
carnaſeus ſummæ vir elegãtie. Tertius Leſbius: qui Macedonum ſcripſit hiſtoriam. Quar
tus vir ridiculus. Heracleæ quoq; quinq; fuiſſe legũtur præ cæteris inſignes: vna in radicibus Heracleæ
Oetæ montis: in plano ſita: quam Aſaris flumẽ abluit. Alia in Propontide quæ prius Pe- Aſaris
rinthus vocabatur: in qua Amphitheatrum fuit: vnum e ſeptem ſpectaculis orbis terrarum. Perinthus
Tertia in Ponto Boetiorũ Colonia. Quarta de q̃ ſupra diximus: iuxta hoſtia Rhodani.
Quinta in Campania Italiæ: quæ & Herculaneum dicta eſt: incũbens mari iuxta Pompe- Herculaneum
ios: & promontorium habens mirũ in modum ventis afflatum: quos vocãt Eteſias: propt
quod ſaluberrimum ibi eſſe aerem conſtat: hanc vrbẽ tenuerunt Oſci: ſicut Pompeios: quos Pompeii
Sarnus amnis abluit: Poſtmodum thuſci: & Pelaſgi: Deinde, Samnites: eratq; nolæ: & Nu Sarnus
ceriæ emporiũ: nõ longe a monte Veſuuio: qui amœniſſimis agris incolitur excepto cacu- Veſuuius
mine: Id magna ex parte planiciem habet: ſed ĩfructuoſum eſt: & cinere ſcatens: cauernoſa
præ ſe ferens antra plena aduſtis lapidibus: ut facilis coniectura ſit: ea loca quondam arſiſ-
ſe: ſed defeciſſe flãmas ceſſãte materia. Duo præterea in Italia portus ab Hercule nomẽ ſor- Portus Herculis
titi ſunt: Alter in Brutiis iuxta Hipponem Locrorum oppidũ: quod poſtea obtinuere Ro Hippo
mani: & mutato nomine Vibonẽ Valentiam appellauere: Ad hũc locũ Proſerpinam e Si- Vibo Valẽtia
cilia ad legẽdos flores veniſſe exiſtimãt: quoniã amœniſſima regio eſt: & floridiſſima pra-
ta: hinc apud matronas cõſuetudo inualuit: ut collectis ex floribus coronas texant: quoniã
diebus feſtis emptas geſtare: vitio datur. Alter in Liguriæ finibus: ac Thuſciæ: qui dicit̃ por
tus Herculis Monoeci: nõ longe a populo viaſinus eſt: in quo tumulus ſublimis: vbi ædifi-
catũ eſt oppidũ: ſub quo portus Herculis Monoeci: ſiue portus Monoecius habet enĩ tem-
plum Herculis cognomẽto Monoeci: qm̃ is in eo habitet ſolus: eſt quippe ſtatio quædã nõ
multarum: nec magnarũ nauiũ capax. Fecit Polydetus Sicyonius Ageladis diſcipulus no-
biliſſimus artifex Herculem: qui Romam trãſlatus fuit: Anthæum a terra ſuſtinẽtẽ: & My
ron Eleuthris natus alter Ageladis diſcipulus Herculem alterum: qui ob nobilitatẽ operis
apud Cyrcũ maximũ in æde Pompeii magni collocatus fuit: & Eurycrates Lyſippi Sicyo
nii filius Herculem Delphis: omnes ex aere. At Zeuſis Heracleotes Herculem infãtem pin-
xit Dracones ſtrangulãtem Alcmena matre corã pauẽte: & Amphitryone admirãte: hic no
biliſſimus pictor fuit cũ quo qum Parrhaſius alter excellẽs pictor in certamẽ deſcẽdiſſet: de
tulit vuas pictas tanto ſucceſſu: ut in Scenã aues aduolarint. At Parrhaſius lintheũ pictum
traditur detuliſſe: ita veritate rep̃ſentata: ut Zeuſis alitum iudicio tumens flagitarit: remoto
tandẽ linteo picturam oſtendi: intellectoq; errore palmã conceſſerit ingenuo pudore: quo-
niam ipſe aues fefelliſſet: Parrhaſius aũt ſe artificem. Pinxit & Parrhaſius Herculem in ta-
bella: q̃ qum Rhodi eẽt: ter fulmine ambuſta: nec vnq̃ oblitterata: hoc ipſo miraculũ auxit.
Itẽ Vlyxes nobiliſſimus pictor: q ſe Abrodiætũ: qđ græce ſignificat delicatũ: atq; elegãtẽ co Abrodietus
gnominauit: Herculẽ Lyndi fecit: talẽ a ſe hũc pictũ aſſeuerãs: q̃lẽ ſæpe in qete vidiſſet. Apel
les quoq; q pictura oẽs ſupauit: Herculẽ auerſũ pinxit: q Romæ ĩ Antoniæ tẽplo viſus ẽ: cu
ius faciẽ oñdere potius ars q̃ promittere videbat̃. Itẽ Artemõ Herculẽ pinxit cũ Deianira
laſciuiẽtẽ: & Alterũ Herculẽ: ab Oeta mõte exuta mortalitate cõſẽſu deoꝝ in cælũ eũtẽ. Itẽ
Laomedõtis circa Herculẽ & Neptunũ hiſtoriã: q̃ tabellæ int̃ eas: q̃ in porticibus Octauiæ
fuerũt: nobiliſſimæ habitæ ſũt. At Nicearchus pinxit Herculẽ triſtẽ ĩſaniæ pœnitẽtia: ꝑ quã
vxorẽ: & filios occiderat: Sʒ ĩ maxima admiratiõe fuit Herculis ex marmore ſtatua a Mne
ſtrato fcã: quã viuã iudicare ſpectãtiũ oculi cogebãt̃. Viſus etiã fuit ĩ Pãtheo Agrippæ tẽplo
Rome Hercules e marmore humi ſtãs ſingularis admiratiõis: ad quẽ pœni oib9 ãnis hũana
victĩa ſacrificare cõſueuerãt: ita oẽs artifices hũc maxĩe int̃ oẽs deos eligebãt: quẽ ꝑpetua me
moria celebrẽ toto orbe reddere conarẽt̃: qn et Chorĩthiis vaſis ĩprimi a veterib9 ſolebat.
Martialis Mar. de Herc. Corĩthio Elidit gemĩos ĩfãs: nec reſpicit ãgues. Iã poterat teneras hydra timẽ
Idem man9: et ẽt figulinis opibus. Idẽ de Herc. fictili. Sũ fragil: ſʒ tu moneo ne ſperne ſigillũ. Nõ

Leo pudet Alciden nomē habere meum. LEONEM NEMEES. Leonem ſiluæ Nemeæ de
quo ſupra diximus. Leo generoſiſſimus eſt omnium animalium: tum præcipue: quum colla:
armoſq; veſtiunt iubæ: quod ætate accidit iis: qui e leone concepti ſunt. Naſcuntur quippe:
ex Pardis: qui iubis carent: præſertim in Africa: vbi propter penuriam aquarum ad paucos
amnes multitudo ferarum cōuenit. Ideo multiformes ibi animalium partus mutuo ſeſe miſ
centibus diuerſorum generum animalibus: Vnde ortum ē illud prouerbium: Semper ali/
quid noui Africam afferre. Alexander magnus noſcēdi naturas animalium deſiderio inflā
matus Ariſtoteli philoſopho in omni diſciplinarū genere excellēti: ſcribendi de iis prouin
tiam delegauit: ei aliquot millia hominū in totius Aſiæ: & Græciæ tractu parere iuſſit: qui/
bus venatus: aucupia: piſcationes curæ eſſent: quiq; viuaria: armenta: aluearia: piſcinas: auia
ria haberēt: ne quid vſq; genitum ab eo ignoraretur: Hos igitur percūtando quinquaginta
Natura leænæ illa de animalibus præclara volumina ſcripſit. In iis ergo Ariſtoteles tradit Leænam primo Ariſtoteles
fœtu quinq; catulos parere: Secūdo quattuor: ac per ſingulos annos vno minus. Poſtq̃ ve
ro vnum tm̄ pepererit: ſterileſcere: Atqui fœtus ipſos initio informes: ac minimas carnes eē
magnitudine Muſtelarum: ac niſi bimeſtres moueri: ſemeſtres vix ingredi poſſe. In Europa
Neſtus aūt inter Acheloum tm̄: de quo ſupra diximus: & Neſtum Thraciæ amnem iuxta Abdera;
Pangeus fluentem: & Pangei montis ima ambientem: vbi Diomedes hoſpites ſuos equis apponere Diomedes
ſolebat: leones reperiri: ſed longe præſtātiores iis: quos Africa: & Syria nutrit. Leonū duo
genera eſſe: Compactile: et Breue criſpioribus iubis: hos timidiores eſſe: q̃ longo ſimpliciq;
villo: illos vulnerum eſſe cōtemptores. Vrinam mares crure ſublato reddere: quemadmodū
canes: hanc grauem odore eſſe: nec minus halitū: Raro hoc animal potare: veſci alternis die
bus: Poſt ſaturitatem aliquando triduo ieiunare. In mādēdo quæ poſſint ſolida deuorare.
Quando aluus grauatur: inſertis in ora vnguibus ſpōte protrahere. Idem etiam facere poſt
ſatietatem: quādo eſt fugiēdum: longitudinem vitæ eorum ex eo apparere: quod pleriq; dē/
tibus defecti reperiūtur. Polibius ſcribit in ſenecta ab iis hominē appeti: quoniā ad pſequē/ Polybius
das feras nō ſuppetant vires. Tūc obſidere Africæ vrbes: eaq; de cauſa cruci fixos ſe vidiſſe
ut cæteri metu ſimilis pœnæ abſterrerentur a noxia. Leones tantum ex feris clæmentia vtū/
tur in ſupplices: proſtratis parcunt: Vbi ſæuiūt: in viros prius q̃ in fœminas fremunt: Infan
tes nō attingunt: niſi in magna fame. Eorum animi index eſt cauda: ſicut equorum aures.
Vim ſūmam in pectore habent. Satiati innoxii ſunt. Generoſitatē in periculis maxime oſtē
dunt: ſpernentes tela: & ſe terrore ſolo diu tuentes: ac veluti cogi: ad ſæuiēdum ſeſe teſtantes
Vrgēte canum: ac venatorum magna vi contemptim reſiſtunt: cædūtq; in campis. Vbi vir/
gulta ac ſiluas penetrauerint: acerrimo curſu ferūtur: quaſi turpitudinē latebris tegētes. Vul
nerati mira obſeruatione percuſſorem nouerunt: & in quantalibet multitudine appetunt.
Eum vero qui tela quidem miſerit: ſed non vulnerauerit: correptum ſternunt: nec vulnerant
Moriētes humum mordent: & dant lachrymam læto. Quum pro catulis fœtæ dimicant: aci
em defigunt in terram: ne venabula expaueſcant. Carent dolis: nec limis intuentur oculis:
nec ita videri volunt. Timet tamē tam ferox animal rotarum orbes circumactos: & currus
inanes: & criſtas: cantuſq; gallinaceorum: ſed maxime ignes. Aegritudinem faſtidii tm̄ ſen/
tiūt: in qua medetur eis cōtumelia: & annexarum eis ſimiarum laſciuia in rabiem agit. Gu/
ſtatus deinde ſanguis remedio eſt. Illud quoq; admiratione dignum: qđ cōdito in corpo/
ris vaginas vnguiū mucrone gradiūtur: & aduerſis falculis currunt: ne frangātur: hebeten/
turq; vngues: quos nō niſi appetendo protendūt. Idem quoq; & Pardi: & Pantheræ faciūt
Plurium leonū ſimul pugnam primus Romæ ædidit Scæuola Publii filius ī ædilitate curu/ Scæuola
li. Centum iubatorum. Primus omnium. L. Sylla: qui poſtea dictator fuit: in prætura: poſt L.Sylla
quem Pompeius magnus habuit in circo. cccxv. Cæſar dictator quadringētos. Capere eos Pompeius
quondam difficile fuit & non niſi foueis. Principatu Claudii Cæſaris caſus rationē docuit C.cæſar
tam generoſo animali certe ignominioſam: paſtoris getuli ſago contra irruentis ipetū obie/
cto: qđ ſpectaculum mox ī harenā trāſlatū eſt: tāta illa feritate ſupra quā dici pōt torpeſcēte:
capite q̃uis leui iniectu op̄to ita: ut liget' nō repugnās: veluti vis oīs cōſtet ī ocul'. Ex quo fit
minus mirū: qđ dicit' a Lyſimacho ſimul incluſo iuſſu Alexandri ſtrāgulatū leonem. Iugo
ſubdidit eos: primuſq; ad currus iunxit Romæ: quo etiam per Italiam vectus eſt. M. Anto
nius bello ciuili: malo quodam præſagio: qđ etiam generoſi ſpiritus poſſet iugum ſubire.
Primus leonem tractare auſus eſt: et oſtēdere māſuefactum Hanno Carthaginēſis: propter
qđ dānatus fuit: q nihil nō perſuaſurus vir tam artificis ingenii videretur: & male ei credi
libertas: cui feritas vſq; adeo ceſſiſſet. Extāt clæmētiæ leonū complura exēpla. Mētor Syra/
cuſanus in Syria: quum forte leoni obuiaſſet: ſeſe ſupplicit' volutāti: & quacūq; fugeret ſe op/
ponēti: lābētiq; veſtigia q̃ſi adulari vellet: licet initio pterritus: aiaduertit tādē in pede eius tu
morē: vulnuſq;: & extracto ſurculo cruciatu aial liberauit. Helpis quoq; natione Samius in

Africam naue delatus:qum forte iuxta littus minaci hiatu leonē conſpexiſſet: arborem fu/ga petiit:libero patre inuocato:ut præcipuus votorum eſſe locus ſolet:vbi nullus ē ſpei: ſed nec fugienti:qum poſſet:fera inſtiterat:& procumbens ad arborem:hiatu quo terruerat:mi ſerationem quærebat.Oſſis fruſtum auidiore morſu adhæſerat dētibus:& qum ob id paſci nō poſſet:in edia ſimul:ac dolore cruciabatur.Deſcēdit tandem ille ex arbore:& fragmen tum ex ore leonis euulſit:quem tradunt q̄diu nauis ea in littore ſtetit:retuliſſe Samio gra/tiam venationis partem quottidie afferēdo:ob quam cauſam libero patri templū in Samo Helpes ſacrauit:quod græci σοωτηρὸσ νεὼς Διόνισου.i.ſaluatoris templū Dionyſii appellauere.Sed lōge mirabilius eſt:ꝙ Appion:qui Polihiſtor appellatus ē: ſeſe Romæ in circo maximo vidiſſe teſtatur.In iis ludis inquit Leonum immanitas admirationi fuit:in/ter quos vnus erat corporis impetu:& vaſtitate:terrificoq;: ac ſonoro fremitu:& toris: co/miſq; ceruicum fluctuantibus:qui animos:oculoſq; omniū in ſeſe conuerterat.Introductus quoq; inter alios pluris ad pugnam beſtiarum Dacus quidam fuerat: ſeruus viri cōſularis: cui Androdus nomen erat:hunc ille leo vbi procul aſpexit:repēte quaſi admiratus ſubſtitit Deinde ſenſim:ac placide veluti noſcitabūdus ad eum acceſſit:tum caudam inſtar adulan/tium canum clæmēter:ac blāde mouēs:hominis ſeſe corpori adiūgit:cruraq;:& manus eius prope iam exanimati metu lingua demulcet.Androdus inter illa tā atrocis feræ blandimē/ta ammiſſum animū recuperat:paulatimq; oculos ad cōtuēdum leonem refert. Tum quaſi mutua recognitione facta veluti lætos: ac gratulabūdos leonem: atq; hominē viſos fuiſſe. Qua re maximos populi clamores fuiſſe excitatos.Acceꝛſitumq; a Cæſare Androdum: & cauſam cur tam atrox belua ſibi vni peperciſſet:interrogatum.Ibi rem miram:& vix credi bilem Androdum narraſſe.Qum prouintiam Africam pro conſulari iperio dominus eius teneret:iniquis eius:& quottidianis verberibus ad fugam coactum ſe fuiſſe:& ut a domino terræ illius præſide tutiores latebræ forent:in harenarum ſolitudines cōceſſiſſe:eo conſilio: ut ſi cibus defuiſſet:aliquo modo mortem appeteret.Tum medio:ac flagranti ſole ſpecum quādam nactum remotam:ac latētem in eam ſe recōdiſſe: nec multo poſt ad eā veniſſe hūc leonem:pede vno debili:atq; cruento:edentem gemitus:& dolorem: ac cruciatum vulneris præ ſe ferentem.Territum ſeſe:ac pauefactū primo aſpectu.Sed poſtq̄ introgreſſus leo ha/bitaculum illud:ut re ipſa apparuit:ſuum: delitēſcētem conſpexit: mitem ac manſuetum ad ſe acceſſiſſe:ſublatumq; pedem:quaſi petendæ opis gratia porrexiſſe.Ibi ſtirpem ingētē ve/ſtigio pedis eius inhærētem euulſiſſe:cōceptamq; ſaniem expreſſiſſe:& ſine vlla iam formi/dine exiccaſſe: ac deterſiſſe cruorem. Quo facto leuatum dolore leonem pede in manibus eius poſito recubuiſſe: & paululum indulſiſſe quieti. Poſtea vero ex eo die totum trienniū ſe:& leonem in eadem ſpecu:eodemq; victu vixiſſe.Quippe leonem e feris quas venabatur opimiora membra ad ſpecum ferre ſolitum:quæ ipſe quoniam ignis copia non eſſet:meri/diano ſole torrēs epulabatur.Sed vbi eum vitæ illius ferinæ moleſtia cepit:leone venatū ꝓ/fecto ſpecum reliquiſſe:& tridui viam permenſum viſum a militibus:atq; apphenſum fuiſ/ſe:& ad dominum ex Africa Romā deductum.Hunc ſtatim rei capitalis damnandum:ob iiciendumq; beſtiis curauiſſe:percepiſſe ſe iam hunc quoq; leonem olim ſuum fuiſſe captū: & Romam perductū:gratiam ergo ſibi beneficii:ac medicine retuliſſe.Quæ qum Andro dus narraſſet:dimiſſum ſtatim a pœna abſolutum fuiſſe:leonemq; ei ſuffragiis populi do/natum: quem poſtea loro tenui reuinctum per vrbem ducere viſus eſt: donantibus paſſim ipſum ære:Leonem vero omnibus vario flore ſpargentibus:ac ſimul clamantibus:hīc ē leo hoſpes hominis: hic eſt homo medicus Leonis. Leones in Syria nigri naſcuntur: ut tradit

Ariſtoteles Ariſtoteles:& in Aegypto:qui Formicæ dicuntur:de quibus ſupra diximus. Leones coeūt auerſi:quemadmodum Lynces: Cameli:Elephanti:& Rhinocerotes: & Tigrides. A leo/ ne terreſtri marinus quoq; Leo appellatus eſt ex cancrorum genere:de quo ſupra diximus. Leo marinus Item Camæleon quaſi paruus Leo.Naſcit̄ in India figura:& magnitudine lacerti:niſi cru Chamæleon ra eſſent recta:& excelſiora:Latera ventri iungūtur:ut piſcibus:& ſpina ſimili modo. Emi net roſtrum ſimile Suillo cauda prælonga in tenuitatem deſinens: & implicans ſe viperinis orbibus:vngues adunci:motus tardior:ut teſtudini:corpus aſperum:ut Crocodillo: oculi in receſſu cauo prægrandes:& corpori concolores: nunquā eos operit: nec pupillæ motu: ſed totius oculi verſatione circumaſpicit ipſe excelſus hianti ſemper ore. Solus animalium nec cibo:nec potu alitur:nec alio q̄ aeris alimento.Circa Caprificos ferus:alioquin inno/xius:& coloris natura mirabilior.Mutat nanque eum ſubinde & oculis:& cauda: & toto

Ouidius corpore.Redditq; ſemper quemcūq; proxime attingit:præt̄ rubrū:candidūq;.Ouidius.Id quoq; qđ vētis aīal nutritur:et aura:Protinus aſſimilat texit quoſcūq; colores.Defūcto pal lor ē.Caro in capite:& maxill:& ad cōmiſſum caudæ admodū exigua:nec alibi toto cor/pore:Sāguis i corde:et circa oculos tm̄:Viſcera ſine ſplene:hibernis mēſib9 latet:ut lacerta.

Democritus philoſophus peculiare volumen de Chamæleonte ædidit: plenū mēdaciis: nec | Democritꝰ
alia cauſa legēdum: q̄ ut ad riſum excitemur. Inter cætera vim eius eſſe maximā ſcribit con/
tra Accipitrū genus: Detrahere enī ſuperuolātem ad ſe: & volūtarium præbere lacerandū cæ
teris animalibus. Caput eius: & guttur: ſi roboreis lignis vratur: magnorū imbrium: ac to/
nitruum cōcurſus facere. Linguam ſi viuēti exempta ſit: ad iudiciorum euētus pollere: Cau
Chameleon — da flumina: & aquarū impetus ſiſti: Ab hoc & Chamæleon herba appellata ob varietatem
foliorum. Mutat enim cum terra colores: hic niger: illic viridis: alibi cyaneus: alibi croceus:
& aliis coloribus. Duo eius genera Marem dicūt: cui flos purpureus eſt: Fœminā cui vio/
laceus: Vno naſcūtur caule cubitali. Craſſitudine digitali. Quidam Buphonem nomināt.
ꝙ a bobus deuorata Angina eas necat. Græce quippe βουσ Bos dicitur: φόνοσ mors.
Alii Cynozoon vocant: ꝙ fœtore eius Ricini e canum auribus decidant. κύων enim ca/
nis eſt. ὄζειν fœtere. Chamæleonem quidam Ixion vocant: ꝙ quibuſdam in locis viſcum
gignit album ſub alis foliorum: maxime circa canis ortum: Apud græcos enim ἰξὸσ viſcū
dicitur. Cum hac herba idem Democritus ſcribit ſiniſtrum pedem Chamæleontis torreri ī | Democritꝰ
furno: additoq; vnguēto in paſtillos digeri eos in ligneo vaſe conditos præſtare: ut qui ge/
rit: omnino ſit inuiſibilis. A leone etiam Leontophonos dicitur: de quo ſuperius diximus
Lentophonos — paruum animal: nec alibi naſcens: q̄ vbi leo naſcitur: quo guſtato ſtatim leo expirat. Iccir/
co corpus eius aduſtū aſpergūt aliis carnibus polētæ modo: & ita leonibus inſidiant̄: ac eti
am cinere necant. Nō immerito igit̄ hoc odit leo: viſumq; dilaniat: & citra morſum exani
Leontopetalon — mat. Ille cōtra vrinā ſpargit prudēs hanc quoq; leoni peſt ferā eſſe. & Leontopetalon her/
Ropadion — ba: quā alii Rhopadion vocāt: folio braſſicæ: caule ſemipedali: leni: cuius ſemen in cacumi
ne: inſiliquis ciceris modo: radix rapæ ſimilis: grādis: nigra: naſcit̄ in aruis. Radix aduerſa
Leoncopodion — tur omniū ſerpentium generibus: ex vino pota: nec alia res celerius proficit. Et Leoncopo/
Lithoron — dion alia herba: quam & Lithoron: & Dorypetron: & Toropetron vocant: caulibus velu
Dorypetron — ti roſæ capita ſuſtinēs. naſcitur in cāpeſtri: & gracili ſolo. Semen eius lymphatica ſomnia fa
Toropetron — cere dicitur. & Os leonis alia herba florem faciēs purpureū pulchrum. Columella. Narciſ/ | Columella
Os leonis — ſiq; comas: & hiantis ſæua leonis ora feri. Item a leo Leæna: quæ & Lea dicitur. Virgilius. | Virgilius
Leena Lea — Catulorum oblita Leæna. Lucilius. Irritata Leæ iaciebant corpora ſaltu: & Leoninus: & | Lucilius
Leoninus Leo — Leo: Leontius: Leogoras: Leodamus: Leocrates ſculptor īſignis: Leocritus: Leonides no/
Leontius — bilis ſparta: deinde Lacedæmoniorum rex: q aduerſus Xerſen pene incredibilia egit. Item
Leogoras — Leonides alius pædagogus Alexandri. Leoſthenes: Leoſtratus: Leochares propria nōia.
Leodanus — Item Leopardus: qui ex leone: & panthera natus eſt: uel ex pardo: ac Leæna nigris maculis
Leocrates — leoninam pellem diſtinguētibus. Pardus animal eſt: cuius fœmina Pardalis dicit̄. & Pan/
Leopardus — thera: quaſi tota fera: quippe πᾶν græce totum dicit̄. θὴρ fera. Sæuiores in hoc genere ſūt
Pardus Pardal' — fœminæ: q̄ mares: Numeroſæ in hircania: minutis orbiculis ſuper pictæ: ita ut ocularis ex
Panthera — fuluo circulis: uel cærulea: uel alba diſtinguat̄ tergi ſuppellex: & earū colore mirū in modū
Variæ — quadrupedes omnes ſolicitātur: ſed capitis toruitate terrētur. Quapropter occultato capite
reliqua dulcedine inuitatas corripiūt: diſcernuntur a maribus ſolo cādore. A noſtris Variæ
appellātur. Sūt qui tradāt iis in armo ſimilem lunæ eē maculam creſcētem in orbes: & pari
modo cornua cauātem. Primus Scaurus ædilitate ſua Varias cētum quinquaginta in vrbe | Scaurius
oſtēdit: Deinde Pompeius magnus quadringentas decem: Diuus Auguſtus quadringentas | Pompeius
viginti: hoc ſolum ex omnibus animalibus odoratum eſſe affirmāt. A pardali Pardalian/ | Auguſtus
Pardaliāches — ches deducitur: hoc eſt aconitum: ꝙ Hircani hoc gramine carnes ut diximus: illinūt: & per
ſemitarum compoſita ſpargentes exhibent: quarū fauces hoc cibo hauſto Angina obſiden
Camelopardal' — tur. Item a pardali Camelopardalis animal: quod Nabin æthiopes vocāt: collo ſimilē equo
Nabis — pedibus: & cruribus boui: Camelo capite: albis maculis rutilum colorem quadam Panthe
rarum ſimilitudine diſtinguētibus. Primus cæſar dictator Circēſibus ludis eam Romæ oſtē
Ouis — dit. Poſtea frequēter viſa eſt aſpectu magis q̄ feritate conſpicua: & ob id a quibuſdā Ouis
Camelus — appellata. Camelus notū animal ē: paſcitur inter armēta in oriente: duo genera ſunt Bactriæ
Dromedarii — & Arabiæ. Differūt ꝙ illa bina habent tubera in dorſo: vulgo nunc Dromedarios vocant:
hi ſingula: & in pectore alterum: cui incubant. Dentium ſuperiore ordine carent: ut boues:
exercētur dorſo: ut iumenta: & equitatu in prœliis. Velocitate equos excedūt. Sed ſua cuiq;
mēſura ē: ſicut vires tactis poplitibus proſternūt ſeſe: atq; ita onerātur. Poſtq̄ qd̄ ſatis ē acce
perūt: ſurgūt: nec vltra aſſuetum procedūt ſpatium: nec plus inſtituto onere recipiūt: Odiū
aduerſus equos naturale gerunt. Sitim quatriduo tolerant: implēturq;: quum bibēdi occaſio
eſt: & in præteritum: & in futurum. Aquam prius cōculcatione obturbāt: aliter nō gaudent
potu. Viuunt quinquagenis annis. Multi etiam cētenis. Veneris rabiem: & ipſi ſentiūt: pro
pterea etiam fœminas caſtrāt: Ita fortiores negato coitu fiūt: & bello aptiores: Colorē ha
Camelinus color — bent pullum: atq; natiuum: ob id vulgo Pullum colorem Camelum vocāt. PROSTRA/

TVM. Victum: profligatũ: extinctum. Sternere propriẽ eſt de ſtatu deiicere: & quaſi in ter Sterno
Virgilius ra extendere. Virgilius. Sternitur infœlix Acron. Idem. Strata iacent paſſim ſua quaq; ſub
Apuleius arbore poma. Hinc Proſternere fit: quod aliqñ eſt in terrã deiicere. Apuleius. Puellamq; re Proſterno
Saluſtius luctantẽ tandẽ proſtrauit: Aliqñ vincere: ꝓfligare: extinguere. Saluſtius. Proſtratiſq; militi
bus fugæ ſe dedit. Sternax quoq; equus dicit᷑: qui excutit: ac in terrã deiicit ſeſſorẽ: hoc eſt fe Sternax
Virgilius rox: aſper. Virgilius. Et ſternacis equi. Per metaphoram Sternere aliqñ pro extendere capi/
mus: A quo fit Inſternere: Vñ Sternere: atq; Inſternere humi tapetas: frondes: flores: aliaq; Inſterno
huiuſmodi dicimus. Hinc Stragula dicta opertoria lectorũ: vbi & diſcumbere ſolebant: & Stragula
Varro quieſcere. Varro. Hac qcqd inſtruebant: A ſternẽdo Stragulũ appellabant: Hinc etiã equo Stragulum
rum operimentũ Inſtratũ vocat᷑: Et qm̃ ſternẽdo fit: ut id ſupra qđ ſternimus: hoc eſt extẽdi Inſtratum
mus aliquid: tegamus. Sternere aliqñ pro tegere: atq; implere accipit᷑: Vnde Sternere equos
Virgilius dicimus: hoc eſt inſtratis tegere. Sternere lectos coopire. Sternere humũ floribus ĩplere. Vir
gilius. Sternit᷑ omne ſolũ iaculis. In qua ſignificatione Conſterno quoq; accipit᷑: dũ tertiæ Conſterno
Idem eſt coniugationis. Idem. It ſtridor: et alte conſternũt terrã cõcuſſo ſtipite frondes. Quando
Saluſtius uero eſt primæ coniugationis: pro deiicere dũtaxat accipitur. Saluſtius. Qua victoria elati
Idem hoſtes: noſtri territi: atq; animis conſternati diſceſſere. Idem. Equi ſine rectoribus exterriti:
aut ſaucii conſternant᷑. Hinc Conſternatio deiectio animi dicitur ex aliquo ſubito metu: et Conſternatio
Pacuuius Externo: quod veteres vſurparũt pro eo: qđ eſt dementẽ facio. Pacuuius. Sed eccam miſerã Externo
quã frequẽs luctus externauit: Itẽ qm̃ ſternẽdo hoc eſt extẽdendo: & id qđ extẽdimus: & id
ſupra qđ extẽdimus: cõplanamus: atq; cõponimus: fit ut ſternere quoq; aliqñ pro cõponere
ac cõplanare vſurpemus: & Stratũ dicamus complanatũ: atq; compoſitũ: Vnde Stratũ ma Stratũ mare
Virgilius re dicimus. Virgilius. Et omne tibi ſtratũ ſilet æquor. & Stratas vias: ſiue ꝙ cõplanatæ ſint: Srata via
Idem ſiue ꝙ lapidibus tectæ. Idem: Miratur portas: ſtrepitũq;: & ſtrata viarũ. Item quia iacendo
quodãmodo extẽdimur: fit ut eos etiam ſe ſternere dicamus: qui ſe ad iacendum collocãt: ut
Idem quieſcant. Idem. Sternũt ſe ſomno diuerſæ in litore Phocæ. Hinc Stertere dicimus dormire Sterto
Perſius Perſius. Stertimus: indomitũ quod deſpumare falernũ Sufficiat: qnta dũ linea tãgit᷑ vmbra
A ſterno etiã fit Subſterno: A quo & Subſtratũ. Itẽ Sternuo: a quo Sternuto frequentatiuũ: Subſterno
Vnde Sternutatio: & Sternutamentũ: & Sternutatoriũ medicamentũ: a quo ad ſternuẽdũ Subſtratum
excitamur: Eteni ſternunt quodãmodo toto corpore extenduntur: Licet eni Sternutatio a Sternuo
capite ꝑcipue fit: fit tñ ſternuẽdo quædã totis corporis extenſio: ꝙ in aliis corporis eruptio Sternuto
nibus nõ accidit. Nam qum tres partes principales noſtri corporis ſint caput: thorax: & al Sternutatio
uus: flatuſq; alui expiratio fit: ructus vẽtriculi: ſternutamentũ capitis: ſolo ſternutamẽto fere Sternutamentũ
totum corpus extẽdit᷑: ideoq; nõ mõ caput: ſed reliquas etiam partes bene valere inditio eſt Sternutatorium
Quamobrẽ moribũdos interdũ ſternutatorio excitare ſolemus: tanq̃ ſi hoc effici nequeat:
nulla amplius ſit ſpes ſalutis: Vnde conſuetudo inualuit: ut Sternutatio veluti bonæ valitu/
dinis inditiũ ſacra habeat᷑: & ſternutantes ſalutemus: ac bene eis precemur. Quod Tyberiũ
quoq; cæſarẽ alioquin triſtiſſimũ: & plenũ ſemp ſolicitudinis hominẽ etiam in vehiculo ex
egiſſe tradũt: & aliquos conſtat noĩe quoq; conſalutare religioſius putaſſe. Itẽ a ſterno Stra Stramen
men: & Stramentũ: ꝙ ſolo quieſcẽdi grã ſternant᷑: Vñ Lectus: & Lectica a legẽdis: hoc eſt Stramentum
colligendis ſtramentis: atq; herbis: ex quibus fierẽt: dicta ſunt: q̃uis aliqui a græcis potius de Lectus Lectica
duci velint: qui λέκτον lectũ dicũt: Vel ꝙ fatigatos ad quieſcendũ alliciat. A lectus & le/
Suetonius ctica diminutiua fiunt Lectulus: & Lecticula. Suetonius: A cœna in lecticulam ſe lucubrato Lectulus
riam recipiebat. Item a lectus Lectiſterniũ: qum ſacrorũ grã lecti in templis ſternebant᷑ ad Lecticula
diſcumbendũ: ſiue etiam pernoctandũ. Item a lectica Lecticarii: qui lecticam ferebant. Itẽ a Lectiſterniũ
Plynius ſterno: ſiue ſtratũ Stratumino deriuat᷑: qđ eſt ſtratũ firmo. Plynius. Maiores: potentioreſq; Lecticarius
ſi ſit occaſio ſilice: uel glarea ſterni: ora vtriq; lapidibus ſtratuminari: & alio ſupinregi. Ster Stratumino
no aũt a græco deducit᷑: quod eſt ϛρωννύω: A quo ϛρωτή ſtrata dicit᷑. Hinc Lithoſtra/ Lithoſtratum
ta vocata ſunt pauimẽta: quæ exiguis lapillis ſternunt᷑: de quibus ſupra diximus. Item a ſter
no Strages deducit᷑: qđ ſignificat cladem: depulſionẽ: profligationem: iacturam. Quippe Strages
Liuius veteres Sterno: & Fligo in eadem ſignificatione accipiebant. Liuius. Ipſe ſe in terram fligit
Actius cadens. Actius. Nec ꝑdoleſcit fligi ſocios morte. Ab hoc cõpoſita fiũt Affligo: qđ ſignificat Affligo
proprie proſterno: & in terram extendo. Plynius. At canis ille horrentibus per totum cor/
pus villis ingenti primũ latratu intonuit: mox in ceruicem aſſultans: contraq; beluam exur/
gens: hinc & illinc artifici dimicatione: qua maxime opus eſſet: infeſtans: atq; euitãs: donec
Cæſar aſſidua rotarũ vertigine afflixit: ad caſum eius tellure concuſſa. Cæſar. Neq; ſi quo afflictæ
caſu fuerit: erigere ſeſe: atq; eleuare poſſunt. Per metaphorã tamen Affligere aliqñ pro ꝑtur Infligo
Cel. Sen. bare: angere: vexare accipimus. Celſus. Corpus variis morbis afflictũ. Seneca. Vt animũ va Profligo
riis curis afflictũ oratione lenirem. Infligo: incutio: infero. Profligo: deiicio: depello: ꝑdo: Profligatus exer
Vnde Profligatum exercitum dicimus: hoc eſt proſtratum: deiectum: afflictum: perditum: citus

A

Confligo et Proflictas res:hoc eſt perditas:& ad cladem:perniciéq; deductas. Confligo:dimico. Có
fligere eni proprie dicunť:qui dimicando ſe inuicem ſternũt: Vnde Conflicta Strages: &
Clades mutua profligatio appellatur:quæ & Clades dicitur a græco κλάδάω: quod eſt amputo
frango: Vnde κλασμα fragmentum:& confractio appellatur. Sunt etiam qui Cladé q̃ſi
Cadem a cadendo dictã velint:Quidam a calamis:quaſi Calamidem:hoc eſt calamitatem.
VASTA. Magna:de quo ſupra diximus. PRISCA FIDES. Veterũ credulitas.POST
TVA MVNERA.Poſtq̃ tu ludos populo exhibuiſti.HAEC.Quæ ab hercule aduerſus
Ago Leonem geſta ſunt.ACTA.Geſta.Ago quod proprie ſignificet intelligi potius q̃ verbis ex
primi poteſt.Dicere tamẽ licet q agere eſt operari.Nã qui ſedet:q ſtat:qui cogitat:quieſcit:
iacet:moritur:aliquid agere dicitur:ita ut nullus:qui mó viuat:eſſe vnq̃ poſſit ſine actione:
Quippe & ipſum viuere agere eſt: Vnde & vitam agere dicimus:& Agiť mecũ bene: id eſt
ſum in bona condictione.& Præclare tecum agitur. Optime cũ illis agetur:ſi diutius viuẽt
Melius cum hominibus ageretur:peius:incómodius:peſſime tecũ ageretur:& alia huiuſmo
di.Cicero.Cum illo uero quis neſcit actum eſſe p̃clare:mecũ incómodius. Nónunq̃ etiam Cicero
actiue ponitur. Valerius Maximus.Bene egiſſent Atheniéſes cum Malciade:ſi eum poſt tre Valeri9 ma
centa milia Perſarum Marathone deuicta in exiliũ protinus miſiſſent:ac non in carcere:& ximus
Actus vinclis mori coegiſſent.Quid inť Agere: Facereq; interſit:ſupra declarauim9. Ab his Actus
Factus & Factus deducuntur.Quintilianus.Flexus ille:& ut ſic dixerim:motus dat actum quendã Quintilia.
et factũ.Hæc ita differunt:ut Actus ſit qum nihil remanet: Factus qũ opus aliqď extat. Iuriſ
conſulti agere dicunt:qum cauſam in iudicio habent.Quoniã uero bis de eadem re cũ iiſdẽ
Actum ago iudicibus agere nó licebat:factum eſt illud prouerbium: Actum ne agas.Et Actum agere di/
Actum eſt cimur:qum quid fruſtra agimus.Hinc Actum eſſe ſemper in malam partem accipimus: ut
Actum eſt de Repub.hoc eſt: Res pub.extincta:deſperata:perdita eſt.Terentius.Actum eſt Terentius
ſi quidem hæc vera p̃dicat:hoc eſt:nulla amplius ſpes eſt:non aliter q̃ in iudicio:vbi lata ſe/
Conclamatũ eſt mel ſententia retractari nó poteſt.Idipſum alio modo dicere ſolemus.Conclamatũ eſt: qď
inde tractum eſt:quia qum ſpiritus vitalis aliquãdo interclusus fallere homines ſoleret:mor
tui aqua calida ablui conſueuerunt:& per interualla cóclamari: In quo qum liberari nequi/
rent:poſt vltimã conclamationẽ quaſi rebus deſperatis vrebantur: & cineres eorum condẽ
Actum bantur ſepulchris. Vlpianus Agere:gerere:& contrahere ita diuidit:ut Actum generale vo/ Vlpianus
Contractum cabulum ſit:ſiue verbis quid agatur:ut in ſtipulatione:Siue re:ut in numeratióe. Contractũ
Geſtum uero vltro:citroq; obligatio:veluti emptio:venditio:locatio:conductio:ſocietas.Geſtũ:res
facta. Alii Geſta:& Acta ita diſtinguũt:ut Geſta ſint in adminiſtratione magiſtratus:& in
bello:ac in rebus maioribus ad Rem pub.uel ad plurimos ſpectantibus:ut Geſta Alexãdri:
Acta Geſta Pompeii:Geſta Cæſaris. Acta etiam priuatarum rerum:& minorum: ac familiariũ:
Cicero. An in cómentariis:& Chirographis:& libellis:ſe vno auctore prolatis:ac ne prola Cicero
tis quidem:ſed tantũmodo dictis acta Cæſaris firma erũt? Aliquando etiam non Acta:ſed
Actus Actus in eodem ſenſu dicimus. Idem. Quod ſi de mea vita:atq; actibus huic conuitiatori re Idem
Ago ſpondeo. Lucanus. Licet ingentes obruperit actus. Agere aliquãdo pro dicere capimus. Te/ Lucanus
rentius. Eſt ne ipſe:de quo agebam? Vnde Agere gratias dicimus: hoc eſt verbis q̃ gratũ ali Terentius.
quid habuerimus:ſiue q̃ grati animo ſimus:oſtẽdere. Aliquando pro facere. Virgilius. His Virgilius
actis propere exequitur præcepta Sybillæ. Nunc pro ducere:vehere. Seneca. Vt qui tum re/ Seneca.
gis armenta agebat. Varro. Non hos Pactolus aureas vndas agens eripiet vnq̃ e miſeriis. Varro.
Virgi. Sine errore viæ:ſeu tempeſtatibus acti. Idẽ. Accelerant acta pariter teſtudine Volſci. Virgilius
Item pro tractare. Martialis. Semper agis cauſas. Modo pro perſequi. Virg. Quam procul Martialis.
incautã nemora inter creſia fixit. Paſtor agens telis. Lucanus. Terraq;: mariq; iuſſus Cæſar Lucanus
agi. Modo pro agitare. Plautus. Edepol eam agam verberibus. Virgilius. Prodigiis acti cæ Plautus
Agito leſtibus oſſa piabunt. A quo Agito verbum:cócutio:moueo:verbero: Vnde Agitator. Idẽ. Virgilius
Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli: Aliquando perſequor:infeſto. Idem. Galbaneoq; agi Idem
Acceto tare graues nidore Chelydros. Veteres Accetare pro agitare dixerunt. Quandoq; pro ver/
tere. Idem. Ipſe ter adducta circum caput egit harena. Nónunq̃ pro expellere:fugare. Idem Idem
Et membris agit atra venena. Interdum pro extendere:porrigere. Cicero. Vera gloria radi Cicero
ces agit:atq; etiam propagatur. Plerũq; pro cogitare:moliri. Virgilius. Id quidem ago:et ta Virgilius
citus lycida mecum ipſe reuoluo. Sæpe pro trahere. Apuleius. Tot ſimul caſus diuerſum eũ Apuleius
agebant:hinc ſpe:illinc timore trahebatur. Plerũq; etiam pro iurgare. Cicero. Perinde ac ſi Cicero
furti cum eo egiſſet. Item pro efflare:expirare. Celius ad Ciceronem. Hortenſius: qum has
multo grauior: pugno redditur: non palma: ut reliquæ pilæ: A flatu nomen habet: quia ſpũ
Folliculus ut diximus impletur: ſiue ꝙ veteres Follem pellem dicebant. Et per diminutionẽ Folliculũ:
Folliculare Vnde Folliculare pars remi appellatur: quæ folliculo tecta eſt: A quo Vita follicularis voci
Folles tata eſt. Item Follem: ſiue Folliculum vtrem nominabant: quæ nihil aliud eſt: q̃ pellis flatu
Muliebris folli/ plena. Item inſtrumentum quo attrahitur ventus atq; emittitur ad ignem excitandum. Mu/
culus liebrem quoq; Folliculum dicebant: quam Vuluã: ſiue Locos: ſiue Vterum appellare ſupra
docuimus: hoc genere pile minꝰ fatigantur ludentes: ideoq; imbecilliori etiã ætati conuenit
Agitata lentius fertur: reſilit magis: tardiuſq; deſcendit: veluti hominẽ de induſtria expectãs
Idẽ. Ite procul iuuenes: mitis mihi conuenit ætas: Folle decet pueros: ludere folle ſenes. Hũc
ſimiliter Folliculũ per diminutionem dici manifeſtum eſt. Suetonius. de Auguſto. Poſt bel/ Suetonius
la ciuilia ad pilã primo: Folliculũq; tranſiit: mox nihil aliud q̃ vectabatur: & deambulabat.
Quoniã uero hoc pilæ genus pugno percutitur Follis Pugillatorius appellat̃. Plautus. Ex Plautus
templo Hercle ego te follem pugillatorium faciam: & pendentem curſabo pugnis periuriſ/
Harpaſtum ſime. Eſt præterea quartum pilæ genus: quod vocant Harpaſtum: ſiue Sphẽnidã: Groſſior
Sphẽnida eſt q̃ pila paganica: tenuior q̃ follis: E pãno fere fit: aliquando ex pelle: lana tomentoue im
pletur: non repercutitur. Sed qum multi ſint ludentes: & in duas partes diuiſi: ita ut vtriq; e
regione ſibi inuicem oppoſiti ſint: ad ſuos quiſq; tranſmittere pilam conantur: quam aduer
ſarii nituntur arripere. Sic magno labore luditur: decidit ſæpe in terram pila: ad quam cater
uatim currentes: ſe inuicem proſternunt: puluereq;: et ſudore infecti flaueſcunt. Laborioſum
ludi genus: & ideo grandioribus tm̃ conueniens. Sphennida appellatur: uel a Sphẽnida in
uẽtore: uel ἀπὸ τοῦ φενακίζειν: quod decipere ſignificat. Fit enim in hoc ludo: ut qum
alteri ſæpe oſtendant ſe velle pilam proiicere: alteri tamen iaciant ad decipiendũ aduerſariũ
Arpaſtum ἁρπαςὸν autem: hoc eſt Arpaſtum ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν: hoc eſt a rapiendo vocatur:
qa ꝓiectã pilã multi ſil̃ conãt̃ arripe: ſeq; ob eã cãm inuicẽ ꝓſternũt. Idẽ Martial̃. Siue Har Martialis.
paſtũ manu puluerulẽta rapis. Idẽ de Harpaſto. Hæc rapit Anthæi velox i puluere Draucus Idem

Artemidorus Grandia qui vano colla labore facit. Artemidorus de interpretatione ſomniorum. ἁρπασόν
δέ καί σφαίρα φιλονεί κίασ ἀπορά ντοισ ἐκμαίνουσι. πολλάκισ δέ καί
είσ έτέρασ ἔρωτα. ἔοικε γὰρ ἡ σφαίρα καί τό ἁρπασόν ἑταίρα. διά τό μη
δαμῆ μένειν. καί πρόσ πολλοισ φοιτᾶν. Harpaſtum inquit: & Sphæra certa/
men infinitũ ſignificat. Sæpe etiam meretriciũ amorem. Videtur enim ſphæra: & Harpaſtũ
meretrix propterea ꝙ nuſq̃ꝫ maneat: ſed ad multos prodeat: Operepretium eſt videre q̃ꝫ ri/
dicula de iis per ignorantiam pleriqꝫ tradiderunt. Ab huius pilæ ſimilitudine quicquid rotũ
dum: ac ſphæricũ eſt Pilam vocamus: Cuius diminutiuũ eſt Pilula. Pila Pilula

DE LEONE IVSSV DOMITIANI CONFOSSO QVOD MAGISTRVM LESERAT. EPIG. .X.

ESERAT INGRATO. Laudat clæmentiam Domitiani: ꝙ quum Leonẽ mã
ſuefactũ in harena aĩaduertiſſet in magiſtrũ ſæuire: cõfodi eũ iuſſerat naturæ mã
ſuetudinẽ non modo in hominibus: ſed etiam inferis requirens. PERFIDVS
Violator fidei: quã mãſuefactori ſuo debebat. LAESERAT. Offenderat. Læ/ Lædo
dere proprie eſt contumelia afficere: ſumptum a græcis: qui Lœdorã contumeliam vocant: Lœdora
Tranſfertur tamen ad omne genus offenſionis. Eius paſſiuũ eſt Lædor: a quo Læſus offen Læſus
ſus: & cõtrariũ eius Illæſus: hoc eſt inoffenſus: & Læſio offenſio. MAGISTRVM. Præ/ Illæſus Læſio
ceptorem: qui eum manſuetudinem docuerat. Magiſtri proprie dicuntur artium præcepto Magiſter
res: Tranſfertur tamen hoc nomen ad omnes: quibus præcipua cura rerum incumbit: uel ꝙ
magis cæteris poſſint: uel ꝙ magis q̃ꝫ cæteri diligentiam: & ſolicitudinem rebus: quibus præ
ſunt: debent. Hinc Magiſtros pagorum: ſocietatum vicorum: collegiorum dicimus: qui pa/ Magiſtri pagi
gis vicis: ſocietatibus collegiis præſunt: Magiſtrum equitum: cui ſumma poteſtas in equites Magiſter equitũ
erat: addebaturqꝫ ſemper Dictatori: cui ſumma poteſtas erat in populũ: A quo & Magiſter Dictator
Terentius. populi dicebatur. Magiſter etiã aliquando pro cuſtode accipitur. Terentius. Me filiis relin/
Virgilius quũt quaſi magiſtrum. Virgilius. Nec exanimes poſſunt retinere magiſtri. A magiſter Ma/ Magiſtro
giſtro verbum deducitur: quod ſignificat moderor: guberno: A quo Magiſterium: quod nõ Magiſterium
nulli pro ipſa magiſtri dignitate vſurpãt. & Magiſtratus: quod modo ſignificat eum: qui in Magiſtratus
poteſtate aliqua eſt conſtitutus: ut eſt Conſul: Proconſul: Prætor: Proprætor: & alii qui ci/
Cicero uitates: aut prouintias regunt: Modo ipſam poteſtatem: ſiue officium. Cicero. Nam is tum
Idem in vrbe magiſtratum gerebat. Idem. Quem magiſtratus comprehendi: & in vinculis teneri
iuſſerat. Magis uero aduerbium eſt: & ſignificat plus: deduciturqꝫ a Magnus: quod grandẽ Magis Magnus
ſignificat: Cuius Comparatiuũ eſt Maior: Superlatiuũ Maximus. Maximus pontifex dice Maximus ponti
batur: ꝙ rerum quæ ad ſacra & religionem pertinent: curam habeat: vindexqꝫ ſit contuma/ fex.
ciæ priuatorum: magiſtratuũqꝫ: Maximus Curio: cuius autoritate curiæ omnes Curioneſqꝫ Maximꝰ Curio
reguntur. Maximi annales non ab eorum magnitudine: ſed ꝙ eos pontifex maximus con/ Maximi ãnales
ſecraret. Maximam hoſtiam ouilis pecoris appellabãt non ab amplitudine corporis: ſed ab Maxima hoſtia.
animo placidiore. Maximam multam dixerunt trium milium: & viginti aſſium: quia non Maxima multa
licebat quondam pluribus triginta bobus: et duabus ouibus quemq̃ꝫ multari: æſtimabaturqꝫ
bos centuſſibus: ouis decuſſibus. Præterea ab iis aduerbia Magne Magis Maxime. A Ma/
gis fit Demagis: quod ſignificat valde magis. Veteres tamen aliquando pro nimis poſuere. Demagis
A magnus præter ea quæ ſuperius diximus: Magmentum deducitur: quod veteres dixerunt
maius augmẽtum. Magnitudo: Magnificus: Magnificentia: Magnifice: Magnifatio: Ma/
gniæſtimo: Magnipendo: Magnitas: & Maximitas: quibus veteres pro magnitudine vſi
Actius ſunt. Actius. Neqꝫ ſat fingi: neqꝫ dici præ magnitudine poteſt. Lucillius. Neqꝫ ad hoc me co
Lucilius gas immani maximitate. Magnanimus: a quo Magnanime: & Magnanimiter: & Magna
nimitas: & Maximates primarii ciuitatis: qui & Sũmates: & Optimates dicuntur. & Ma/ Maximates
gniloquus glorioſus: A quo Magniloquentia. & Maiuſculus diminutiuũ: A quo Maiuſcu Sũmates
le aduerbium. & Magnopere: valde vehementer. Item Maximopere: & maiorem in modũ Optimates
& Maieſtas decus: amplitudo: & dignitas: uel populi: uel Senatus: uel magiſtratus: uel prin Magniloquus
cipis: aut imperatoris: aut etiam priuati magni viri: aut alterius etiam inanimatæ rei: Vnde Magnopere
Maieſtatis crimen Iuriſconſulti diffiniunt: quod aduerſus Populum Romanum: uel aduer Maximopere
ſus ſecuritatem eius committitur. & Rei maieſtatis dicuntur: qui eiuſmodi crimen commit Maieſtas
Ouidius tunt. Maieſtas etiam dea eſt: quam veteres coluerũt: Honoris: & Reuerentiæ filia. Ouidius. Maieſtatis crimẽ
Donec Honor: placidoqꝫ decens Reuerentia vultu Corpa legitimis impoſuere toris. Hinc Rei maieſtatis
Sacra Maieſtas: quæ mundum temperat omnẽ: Quaqꝫ die partu eſt: ædita magna fuit Nec Maieſtas
mora conſedit medio ſublimis Olympo: Aurea purpureo conſpicienda ſinu. Quidã hanc
Vulcani fuiſſe vxorem volunt. Præterea Maiores: de quibus ſupra diximus: & Maius men Maius
ſis: a Maioribus. Nam poſtq̃ꝫ Romulus populum Romanum in Maiores Minoreſqꝫ diui
ſit: ut altera pars conſilio: altera armis Rempub. tueretur: In honorem vtriuſqꝫ partis hunc

Iunius — Maium ſequentem Iunium vocauit. Ouidius. Hinc ſua maiores tribuere vocabula Maio.
Iunius a iuuenũ nomine dictus adeſt. Sunt tamen qui Maium a Maeſtate dea: de qua ſupra
diximus appellatum malint: & argumento vtuntur: ꝙ flamen Vulcanalis Kal. Maiis huic
deæ rem diuinã facit. Alii a Maia Mercurii matre: propterea hoc menſe mercatores omnes
Maiæ pariter: Mercurioq; ſacrificare ſoliti erant. Hanc quidã volunt terrã eſſe: hoc adeptã
Mater magna — nomen a magnitudine: quemadmodum et Mater magna vocatur: Propter quod ſus pgnãs
ei mactabatur: quæ hoſtia eſt propria terræ: & Mercurius vocis: & ſermonis deus ei adiungi
tur: quia vox naſcenti homini contactu terræ datur. Huic quidam ſcribũt ædem Kal. Maiis
dedicatã fuiſſe ſub nomine bonæ deæ: de qua ſupra diximus: hanc potentiam habere Iuno/
nis: ideoq; regale ſceptrũ in ſiniſtra manu ei addi. Alii Proſerpinam credunt: porcaq; ei rem
diuinam fieri: quia ſegetem: quã Ceres mortalibus tribuit: porca depaſta eſt. Alii Semelem
credunt: & eandem Fauni filiam dicunt: obſtitiſſeq; voluntati patris in amorem ſuum lapſi
ut & virga Myrtea ab eo verberaretur: qum deſiderio patris nec Iuno ab ea preſſa ceſſiſſet:
Tranſfiguraſſe ſe tamen in ſerpentem pater creditur: & coiſſe cum filia: quarum rerum indi
tia ſunt: ꝙ virgam Myrteam in templo nephas erat: qđ ſuper caput eius extendebatur vitis:
qua maxime decipere eam pater tẽtauit: qđ vinum in templum eius nõ ſuo nomine ſolebat
Mellarium — inferri. Sed vas in quo vinum inditum erat Mellarium nominabatur: & lac vinum nuncu/
pabatur: ſerpenteſq; in templo eius nec terrentes: nec timẽtes indifferenter apparebant. Qui
dam Medeam putant: ꝙ in ædem eius omne genus herbarum eſſet. Ex quibus Antiſtites da
bant plerũq; medicinas: et quia templum eius virum intrare non licebat: ob iniuriam: quam
ab ingrato viro Iaſone perpeſſa fuerat. Sũt etiam qui Maiũ menſem a Thuſculanis ad Ro/
manos tranſiſſe cõmemorent: apud quos deus Maius colebatur: qui erat Iuppiter a magni/
tudine: ac maieſtate ita appellatus. Sed quoniam de Maii appellatione diximus: operepre/
Annus — tium eſt: ut cæterorum quoq; menſium rationem reddamus. Arcades tribus dũtaxat menſi/
bus annum ſuũ explicabant. Acarnanes ſex. Reliqui græci .cccliiii. diebus annum proprium
computabant. In hac varietate Romani quoque ab initio autore Romulo Annum decem
menſibus ordinatum habuerunt: qui a Martio incipiebat: conficiebaturq; diebus tricentis
& quattuor: ut ſex quidem menſes: hoc eſt Aprilis: Iunius: Sextilis: September: Nouember:
December tricenum eſſent dierum: quattuor uero reliqui: Martius: Maius: Quintilis: Octo
ber tricenis: & ſingulis perficerentur. Primũ ergo menſem Romulus genitori ſuo Marti di
Martius. — cauit: & ab eo Martium appellauit. Huius prima die ignem nouũ Veſtæ aris incendebant:
ut incipiente anno cura denuo ſeruandi nouati ignis inciperet. Eodẽ quoq; ingrediente mẽ
ſe: in regia: curiiſq;: & flaminum domibus laureæ veteres nouis laureis mutabãtur: & publi
ce: ac priuatim ad Annam perennam ſacrificatum ibatur: ũt annare: perennareq; liceret: hoc
menſe mercedes exſoluebant magiſtris: quæ completo anno deberentur. Comitia auſpica/
bantur: vectigalia locabant: & ſeruis cœnas apponebant matronæ: quemadmodum domi
ni Saturnalibus: Illæ ut principio anni ad promptum obſequium honore ſeruos inuitarent
Aprilis — Ii quia gratiam perfecti operis abſoluerent. Secundum menſem nominauit Aprilem: quaſi
Aphrilem a ſpuma: quam græci ἀφρὸν vocant: Vnde orta Venus putabatur: ut quemad/
modum primus menſis a patre ſuo Marte: ita ſecundus ab Aenea matre Veneris nomẽ ha/
beret: & ii potiſſimum menſes annum auſpicarent: a quibus Romani nominis origo pro/
ceſſiſſet. Alii non a Venere appellatum hunc menſem putant: ſed ab aperiẽdo dictũ Aprilẽ:
qſi apilem: qm̃ qum ante æquinoctium vernum triſte ſit cælum: & nubibus obductum: item
mare nauigantibus clauſum: terræ etiam ipſæ ab aqua: aut pruina: aut niuibus contegan/
tur: ea omnia verno id eſt hoc menſe aperiuntur. Sic Athenienſes ἀνθεστηριῶνα hunc mẽ
ſem vocant: ꝙ omnia eo floreſcant. Maium Romulus tertium poſuit: de quo iam diximus.
Iunius — Poſt hunc Iunium ex parte populi: ut diximus nominatum. Siue ut alii putant quaſi Iuno/
nium: quod ita eũ latini appellarent: & hæc nũcupatio apud Romanos mãſerit. Sed poſtea
detritis quibuſdam litteris ex Iunonio Iunius ſit dictus. Nam et ædes Iunoni monetæ Kal.
Iuniis dedicata eſt. Quidam Iunium menſem a Iunio Bruto vocitatum putant: qui primus
Romæ cõſul eſt factus: quod Kal. Iunii pulſo Tarquinio ſacrum Carnæ deæ in Cælio mon
Fabariæ — te voti reus: ut ſupra diximus: feciſſet. Huius menſis Kalendæ vulgo Fabariæ vocantur: quia
Quintilis — hoc menſe adultæ fabæ diuinis rebus adhibent. Sequitur Quintilis principio dictus: ꝙ or/
dine quintus eſſet: Sed poſtea in honorem Iulii Cæſaris Dictatoris Marco Antonio Mar/
Iulius — ci filio conſule legem ferente Iulius appellatus: ꝙ hoc menſe ad quartum Idus Quintilis Iu
Auguſtus Sextil. — lius appellatus fuiſſet. Auguſtus dehinc ſuccedit: qui antea Sextilis vocabatur: donec hono/
ri Auguſti ex Senatus conſulto conſecratus eſt. Cuius hæc verba fuerũt. Qum impator Cæ
ſar Auguſtus menſe Sextili: & primũ conſulatum inierit: & triumphos tres in vrbem intule
rit: & ex Ianiculo legiones deductæ ſecutæq; ſint in auſpicia: ac fidem: & Aegyptus hoc men

ſe in poteſtatem Populi Romani redacta eſt:finiſq; hoc menſe bellis ciuilibus impoſitus ſit
atq; ob has cauſas ſic menſis hic imperio fœliciſſimus ſit ac fuerit:placere Senatui:ut hic mē
ſis Auguſtus appelletur. Itē plebi ſcitū factū ob eandē rem Sex Pacuuio tribuno plebem ro/
gante menſis September principale retinet nomen:quem germanici appellatione:Octobrē September
uero ſua Domitianus inuaſerat. Poſtq̄ uero decreto Senatus nomē infauſtum ex omni ære
uel ſaxo deraſum eſt:ut omnis eius memoria aboleretur:Menſes quoq; vſurpatione tyran/
nicæ appellationis exuti ſunt. Poſt hæc principes cæteri diri ominis infauſta vitantes men/
ſibus cæteris priſca nomina ſeruauerūt:Octobrem:Nouembrem:atq; Decembrem:q̄ octa October
uū:nonum:decimū locum teneant. Ab Octobri October quoq; equus appellabatur:de cu/ Nouember
ius capite maxima erat contentio inter Suburanos:& Sacrauienſes:ut ii in regiæ pariete:illi December
ad turrē Maniliam id figerent:cuius cauda:ut ex ea ſanguis in focum diſtillaret:magna cele
ritate perferebatur in regiam. Sed qum hæc ordinatio quattuor & trecentorū dierum a Ro
mulo inſtituta neq; Solis curſui neq; Lunæ rationibus cōueniret:fiebat aliqñ:ut frigus anni
æſtiuis menſibus:& contra calor hyemalibus proueniret. Quod vbi contigiſſet:tantū die/
rum ſine vllo menſis nomine patiebatur abſumi:quantū ad id anni tempus adduceret:quo
Numa Pō cæli habitus inſtanti menſi conſentaneus inueniretur. Sed ſecutus mox Numa Pompilius
pilius. quinquaginta dies addidit:ut in trecentos quinquaginta quattuor:quibus duodecim Lunæ
curſus confici credebat:annus extenderetur: Atq; iis quinquaginta diebus a ſe additis adie/
cit alios ſex retractos illis ſex menſibus:qui triginta dies habebāt id eſt de ſingulis ſingulos:
factoſq; ſex & quinquaginta dies in duos menſes pari ratione diuiſit:& alterum Ianuariū Ianuarius
nūcupauit:primūq; eſſe voluit:tanq̄ bicipitis dei menſem reſpicientē:ac ꝓſpicientē tranſacti
anni finē:& principiū futuri. Alterū Februo deo dicauit:q̄ pēſſe luſtratōibus æſtimabatur. Februarius
Luſtrari aūt eo menſe ciuitatē neceſſe videbat̄:quo ſtatutum erat:ut iuſta diis manibus ſolue
rentur. Hanc Numæ ordinationem finitimi mox ſecuti totidem diebus:totidēq; menſibus
annum ſuū cōputare ceperunt: hoc ſolo diſcrepantes:q̄ menſes vndetricenum:tricenumq;
in numero alternauerunt. Sed Numa paulo poſt in honorem imparis numeri vnum adie/
cit diem:quem Ianuario dedit:ut tam in anno:q̄ in menſibus ſingulis præter vnum Februa
rium impar numerus ſeruaretur. Nam quia duodecim menſes:ſi ſinguli:aut pari:aut impa/
ri numero putarentur:conſumationem parem facerent: vnus pari numero conſtitutus vni/
uerſam computationem imparem fecit. Ianuarius igitur: Aprilis: Iunius: Sextilis: Septem/
ber: Nouember: December vndetricenis cenſebantur diebus. Martius uero: Maius: Quin/
tilis:& October dies tricenos ſingulos poſſidebant. Solus Februarius viginti octo retinuit
dies:q̄ſi inferis:& diminutio & par numerus conueniret. Qum ergo Romani ex hac diſtri
butione Pompilii ad Lunæ curſum:ſicut græci annum proprium computarent: neceſſario
menſem vnum conſtituerūt more græcorum:quem Intercalarem vocarunt:q̄ intra annum Intercalaris mē/
calarent:hoc eſt:vocarent iis qui faſtis præerant populum:& menſem hunc interponerent: ſis
non in fine Februarii:ſed poſt tertium & vigeſimū diem eius menſis:terminalibus ſcilicet iā
peractis. Deinde reliquos Februarii menſis dies:qui erant quinq;:ſubiungebant:hoc autem
Intercalare dicebatur:& dies ipſi Intercalares:& menſis Intercalaris:& actus ipſe Interca/ Intercalare
latio vocabatur: Vnde Intercalares verſus appellati ſunt:qui frequenter inter alios interpo Intercalares dies
Virgilius nuntur:ut eſt apud Virgiliū in Bucol. Ducite ab vrbe domū meā carmina ducite Daphnim. Intercalatio
Sed qum ſæpe eueniret ut nūdinæ modo in anni principē diē:mō in nonas caderēt:quo die Intcalares verſus
conuētus multitudinis vitādus æſtimabat̄: qm̄ Ppl's Romanus exactis etiā regibus diē hūc
Nonarū maxime celebrabat:quē natalē Seruii Tullii fuiſſe exiſtimabat:veriti q̄ dieb9 pērāt
ne q̄d nūdinis collecta vniuerſitas ob deſideriū regis nouaret: Nonas a Nūdinis ſegregan/ Nonæ
das illi ſtatuerūt. Itaq; dies illi:quibus annus abūdabat:ex quibus fieri Intercalaris menſis ſo
lebat:eorū q̄ faſtis pērāt:arbitrio pmiſſi ſunt: vti qum ipſi vellent:intercalarent̄:dūmō eos ī
medio t̄minaliorꝫ:ul' menſis intercalaris ita locarēt:ut a ſuſpecto die celebritatē auerterēt nū
dinarū. Verū fuit tps:qum propt̄ ſupſtitionē intercalatio oīs omiſſa eſt: Nōnunq̄ uero per
grām ſacerdotū:q̄ publicanis ꝓferri uel minui conſulto anni dies volebant:itaq; mō auctio
mō retractio dierū ꝓueniebat:& ſub ſpecie obſeruatōis:maior confuſionis occaſio emerge
bat. Quamobrē Caius Cæſar oēm hāc incōſtantiā tēporꝫ vagā adhuc: atq; incertā in ordi
nē ſtatutæ definitōis coegit. Quippe dies oēs:q̄ adhuc confuſionē facere poterāt:ita cōſum Annus lunaris
pſit:ut annus confuſionis vltimus in .cccxliii. dies ꝓtēderet̄. Poſt hoc ad imitationē Aegy/
ptiorū:q̄ ſoli omniū diuinarū rerū cōſcii putabāt̄:ad numerū Sol'ſ q̄ diebus .ccclxv. & q̄drā Annus ſolaris
te curſum cōficit:annū dirigere conatus eſt. Nam ſicut Lunaris annus menſis eſt:quia Luna
paulominus q̄ menſem in Zodiaci circuitiōe cōſumit:ita Solis ānus hoc dierū numero col
ligendus fuit:quo ad ſignū ſe denuo vertit:a quo digreſſus fuerat: propter quod Annus ver Annus vertēs
Virgilius tens vocatur: & habet̄ Magnus:qum Lunæ annus breuis exiſtimet̄. Virgi. Interea magnū Annus magnus

Sol circumuoluitur annum:quãuis etiam Annus magnus dicatur duodecim milium quin/
gentornm quinquaginta quattuor annorum ſolarium : ut Cicero teſtatur.& a quibuſdam Cicero
Annus Saturni Annus Saturni:qui eſt triginta annorum.Ergo Iulius Cæſar decem dies veteri obſeruatio/ Iuliꝰ Cæſar
ni adiecit:ut annũ.ccclxv.dies:quibus Sol Zodiacum luſtrat efficerent : & ne q̃drans deeſ/
ſet ſtatuit:ut quarto quoqꝫ anno ſacerdotes:qui menſibus:ac diebus præerant:vnum interca
larẽt diem eo menſe:& loco:quo etiam apud veteres menſis intercalabatur:id eſt ante qnqꝫ
vltimos menſis Februarii dies:idqꝫ Biſextum cenſuit nominandum:quod is dies ante hunc
proximus eo anno ad.vi.kalen.Martii eſſe dicitur.Dies autem decem quos anno addide/
rat:hac ordinatiõe diſtribuit in Ianuarium:& Sextilem:& Decembrem binos dies inſeruit
In Aprilem autem:Iunium:Septembrem:& Nouembrem ſingulos.Februario non addi/
dit diem : ne deo infero religio immutaretur : Martio : Maio : Quintili:Octobri ſeruauit
priſtinum ſtatum:quod ſatis pleno numero erant vnius & triginta dierum.Habet itaqꝫ Ia/
nuarius:Martius:Maius:Iulius:Auguſtus:October:et December dies ſingulos:et tricenos.
Aprilis uero:Iunius:September:Nouember tantũ tricenos. Solus Februarius duodetrigin
Annꝰ vnde An ta.Annum quidam a circuitu temporis appellatum putant : quia veteres An pro circum po
nere ſolebant.Cato.An terminũ:hoc eſt circum terminũ.Alii ab ãnulo deductum:ꝙ inſtar Cato
ãnuli in ſe redeat:vnde eſt.Atqꝫ in ſe ſua perueſtigia voluitur annus.Sed anulum ipſum a cir
cuitu vocitatum nemo eſt:qui ambigat:Cuius diminutiuũ eſt Anellus. Cicero.Cuius imagi Cicero
nem non modo in tabulis noſtri familiares:ſed etiam in poculis: & in anellis habebant.Itẽ
Anulatus ab eo deducitur Anulatus:quod eſt anulis plenus:& Anularis:Vnde Anularis digitus : mi/
Annuus nimo proximus in manu ſiniſtra:de quo ſupra diximus.Ab annus uero fit Annuus:qđ mõ
ſignificat vnius anni:ſicut Diurnus vnius diei:Vnde Spatium annuũ:Spatium diurnum di
cimus:mõ ſingulis annis:ſicut Quottidianus ſingulis diebus.Virgil.Annua magnæ Sacra Virgilius
refer Cereri:Annua dixit:hoc eſt anniuerſaria:quæ fiunt ſingulis annis. Nam & Anniuer/
Annona ſarium ab Annona deducitur.Itẽ Annona:quæ anni alimonia eſt:nec ſola frumentaria:ſed
aliarum quoqꝫ rerum.Cicero.Putaram annonam in macello cariorem fore. Hanc qui attẽ Cicero
Dardanarius tare & vexare maxime ſolent.Vlpianus Dardanarios vocat.Item Annarius: Vnde Anna/
Annaria lex ria lex dicebatur a veteribus ea:qua finiebãtur anni magiſtratus petendi:& Anus : ut quidã
Anus putant:hoc eſt vetula ab annorum multitudine:quãuis ſint qui a græco dictam malint : hoc
eſt ab.α.priuatiua particula:et νουσ mens:uel ſenſus : quoniã iam ſine mẽte:ſeu ſine ſenſu
Anates ſit: Cuius diminutiuũ ẽ Anicula:& ab hoc veteres Anatem dixerũt morbũ vetularũ: hoc eſt
Annoſus anium:ſicut Senium morbum Senum.Et Annoſus:quod ſignificat vetuſtũ:q̃ſi multorũ an
Annales norũ:et Annales:quos ita ab hiſtoria ſepant:ut Hiſtoria ꝓprie ſit eaꝝ rerũ narratio:qbꝰ ge
Hiſtoria rẽdis interfuerit is:q eas narrat:Vnde nomẽ hꝫ ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν:qđ ẽ videre:A quo Hi
Hiſtoriographi. ſtoriographi hiſtoriaꝝ ſcriptores appellati ſunt:Annales uero qum res geſtæ pluriũ annoꝝ
Ephemeris obſeruato cuiuſqꝫ ãni ordine cõponũt:ſicut Ephemeris:ſiue Diariũ dicit:qũ nõ ꝑ ãnos:ſed
Diarium ꝑ dies ſingulos res geſtæ ſcribũt.Verũtñ generali Hiſtoriæ vocabulo:tã annales q̃ epheme/
Annales maximi rides:ſiue diaria:ut ſupra diximꝰ cõprehẽdunt.Annales maximi dicebant a põtificibꝰ ma
ximis fci:qbꝰ data ptãs erat:memoriã rerũ geſtarũ in tabulas referẽdi. Itẽ ab ãno Anniculus
Anniculus adiectiuũ:qđ ſignificat vnius ãni:ut Anniculus puer:Annicula puella:Anniculũ iumentũ:ſi
Bimus Trimus cut Bimus duoꝝ:Trimꝰ triũ:Quatrimus q̃ttuor ãnoꝝ:q̃ noĩa ẽt inaĩatis dare poſſumꝰ:ut
Quatrimus Anniculũ oleũ:Bimũ vinũ:De pueris magis ꝑ diminutionẽ dicimus:ut Bimulus:Trimulus
Bima die A qbꝰ Bimatus:Trimatus:Quadrimatus deducũt.Repit ẽt apud Iuriſcõſultos:queãdmo
Trima die. dũ ſupius oñdimꝰ:Bima:Trima:Quatrima die:ꝓ tpe duoꝝ triũ: q̃ttuor ãnoꝝ.Nã diẽ fœ
Quatrima die mi.genere ꝓ tpe vſurpamus. Vñ Aſco.Pedia.Dieculã ſcribit ꝓ puo tpe accipi : qđ nři tpis Aſconius
Dies Diecula iuriſcõſulti parũ itelligũt.Itẽ ab ãno Annuati aduerbiũ:qđ ſignificat ꝑ ſinglos ãnos.Itẽ Biẽ
Annuatim niũ:Triẽniũ:Quadriẽniũ:Quiquẽniũ:Septẽniũ:Decẽniũ pro ſpatiis tot ãnoꝝ.Itẽ Biẽnis
Biẽnium Trien/ Triẽnis:Quadriẽnis:Quiquẽnis:Septẽnis:Decẽnis:ꝓ eo q ẽ tot ãnoꝝ:a quo qdã Bidẽtes
niũ & cætera quoqꝫ q̃ſi Biẽnes dcãs volũt:ut ſupra oſtẽdimus.Itẽ Perẽnis ꝑpetuus:q̃ſi oĩuꝫ ãnoꝝ:A quo
Biennis Trien/ Perrennitas eternitas:& Perennit eĩne:& Perenno verbũ:qđ eſt annũ ꝑficio:& q̃ſi ꝑpetuũ
nis & cætera. ago.Quippe & Annare dicimus annum agere : quemadmodũ Perennare annos peragere:
Bidentes Vnde et Anna Perenna dicta eſt:ꝙ illi menſe Martio priuatim:& publice ſacrificarẽt:quo
Perennis eis annare:et perennare liceret:q̃ ſupſtitio originẽ habuit:q̃ſi ab annis Anna vocaret:quem
Perennitas admodũ in noſtra religione diuam Luciam præſidere oculis vulgo exiſtimant : ꝙ a luce no
Perenniter men habere videatur.Anna Beli filia fuit:ſoror Didonis:quæ poſtq̃ mortuam ſororem vi/
Perenno Anno dit : & Carthaginem ab Hiarba Getulorum rege occupatam : relicta ſede patria ad Bat/
Anna Perenna tum regẽ : qui qum Melitæ inſulæ imperabat : curſum arripuit : A quo iure veteris hoſpitii
Lucia benigne ſuſcepta:duos & vltra annos ibi mãſit.Sed qum Pygmalionẽ fratrem iam cũ armis
Anna aduẽtare Battus didiciſſet; veritus potẽtiã illius Annã ut inde abiret:hortatus eſt.Mox igit

mare ingreſſa: dum Cameren nauigare contéderet: vi tempeſtatis acta: in laurétē oram pue Camere
nit: vbi iā Aeneas pacatis rebus: & ducta vxore Lauinia īperabat. Hic tum forte ſolo Acha/
te comitatus ī littore nudis pedibus deambulabat. Qui qum erráté Anná aſpexiſſet: & vix
ſibi pſuadere poſſet eá eſſe: tandé agnitá compellat. Timuit illa principio: ſororis caſum aň
oculos ponés. poſtea vero ab illo benigne inuitata in regiá cum eo pfecta eſt. Cui mox La/
uinia amorem coniugis ſuſpectū habés: tendere inſidias cœpit. Sed Anna in ſomnis a Di/
done monita: ut in fauſtá domum relinqueret: ſtatim p feneſtram exiliit: cūq; citato curſu ad
Numiciū amné perueniſſet: in eū ſe præcipitem dedit. Orta deinde luce magno clamore eá
quæritátes per laurétem agrū: proficiſcūtur. Apparent veſtigia pedū vſq; ad Numiciū am/ Namicius
nem: vltra nihil videť. Quod dū admirádi ſecū animis volutant: Ipſa loqui viſa eſt placidi
ſum Nympha Numici: Amne perenne latens Anna perenna vocor: Quapropter læti con
uiuia celebrarūt: eam pro dea venerátes: qué ritum poſtea longiſſimo tempore ſeruarūt. Sūt
qui eandé lunam eé dicant vocatá Annam: quia annum méſibus impleat: alii Themin: alii
Io: alii vnam ex Athlantibus: quæ Ioui vbera præbuerit: Nonulli quo téporeplebs a patri
bus Romæ in Auentinum ſeceſſit: vetulam quandam nomine Annam oriundam Bouillis
ruſticas placentas detuliſſe plebi affirmant: qum commeatus eis omnino defeciſſet: Cuius
beneficii memoria: ſecuta mox pace: ſtatutum fuiſſe: ut nomen illius perpetuo coleretur: &
Suetonius Anna perenna vocaretur. Suetonius etiam Perennare ſcripſit: pro eo quod eſt annum per/
ficere. Ideoque puella nata nō perannauit. Item ab annus Solennis: hoc eſt anniuer ſarius: Solennis
Hinc ſoléne ſacrificium. Solénes aras. Solénes cerimonias dicimus: quæ ſunt anniuerſario
ſacrificio religioſæ. Ité Solennia ſacra: quæ certis ac ſtatutis temporibus fiunt. Hinc Solen/ Solénes cerimo/niæ
ne aliquádo pro celebri capimus. & Solennitatem pro celebritate. & Solenniter aduerbiū Solénia ſacra
Lucillius pro celebriter. Veteres Solénitus quoq; pro ſolenniter ſcripſerunt. Lucillius. Solennituſq; Solenne
eum laudet lubens. Item ab annus Quotannis: hoc eſt ſingulis annis: Quemadmodū a die Solennitas
Quottidie: hoc eſt ſingulis diebus. Menſis vero a græco deducitur: quod eſt μήνη μήνος: Solenniter
primus omnium menſium dies Kalendæ vocantur ἀπὸ τοῦ καλῶ: quod eſt voco. Nam Solennitus
priſcis temporibus anteq̄ Faſti a Cn. Flauio ſcriba inuitis patribus in omniū noticiá pro/ Quotannis
diderunt: pontifici minori hæc prouincia delegabatur: ut nouæ lunæ primū obſeruaret aſpe Quottidie
ctum. viſamq; regi Sacrificulo nunciaret. Itaq; ſacrificio a rege: & minore pontifice celebra
to: idem pontifex calata. i. vocata in Capitolium plebe: iuxta curiam Calabram: quæ Caſæ Curia Calabra
Romuli proxima erat: quot numero dies a Kalendis ad Nonas ſupereſſent: pronūciabat:
& quintanas quidem dicto quinquies verbo καλῶ. Septimanas vero ſepties repetito præ
dicabat: hunc ergo diem: qui ex iis diebus: qui calarentur primus eſſet: placuit Kalendas vo
cari: & ipſa curia: ad quá vocabatur: Calabria nuncupata eſt. & Claſſis dicta: q̄ oīs in eam Claſſis
populus vocaretur. & Calatores ſerui: quia ſemper ad neceſſitatem ſeruitutis vocari poſſent Calator
& Paraclitus a græcis dicitur: qui a noſtris Aduocatus.. Græci Kalendis carent: Vnde factū Paraclitus
eſt prouerbium. Ad Kalendas græcas: quom aliquid nunq̄ futurū volumus ſignificare: qđ Ad Kal. græcas
ab Auguſto inſtitutum eſt: qui ut erat faceto ingenio: qum aliquos non ſoluturos: q̄ debe/
bant: exiſtimabat: ad Kalendas græcas ſoluturos aiebat. Dies qui ante Kal. eſt: hoc eſt vlti/
mus dies antecedétis menſis Pridie Kalen. dicitur. Non aūt ſecūdo Kalé. ut nonnulli falſo
exiſtimant. Penultimus menſis tertio Kal. qui antecedit quarto: & in hunc modum cæteri
vſq; ad Idus: utputa vltimum Decembris diem Pridie Kal. Ianuarias ſcribimus: Penultimū
tertio Kal. Ianuarias. qui hunc antecedit: quarto Kal. Ianuarias: & in hūc modu; alios vſq;
ad quartum decimum Decembris diem: quem. xviiii. Kal. Ianu. ſcribimus. Ratio autem cur
minor pontifex numerum dierum: qui ad Nonas ſupereſſet: calando proderet hæc erat: q̄
poſt nouá luná oportebat nonarum die populares: qui in agris erant: in vrbé confluere ac/
cepturos cauſas feriarum a rege ſacrorum: ſciturosq; quid eſſet eo menſe faciédū: a quo nō/
nulli Nonas dictas exiſtimát q̄ſi nouæ initiū obſeruatióis: uel q̄ ab eo die ad Idus ſemp no
ué dies cōputanť. Habét aūt Nonas ſex méſes q̄ttuor Martius: Maius: Iulius: & October.
Reliq quattuor tm̄. Idus aūt ſinguli quiq; méſes hñt octo: qđ nomé a Thuſcis ſūptū é: Illi Idus
enī ité dicūt: q̄ ſignificat Iouis fiduciá. Ná qum Ioué accipiamus pro lucis autore. Vñ Lu Itis
cetius a Saliis vocať: & Cretéſes φωσφόρον vocitát: hoc é Luciferū. Romani quoq; Die/ Lucetius
ſpitré q̄ſi diei prém: optimo iure is dies Itis: hoc é Iouis fiducia vocať: cuius lux nō finiť cū Phoſphorus
ſolis occaſu: ſed ſplédoré diei: & noctis cōtinuat: ppť claritaté lunæ: q̄ ſemp in plenilunio: Dieſpiter
hoc é medio méſis fieri ſolet. Alii exiſtimát Idus q̄ſi vidus a vidédo dictas eé v lřa detracta
q̄ tūc plena luna videať. Vel a græco εἰδεῖν: qđ é videre. Sūt etiá q exiſtimét Idus ἀπὸ
τοῦ εἴδους: hoc é a ſpecie appellatas: q̄ eo die luna pleniſſimá ſpecié oſtendat. Alii cen/
ſent ab one Idus dici: quæ oībus Idibus Ioui imolatur. Hanc Idulam Thuſci noíant. Non/ Idula
nulli opinanť Idus vocari: q̄ is dies diuidat méſe;: Quippe Iduare etruſca lingua diuidere Iduo

Vidua Viduare est. Vnde Vidua dicta quaſi a viro diuiſa. Hinc Viduare etiam pro priuare accipimus. Vnde Viduertas: Calamitas appellata: quod viduet bonis. A viduo Diuido per compoſitionem deducitur. Ita enim veteres dicebant: quod nunc Diuido dicimus. A quo Diuiduum: quod non modo ſeperabile ſignificat: ſed etiam ſeperatum. Actius. Noſque ut ſeorſum diuiduos læto offerres. Cuius cõtrarium eſt Indiuiduũ. A quo Indiuidue aduerbiũ. Item a Diuido Diuiſio: Diuiſibil: Indiuiſibilis: Diuiſibiliter: Indiuiſibiliter. Item Diuidia: quod ſignificat tedium. Idem. Huius me diuidia cogit plus quam eſt par loqui. Interdũ etiam pro diſcordia accipitur. & Diuidicula: quæ nũc Caſtella vocari ſupra diximus: ex quibus a riuo cõmuni aquã quiſque in ſuũ fundum ducit. Item diuidiũ: quod pro dimidio accipitur: quod & ipſum dictũ eſt qui diuidiũ: ſiue ut aliqui putant: a dimẽſione: ſiue a medio. Terentius. Diuidiũ face. Tertiũ decimum Decẽbris diẽ: Idus Decẽbris dicimus: ãtecedẽtem Pridie Idus. alium tertio Idus: & eodẽ modo ad quintum eius mẽſis diem: hũc enĩ Nonas vocamus: quartum pridie Nonas: tertiũ: Tertio Nonas: ſecũdum quarto Nonas. Vbi illud quoque animaduertẽdũ eſt: quod dicimus Kal. Ianuarii: & Ianuarias: Februarii: & Februarias: Martii & Martias. Aprilis tñ: & nõ Aprilias. Maii & Maias. Iunii & Iunias. Iulii & Iulias. & Quintilis: Auguſti & Auguſtas. & Sextilis. Septẽbris & Septẽbrias & Septẽbres. Octobris & Octobrias & Octobres. Nouẽbris Nouẽbrias & Nouembres. Decembris & Decẽbrias & Decẽbres. Item illud notãdum quod dicimus: Tertio Kal. Idus: & Nonas. Tertio Kalendarũ: Iduũ: & Nonarum. Item Pridie Kal. & Pridie Kalendarũ: Poſtridie Kalendas: & Poſtridie Kalendarũ. Item tertio Kalendas: & ad tertiũ Kalendas. Quarto Kal. & ad quartũ Kal. Hoc tamen intereſt inter tertio Kal. & ad tertiũ Kal. et ſimilia: quia per tertio Kal. determinatus dies: & certus ſignificatur: qui eſt tertius: per illud vero: quod dicitur ad tertiũ Kal. non intelligimus ipſum tertiũ diem a Kal. nec aliquem tertiũ diem: ſed diem aliquẽ illi propinquũ: & perinde eſt dicere ad tertiũ Kal: ac ſi diceremus circiter tertiũ Kal. poteſt tñ aliquãdo poni ad tertium Kal. pro ipſo die tertio Kal. ut ſi dicam ab hoc die vſque ad tertiũ Kal. aut Idus: aut Nonas: tres dies interſunt. Menſis in quattuor hebdomadas diuiditur: quæ latine dici Septimanæ poſſunt. Dicuntur tñ Hebdomadæ nõ de diebus tñ: ſed etiã de annis: & quibuſcũque rebus: quæ ſeptẽnario numero compræhendũtur. Gellius. Tum ibi addit ſe quoque iam duodecimam annorũ hebdomadam ingreſſum eẽ: & ad eum diẽ ſeptuaginta librorũ hebdomadas conſcripſiſſe. Dies qui ſeptimanam cõſtituunt a ſeptem planetis cognoĩati ſunt. Primus ſeptimanæ dies a ſole dies Solis: ſiue Phœbi dicitur. Secundus a Luna: Lunæ. Tertius a Marte: Martis. Quartus a Mercurio Mercurii. Quintus a Ioue: Iouis. Sextus a Venere: Veneris. Septimus a Saturno: Saturni. Hũc tamẽ in pñtia mutuato a iudeis vocabulo Sabbatum vocamus: quod eum Iudæi ſacrum habeant: in quo cõditor rerum mũdi iam creatione perfecta conquieuerit. Sabba enim Arabũ lingua myſterium dicitur. A quo ipſi Sabbata noĩauerunt. A menſe vero deducitur Menſtruus adiectiuũ nomen: ut Menſtruum opus: hoc ẽ opus vnius menſis. Item Menſtrua ſubſtantiuum numeri tãtũ plural: quod ſignificat ſupfluũ illũ humorẽ: quem ſingul menſibus mulieres niſi grauidæ ſint emittũt: quo tpe mariũ cũ iis coitus exitiales ſũt: atque peſtiferi: pſertim in ſilẽte luna: qum purpurã quoque ab iis pollui tradũt. Quocũque aũt tpe ſinudatæ ſegetẽ ambiant: erucas: ac vermiculos: Scarabæoſque ac noxia alia decidere. Tradũt i Cappadocia ob multitudinẽ Cãtharidũ per media arua retectis ſup clunes veſtibus incedere ſolitas. Alibi nudis pedibus eunt capillo: ac cinctu diſſoluto: ſed cauẽdũ ne id oriẽte Sole faciãt: ſic enĩ ſemẽtẽ conſtat areſcere. Nouella vitis eius tactu imppetuũ læditur. Tactis quoque aluearijs certũ ẽ apes aufugere: itẽ lina: qum coquuntur: nigreſcere. Aciẽ i cultris tõſorum hebetari. Aes cõtactũ graue virus odoris: eruginẽque accipe. Equæ ſi grauidæ ſint: tactas abortũ pati: quin etiã aſpectu uel procul viſas: ſi purgatio illa poſt virginitatẽ prima ſit. Bitumẽ in Iudæa naſcẽs ſola hac vi ſpõte ſeparari: ſila veſtis cõtacte ne igne quidẽ quo cũcta vincũtur: domari. Si quis eũ cinerẽ lauandis veſtibus aſpgat purpuras mutare: floribus colorẽ adimere: grauidã ſi ſupgrediatur: abortũ facere: aſpectu ſolo ſpecularẽ nitorẽ hebetari. Mẽſes quoque pro mẽſtruis frequẽtiſſime autores ponunt plurali numero tñ. Plynius. Cuius ſemẽ menſes: & vrinã ciet. Idẽ. Menſes ſiſti eo cibo putant. A Kalẽdis Kalendariũ dictum eſt libellus: in quo quid ſingulis cuiuſque menſis diebus geſtum: accõmodatum: mutuatũ: locatũ ſit ſcribitur. Itẽ dies feſti: profeſtique: & feriæ notantur. Item Kalendaris Iuno. Sic enim Laurẽtes deam appellarũt: quod ſicut Idus omnes Ioui: ita oẽs Kalendæ Iunoni dicatæ eſſent: propter quod omnibus Kalendis a mẽſe Martio ad Decẽbrẽ huic deæ ſupplicabãt i curia. Calabria: & Regina ſacrorũ. i. regis vxor porcã: uel agnã in Regia Iunoni imolabat. Hinc Ianus Iunonius cognoĩatus eſt: quod illi deo omnis ingreſſus: huic deæ cũcti Kalẽdarũ dies eſſent aſcripti. Nam qum initia Menſiũ veteres ab ortu Lunæ auſpicarẽtur: merito Iunoni addixerũt Kalẽdas: Lunã ac Iunonẽ eandẽ eẽ putãtes: uel quia luna per aerẽ meat cuius arbitra Iuno ẽ: Vñ Græci lunã Artemin qui ἀερότομιν

Margin notes: Vidua Viduare; Viduertas; Diuido; Diuiduum; Actius; Diuidia; Idem; Diuicula quæ & Caſtella; Diuidium; Terentius; Tertio Kalẽdas; Tertio Kalẽdarum; Ad tertiũ Kalendas; Menſis diuiſio; Hebdomades; Septimanæ; Gellius; Dies Solis: qui & Phœbi; Dies Lunæ; Dies Martis; Dies Mercurii; Dies Iouis; Dies Veneris; Dies Saturni; Plynius; Kalendarium

nuncupauerunt:q aera fecet.Erāt aūt Kalendæ:Nonæ:& Idus:copulandis nuptiis religioſæ:hoc ē deuitādæ:q hi dies præter Nonas feriati eēnt.Feriis aūt vim cuiq fieri nefas habebatur:ideo tūc vitabātur nuptiæ:in qbus vis fieri virgini videret᷑.Alii tradūt:quia feriis tergere veteres foſſas liceret: Nouas facere ius nō eſſet:ideo magis viduis q virginibus idoneas fuiſſe ferias ad nubendū.Nonis vero ideo ꝓhibitæ ſunt nuptiæ:quia qum primus nuptiarū dies verecūdiæ detur:poſtridie vero nupta in domo viri dominiū incipiat:ideoq rē diuinā facere oporteat.Oēs āt poſt triduani dies:ſiue poſt Kalēdas:ſiue poſt Nonas ex æquo atri ſint:ideo & Nonas inhabiles nuptiis eē exiſtimauerunt:ne nupta atro die uel libertatē auſpicaret᷑ vxoriam:uel diis imolaret.Nonæ Iuliæ Caprotinæ dictæ ſunt:cuius rei cām ſuperius expſſimus.Kalendæ per K lrām ſcribi vſus obtinuit:cū ipſius deriuatis:qum alioquin hæc lra penitus ſupuacua videat᷑.Virgilius doctrina ſimul:verecūdiaq inſignis:qum ſciret Romanos veteres ad Lunæ curſum: Sequētes vero ad Solis:anni tpa digeſſiſſe vtriuſq ſæculi opinioni reuerētiā ſeruās: Vos (inquit) o clariſſima mūdi lumina: Labentē cælo: quæ ducitis annū.Liber:& Alma Ceres:Tam Lunā q Solem duces anni hac inuocatione deſignans.Magus vero nō a magis deducit᷑:ſed Perſicū vocabulum ē:ſignificatq ſapientē. Sic enim Perſæ Magos vocāt:ut Græci Philoſophos:Latini Sapiētes: Galli Dryudas: Aegyptii Prophetas:Indi Gymnoſophiſtas:& Aſſyrii Chaldæos: A Chaldea regione Aſiæ: in qua ē Babylon vrbs.A quo Chaldaicus:Hi oēs ſiderū obſeruatis rōnibus prædicere futura ſolebāt.Sed Magi potiſſimū apud Perſas deoꝝ cultui vacabant:pces illis:ac vota:& ſacrificia offerebāt:de Deoꝝ ſubſtantia:& generatione diſſerebāt.ſigna:ſtatuaſq rephendebāt improbabāt illoꝝ errores:qui diſcerni deos ſexu:& mares:fœminaſq int̄ eos eſſe affirmabant:dicebant rerum omniū:totiuſq orbis imperiū penes deos eē:aerem plenū eſſe dæmonibus:Auri cultū:vſumqꝫ ꝓhibebāt:gerebāt candidas veſtes.Lectū terrā habebant:Solo pane:olereq:& caſeo veſcebant᷑.arūdinē pro baculo gerebāt:Duo apud eos principia erant: bonus Dæmon:& malus.Ille Iuppiter erat:quē horomaſdem vocabāt:hic pluto:quē noīabant Arimaniū.Sed poſtea in tm̄ aucta ē magorū vanitas:ut non ſolū obſeruatione ſiderū futura prædicere ſed artibus qbuſdā:& rerū:& verborū maleficiis:& ſcire ſe omnia:& facere poſſe ꝓfiterētur.Ab iis incātamenta repta:ab iis Necromātia inuenta: hoc ē diuinatio q̄ fit per cadauera:ut mortuus apud Lucanū ſuſcitatus euentum belli Pharſalici Sexto Pompeio prædixit.& Pyromantia diuinatio:quæ fit per ignem:dū attendimus:quid fulgur: qd fulmē:quid aliaqueuis ignea poteſtas ſignificet.Aeromantia:quæ fit p aerē:utpote p auium volatū:guſtū:cantūue:aut ventorum:hymbriū:grādinūq inſuetas procellas: ut.M.Attilio &.C.Porcio conſulibus Lac:& Sanguinē pluuiſſe compertū eſt:qd᷑ ſignificat anno ſequēti ingentē peſtilentiam vrbem Romā inuaſuram.Hydromātia:quæ fit ex aqua:quēadmodum Varro prodidit puerū vidiſſe in aqua effigiem Mercurii:quæ centū quinquaginta verſibus omnē Mitridatici belli euentū pronuntiauit. Geomātia diuinatio: quæ fit p ſigna quædam tumultuarie in terra facta: ſiue per ſparſas harenulas:aut terrarū hiatus. Chiromantia diuinatio:quæ fit p inſpectionē linearū:quibus hominū manus diuidūtur.Iuuenalis. Frontemq manūq præbebit vati.Hinc præterea Aruſpices:Extiſpices:Augures fluxere.Hinc q ex ſpeculorū inſpectione occulta:ſiue futura nūciant.Hinc Phitonici:qui & Enthei dicuntur:hoc eſt deo pleni: qui Apollinis ſpiritu repleti oracula præbebant. Hinc Mathematici: quos Gentilicio vocabulo Chaldeos dicere oportebat.Iuuenalis.Nemo Mathematicus genium indēnatus habebit. Proprie tamē Mathematici dicūtur:q Mathemata: ſiue Mathematicas diſciplinas profitētur: quæ ſunt Arithmetica: Geometria: Muſica: & Aſtrologia: hæ eni proprie Mathemata:hoc eſt diſciplinæ dicūtur:quia certiores aliis ſunt. Sed quoniā hi quoq in nimiā vanitatem prouecti ſunt prædicēdi futura: ſiue etiā præterita incognita. Mathematicorū quoq nomen tanq damnabile exploſum ē:& pro iis vſurpatum:qui diuinationem profitentur.& Sortilegi:qui p ſortes futura prænuntiant.Item qui aliquid eligūt per ſortem. Vnde & Sortilegiū dicitur. Sortem enim fortuitum alicuius rei euentum dicimus:A quo fit verbum Sortior:qd᷑ eſt ſortes facio:ſiue ſortes recipio:ſeu per ſorteꝫ aliquid decerno:uel eligo.Capit᷑ tn̄ aliquādo ſors pro fatali neceſſitate.Virgilius.Hic exitus illū ſortetulit.Aliqn̄ pro iudicio.Idē.Nec vero hæ ſine ſorte datæ: ſine iudice ſedes: tractū a more Romano.Nō eni audiebant᷑ cauſæ niſi p ſortē ordinatæ.Nā quo tpe cauſæ agebant᷑:cōueniebāt oēs:& ex ſorte dierū ordinē accipiebāt:utputa qd᷑ poſt triginta dies cauſas ſuas exeq rent᷑.Sors etiam p pr̄imonio accipit᷑.Vn̄ Cōſortes:& Cōſortia dicūtur.Sors etiā ipſa ſumma ē:cui extrinſecus acqrit᷑ fœnus.Terentius.Etiā de ſorte venio in dubiū:hoc ē de precio: quo empta erat fidicina.A mago Magia dicta ars ipſa: & Magicus.Vn̄ Magicas artes dicimus.& Magicas herbas: qbus magorum vanitas gloriatur: ut eſt Aethiopis:qua amnes: ac ſtagna ſiccari affirmat.& tactu eius clauſa oia aperiri.& Achmenides: qua conie&a

Margin notes: Nonæ Caprotinæ; Kalendæ; Virgilius; Magus; Chaldaicus; Necromancia; Pyromantia; Aeromantia; Hydromantia; Geomantia; Chiromantia; Iuuenalis; Phythonici q et Enthei; Iuuenalis; Mathematici; Sortilegus; Sors; Sortior; Virgilius; Idem; Terentius

in aciem hoſtiũ trepidare oĩa:ac terga vertere. Latacæ dari ſolita a Perſarum rege legatis:ut quocũq; veniſſent:rerũ omniũ copia abundarẽt. Mirũ certe foret in tantã credulitatẽ ex tã ſalubribus initiis euecta humana ingenia fuiſſe:ſi in aliqua re ſeruare modũ nouiſſent. Sed hæc eſt in omni re ingenii humani conditio:ut a neceſſariis orſa primum cuncta veniant ad nimium. Magiam a Zoroaſtre perſa primũ inuentam affirmant:quẽ ſex milibus annorum fuiſſe ante Platonis mortẽ Eudoxi teſtimonio Plynius affirmat. Circen magam fuiſſe oſtẽ
dit. Virgilius. Carminibus Circe ſocios mutauit Vlyxes. & meſſes i alios agros hac arte tra Virgilius
duci poſſe. Atq; ſatas alio vidi traducere meſſes. Quin etiam elemẽta quoq; cõcuti: turbari hominũ mentes:& ſæpe ſine vllo veneni hauſtu violentia tantũ carminis interimi homines
exiſtimauere. Lucanus. Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni Incãtata perit. Virgili9. Car Lucanus
mina uel cælo põt deducere lunã. Idem. Frigidus in pratis cantãdo rũpit̃ anguiſ. Ouidius Virgilius
Carmine læſa Ceres ſterilem vaneſcit in herbã. Deficiũt læſi carmine fontis aquæ. Illicibus Idem
glandes cantataq; vitibus vua Decidit:& nullo poma mouẽte fluunt. & in duodecim tabu Ouidius
las ſcriptũ fuiſſe cõſtat. Qui fruges excãtaſſet. Item Qui malũ carmen incãtaſſet. Itẽ Ne ue
alienam ſegetẽ pellexeris. Tibullus de muliere maga. Hanc ego de cælo ducentem ſidera vi- Tubullus
di: Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter: Hæc cantu finditq; ſolũ: maneſq; ſepulchris Eli cit:& tepido deuocat oſſa rogo: Qum libet:hæc triſti depellit nubila cælo: Qum libet:æſti uo cõuocat orbe niues. Ouidius de Medea. Qum volui ripis mirãtibus amnes. In fõtes re- dicre ſuos:concuſſaque ſiſto: Stantia concutio cantu freta nubila pello. Nubilaq; induco: ventos abigoq;: vocoq;. Viuaq; ſaxa ſua:conuulſaq; robora terra: Et ſiluas moueo:iubeoq; tremiſcere montes: Et mugire ſolum:maneſq; exire ſepulchris: Te quoq; luna traho. Ariſto teles veritatis indagator:& ea tantũ credẽs:quæ uel cõpræhendi ſenſu: uel probari rõnibus poſſint: Hæc oĩa irridet:falſaq; eſſe exiſtimat:& Zoroaſtrem: quẽ huius artis inuẽtorẽ fuiſ
ſe vulgus exiſtimat:ex interpræetatiõe nois ipſius aſtrorũ fuiſſe cultorem affirmat. Plynius Plynius
quoq; artẽ hanc magicã omniũ artiũ fraudulẽtiſſimã eẽ aſſerit: miraturq; quomodo in to- to terrarũ orbe plurimis ſæculis valuerit:idq; ob eam cãm putat accidiſſe:ꝙ ſola artium tris alias ĩperioſiſſimas humanæ mẽtis cõplexa in ſe vnã redegerit. Quippe natã primo a medi cina nemo dubitauit:ac ſpecie ſalutari irrepſiſſe velint altiorẽ:ſanctioremq; ꝗ medicinam. Ita blãdiſſimis:deſideratiſſimiſq; promiſſis addidiſſe vires religionis: ad quã maxime alli- gatur genus humanũ:poſt hæc miſcuiſſe mathematicas artes nullo nõ auido de ſe futura ſci endi:atq; ea e cælo veriſſime peti credẽti:ita poſſeſſis hominũ ſenſibus triplici vinculo in tã tũ faſtigii adoleuiſſe: ut in magna humanarũ gentiũ parte præualuerit. Theſſaliam vero in primis huius veneficii infamẽ fuiſſe conſtat:ꝓpter quod Menander poeta illis in locis ge- nitus fabulam ambages mulierũ lunam detrahẽtiũ cõplexã Theſſalam cognoĩauit. Xerſen quoq; Perſarũ regẽ in ea ſcientia verſatũ fuiſſe nõnulli ꝓdiderũt: ut falſa de ſe opinione in
Os ſui admirationẽ multitudinẽ traheret. ORE. Dentibus. Totũ ꝑ parte. Os ꝓprie ẽ cõcauũ
illud in capite:intra qđ ſunt lingua:& dẽtes. Plynius. Cõtinui dẽtes: aut vtraq; pte oris ſũt Plynius
ut equo:aut ſupiore primores non ſunt:ut bobus:ouibus: omnibuſq;:quæ ruminant. Ali-
quando tamen os ponitur pro facie. Virgilius. Os humeroſq; deo ſimilis. & de brutis etiã Virgilius
dicitur. Idem. Ora citatorum dextra detorſit equorum. Item quicquid in aliqua re patet:os Idem
dici poteſt. Idem. Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum vlceris os. Ab hoc per di- Idem
Oſculum minutionem Oſculum dictum: hoc eſt paruum os. Ouidius. Videt oſcula: quæ non eſt vi- Ouidius
diſſe ſatis. Ponitur tamen frequenter oſculum pro baſio:quoniam baſiando os coartamus atq; minuimus:& ꝗſi ex ore oſculũ facimus. A quo oſculor verbũ. & Oſculator. & Oſcula
Baſiũ tio. & Exoſculor. atq; Exoſculatio. Sicut a baſiũ Baſio. Baſiator. et Baſiatio. A ſuauiũ Sua
Suauium uio. Suauiator. & Suauiatio. & Diſſuauio. Diſſuauiator. & Diſſuauiatio. Quidã hæc ita diſtiguunt:ut Oſculũ officii ſit:ut qum e longinquo redeũtes:ſalutamus:atq; oſculamur Ba
Suaue ſium pudicorum:ut patris in filium. Suauium voluptatis:quod eſt a ſuauitate dictum. Sua-
Suauitas ue enim dulce dicimus. A quo Suauitas:dulcedo. A quo & Suauitudo a Veteribus dicta.
Suauitudo eſt. Plautus. Cor:mens:ſpes mea:mel meum:ſuauitudo mea:cibus:gaudium: quorum con- traria ſunt Inſuaue:hoc eſt aſperum:auſterum. Inſuauitas. Inſuauitudo. et ab iis aduerbia fi
Inſuaue unt: Suauiter. & Inſuauiter. Item Suaue. & Inſuaue. Virgilius. Et ſuaue rubens hyacinthus. Virgilius
Quidam etiam e veteribus Suauiloquum. & Suauiloquium vſurpauere. Item Oſculo pro
Oſculor ſcripſere. Titinnius. Illa rubra laudo: quod oſculaui priuignæ caput. Ab oſculum Titinnius
Oſtium fit aliud diminutiuum Oſcillum: de quo ſupra diximus. Item ab os fit Oſtium: per quod
Oſtiolum ingredimur:uel domum:uel alium quencunq; locum. A quo Oſtiolum:paruum oſtium. &
Oſtiarius Oſtiarius:oſtii cuſtos: Cuius fœmininum eſt Oſtiaria. & Oſtiatim per ſingula oſtia. Quin
Oſtiatim tilianus. Neq; ſecanda ſingula:& velut Oſtiatim pulſanda. & Oſtia dũtaxat plurali nume
Oſtia plĩ nume. ro fluuiorum patentes aditus. Virgilius. Italiam contra: Tyberinaque longe oſtia. A quo

Imperiti indocti atq; inexperti: A quibus Peritia: & Imperitia deriuant̄. Ab eo fit compo/ Perio Peritus
Virgilius ſitum quod in vſu eſt Experior. Virgilius. Vos & Cyclopea ſaxa experti: reuocate animos: Imperitus
Mō intelligo: ſentio. Terentius. Nā fuiſſe erga me miro ingenio expertus ſum. Aliq̄ñ tento. Experior
Virgilius Inde Inexpertū pro intentatū accipimus. Virgilius. Ne quid inexpertū fruſtra moritura re/ Inexpertus
Idem linquat. Ab experior Experti dicunt̄ periti: et Experientia vſus doctrina. Idem. Apibus q̄n Expt9 Expiētia
ta experientia parcis. Expertes uero ignari: rudeſq;: & nullam rerū experientiā habentes. Itē Expers
Expertes dicunt̄ qui nō ſentiunt: Vnde Expertē doloris dicimus: qui nō ſentit dolorē: Ex/
pertē mortis: qui non morit̄: Expertē humanitatis: qui nihil habet humani. Veteres Experi Experitus
tos quemadmodū imperitos dicebant. Experte aduerbiū accipit̄ pro eo q̄d eſt docte: perite Experte
Itē Expreta dixerūt antiqui expertia habita. Quidam Expers non ab experiendo deductū Expreta
exiſtimant: ſed ab ex & pars: quaſi ſine parte: quemadmodū Expes dicit̄ ab ex & ſpes: quaſi
Pompeius ſine ſpe: ut ſuperius diximus. Itē a pario Reperio: Vnde Pompeius Repertū dici affirmat Reperio
quaſi repartū: & in lucē proditū. Eſt autē Reperire proprie fortunæ: Inuenire uero conſilii.
Ouidius Ouidius. Tu nō inuenta reperta es. Sed iam vſus obtinuit: ut idem ſit Reperio quod Inue/
nio. Ab hoc fit Repertor: hoc eſt inuentor. Itē a pario Comperio: quod ſilr̄ ſignificat inue/ Repertor
nio: A quo Compertor inuentor. Compertū eſt mihi: & Explanatū eſt mihi pro eodem ac Comperio
cipiunt̄: & ſilr̄ Comperi: & Explanaui: quod eſt veſtigando inueni. Ab eodem etiā ut qui/ Compertū
dam exiſtimant Pars dicta: q̄ a toto emiſſa ſit: quaſi a toto parta: q̄uis alii a parum potius Pars Cōpertor
Partem dictam exiſtimant: q̄ parum ſit reſpectu totius: ut ſuperius oſtendimus. Item Parce
vna littera mutata: quemadmodū de iis atq; eorū deriuatiuis ſuperius diſſeruimus. Sunt etiā
qui Par a pariendo deductū putent: quod ſignificat ſimile: Ita enī natura comparatū eſt: ut Par
Partus ſimilitudinē fere habeat cū pariente. Ab hoc fit Par neutri generis: quod mō nume/
rum duorū ſignificat: quaſi inter ſe parium: Vnde vnū par: & duo paria: ſiue bina paria dici
Suetonius. mus. Suetonius. Domitianū quæſtoris muneribus: quæ olim omiſſa reuocauerat: ita ſemper
interfuiſſe tradunt: ut populo poteſtatē faceret: bina paria ex ſuo ludo poſtulandi: eaq; no/
Quintilia. uiſſimo aulico apparatu induceret: Mō æquū: conueniēs: decens. Quintilianus. Si propter
matrimonia violata vrbes euerſæ ſunt: quid fieri adultero par eſt. & Paritas: hoc eſt æquali Paritas Pariter
Neuius tas: ſilr̄tudo. & Pariter: quod mō ex æquo ſignificat. Nonius. Vt pariter diſpartiant̄ bona
Titinnius patris: Mō conuenienter. Titinnius. Næ tu iſtam ædepol inedia extuliſti pariter ut dignum
Plautus fuit. Aliq̄ñ ſimiliter. Plautus. Is ex ſe hunc reliquit: qui hic habet filium pariter moratū: ut pa
ter atq; auus eius fuit. Parem eſſe idem eſt: q̄d ſufficere alicui rei: ſiue reſiſtendo: ſiue exequē/
Cicero do. Cicero. Tamen interpellat fletus: repugno quoad poſſum: ſed adhuc pares non ſumus.
Quintilia. Quintilia. Aſpicio par laboribus corpus. Paria facere eſt: q̄d alibi amiſſum: uel q̄d aliunde Paria facio
Idem acceptū eſt: alibi uel aliūde compenſare. Idem. Sic paria faciemus. Tu illic eris vicarius meus
ego hic tuus. Aliquando etiam Pares pro duobus accipimus. Paribus equis: id eſt duobus Pares
Romani vtebantur in prælio: ut ſudante altero tranſirent in ſiccum. A par fiunt Impar: &
& Diſpar: A quibus Imparitas: Diſparitas: Par. Impar genus ludi eſt vulgo noti: qum plu/ Impar
Suetonius ribus nūmis manu occultatis petitur: par ne: an impar eorum numerus ſit. Suetonius de Au
guſto ſcribit ad filiam. Miſi tibi denarios ducentos quinquaginta: quos ſingulis conuiuis de
deram: ſi vellent inter ſe poſt cœnā: uel talis: uel par impar ludere. Præterea Compar: quod Compar
idem ſignificat quod Par: Liuius. Comparem cladem ad Aegatis inſulas Carthaginenſium
prelio nauali acceptā qua fracti Sicilia: ac Sardinia ceſſere. Rhetores Compar: quod græci

Iſocolon — ἰσόκωλον: Hoc eſt Iſocolon vocant: Id eſſe dicunt: quod duabus: aut pluribus ſen/
tentiis breuibus: & inter ſe paribus exigitur: ut eſt illud: Nequaquam mihi cum eo res
eſt: qui neque finem habet capiendi: neque modum ſtatuit vtendi. Nam & multum de/
ſiderare egentis eſt ſignum: Et nihil parcere egeſtatis eſt initium. Item illud. Diuerſum eſt
beneficium dare libenter: & iniuriam facere nolle. Nam dando beneficium aſſequimur
beniuolentiam: non faciendo iniuriam duntaxat odium vitamus. Præter hæc a par Pa
Parilis — rilis: & Imparilis deriuantur: Hoc eſt Par: & Impar: A quibus Parilitas: & Impari/
Imparilis — litas. Item a Pario Paro. Nam quæ paramus: quodammodo parere: & proferre vide/
Paro — mur. Ab hoc compoſita fiunt Apparo: & Præparo: Quæ inter ſe ita differunt: quod
Præparo — Præparare eſt antea ſibi quæ vtilia ſunt: aut fore creduntur parare. Cicero. Facile to — Cicero
Apparo — tius vitæ curſum videt: ad eamque degendam præparat res neceſſarias: ut Paſtum: ut
latibula: ut alia generis eiuſdem. Apparare uero eſt ad Dignitatem quandam: ſeu ve/
Appatũ pemiũ — rius pompam. Ideo Oratores præparare dicuntur: quibus obtinere cauſam poſſint. Ap/
Apparatus — paratum uero proemium reprehenditur: quod plus pompæ: atque oſtentationis: quam vti/
Reparo — litatis habere videatur. Ponitur tamen aliquando Apparatus pro præparatione: ut bel/
Separo — li & claſſis apparatus. Sed in hoc quædam pompa intelligi videtur. Præterea a paro Repa
ro: quod eſt reſarcio: inſtauro: quaſi rurſus paro: A quo Reparatio: & Reparamen. & Se/
paro: quod eſt diuido: diſtraho: A quo Separatio: & aliud compoſitum Diſſeparo: & qui/
Diſſipo — buſdam litteris interciſis Diſſipo: quod ſignificat diſiicio: diſtraho: A quo Diſſipatio: Mar — Martialis.
Diſparo — tialis. Hæc puluere diſſipata multo Longas porticus explicat ruinas. Item Diſparo: quod ſi
Comparo — militer ſignificat ſeparo. Varro. Conuocat omnes: bonos a malis diſparat. Et Comparo:
quod proprie eſt paro. Cicero. Vt erat inter ſeruos copioſos conuiuium compararet. Poni/ — Cicero
tur tamen aliquando pro acquiro: Apuleius. Vt ſenectutis mihi viaticum compararem. Ci/ — Apul. Ci.
cero. Omnis autoritas philoſophiæ conſiſtit in beata vita comparanda. Et pro adæquo: cõ
iungo. Plautus. Prende auriculis: compara labella cum labellis. Et pro aſſimilo. Terentius. — Plau. Ter.
Ah ne comparandus hic quidem ad illum eſt. Cicero. Neminem tibi profecto hominem ex — Cicero
omnibus aut ante poſuiſſem vnquam: aut etiam comparaſſem. Ab hoc Comparatio deri/
uatur. Dicimuſq; recte Comparo tibi illum: Comparo te cum illo: & Comparo te ad illũ:
Et pro compono: machinor. Siſenna. Eos qui hoc malum publicum clandeſtinis conſiliis — Siſenna
comparauerint. Et pro diſpono. Terentius. An potius ita me comparem non perpeti me/ — Terentius.
retricum contumelias. Et pro emo. Idem. Illum autem velle vxorem: ut qum deſponderim: — Idem
des qui aurum: et veſtem: atque alia: quæ opus ſunt: compararet. Item pro æſtimo. Actius. Pro — Actius
in tu id cui fiat: nõ qui facit compara. Et pro eo quod eſt do. Cicero. Ex omni gemitu: ac do — Cicero
Parilia — lore certa merces comparabatur. Item a pario Parilia vocitata ſacra deæ Palis: hoc eſt tellu/
Natal dies vrbis — ris: quæ pro partu corporis celebrabantur. xvii. Kalẽ. Maias: qui dies natalis erat vrbis Ro
Romæ — mæ. Quippe eo die Romulus augurio capto vrbem aratro deſignauerat. Varro tamen Pa — Varro
Pales Veſta — rilia quaſi Palilia a Pale vocitata exiſtimat. Palem exiſtimant Veſtam eſſe Saturni matrem
Duæ enim Veſtæ a veteribus memorantur: Altera Saturni mater: Altera eiuſdem dei filia.
De qua Ouidius: Ex ope Iunonem memorant: Cereremq; creatam: ſemine Saturni. Tertia — Ouidius.
Veſta fuit. Confundunt tamen hæc poetæ alteram pro altera ponentes. Quando eam ter/
ram eſſe dicunt: de matre Saturni intelligendum eſt. Quando uero virginem nominant: de
filia eius: quam ignem eſſe voluere. Ouidius. Nec tu aliud Veſtam: quam viuam intellige flam/ — Ouidius
mam: Nataq; de flamma corpora nulla vides. Iure igitur virgo eſt: quæ ſemina nulla remit/
tit. Huius ſimulachrum Romani Peſſimunte allatum in æde victoriæ: quæ eſt in palatio: po
Veſtales virgines — ſuere: & virgines ei ſacrarunt: quæ ignem perpetuũ conſeruarent: Hæ ſi forte ſtuprum cõmi
Veſta vnde — ſiſſent: viuæ defodiebãt. A veſta Veſtales virgines appellatæ. Veſta uero ἀπὸ τῆς ἑστίας
hoc eſt a foco: in quo ignis alitur. Nam qum pro terra: ſiue deorum matre accipitur: a veſti/
tu denominatur: quod variis herbis: ac floribus veſtita ſit terra. Et Propero feſtino: quaſi ante
Perpero — tempus paro: de quo: et eius deriuatiuis ſuperius diximus. Et Perpero deprauo: quaſi nimis
Perperus — exacte paro: Vnde Perperi dicuntur ſtulti: rudes: inſulſi: praui: mendaces. Actius. Deſcribe/ — Actius
Perperitudo — re eum miror perperos popularis. Hinc etiam Perperitudo fit: quod modo prauitatem: mo
Perperã — do ſtultitiam ſignificat. Idem. Ductabilitate nimia veſtra hoc facitis: ac perperitudine. Item — Idem
Perperã aduerbium: hoc eſt praue: ſtulte. Plautus. Quidni ſemper agit perperam. Et Impe/ — Plautus
Pareo — ro: de quo ſimiliter cum eius deriuatiuis locuti ſumus. Item a pario fit Pareo verbum: quod
proprie ſignificat videor: quoniã partus poſtq; extra vterum eſt: videtur. Virgilius. Cui pe/ — Virgilius
cudum fibræ: cæli cui ſydera parent: hoc eſt a quo fibræ: & ſydera cernuntur. Hinc Appa/
Appareo — reo eiuſdem ſignificationis. Virgilius. Apparet liquido ſublimis in aere Niſus. Item Appa/ — Virgilius
reo præſto: adſum. Virgilius. Hæc Iouis ad ſolium: ſæuiq; ad limina regis apparent: Vnde — Virgilius

Apparitores: de quibus ſupra diximus: appellati: ꝙ iuſſis magiſtratuum præſto adſint.& Diſpareo eius contrarium: hoc eſt a conſpectu recedo. Et Compareo: coram aliquo appareo.& Tranſpareo: per aliquod corpus lucidum videor. Pareo etiam pro obedio: atqꝫ obſequor accipitur. Virgilius. Paret amor dictis caræ genitricis. EXILIIT. Prodiit. Exilio proprie eſt exeo: prodo: quaſi extra ſalio: ab ex & ſalio compoſitum. Salio idem eſt: quod ſaltum facio. Eius frequentatiuum eſt Salto: quod ſignificat tripudio. A quo Saltatio: tripudium. Nam Saltus eſt qualis Ceruorū: leporumqꝫ. A ſalto Saltatus: idem quod ſaltatio: hoc eſt tripudium. Liuius. Ac per vrbem ire cum tripudiis: ſolenniqꝫ ſaltatu iuſſit. Interdum Salio pro ſaltu accipitur. Virgilius. Mollibus in pratis vnctos ſaliere per utres. At Saltus pro ſaltatione nunquam inuenitur. Sed præter hoc quod diximus: ſignificat etiam ſiluam non facile peruiam: ut ſupra oſtendimus. Virgilius. Saltibus in vacuis paſcunt: & plana ſecundum flumina. A quo Saltuarius dicitur: qui ſaltum cuſtodit.& Saltuoſus: locus ſaltibus plenus. A ſalto fit aliud frequentatinum Saltito.& Saltabundus: hoc eſt ſaltans.& a ſaltatione diminutiuum Saltatiuncula. Item a ſalto Præſulto: hoc eſt ante alios ſalto. A quo Præſultor dicitur: qui in ſaltatione primus eſt: hoc eſt: qui tripudium ducit. Valerius maximus. Qum ludis plebeiis quidam paterfamilias per Cyrcum flaminium priuſquam pompa induceretur: ſeruum ſuum verberibus multatum ſub furca ad ſupplicium egiſſet: Latino homini ex plebe Iuppiter inquiete præcepit: ut conſulibus diceret: ſibi præſultorem ludis Cyrcenſibus proximis non placuiſſe. Huius fœmininum eſt Præſultrix. Item a ſalto Saltator: & Saltatrix.& eius diminutiuum Saltatricula.& Saltuatim aduerbium: hoc eſt per ſaltus. Gellius. Apud vltimas orientis terras homines ſunt: qui Monomeri appellātur ſingulis cruribus viuaciſſimæ pernicitatis: hoc & Saltim dicitur. Nam Saltem non a ſalto deducitur: ſed quidam per defectionem dictum putant quaſi ſi aliter non poteſt. Alii dicunt Saltem dictum v littera abiecta. Nam a principio Salutem dicebant: quod nos Saltem dicimus. Etenim qum alia quedam petita: & non impetrata ſunt: hinc ſolemus: quaſi extremum aliquid petituri: quod negari minime debeat: dicere hoc ſaltem fieri: aut dari oportere: tanquam ſalutem poſtremo petentes: quam impetrari profecto ſit æquiſſimum. Præterea a ſalio Salix: de qua ſupra diximus. A qua Salignum. Salicetum. Salictum. Item Saliunca herba e terra ſtatim exiliens: folioſa quidem: ſed breuis: & quæ necti non poſſit. Radici numeroſæ cohæret herba verius ꝙ flos: denſa: ac veluti minui præſſa: tantæ vero ſuauitatis: ut veſtibus gratiſſime interponatur. Talis eſt apud græcos quā vocant Tripolion: Quidam Teurion: Heſiodi carmine inclyta: & ad omnia vtilis: ſupraque cætera ad famam etiam dignitatis: florem mutat ter die: mane candidum habet: meridie purpureum: ſole occidente cæruleum. Itē Salax dicitur libidine pruriens: cuius membrum facile ſalit: hoc eſt qui facile arrigit.& Salaces aquæ ſcaturientes: quaſi e terra proſilientes: Vnde & Nymphæ Salaces dicuntur. Ouidius. Nymphæ quæ Salaces. Salaciam deam aquæ a ſalociendo dictam exiſtimant: vnde & pro aqua vſurpant poetæ. Pacuuius. Hinc ſæuitiam ſalacis fugimus. Salebræ loca inæqualia: aſpera: quæ quaſi præteriri ſine ſaltu non poſſunt. Et quandoque pro aſperitate: ac inæqualitate vſurpat̃. Cicero. Alter enim ſine vllis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluxit. Hinc Salebroſum dicimus: quod frequentes ſalebras habet. Item Salii vocitati ſacerdotes Martis: quod in portandis ancilibus ſaltare eos mos eſſet. Liuius. Numa ſalios duodecim Marti gradiuo legit: tunicæque inſigne dedit: & ſuper tunicam æneum pectori tegmen: cæleſtiaque arma: quæ Ancilia appellantur. ferre. ac per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis: ſolennique ſaltatu iuſſit. A ſaliis Saliares cœnæ appellatæ: quas Salii faciebant: ampliſſimo apparatu. Vnde vice prouerbii. Opipare: ac copioſæ cœnæ Saliares dicuntur. Item Præſul: qui Saliis præerat: hoc eſt pontificatum gerebat.& Præſulatus: pontificatus. A ſalio compoſita fiunt Aſſilio: quod eſt Aggredior. Tranſilio: quod eſt tranſgredior. Exilio: quod eſt exeo prodo: & quaſi ſaltando prorumpo. Cuius frequentiuum eſt Exulto: quod proprie ſignificat ſupra modum exilio: atque efferor: & quaſi geſtibus quibuſdam: & ſaltibus affectum animi oſtendo: ſiue ira id fiat: ſiue ſæuitia: ſeu voluptate: aut alia quacunque animi affectione. Cicero. Eſt igitur quidam turbulentum in hominibus ſingulis: quod uel exultat voluptate: hoc eſt gaudio effertur. Idem. Quæ ſanguine alitur: quæ in omni crudelitate ſic exultat: ut vix hominum acerbis funeribus ſatietur. Exultat inquit: hoc eſt ſæuit: ſiue crudelitate effertur. Virgilius. Exultantiaque haurit Corda pauor pulſans. Exultantia inquit: Hoc eſt ininiuriam prona: ſiue iniuriandi animo elata. Lucillius. Qui in hominem innocentem ſic exultas: hoc eſt iniuriam facis. Virgilius. Exultat Amazon: hoc eſt inani gloria effertur: ſiue cum iactantia gloriatur. In quo ſenſu vſus eſt etiā Cicero. Qui ſi qn̄ aberrauerit: ſtatim ſpe impunitatis exultat.

Virgilius
Liuius
Virgilius
Idem
Valerius
Gellius
Ouidius
Pacuuis
Cicero
Liuius
Cicero
Virgilius
Lucillius
Cicero

Diſpareo
Compareo
Tranſpareo
Pareo
Exilio Salio
Salto Saltatio
Saltus Saltatus
Saltuarius
Saltuoſus
Saltabundus
Præſulto
Præſultor
Saltuatim
Saltim Saltem
Saliunca
Tripolion
Teurion
Salaces
Nymphæ ſalaceſ
Salacia dea
Salebræ
Salebroſum
Salii
Saliares cœnæ
Præſul
Præſulatus
Aſſilio Trāſilio
Exilio Exulto

Idem. Et Hānibalem iuueniliter exultātem patientia ſua moliebat. Ab hoc Exultabūdus: et **Idem**
Proſilio **Pro** Exultatio deducūtur. Item a ſalio Proſilio: hoc eſt prorumpo. Pro enim aliquādo pro am
plificādo: ac palā faciēdo ponit᷑: ut prodi: ꝓuoca: ꝓtrahe: proſili. Alias ꝓ In: ut ꝓ roſtris: ꝓ
tribunali. Nōnunq̄ ꝓ iuxta: ut ꝓ ſentētia: ꝓ iudicio. Aliqn̄ ꝓ cauſa: ut teſtis inductus ꝓ te/
ſtimonio: hoc eſt cā phibēdi teſtimonii. Quādoq; pro vi priuādi: ut prohibeo: propudio.
vtrūq; enī abnuit. Alterum poteſtatem: Alterū pudorē. Interdum pro loco: ut pecuniam ei
pro prædio dedi: hoc eſt loco prædii. Plerūq; pro ante: ut pro curia: pro hoſtio: hoc eſt ante
Curiam: ante hoſtiū. Sæpe etiam pro porro: ſiue in longū: ut promiſſa barba: promiſſis ca
pillis. Item pro autoritate: ut tribuni plebis pro poteſtate interceſſerunt: hoc eſt autoritate
poteſtatis ſuæ. Item pro eo: qđ eſt propter: ut pro iniuria: quam accepi: hoc eſt propter in/
Scapula iuriam: quā accepi. Vnde Cato pro ſcapulis: hoc eſt pro iniuria dixit: qm̄ ſerui: quia natura **Cato**
cōtumelioſi ſunt: ſcapulis verberari ſolent: dum male dicūt. Quippe Scapulæ ſunt: quæ ve/
luti mollibus iugis a ceruice demittunt᷑. Vnde valida: & ſubſtricta neruis ad fortitudinem
Brachium brachia depēdent. απο τησ βραχειασ: hoc eſt a breuitate dicta. Vnde Brachialia or/
Brachiale namenta vocātur brachioꝝ: a quibus inſignibus toris extantes fluūt lacerti cubitorū flexu/
Branchiæ ra vtiles: ac decētes. Branchiæ vero piſcium dicūtur: quibus ſpirant: ſicut pennæ: ſiue pin/
næ: quibus innatant. Plynius. Branchiæ nō ſunt balænis: nec Delphinis: hæc duo genera fi **Plynius**
ſtulis ſpirant: quæ ad pulmonē pertinēt: Balænis a fronte: Delphinis a dorſo. Idem. Vituli **Idem**
Scapularis ſeruꝰ marini pennis: quibus in mari vtūtur: humi quoq; vice pedum ſerpunt. A ſcapula Scapula/
Scapularis veſtis res ſerui dicti: quia ſcapulis cædūtur. Itē Scapularis veſtis: quæ tm̄ ſcapulas tegit. Veteres Sca
Scapilium piliū: pro tergo vſurparūt. & aliqn̄ ꝓ ipſa ſcapula: Vnde & ſpatiū: quod inter ſcapulas ē: In/
Interſcapilium terſcapilium noīauere. Proh etiā aliquādo aduerbiū admirantis ē. Aliquādo Interiectio do
Proh lentis: ut proh ſancte Iuppiter: proh deum atq; hominū fidē. Item a ſalio Præſilio: qđ ſigni
Præſilio ficat ante ſalio. Aliquādo pro præſulto accipitur: qđ eſt tripudiū duco. Inſilio ſalio. Cuius
Inſilio **Inſulto** frequentatiuum eſt Inſulto qđ modo pro inſilio vſurpat᷑. Virgilius. Inſultare ſolo: & greſ/ **Virgilius**
ſus glomerare ſupbos. Modo pro irrideo: & cōtumelioſius in aliquem: aut dico aliquid: aut
facio. Lucillius. Inſulta miſerum. Virgilius. Cernis: ut inſultant Rutuli. Ab hoc Inſultatio: **Lucillius**
& Inſultabūdus deducūtur. & Inſultura: Sicut a deſilio Deſultura. Plautus. Nā ego iſtā in **Virgilius**
Subſulto ſulturā. & Deſulturā nihil hic moror. Subſilio: & Subſulto: paululū ſalto. A quo aduerbiū **Plautus**
Subſultim. Suetonius. Mox nihil aliud: q̄ vectabat᷑: & deambulabat: ita ut in extremis ſpa **Suetonius**
Deſilio tiis ſuſſultim decurreret. Plautus. Tu ſuſſultas: ego miſer vix aſto præ formidine. Deſilio: de **Plautus**
Deſultor ſcendo. Cuius frequētatiuū eſt Deſulto. A quo Deſultor: qui in cāpo equum ſine ephippiis:
Diſſilio & curru agitat: q Celetes a græcis dicit᷑. A noſtris Deſultorius: ut ſuperius oſtēdimus. Diſſi/
Reſilio lio: quod ꝓprie eſt loco moueor. Apuleius. Vertibulo oſſa diſſilierant. Aliquando tamē ca **Apuleius**
Reſulto pitur pro crepo: frangor. Virgilius. Aeraq; diſſiliunt vulgo. Reſilio: quod eſt in contrariū **Virgilius**
Reſidiare agor: rebello. Plynius. Quandoq; reſiliit vulnus: & curare ſcalpello oportet. Ab hoc fit Re **Plynius**
ſulto: quod eſt reſilio: reluctor: in contrarium feror. Actius. Reſultat echo. Veteres Reſidi/ **Actius**
are: pro ſæpe reſilire vſurparunt. Præterea a con: & ſalio fit Conſilium: quod in vnam ſen/
Conſulo tentiam plures rationes conſiliant. Ab hoc fit Conſulo: quod ſi cum accuſatiuo iungatur: ſi
gnificat conſilium peto: ſiue inquiro. Quintilianus. Ego aures conſulens meas. Si vero cum **Quintilia.**
datiuo: conſilium do: uel prouideo: ut cōſulo tibi: ne hoſtem laceſſas: & conſulo ſaluti meæ
conſulo vitæ: conſulo dignitati. Aliquando Conſulo pro delibero capitur: & tunc non re/
Conſulto git caſum: ut Conſulunt ſenatores. Ab hoc fit Conſulto: quod ſimiliter eſt delibero. A quo
Conſultatio Conſultatio: deliberatio. & Conſultor: quod modo ſignificat eum: qui conſilium capit.
Modo eum: qui dat conſilium. Apuleius. Ad te conſultor miſſus ſum: tu mihi conſilium tu **Apuleius**
um exprome. Saluſtius. Simul ab eo petit: ut fautor conſultorq; ſibi adſit. Gellius. Malum **Saluſtius**
conſilium conſultori peſſimum. Hinc etiam Conſultrix fœmininum. & Conſultatio in **Gellius**
vtroq; ſignificato. Ab eodem deducitur Conſul: quod populo conſuleret. Etenim ab initio
vrbis Romæ reges omnem poteſtatem habuere quo tempore & tribunus celerum conſti/
tuebatur: qui equitibus præerat: & veluti ſecundum locum a regibus obtinebat: quo in nu/
mero Brutus fuit: regum eiiciendorum autor. Exactis vero regibus duo conſules creari cœ/
perunt: penes quos: ut ait Pomponius: ſummum ius vti eſſet lege rogatum eſt: dicti ab eo: **Pōponius**
quod plurimum Rei pub. conſulerent: qui tamen ne per omnia regiam poteſtatem ſibi ven
dicarent: lege lata inſtitutum eſt: ut prouocatio ab eis ad populum eſſet: neue poſſent in ca/
Conſularis put ciuis Romani animaduertere in iuſſu populi: ſolo hoc eis relicto: ut coercere poſſent:
& in vincula publica duci iuberent. A conſule Conſularis: quod ſi cum homine iungatur ſi
gnificat eum qui cōſul fuit. Si cū re: qđ cōſulis eſt: ut Cōſulare officiū. Cōſularis dignitas. et
Proconſul Procōſul: nō q pro alio cōſule præeſt ꝓuinciæ: ſed q cū ꝑtāte cōſulari extra ordinem ad ali
quā ꝓuinciā adminiſtrādā mittit᷑: q tn̄ nō duodecim: ſed tm̄ ſex faſces hꝫ: queadmodū ꝑtor

& Præſes:ſic & Proprætor:nō qui pro alio præturam:ſed qui extraordinariam præturam Proprætor
gerit. Ita & qui dicitur Proquæſtor: etſi qui alii ſunt huiuſmodi. Item a conſulo Conſultus Conſultus
quod modo participiū eſt:& ſignificat eū:a quo conſiliū petitū eſt:ut conſulti de ſalute me/
dici reſponderunt incurabilem eē eum morbum. Modo nomē:& accipitur pro iuris prudē
Quintilia. te. Quintilianus. Scripti:& volūtatis frequentiſſima inter cōſultos quæſtio eſt: hic & iuris Iuriſconſultus
conſultus:& Iureconſultus appellat᷑:qđ ab eo de iis:quæ ad ius pertinent conſiliū petatur. Iureconſultus
Idem Inconſultus vero imprudēs dicitur:incōſideratus:& nullius cōſilii. Quintilianus. O incō Inconſultus
ſultam mulieribus ſemp amentiam. Interdū tamen Incōſultus accipit᷑ pro eo: a quo conſi/
Varro lium non ē petitum. Varro. Etenim inſcio:atq; inconſulto domino ſerui ſæpe ex agro diſce
dunt. Interdū pro eo:qui qum cōſilium quæreret:non accepit:quaſi pro indigno habitus.
Virgilius Virgilius. Inconſulti abeunt:ſedemq; odere Sybillæ. Ab eodē etiam fit Conſulto aduerbiū Conſulte
hoc eſt cum conſilio:& non temere. & Conſultatio. Concilium vero:qđ conuentū populi Concilium
ſeu etiam populorum diuerſorum in vnum locum conſulendi gratia ſignificat:non a conſi
lio:ſiue a conſenſu:ut nōnulli ſcripſerūt deriuatur:ſed a cōcalando:hoc eſt a cōuocando:ꝙ
omnes in vnū locum conuocētur. A quo locus ipſe Conciliabulum appellatur. Sed quia in Conciliabulum
conciliis ob multitudinem cōuenientiū mercatus fieri ſolebant:& neceſſaria comparari: fa
Terētius ctum eſt:ut Conciliare:cōparare:atq; emere ſit. & Conciliatio:ꝓ cōuentione accipiat᷑. Te/ Concilio
rentius. Prodi male conciliate.i.magno precio empte. Hinc etiā Concilio pro eo vſurpa/ Conciliatio
Virgilius mus:quod ē amorem ac beniuolentiam comparo. Virgilius. Tu ſceptra:iouemq; Concili
as. Ab hoc fit Recōcilio:quod eſt in gratiā reduco. & Reconcilior: in gratiā redeo: quāuis Reconcilio
Cicero Redire in grām etiā cū inimicis dicimur. Cicero. In gratiā iā cū voluptate redeamus. A recō Reconcilior
cilio fit Reconciliatio:qđ eſt in gratiā reditio. DE. Ex. De enī aliquādo ſignificat περί:ut Recōciliatio
qum dicimus de ptibus orōnis περὶ μερῶν τοῦ λόγου: Aliquādo ἀπό: hoc eſt ab ex: De
ut hoc loco: De vulnere:hoc ē ex vulnere. Nōnunq̄ deorſum:ſicut Sus ſurſum. Vnde vete/ Sus
res pro conténo dicere ſolebant: Suſq; deq; fero:hoc eſt ſurſum:an deorſum res ferat᷑ parui
facio. In cōpoſitione vero De aliquando ſignificat κατὰ localem:ut Deduco:detraho:de/ Deduco
rideo. Interdū eſt intētiua:ut Dephēdo:deamo. Deprauo:deprimo:dedo. Nōnunq̄ priua Dephendo
tiua:ut Deſperatus:demens:deſum. Eiuſdē vero ſignificationis ſunt E et Ex in appoſitione Deprauo
qñ de ἀπό ſignificat. Sed ī hoc differūt ꝙ E fere vſurpamus qñ cōſonās ſeqtur: ut E domo E Ex
E rure. Ex vero qñ ſequit᷑ vocalis:ut Ex aqs:Ex ære:qđ in cōpoſitiōe etiā accidit:ut Educo
enarro:exigo:exuro. At De paſſim ponit᷑:ſiue ſequat᷑ cōſonās:ſiue ſequat᷑ vocal:ut de no/ De
bis:de illis. Verū Ex ſequēte etiā cōſonāte poni interdū ſolet: ſi vocis aſperitas nō ꝓhibeat.
Virgilius Virgilius. Ex quo me diuū pat:atq; hominū rex: Vñ notatū eſt E tā in appoſitiōe:q̄ in cō/
poſitiōe añ has lr̄as poni B D G L M N R. et ante V et L qñ ſūt cōſonātes:ut Ebulio:edo
egero:elimo:emineo:eneruo:eruo:eueho:eiicio. Ex vero añ reliqs:ut excudo: effero:ī quo
& ſilibus X in F cōmutat᷑ euphoniæ cā:exhorreo:expello:exequor:exquiro:extendo:exaro
Idem exigo:exonero:exuro. E præterea & Ex frequenter ꝑpalia ſunt. Virgilius. Ex illo celebratus
honos: lætiq; minores Seruauere diē. Sed E in cōpoſitiōe uel priuatiua ē: eneruis: enodis.
Vel intētiua:ut enectus:enarro. Vel pro extra accipit᷑:ut educo:elimo. Ex vero mō ꝓ extra
accipit᷑:ut Excludo:extra cludo. Ex terris extra terrā. Exlex:extra legē. Exſpes: extra ſpem.
Excors: extra cor. Mō priuatiuū:ut Expedio:extirpo. Mō intētiuū:ut Expleo:exoro:effi/
cio. A De fit Dehinc:qđ ſignificat poſtea. Itē Dein:Deinde:Deinceps:de qbus ſupra dixi/ Dehinc
mus. Denuo:qđ ſignificat rurſus:q̄ſi de nouo. Demū:& Deniq;:q̄ eiuſdē fere ſignificatiōis Denuo
Virgilius ſunt. Ponit᷑ enī ꝓ tandē. Virgili9. Tū demū optata gemini ſup arbore ſidūt. Cicero. Qum Demū
Cicero exceſſiſſent e vita:tum deniq; viuere. Sed Deniq; plerūq; ſignificat ad extremū:ut qum plu/ Deniq;
Idem ra ſunt enumerata. & ſubiūgit᷑ deniq; ſignificādo vltimū omniū. Cicero. Qum ſibi nō mul
titudinē militū:nō idoneos impatores:nō pecuniā ſibi præſto eē viderēt:nō deniq; vllā rē:
Idem quæ ptineat ad bellū adminiſtrandū. Demū aliqñ pro ſolū accipit᷑. Idem. Ea demū magna
voluptas eſt Criſpe Saluſti æqualē: ac parem verbis vitam agere. Aliquando pro omnino.
Plynius Plynius. Ea demum ſola auium nō niſi volatu depaſcitur. In hunc ſenſum deniq; quoq; ali
Ouidius quando accipit᷑. Ouidius. Si qua metu dempto caſta eſt: ea deniq; caſta eſt. Veteres ꝓ demū
Pacuuius Demus ſcripſerūt. Pacuuius. Quid demus magis cōmodū eſt q̄ ne tuū perduas: iniuriā pa/
ti. Item a de Deſuper & Deinſup:de qbus ſupra ſcripſimus. & Deſurſum: qđ ſignificat de/ Deſurſum
ſup. Cuius cōtrariū eſt Deorſum. A quo Dorſum dictū:qđ ea ps corporis deuexa ſit deor/ Dorſum
ſum. Dicit᷑ aūt dorſum:hoc ē tergū non mō de hōibus:cæteriſq; animalibus:ſed etiam de in
Virgilius animatis:utputa de littoribus:aquis:mōtibus:cæteriſq; ſilibus. Virgilius. Dorſum immane
Idem mari ſummo. Idem. Nanq; inflicta vadis dorſo dum pēdet iniquo. Ab ex vero Extra de/
ducitur: de quo: atque eius deriuatiuis ſuperius late diſſeruimus. MATRIS. Genetricis. Mater
Plautus Mater tam eam ſignificat: quæ filiam parit: q̄ eam quæ nutrit: quod vno in loco Plautus

aperte declarat. Ita forma ſimili pueri: ut mater ſua non internoſſe poſſet: quæ mammā da/
bat: neq; adeo mater ipſa: quæ pepererat. Hoc nomen a græco deducit̃: quod eſt μήτηρ:
Metropolis vnde μητρόπολις: hoc eſt Metropolis appellata: quaſi mater ciuitas. A quo Metropo
Metropolitani litani dicunt̃: qui ex ea ciuitate oriundi ſunt. & Metropoliten quidam appellant eius ciui/
Metropolites tatis pontificem. A matre Matrona. & Materfamilias deducūtur. Matrona proprie dicit̃
Matrona quæ in matrimonium cum viro conuenit: ut in eo maneat: etiam ſi liberi nō ſunt adhuc ſu/
ſcepti: quippe appellationem habet a matris nomine non iam adepto: ſed cū ſpe: & omine
mox adipiſcendo. Vnde ipſum quoq; matrimoniū vocatū eſt: quoniā ea ſpe vir: & vxor cō
Materfamilias iungūtur: ut illa mater fiat. Materfamilias aūt vocitat̃ ea ſola: quæ in mariti manū: ac pote
ſtatem venit: ſiue in eius manū: ac poteſtatem: in cuius manu: & poteſtate eſt mariti: quia iā
non in matrimoniū tm̄: ſed in familiā quoq; mariti: & in ſui hæredis locū venerit. Eſt aūt fa
milias caſus genitiui facta inclinatiōe more græcorū: ideo matfamilias: & materfamiliæ di/
cit̃. Aliqui tamē Matronas dicūt eſſe honeſtas mulieres: quibus ſtolas habere ius eſſet. Ma/
trem vero familiæ non ante dici: ꝗ̃ vir eius pater familiæ appellet̃. Nec poſſe hoc nōie plu/
Paterfamilias res in vna familia appellari: ſed vnam tm̄ matremfamilias dici: Itē vnum patrēfamilias: eū
Filiifamilias ſcilicet eamue: qui in familia primi ſunt: quiq; in ea dominiū habent: ſiquidē filii eorum Fi/
lii familias vocitātur: ꝙ ſi is: eaue: qui familiæ præſunt filios non habeant: nihilominus pa/
terfamilias: & materfamilias dicunt̃: non enī ſolam perſonam eius: ſed & ius demōſtramus
Hinc Pupillū quoq; patremfamilias appellamus: & qum paterfamilias moritur: quotquot
ei ſubiecti erant: ſingulas familias incipiunt hr̄e: ſinguliq; patris familiarum nōīa ſubeunt.
Idemq; euenit in eo: qui emācipatus ē: nam & hic ſui iuris effectus propriā familiam habet
Alii matremfamilias dicunt eſſe: eam quæ honeſte: & cū dignitate viuit. Vlpianus. Matrem Vlpianus
familias a cæteris fœminis mores diſcernūt: atq; ſeperant. Proinde nihil intereſt nupta ſit:
an vidua: ingenua ſit: an libertina. Nam neq; nuptiæ: neq; natales faciūt matrēfamilias: ſed
boni mores. Idem: Matremfamilias qum audis: accipe notæ autoritatis fœminā. Itē a Ma/ Idem
tre Maternum deducitur: Vnde Maternum amorem: Maternam pietatem. Maternum lac
Matertera dicimus. Item Matertera: matris ſoror: quaſi mater altera. & Matrimi: ac Patrimi: ſiue Pa
Matrimus trimes: & Matrimes: quorū matres: ac patres adhuc viuūt. Itē Pater Patrimus: qui qum ipſe
Patrimus pater ſit adhuc patrem viuentē habet. & Mater matrima quæ & ipſa mater eſt: & matrē ha
Patrimes bet adhuc viuentem. & Matreſco: matris ſimilis fio. & Mater matuta aurora a mane matu
Mater matrima ta dicta: ut quibuſdam placet. A quā Matutinus: quāuis aliq a mane hoc deduci potius ve/
Matreſco lint. & Matrix: de quo ſupra diximus. & Matralia matris matutæ feſta. & Matronalia di/
Matralia es matronis feſtus Kalendis Martiis celebrari ſolitus: quo mariti pro cōſeruatione coniu/
Matronalia dieſ gii ſupplicare diis ſolebant. & Matricida. & Matricidiū. & Materia cum deriuatiuis eius:
de quibus late ſuperius diſſeruimus. O LVCINA FEROX. Ferocem appellat propter
attrocitatem partus qum hæc dea partubus præſit: ideo Lucina dicta ut ſuperius oſtēdimus
Saucius SAVCIA. Vulnerata. A ſecando enim ſaucius quaſi ſecius dicitur: & vulneratū ſignificat.
Saucio Virgilius: Qualis mugitus fugit: qum ſaucius aram Taurus. Ab hoc fit Saucio verbum: qđ Virgilius
Mors eſt vulnero. & paſſiuum eius Saucior. MORI. Mortem expectare. Mors eſt ſeparatio ani
mi a corpore. Virgilius. Multa boum circa mactando corpora morti. Mors etiam dea eſt:
quæ mortis eſt potens. Statius. In ſcopulis mors ſæua ſedet. Idem. Stygiis emiſſa tenebris Statiꝰ Idē
Mors fruitur cælo: bellatoremq; volando Campum operit: nigroq; viros inuitat hiatu Nil
vulgare legens: ſed quæ digniſſima vita Funera: præcipuos animis: anniſq; cruento Angue
notat Hanc Cicero noctis & Herebi filiam fuiſſe ſcribit. Ariſtoteles omniū: quæ terribilia
homini videntur: maximum eſſe. Hæc enim ſtatim poſtꝗ̃ eſſe incepimus: ducit nos ad non
eſſe: & qum quottidie morimur: tunc vulgato ſermone mori dicimur: qum mori deſini/
Mors violenta mus. Mortem aut violentam: aut naturalem eſſe ſcripſerunt. Violenta: quæ ferro uel igni:
Mors naturalis uel caſu aliquo infertur. Naturalē: qua anima a corpore iam effœto ſeparatur. Vnde mor/
tem ab emerita iam vita: hoc eſt iam acta: & abſoluta dictam volunt: & mortuos quaſi eme
ritos appellatos: quod a mortali hac malitia abſoluti quaſi veterani quietiorem iam ſtatum
ſint adepti. Mortem obire pro mori vſurpatur: quaſi ad mortem ire. Nam veteres Ob pro
Ob pro Ad Ad frequenter capiebant. Vnde ob Romam legiones ductas: & ob Troiam miſſum exer/
Morior citum: legimus: & Vadimonium obiſſe: quaſi ad vadimonium iſſe. & obuiam ideſt aduiā:
Cōmorior Nam ob alioquin uel pro circum ponitur: ut qum dicimus vrbem obſideri. Vel pro pro/
Demorior pter: ut ob ſuperatos hoſtes: ob fidem datam. A mors fit Morior: qđ ē e vita diſcedo: quod
Emorior nō modo tertiæ: ſed etiā quartæ coniugationis reperit̃. Plautus. Moriri ſeſe miſere mauolet
Mortuus ꝗ̃ nō pfectū reddat. A quo Cōmorior: hoc ē ſimul morior. & Demorior: atq; Emorior: ꝗ
Emortuus ſimplicis ſui ſignificationē retinent. & Mortuus: q iam mortē obiit. q & Emortuus: & De
Demortuus mortuus dr̄. Eos q mortui naſcunt̃: Paulus ſcribit neq; natos: neq; ꝓcreatos videri poſſe: qa

nunq̃ liberi appellari potuerũt. Mare mortuũ dicitur:quia nihil viuũ gignit.Lacus eſt Sy/ | Mare mortuũ
riæ in prouintia: quæ Pentapolis vocata fuit:nihil præter bitumẽ gignens. Nihil in eo gra | Pentapolis
ue ſubmergitur:ideo Aſphaltus vocatur:ꝙ omnia in eo tuta ſint.Græce enim ἀσφαλτὸς
tutamen dicitur. & Mortalis:qui morti ſubiectus eſt.A quo Mortalẽ pro homine frequen | Mortalis
tiſſime vſurpamus.Huius cõtrarium eſt Immortalis:qui nõ eſt morti obnoxius. Vnde dii | Immortalis
immortales dicunt᷑.Ab iis Mortalitas:& Immortalitas deriuantur. & Emortualis dies:in | Emortualis dies
Plautus quo quis mortuus eſt:Sicut Natalis:in quo natus.Plautus.Certũ eſt mihi hunc emortualẽ | Natalis
facere ex natali die.& Moribundus:moriens.& Mortarium:inſtrumẽtũ in quo terũtur ea | Moribundus
que ſoluẽda ſunt ꝙ in puluerem redacta veluti mortua cõdiant᷑.& Mortiferũ:quod mortẽ | Mortarium
affert:utputa Mortiferum telum:Mortiferum vulnus:Mortiferũ venenũ.& Morticinum | Mortiferum
ex angue corruptũ:Quippe Morticina caro in vlcere dicit᷑:quæ corrupta eſt:& ſine ſangui | Morticinum
ne:quaſi iam mortua. Item Morticinam carnẽ aliquãdo dicimus animaliũ: quæ nõ ſunt vi | Morticina caro
Plynius mactata:ſed per ſe mortua.Plynius. Sola hæc auis in eo genere morticinã carnem non at/ | Morticini claui
tingit.Morticini etiã claui pedum dicũtur:ꝙ veluti morticina caro ſit. & Morbus: ꝙ cor/ | Morbus
pora ad mortẽ ducat.Quid morbus:quid Morboſus ſit:quo a vitio:et vitioſo differat:ſu/
perius declarauimus. A morbo etiam fit Morbidus:quod ẽ morbo infectus. & Remorbeſ | Morbidus
co:quod ẽ in morbum recido.Hic etiam notandũ eſt:ꝙ Quoad uiuet:& Quoad moriet᷑: | Remorbeſco
& Quoad ſenatus habebitur:& Quoad ſenatus dimittetur:& Quoad ſcribendo perſeue
rabo.Quoad amplius non ſcribam:& quæ ſimilia ſunt:licet duæ res:& inter ſe cõtrariæ vi
deant᷑ vnum tamẽ ſignificant. Mortem etiã nonnulli a mordendo dictam exiſtimarũt: ꝙ
omnia mordeat:hoc ẽ rodat:atq̃ cõſumat.Mordere proprie eſt dentibus lædere.Per meta | Mordeo
phoram tamẽ accipitur pro detrahere:vnde & Mordacẽ equũ dicimus: qui dente hominẽ
lædit.& Mordacem hominẽ:detractorem.Item Morſus modo pro ipſa dentiũ læſione ac
cipitur.Modo pro detractiõe:& maledicẽtia.Hinc Mordacitas in vtroq̃ ſignificato vſur
patur.& Mordaciter aduerbium.& Comparatiua:Superlatiuaq̃ eoꝝ:Mordacior:Mor/
daciſſimus:Mordacius:Mordaciſſime.& Morſus:q græce Scomma dicit᷑:quoniam figu/
ratus eſt:Sæpe enim fraude:uel vrbanitate tegitur:ut aliud ſonet:aliud intelligat. & Mordi | Mordico
co verbum: quod ſignificat dolorem affero per inde ac ſi morſus læderem. A quo Mordica | Mordicatio
Varro tio:eiuſmodi dolor.& Morſicatim pro mordendo. Varro.Sicut pulli incedũt: & in labe᷑ | Morſicatim
Lucillius morſicatim ludũt.& Mordicus:eiuſdẽ ſignificatiõis. Lucillius. Mordicus petere aurũ e flã | Mordicus
Plautus ma expediat.Plautus.Iam dudũ oportuit naſum ademptũ mordicus. IteMordicus ꝑ ſtri/
Cicero ctim:& q̃ſi morſu:& dente.Cicero.Perſpicuitatẽ: quã mordicus tenere tenemus:abeſſe di
Plautus camus.& Mordicibus ꝑ morſibus.Plautus.A fini me mordicibus ſcindãt:boues incurſent
cornibus.Itẽ a mordeo cõpoſita fiũt Admordeo. Obmordeo eiuſdẽ cũ ſuo ſimplici ſignifi
cationis.Præmordeo:hoc ẽ ante mordeo.Immordeo morſum iſigo.Submordeo.Demor | Præmordeo
deo:morſu decerpo.Cõmordeo:ſimul mordeo.Remordeo:crucio:ſolicito. Virgili.Quã | Immordeo
Virgilius do hæc te cura remordet.Mordeo in præterito momordi facit. Veteres tñ per e memordi | Demordeo
pronuntiabant:ſicut pro pupugi:cucurri: ſpopõdi:popoſci:pepugi:cecurri:ſpepondi:pe/ | Commordeo
Plautus poſci ſcripſere.Plautus.Vt admemordit hominẽ.Item a mordeo Morſio. A quo Morſiũ | Remordeo
Idem cula diminutiuũ:hoc eſt paruus morſus:qui fit oſculandi gratia. Idem. Nunc noſtri amo/ | Morſiuncula
res:mores:conſuetudines:iocus:ludus:ſermo ſuauis: ſuauiatio: compreſſiones arte amãtũ
comparatæ:teneris labellis molles morſiũculæ.PLVRIBVS.Voluiſſet inquit mori plu/
ribus telis q̃ mortua ſit:ut filii ex vtero facilius exirent.Plus cõparatiuum eſt ſignificatione | Plus
tñ:ab eo ꝙ eſt multum.Nam ſm vocem habet originem a græco πλέιων: ſiue πλέον
vtrũq̃ enĩ ſignificat plus.Vnde a Pleon. Pleonaſmus deriuatur:ꝙ latine Cumulatio dici/ | Pleonaſmus
Virgilius poteſt:eſt enim figura:quæ fit quotiens ſuperflua addunt᷑. Virgilius. Vocemq̃ his auribus
auſi.Et ſimiliter ſuperlatiuum eius:quod eſt Plurimum:& a græcis dicitur πλέιστον. Ve | Plurimum
teres Pluria:& Cõpluria dixerunt pro eo:qđ eſt plura:& Cõplura:Vnde ab hoc fit Com/ | Pluria Cõpluria
Plautus pluries aduerbiũ:quod ſignificat ſæpe.Plautus.Quid᷑ metuis? DO.Metuo Hercle vero | Complures
Cato Senſi ego compluries. Cato.Compluries eorum milites mercennarii inter ſeſe multi alteri
alteros occidere.Compluries multi ſimul ad hoſtes tranſfugere: Compluries in Imperato/
rem impetum fecere.Plura:& Complura ſic differunt.ꝙ Plura poſſunt eẽ duo.Complu/ | Plura Cõplura
ra duo eſſe non poſſunt:Illud comparatiuum. Hoc vero minime:ideoq̃ non regit caſum.
Virgilius Complurimus non reperitur: ſed tantum Plurimus. Virgilius. Plurimum pro longo po/ | Plurimus
ſuit.Cui plurima ceruix.Veteres Pliſſima pro Plurima vſurparunt.A plus Pluralis:& Plu | Pliſſima
ratiuus:numerus dictus.& Pluraliter:ac Pluratiue aduerbia.& Plurifariam:de quo ſupra | Pluratiuus
diximus.& Pluſculum diminutiuum:hoc eſt parum plus.& Amplus:hoc eſt magnus:ſpa/ | Pluſculum
tioſus:q̃ſi oĩ ex pte plus.An enĩ veteres ꝑ circũ:ut ſupra diximus:vſurpabãt.A quo fit Am/ | Amplus
plior.Ampliſſimus.Ample.Amplius.Ampliſſime.Amplitudo:ꝑ magnitudine:et excellẽtia | Amplitudo

Amplio — Amplio verbum:quod ſignificat augeo.Item Amplifico:A quo Amplificatio.& Amplius
Amplius — aduerbium idem quod plus:et Ampluſtria nauiū ornamēta:quod amplius forent q̃ eſſent
Ampluſtria — neceſſaria.Quidam ampluſtria q̃ſi Apluſtria a græco noīata exiſtimāt:hoc eſt ab α priuati
ua particula.& πλϊοσ:qđ eſt nauigatio: ꝙ hæc ad nauigationē nequaq̃ eēnt neceſſaria.
Pleriq; — Item a plus Pleriq; deducit':quod autores aliquādo vſurpant pro eo:qđ eſt plures: & ma/
xima ex parte.Saluſtius.In diuiſione orbis terræ pleriq; in pte tertia Aphricā poſuere.Pau
Plerunq; — ci tantūmodo Aſiam:& Europaȝ.Quintilianus. Videas pleroſq; ira percitos.i.nōnullos — Quintilia.
Plerunq; potius in priore ſignificato accipitur:ſignificatq; fere ſemp.Pleriq; omnes vna ps
Pleraq; — orationis:Et ſimiliter,Pleraq; omnia:Significatq; idem:quod Pleriq;: ſiue Pleraq;: hoc eſt
Plenitas — maxima ex parte.Terentius.Quod pleriq; oēs faciunt adoleſcentuli.Item a plus Plenitas: — Terentius
quaſi pluuitas dicta. Plenitatē enim veteres ignobilitatem dixere. Cato. Propter tenuitatē — Cato
& plenitatem.Hemina.Quicunq; propter plenitatem agro publico eiecti ſunt:& ploxinū — Hemina
Plus — capſa:ꝙ plura ibi reponātur. Plus in noīatiuo:& accuſatiuo ſingulari neutri generis eſt: In
obliquis vero caſibus: & numero plurali:triū generū. Plus etiam aduerbialit' capit':& plus
ſatis dicimus pro eo:qđ eſt maxime:& plus q̃ ſatis.Reperitur etiam cum per compoſitum
Perplus.VT ITER TRISTE PATERET.Vt via:quæ nūc difficilis fuit:aptior fieret.
Triſtis — TRISTE.Difficile:hoc ē non naturale:ſed violentū.Triſtis proprie mæſtus dicit'.Virgi/ — Virgilius
Tero — lius.Triſtis at ille tamē cantabitis Arcades inquit:Deduciturq; a Tero:quod ē contero:cō/
ſumo.Martialis.Seu lentum ceroma teris:tepidumq; Trigona.Virgilius.Aut qua ſpe liby/ — Martialis
Triſticia — cis teris ocia terris.Triſtis ergo:quaſi tritus dicit'.Ab hoc Triſticia:hoc eſt mæſtitia deriua/ — Virgilius
tur.Hirtius. Cæſar claſſem ſub veſperū conſcēdit omnibus in exercitu inſciis: & requirenti — Hirtius
bus imperatoris conſilium magno metu:& triſtimonia ſolicitabantur.Sed quia triſticia in
fronte hominis:crudelitatis: grauitatis:iræ:minarum:ſtudii:difficultatis indicium eſt:fit ut
triſtis aliquādo pro ſæuo accipiatur.Virgilius.Illi mea triſtia facta:Degeneremq; Neopto/ — Virgilius
lemū narrare memento.Aliquando pro graui.Cicero. Qui numero optimatum: & princi — Cicero
pum reliquit grauitatis ſuæ illum triſtē:& plænum dignitatis ſonum.Nonnunq̃ pro irato.
Lucillius. Timeo certe ne mihi ſit triſtior: Interdum pro minaci.Virgilius. Iſq; adytis hæc — Lucillius
triſtia dicta reportat.Quandoq; pro docto.Lucillius.Addo eodem triſtis:ac ſæueros phi/ — Virgilius
loſophos.Item pro amaro.Virgilius.Triſtiſq; lupini Suſtuleris fragiles calamos.Et ꝓ dif/ — Lucillius
ficili.Cicero.Facilius in morbos incidūt adoleſcētes:grauius ægrotant:triſtius curantur.Et — Virgilius
pro horrido.Martialis.Amator ille triſtium lacernarū.Tero aūt ἀπὸ τοῦ τρίβω dedu — Cicero
Trica — citur:quod eſt contero:frico:Vnde Trica dicit':quod proprie ſignificat capillum gallinaꝝ — Martialis
pedibus inuolutum:ꝙ earum pedes terat:hoc vero quoniam greſſum illarum impediat fa/
ctum eſt:ut omnia impedimēta tricæ dicātur.Plautus.Quod argentum tu:quas tricas nar/ — Plautus
Trico Intrico — ras. Hinc Tricones vocitati ſunt moroſi: & ad reddendum duri. Ab hoc etiam fit Intrico:
Extrico — quod ſignificat implico.& Extrico:explico.A quibus Intricatio.& Extricatio.A quo Inex
Inextricabilis — tricabilis:inſolubilis.Virgilius.Hic labor ille domus:& inextricabilis error.Itē a tero Ter/ — Virgilius
Termes Tergo — metes:vermes lignum terētes.Item Tergo:quod ſignificat mūdo:quia tergēdo res conterū
Tergeo — tur:Quod veteres etiā Tergeo dixere.Plautus.Ornantur:lauantur:tergētur:poliunt'.Idē. — Plau. Idē
Terta galea — Nunq̃ ceſſauimus lauari:aut fricari:aut tergeri:aut ornari:ab hoc fit compoſitum Detergo
Terſus Termētū — & Terta galea:hoc eſt deterſa. Varro.Terta nitet galea.& Terſus dictus ſerenus. Item a te/
Terebꝝ Terebra — ro Termentū apud Plautū pro detrimētū.Itē Terebrū:notū inſtrumētū ad ꝑforādū:qđ & — Plautus
Terebro Teredo — Terebra dicit'.A quo diminutiuū Terebellū.& verbū Terebro:hoc ē ꝑforo.Cuius paſſiuū
eſt Terebror.Itē Teredo:vermis:de quo ſuperius diximus:niſi forte a græco deducat'.Item
Tritus quartæ declinationis:q & Attritus dicit'.Plynius.Calli q fiūt ex attritu calciamēto/ — Plynius
rū.Itē Intertrigo:morbus partiū attritarū.Plynius.Radix intertriginū: & alarū vitiis non — Idem
dubie medet'.Attritū:& Cōtritū.& Attero.& Cōtero.& Detero.Ab attero Ater dicit':de
quo:eiuſq; deriuatiuis ſuperius diximus.A detero Deter.Cuius cōpatiuū eſt Deterior.Et ſu
Deterum — platiuū Deterrimus.Itē aduerbia Detere.Deterius.Deterrime.Eſt aūt Deterū cui aliqd de/
Deterior Peior — eſt:& q̃ſi detritū ē:ne bonū ſit.Sic eni Deterior a bono dicit':ſicut Peior a malo.Virgilius. — Virgilius
Deterior q viſus eū:ne ꝓdigꝰ obſit: De deneci.Fit eni cōparatio ad regē apiū:q nō ē malus
cum mella ſeruet.Dicimus itaq; Deteriorē ex bonis:q minus ē bonus:Sicut Peiorē ex mal':
Parcæ deteriæ — qui magis remotus ē a bonitate. Et parcæ deteriæ dicunt': hoc ē atræ:macilētæ. Prætere a
Trito Trituro — tero fit Trito frequētatiuū:qđ ē minutim cōtero.et Trituro:qđ de meſſibus dicitur.A quo
Triticū Terra — Trituratio.& Triticū:qđ tritum ſit ſpicis.A quo Triticeū.& Terra:ꝙ terat' pedibus: ut ſu
Teres — perius oñdimus.& Teres lignū:aut aliud aliqd rotūdū:oblōgūq;: qđ quaſi terēdo rotūdū
Termes — ſit.Virgilius.Incūbēs tereti Damon ſic cæpit oliuæ.& Termes:ramus ex arbore decerptus: — Virgilius
qui qm̃ in diuiſione agroꝝ:anteq̃ metæ ponerentur:figi ſolebat:termino nomē dedit. Ter
Terminus — minus eni ꝓprie dicit' ſignū:qđ agrū ab agro diuidit:Vnde Numam Pompilium tradunt

ſtatuiſſe:ſi quis terminũ exaraſſet:& ipm:et Boues ſacros eẽ. Hinc Terminus ſæpenumero
Cicero pro fini accipitur. Cicero. Qum nullum tot calamitatibus:atq; erumnis terminum inueni/
remus. A quo fit Termino verbum:quod é finio. Cuius paſſiuũ eſt Terminor. Ab eo Deter Termino
mino:quod eſt delibero:& quaſi cogitationi terminũ impono. Aliquando etiam Diffinio Determino
Cicero & Extermino:quod é expello:eiicio:& veluti extra terminos mitto. Cicero. Atq; hoc om/ Extermino
ne genus peſtiferum:atq; iniurium ex hominũ cómunitate exterminádum eſt. & Diſtermi/ Diſtermino
no:quod eſt diuido:diſſipo. Ab iis Determinatio. & Determinate aduerbium. Item Exter Exterminatio
minatio. & Diſterminatio dicũtur ea quæ qum plura ſint:vnũ atq; eundem terminũ habét. Diſterminatio
Veteres nó Terminũ:ſed Termonem dicebant. Terminalis lapis dicitur:terminus ipſe lapi Terminalis
deus. Item Terminũ deum colebant veteres:in cuius tutela fines agrorum eẽ exiſtimabát:& Termo
quo in loco colebatur hic deus: ibi ſuper eum foramen patebat intecto:quod nefas eſſe ar/ Terminalis lapis
Varro bitrarent̃ terminũ intra tectum conſiſtere. Terminalia Varro ideo appellata eſſe exiſtimat Terminalis
ꝙ is dies anni extremus erat cõſtitutus. Ego potius a termino deo ſumpſiſſe nomen exiſti/
mo. Item a tero Terra:de qua:eiuſq; deriuatiuis ſuperius locuti ſumus. & Terebra:ſiue Tere Terebra ſiue
brum:fabrile inſtrumétum ad perforandam materiá:a Dedalo primũ inuentum. Cuius di Terebrum
minutiuũ eſt Terebellum. A quo fit Terebro verbũ:quod eſt perforo. Vnde Exterebro:qđ Terebellum
Varro ſignificat extorqueo:ſcrutor:perquiro. Varro. Atq; omnes adeo perquirit: atq; exterebrat Terebro
artes. & Trua:vas:de quo alibi diximus:quod nimio vſu terat̃. Cuius diminutiuũ eſt Trul Exterebro
la. A quo Trulleus adiectiuũ. Quidam tamen Truam a tranſuolando dictá putant:ꝙ tráſ/ Trua Trulla
uolet ex ea aqua. Vnde & Truo auis dicta eſt:ob colli magnitudiné: ꝙ per id aqua tranſuo Truo auis
let: Auis eſt Cygno ſimilis: niſi faucibus haberet alterius vteri genus:huc omnia inexplebi/
le animal congerit:tantaq; eius capacitas eſt: ut ipſi viderimus ingétis ſtaturæ hominé ocre
atum pedé vſq; ad genu in fauces imittenté:eximentéq; ſine læſione:poſtq̃ omnia ingurgi/
tauit:perfectá iam rapinam ſenſim in os reddens in alteram inferioré aluũ ruminantis mo/
do defert. Cecilius. Irrides magnitudinem naſi: proh dii immortales vnde proceſſit truo.
Cecilius Hic alio noíe Onocrotalus dicitur:ꝙ collum aqua mergens ſpiranſq; veluti ruditum Aſini Onocrotalus
ædat. ονοσ græce Aſinus dicitur:κρóταλισμòσ plauſus:crepitus. & Trudo:q̃ſi tero ma
nibus. A quo Extrudo. Proprie enim Trudere: atq; Extrudere é manibus violétia quadam Trudo
Cicero expellere. Cicero. Fac eum q̃primũ extrudas. Virgilius tamé Trudere poſuit pro eo:ꝙ é vr
Virgilius gente vi naturæ expellere. Truditur ſicco radix oleagina ligno. Hinc Truſatiles molæ ma
nuariæ dicũtur:ꝙ pellant̃ manibus:his ex neceſſitate quondá locaſſe ſe Plautus memorat̃. Truſatilis
& Trutina:foramen:in quo eſt examen:hoc é lingua bilancis:ꝙ in ea examen digito truda
tur. Ab hac fit Trutino verbũ:hoc eſt examino:penſiculo. Vñ Trutinata ſentétia dicit̃ pé/ Trutina
ſiculata:diſcuſſa. & Trutina aliquádo pro iudicio accipit̃. Cicero. Ea probando:quæ non Trutino
Cicero artificis ſtatera:ſed populari quadá trutina examinant̃. Quidam etiá a tero Trunco dedu/ Trutinata ſnía
ctum putant:qđ eſt amputo:recido. A quo Truncator. Truncatrix. Truncatio. Item Trun Trunco
cus:pars arboris:quæ ramis truncatis ſuperſtat. Truncus etiam adiectiuũ pro truncatus in/ Truncus
uenit̃. Ouidius. Trunca manu. Hinc fit compoſitum Obtrunco:qđ proprie ſignificat capi
Ouidius te cædo. Ponit̃ tamen aliquando pro occido:quocũq; modo id fiat. Virgilius. Polidorum Obtrunco
Virgilius obtrũcat:& auro vi potit̃. Itẽ Detrũco:decido. Sunt etiá qui a tero Retrices deduci putent
quo noíe Cato aquá ſignificauit: q̃ horti irrigantur. Itẽ a tero Tribula genus vehiculi: quo Detrunco
terunt̃ fruméta. Virgilius. Tribulaq;:traheæq;:& iniquo pódere raſtri. & Trapetum mola Tribula
Virgilius olearia. Idẽ. Venit hyems:terit̃ Sicyonia bacca trapetis. Quidá tñ Trapetũ græcũ eẽ exiſti Trapetum
mant ſicut Trapezam:ſic eni græci méſam vocát. Vñ Trapæzitæ:méſarii dicunt̃. PATE/
RET. Aptũ eẽt. Patere eni eſt aptũ eẽ. Plautus. Ingredere tu:fores iá diu patét. Vñ Patens: Trapæzitæ
Plautus & Patulũ deducunt̃:quæ int̃ ſe hoc mó differũt:ꝙ Patés dicit̃ id:qđ ad tṗs patet: qum fre Pateo Patens
quéter claudatur: ut os:oculus: & alia hmõi. Plynius. Vt multi ſæpe patétibus ocul' viſi ſũt
Plynius dormire. Patulũ vero:qđ ſemp patet:ut aures:arbor:& ſilia. Virgilius. Tityre tu patulæ re/ Patulum
Virgilius cubás ſub tegmine fagi. Hinc Plautus: Patulum boué appellat: cuius cornua diuerſa ſũt:ac
Plautus late patét. Itẽ Patibulũ:qñ ſeram ſignificat:q̃ hoſtia occludũtur:qđ hac remota valuæ pate
ant. Titinnius. Si qſq̃ hodie ṗter hác poſticũ nr̃m pepulerit patibulo:hoc ei caput defringá Patibulum
Ná qñ Patibulũ pro cruce accipit̃ a potior deriuat̃:ut qdá putant. Saluſtius. In qs notiſſi
Saluſtius mus qſq;:aut malo depédés verberabat̃:aut mutilato corpore patibulo eminés affigebatur
Item Patera poculi genus latũ:ac patés:quo nũc quoq; paſſim vtuntur. Itẽ Patina vaſis ge
nus:quo dapes elixæ:& iurulentæ in menſam ferunt̃. Terétius. Iam dudum animus eſt i pa Patera Patina
Terentius tinis. Huius diminutiuũ eſt Patella ſcutellæ ſimilis:niſi eẽt maior. A patina Patinarium di
Plautus ctũ. Plautus. Is habet ſuccũ:is ſuauitaté cũ quo vis pacto cõdias:uel patinariũ:uel aſſum ver Patella
ſes quo pacto lubet. Itẽ Palma:de qua paulo inferius dicemus. Item a pateo Pateſco:qđ eſt Patinarium
aperior:patens fio. Interdũ etiá ꝑ pateo accipit̃. Plynius. Quinq; hoſtiis pateſcit in mare. Pateſco

Plynius

Saluſtius.Hinc late pateſcẽtibus campis:exercitum tuto emittit.Item Patefacio:& Pateſio Saluſtius
Propatulum de quibus ſupra diximus.& Propatulum:quaſi porro patulũ dictum eſt:ſignificatq; late pa
Patulico tens:atq; apertũ. & Patulico verbum:aperior: patulus fio. Plynius. Petilius flos autũnalis Plynius
circa vepres naſcitur:colorẽ habet roſæ ſilueſtris:folia parua quina:paruo calice: ac verſico
lori luteum ſemen includente.Luteus & Bellio color patulicãtibus qnquagenis quinis bar/
Bolellium bulis coronatᷣ.Similitudine noĩs adducimur:ut Bolellium dicamus genus Gũmi eſſe odo/
ratum:ꝙ arbor in Batriana regione producit:Arbor ipſa nigra eſt magnitudine oleæ:folio
roboris:fructu caprifici.Alii Brocon appellant.Alii Malachran.Alii Maldacon.Gũmi au
tem nigrum:& in offas conuolutum Hadrobalum:in ſacris vino perfunditᷣ:ut odoratius.
Expato Naſcitur & in media:hoc quidam Peracticum vocant.Item Expato verbũ:quod eſt do me
in locum patentẽ.Pacuuius.Expatant ſe omnes:publiceq; oſtendunt.Quidã tamen a ſpa/ Pacuuius
tio hoc verbũ deriuari volunt.& Expatare eſſe in ſpatium ſe conferre.Sed & ſpatium a pa/
tendo deducitur.Nihil enĩ aliud eſt ſpatium q̃ locus: ſiue tempus patens: hoc eſt interuallũ
uel loci:uel tpis: vnde Spatiari errare eſt:& Spatiatorẽ Cato pro erratore poſuit.A ſpatior
Spatiatim fit Expatior.A quo Expatiator.& Spatiatim aduerbium:hoc eſt errabũde.Quidã Sparge
Spargo re quoq; a ſpatio fieri putant: quaſi per ſpacium agere. Proprie enĩ Spargere:paſſim aliqd
iactare.Virgilius.Spargite humũ foliis:hoc eſt ſpargite folia per humũ. Per trãſlationẽ ta/ Virgilius
men aliquãdo ſpargere ponitur pro infundere.Idem.Spargẽs humida mella: ſoporiferũq; Idem
Aſpergere papauer.Aliquãdo pro madefacere: Vnde Aſpergere dicimus.Solebant enĩ veteres: ut nos
quoq; facimus aqua corpus purgationis cauſa madefacere diis inferis ſacrificaturi: Nam in
ſacrificiis ſuperorum:vino:aut flumine:aut fonte corpora abluebant.Idem:Donec me flu/ Idem
mine viuo abluero.Ab aſpergo fit Aſpergimen.& Aſpergo aſperginis.Idem.Spumãt aſp/ Idem
gine cautes. Interdũ etiam ſpargere ſumitᷣ pro implere. Idem. Et iam vere nouo ſpargebat Idem
Experſum lumine terras.Ab hoc fit aliud compoſitum Expergo: Vnde Experſum :madefactum dici/
mus.Idem.Sanieq; experſa natarent limina.& Inſpargo.A quo Inſpargimen. & Reſper/
go.Diſpergo.Conſpergo: A quibus Reſpergimen.Diſpergimen.Conſpergimen. Itẽ Spa/
Sparus rus:ruſticum telũ in modum pedis recuruũ:quod paſſim pugnãdo ſpargeretur.Nam græci
ϖαρόν dicentes id nomen a nobis ſumpſere. Saluſtius. Sed ex omni copia circiter quarta Saluſtius
pars erat militaribus armis inſtructa: cæteri ut quoſque caſus armauerat: ſparis aut lanceis:
alii præacutos ſudes portabant. Nos tamen Spargere a græco potius deduci exiſtimamus:
hoc eſt αποΤὸυ σπεὶρω:quod ẽ ſpermino. Vnde σπερμα ſemen dicitur. Nam ſparge
re quaſi diſſeminare eſt.Quidam etiã iuniores Aſpergillũ vſurpant:nouũ quidem: ſed non
inelegans vocabulum:ſignificat autem inſtrumẽtum:quo nos ſacris aquis ſolemus aſpgere.

Q VIS NEGAT ESSE SATVM.Nõ eſt mirum inquit Bacchum natum eſſe ex fune/
re matris:quãdoquidẽ nos feram eo modo natam eſſe conſpeximus.Iuppiter qum Semelen
amaret Cadmi filiam:rem cũ ea habuit:ex quo concubitu qum facta eſſet pregnans Iuno ea
re grauiter permota: vlciſci pellicem ſtatuit. induta itaq; ſpetiẽ Beroes Epidauriæ: quæ Se/
meles nutrix fuerat:& anili: ac tremulo greſſu Semelen adiens:fingit:dubitare ſeſe: ne is ex
quo prægnans erat facta:ſit Iuppiter: ſi quidem multi alias ſub noĩe deorum virgines dece/
perant:propterea hortari eam:ut etiam ſi certo ſciret Iouem hunc eſſe: peteret tamen ab eo:
ut ſumptis inſignibus ſuis talis tantuſq; ſecum concũberet:qualis quantuſq; coire cum Iuno
ne cõſueuerat.Notat illa vetulæ:quam nutricẽ ſuam putabat:verba & cõſilium eius primo
quoq; tempore exequi cogitat.Qum igitur ad eam nõ longe poſt Iuppiter eſſet reuerſus:in
ter primas blãdientis illecebras:munus ab eo Semele poſcit nullo addito nomine:eligere eã
Iuppiter quicqd velit iubet.iuratq; per Stygiam paludem:quicquid propoſcerit: preſto mox
futurum.Hæc itaq; Iouem rogat:ut talem ſe ſibi exhibeat:qualis ſolet cum Iunone concum/
bere:ingemuit Iuppiter:& os loquẽtis conatus eſt cõprimere:ſed iam ea verba ex ore exie/
rant.Nec illi non poſtulaſſe:nec ei non iuraſſe fas erat. Quãobrem ſumpto fulmine Cad/
meiam domũ ingreſſus:infauſto munere:illuſam a Iunone amantem interemit.Infantẽ ve
ro:cui poſtea nomen fuit Baccho ex vtero matris exectum:femori ſuo impoſuit: & tandiu
fouit:quo ad maternos annos impleret.tum martertere primo: poſtea Nymphis nutriẽdũ
Nego tradidit.NEGAT ESSE.Dicit non eẽ.Nego enim ex non & ago: quod ſignificat dico:
Bacchus compoſitum eſt:ut ſuperius oſtendimus.BACCHVM.Iouis filium:& Semeles quem vi/
ni inuentorẽ fuiſſe commemorant: nutritum primo ab Ino matertera: deinde a Nymphis
Item a Syleno:qui qum a ruſticis aliquãdo captus fuiſſet:a Mida Baccho reſtitutus eſt.Cur
rum ei attribuũt:quem Tygres:& Lynces ducũt: comitaturq; Bacchantiũ multitudo hede/
ra coronatoꝝ.Statius.Promouet effrenæ:dextra læuaq; ſequũtur Lynces. Et vda mero lã Statius
bunt retinacula tigres:Poſt exultãtes ſpolia armentalia portãt:Seminceceſq; lupos: ſciſſaſq;
Mimallones vrſas. Nec comitatus iners:illic ſunt ira:furorq;. Et metus & virtus: & nunq̃

Actius ſobrius ardor.Dictus eſt a veteribus Vitiſator a ſerēda vitæ. Actius. O Dyoniſe pater optie Vitiſator
Vitiſator Semele genitus Euchia. Hedera ei ſacra eſt:propter quod & poetæ ea coronant'. Hedera
Quod Parnaſus mons in huius dei tutela eſt:& tabernæ vinariæ hoc maxime inſigni vtun
tur.Baculū ab eo inuentū:& a nomine eius ita appellatū prodidere: quo vino graues ſuſten Baculum
tarentur.Eius diminutiuū eſt Bacillū: A quo Imbecillis:ſiue Imbecillus debilis: quaſi bacu/ Imbecillis
lo indigēs: Vnde Imbecillitas debilitas.& Imbecilliter aduerbiū debiliter.Cicero. Vt enim Imbecillus
bacillū aliud eſt inflexū:& inarcuatū:aliud ita natū.Nec Baculus ſolū maſculino genere di Imbecillitas
citur:ſed etiam Baculū neutro.Ouidius.Baculūq; tenens agreſte ſiniſtra. Ariſtoteles Apolli Imbecilliter
nem:et bacchum vnū:eundēq; deum eſſe affirmat.Propterea in Thracia adytum fuiſſe Li/
bero conſecratum:ex quo oracula redderentur:& Lacedæmonios qum ſacra Apollini cele
brant:Hedera coronari:& Boetios Parnaſum montem Apollini ſacrum eſſe memorantes
ſimul tamen in eodē & oraculū Delphicū:& Speluncas Bacchicas vni deo conſecratas co/
lere:& ob id Apollini ſimul ac libero patri in eodem monte rem diuinam celebrari. Et ſane
conſtat in monte Parnaſſo Bachanalia alternis annis agi ſolita: vbi & Satyrorū frequens
cœtus cernebat':& plerūq; voces audiebant': ſimulq; cymbalorū crepitus ad aures hominū
pueniebāt:Et ne qs exiſtimet diuerſis diis hūc mōtē dicatū eē:Eurypides Apollinē ac Liberū Eurypides
vnū eundēq; deū eē demōſtrat. δέσποτα φιλόδαφνε βάκχε παιὰν ἀπόλλων
ἄλυρε.Idē facit Aeſchylus ὦ κισσεὺς ἀπόλλων ὦ βάκχε ὦ μάντις. Hinc Ro Aeſchylus
mani arcanam hanc ſacrorū obſeruationē cuſtodiebant:ut ſol:qum in ſuperno:hoc eſt diur
no hemiſpærio eſſet Apollo vocaretur:qum in nocturno Dyoniſius diceretur:hoc eſt Liber Apollo
pater.Præterea ſimulachrū eius partim puerili ætate: partim iuuenili fingebant.Item barba Dyoniſius
ta ſpecie:ſeniliq;:quæ ætatū diuerſitas ad Solem proculdubio refertur:ut paruulus videatur
hyemali ſolſtitio:qum dies breuiſſimi ſunt adoleſcēs: Vernali æquinoctio qum iam dies ſunt
longiores pleniſſima barbæ effigie:Solſtitio æſtiuo qn̄ ſunt longiſſimi ſenex:poſtq; Sol re/
trocedere:ac paulatim vires amittere incipit.Thraces præterea Liberū ſumma religione ve/
nerantes ædem ei dicatam habebant ſpecie rotunda:cuius mediū tectū patebat.Rotunditas
ædis Solis certe ſpeciem demonſtrabat.Sūmo autē tecto lumen admittebatur:ut appareret
Orpheus Solem cuncta vertice ſuo:radiorū immiſſione luſtrare. Orpheus quoq; Liberū patrē Plane Planeta
ta appellat ἀπὸ τοῦ φωτὸς καὶ φανεροῦ: hoc eſt a lumine:atq; illuminatione: quia
Sol cunctis viſitur:cuncta conſpiciens. Item Dionyſiū ἀπὸ τοῦ δινεῖσθαι καὶ πε
ριφέρεσθαι: id eſt quod circūferat' in ambitū. Alii Dionyſiū ἀπὸ τοῦ διανύσαι di
ctum exiſtimant:quod eſt perficere:quia quottidiano impetu ab oriente ad occaſum diē no
ctemq; faciēdo cæli conficit curſum.Phyſici uero dionyſiū vocitatū affirmant: quaſi Διὸς
νοῦν: hoc eſt Iouis mentē:quia Solem mundi mentē eſſe dixerūt: Mundus autē vocat' cælū Mundus
Aratus. quod appellant' Iouem: Vn̄ Aratus de cælo verba facturꝰ incipit:ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα. Iuppiter
Orpheus Solem poſtremo manifeſte Liberū eſſe oſtēdit Orpheus.ἥλιος ὃν Διόνυσον ἐπίκλη Liber
σιν καλέουσι.Liber aūt latina lingua nominat':quia Sol vagus igneas habenas immit/
tit:ac terræ propius iungit.Nec me latet eſſe:qui affirmēt Liberū ideo dici:quia vinum libe
riorē hominē facit:& curis ſolutū.Et eodem modo Dionyſium ἀπὸ τοῦ διαλύω ap/ Dionyſius
pellatum:quod eſt ſoluo: Vel ἀπὸ τοῦ νύττειν τὸν Δία: hoc eſt a pungendo Iouem:
quoniā eius femori ſutus eū pupugerit.Idē dictus eſt Lyæus ἀπὸ τοῦ λύειν:quod eſt ſol Lyæus
uere: Bacchus:Baſſareus:Bactes:Babactes ἀπὸ τοῦ βάζω: qđ eſt clamo:vocifero: ob Bacchus
bacchantiū tumultuariū clamorē: & q̄a madidi vino huiuſmodi voces emittere cōſueuerūt Baſſareus
q̄uis Baſſareū aliq noīatū velint a genere veſtis baccharū: Vnde & Bacchæ ipſæ Baſſarides Bactes
dictæ a Baſſara veſte:q̄ vſq; ad pedes demiſſa ē:dicta a Baſſara loco Lydiæ:i quo fit:tali enī Babactes
numina vti volūt. Virgilius.Pedes veſtis defluxit ad imos: & vera inceſſu patuit dea. Silr Baſſarides
Iachus ἀπὸ τοῦ ἰάχω:vocifero.Iobachus ἀπὸ τῆς ἰάς: hoc eſt a voce: & βάζω. Baſſara
Bromius ἀπὸ τοῦ βρόμου: quod eſt ſtrepitus ſonus. Alyſius.ἀπὸ τοῦ λύω ſoluo. Iachus Iobachꝰ
Eraphiotes ἀπὸ τοῦ ἔριν φαίνειν: hoc eſt ab inducenda contentione: quoniam vinū Bromiꝰ Alyſiꝰ
iram:atq; certamen inducit: Vel ἀπὸ τοῦ ἐράφθαι: hoc eſt a ſuendo:quoniā femori Io/ Eraphiotes
uis inſutus fuit.Dithyrambus ἀπὸ τοῦ δὶς εἰς θύραν ἀναβαίνειν: hoc eſt a bis in Dithyrambus
ducendo ad ianuam:quoniam vinum ad ianuam corporis: hoc eſt ad os frequenter ſecreta
perducit: uel quia duobus hoſtiis in lucem perductus eſt Semeles.ſ.ac Iouis. Nyſſeus ἀπὸ Nyſſeus
τοῦ νύσσω pungo: Vel a Nyſa vrbe Aegypti:fœlici Arabiæ propinqua:in qua Bacchus
fertur vinū principio inueniſſe:ideoq; in ea religioſiſſime colitur: Vel a Nyſa pago Helyco Nyſa
ni: vbi ſimili modo colit' Bacchus.Niſea aūt Megarēſiū emporiū fuit duodeuiginti ſtadiis Nyſea
diſtans ab vrbe: quod & Minoa vocatur.Item Nyſea clariſſima vrbs in India a Libero pa Minoa
Diodorus tre cōdita ſub radicibus mōtis: quem incolæ Meron appellant: Aegyptii uero ut Diodorus
refert:Oſirim illius conditorem fuiſſe affirmāt in memoriam illius: quæ in Aegypto Nyſa

Nyſus Niſa vocabatur.Nyſus viri proprium nomen eſt. Virgilius.Nyſus & Euryalus: ſicut Niſa pro/ Virgilius
Niſæus priũ mulieris.Idem.Mopſo Niſa datur.Fuit etiam vrbs Hel'ados eodẽ noĩe. Niſæus locus Idem
Niſæ eſt in Media:ĩ quo pulcherrimi equi naſcunt᷑.Niſæ nomẽ eſt Nymphæ.Idẽ.Niſæe Spioq; Idem
Niſyrus Co Thaliaq; Cymodoceq;.Niſyrus parua inſula eſt:nõ lõge a Co altera inſula:in qua optima
Thyoneus vina naſcuntur.Thyoneus ἀπὸ τοῦ θύειν: quod apud veteres græcos ſignificat graſſari:
Mænalius impetũ facere:qđ proprie eſt temulentorũ.Mænalius ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι: qđ eſt fu/
Euan rere:inſanire:ſiue a Mænalo Arcadiæ monte:in quo ei ſacra annua celebrabant᷑.Euan a vo
Bryſeus ce Bacchantiũ: ſiue quia Phryges ἀὰν Bacchũ nominãt.Bryſeus ἀπὸ τοῦ βρύειν: qđ
Euchion eſt inũdare:madefacere:uel a Bryſea vrbe Laconiæ:in q̃ pcipue colebat᷑ Euchion ἀπὸ τῆς
Euhius εὐχῆς: hoc eſt a voto:ꝙ ei vota & pces exhiberent᷑.Et Euhyus: hoc eſt bonus filius.εὖ.enĩ
græci bene: υἱὸν filiũ dicunt:ꝙ qum dii bellũ cũ gigãtibus gererent:primus Bacchus in leo
nem conuerſus occidit gigantẽ:Propter quod eũ Iuppiter blande affatus eſt Euhiæ dicens:
Oreus Ignigena hoc eſt bone fili.Oreus a montibus in quibus ei fieri ſacrificia ſolebant.Ignigena: ꝙ humeũ
Nyctylius calorẽ inducat:hominẽq; inflãmet.Nyctylius:quod membra noctu reſoluat.νὺξ enĩ nox ẽ.
Lycæus λύω ſoluo:uel ꝙ eius ſacra nocturno tpe celebrarent᷑.Lycæus a Lycæo Arcadiæ mõte: in
Lycæa ſacra quo nõ mõ Lycæi Iouis delubrũ erat:ſed etiam Liberi patris:et Bicornis Fauni: A quo Ly
Lupercalia cæa ſacra: quæ a noſtris Lupercalia dicunt᷑.Nam λύκος lupũ ſignificat.Ouidius. Quid Ouidius
vetat Arcadico dictos a monte Lupercos:Faunus in Arcadia templa Lycæus habet. Luper
calia:ut Plutarchus refert:ad expiandos manes inſtituta erant.Fiebant enĩ nefaſtis diebus: Plutarchus
Piacularis mẽſis menſis Februarii:quem Piacularẽ interpretant᷑.Ouidius. Februa Romani dixere Piacula Ouidius.
Bimater pres.Hoc ſacrũ ab Arcadibus in Latiũ tranſlatũ fuit.Liuius.Ferũt Euãdrũ ſolẽne allatũ ab Liuius
Arcadia inſtituiſſe:ut nudi iuuenes currerẽt.Bimat:qđ duas mr̃es habuerit Semelen Iouẽq;
Lenæus Lenæus ἀπὸ τοῦ ληνοῦ:quod lacũ ſignificat:hoc eſt vas in quo vuæ exprimunt᷑: A quo
Lenobates ληνοβάτης:hoc eſt Lenobates vuarũ calcator dicit᷑.Neq; enĩ nobis placet quod ſcripſit
Eleus Donatus Lenæum a lenienda mente appellatũ.Eleus pater: quaſi pius pater:ꝙ libertatẽ ho
minibus præſtet.Græci ἔλεον miſericordẽ vocant.Ouidius.Thura dabant:Bacchũq; vo Ouidius
cant:Bromiũq;:Lyæumq;:Ignigenãq;:ſatũq; iterũ:ſolũq; Bimatrẽ: Additus iis Nyſeus:in
tonſuſq; Thyoneus:Et cum Lenæo genialis conſitor vuæ.Nyctiliuſq; Eleuſq; parens:& Ia
chus:& Euan:Et quæ præterea per graias plurima gentes Nomina Liber habes. A Bacchus
Bacchor Bacchicus deducit᷑:& Bacchanalia:de quibus diximus.& Bacchari: quod proprie ſignifi/
cat Bacchanalia celebrare. Per Metaphorã tñ capit᷑ pro furere. Nam veteres a Bacchanti/
bus quicquid vehementius agitaret᷑ bacchari dicebant. Virgilius. Totãq; incenſa per vrbem Virgilius
Bacchatũ bacchatur:qum etiam loca ipſa:in quibus eſſet bacchatũ Bacchata vocabant. Idem.Et virgi Idem
Bacchius nibus bacchata lacænis Thrigeta.Et Bacchius pes:quo in carminibus ſacrorũ bacchi præci
Bacchiadæ pue vtebant᷑:conſtans ex prima breui:& duabus ſequentibus longis.& Bacchiadæ populi:
qui ex Corintho exules effecti in Siciliã deuenerunt. Ouidius. Bacchiadæ bimari gens orta Ouidius
Bacchæ Corintho.& Bacchæ mulieres:quæ Baccho ſacrificia faciebant. Mimalonides etiam dictæ
Mimalonides & Mimalones a mõte minoris Aſiæ:qui Mimas vocat᷑: vbi ſacra fieri Baccho conſueuerũt
Mimalones Idem.Ecce Mimalonides ſparſis in terga capillis.Sappho.Nunc feror ut Bacchi furiis Mi Idem.
Mimas Bacca malones actæ.Bacca uero nõ deducitur a Baccho: ſed primogeniũ eſt: ſignificat minutio/
Baccar res arborũ fructus:ut ſunt Lauri:Oliuæ: A quorũ ſimilitudine gẽmæ quoq;:et lapilli Baccæ
vocant᷑: A quo Baccatũ dicimus gẽmis ornatũ. Virgilius.Colloq; monile baccatũ. Baccar Virgilius
Nardus uero herba eſt radicis odoratæ:quã nõnulli Nardũ ruſticũ falſo appellant. Odor eſt ei Cin
namomi:ex qua vnguenta ſolita fieri teſtatur Ariſtophanes. Putabatur contra faſcinatio/ Ariſtopha.
nes vtilis. Virgilius.Baccare frontem cingite:ne vati noceat mala lingua futuro. SATVM. Virgilius
Sero Aſſero Natum.Serere proprie admouere eſt: Vnde Aſſerere manũ veteres dicebant comprehende
re:qum eam prehendebant in libertatẽ.Hinc Aſſerere etiã pro tueri ac liberare accipit᷑.Ply Plynius
Aſſertor nius.Cõmendabat memoriam ſuam:orabatq;:ut ſe ab iniuria obliuionis aſſereret.Et Aſſer
tor defenſor:liberator.Martialis.Aſſertor venias:ſatiſq; præſtes: Quemadmodũ econtra/ Martialis.
Deſertor rio Deſertor:qui patriam indefenſam relinquit:& quaſi proditor eſt. Aſſerere etiam pro af
Aſſertio Cõſero firmare capitur:quaſi dicto hærere: A quo Aſſertio affirmatio. Eadem ratione & Conſere
re manũ cũ hoſtibus dicimus:quaſi manũ manu admouere. Conſerere etiam nunc pro mi/
ſcere capitur. Virgilius. Multaq; per cæcam congreſſi prælia nocte conſerimus.Nunc pro in Virgilius
Sera ſerere.Idem.Iuuat Hiſmara baccho conſerere.Hinc etiam Seræ vocant᷑:quibus hoſtia clau Idem
dunt᷑:ꝙ foribus admotæ opponunt᷑ defixe poſtibus.& Aſſeres:ꝙ admoueãt᷑:Hæreantq;
Sero Reſero parietibus.& a Sera aliud Sero:quod eſt claudo: A quo Reſero:aperio.Claudianus.Reſe/ Claudian.
Diſſero rataq; clauſtra intrat.et Diſſero enarro:declaro: A quo Diſſerto freq̃ntatiuũ.Gellius.Qum Gellius
de antiquitate quorundã verborum diſſertaremus.Et Diſſertabundus.Idem.Eumq; in co/ Idem
Diſſertatio rona aſtantium diſſertabundũ inuenimus.& Diſſertatio enarratio.& Ediſſero. Pacuuius. Pacuuius

Ediſſere fabulam hanc: A quo Diſertus: qui bene diſſerit: eleganterq; enarrat. Cicero Diſer
tum ab Eloquente ſic ſeparat. Eum ſtatuebam Diſertum: qui poſſet ſatis atq; dilucide apud
mediocres homines ex cõmuni quadã opinione dicere. Eloquentẽ uero: qui mirabilius atq;
magnificentius augere poſſet: atq; ornare: quæ vellet: omneſq; omniũ rerũ: quæ ad dicendũ
pertinerent: fontis animo atq; memoria contineret. Et Diſerte aduerbiũ facunde: quod &
Diſertim veteres dixere. & Deſero: quod eſt derelinquo: quaſi non amplius hæreo. Teren/
tius. Si deſeris nos tu: perimus. Hinc Deſertũ locũ appellamus inhabitatũ: quaſi ab homini
bus derelictũ: quod græci Eremũ nominãt: A quo Eremitæ vocantur: qui ſe in ſolitudinem
contulerunt: & eremos: hoc eſt deſerta incolunt. Item Eromodociũ deſertio cauſæ abſentia:
ſiue negligentia partiũ facta. Contrahitur autẽ Eromodociũ triennii: aut alterius iuſti tem/
poris lapſu. Pomponius: Itẽ in eromodociis pupillo ſubuenit. Conſtat autẽ oĩs ætatis ho/
minibus inſtauratione eromodocii præſtari: ſi ſe doceant ex iuſta cauſa abfuiſſe: Quæ quo
niam inculta ſunt Deſertum aliquando pro aſpero atq; inculto accipimus. Virgilius. Rupe
ſub aduerſa deſerti ad Strymonis vndã. Ab hoc fit Deſerto frequentatiuũ. Actius. Qum me
ſolum vterq; parens deſertaſſent. Quidam Deſero: & Prodo: & deficio ita diſtinguũt: ut di
cant Deſerere patronũ: Prodere patrem: Deficere ſociũ. Sed hæc apud autores confundun/
tur. Et Obſero: quod mõ pro ſero accipitur: mõ pro ſacro: Veteres frequentiſſime Obſatũ
pro ſacratũ vſurpauere. Et Exero: quod eſt extraho: quaſi dimoueo. Statius. Fulgenteq; exe
rit enſem. Item quia terræ admouentur Serere etiam pro inſerere vſurpamus: Vnde ſeri ar/
bores: vites: fruges dicimus. Tranſfferturq; etiam ad animalia: & Serere pro generare accipi
tur: Satũq; pro genito. A ſero fit Semen: quaſi ſerimen: quod etiam de virgultis: & maleolis
& ſurculis dicitur. Virgilius. Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram Sæpius. & Satio
actus ipſe ſerendi: & Semẽtis ipſa ſatio. Liuius. Vt Campani ſementẽ facere poſſent: A quo
Sementinæ feriæ ideo inſtitutæ: ut ſementẽ maiorem facere poſſent. & Semino notæ ſigni/
ficationis: A quo Diſſemino: quod eſt ſpargo: diuulgo. & Seminariũ: hoc eſt plantariũ. Co
lumella. Seminaria vitiũ facienda. Et Seminatio ſatio. Semen etiam frumenti genus eſt: quod
Zeam appellant: ſimile farri. Ex ea Alica fit præclara res: Propter quam Homerus terrã Ze
doron vocat: hoc ẽ Zeam donantẽ. καί θνητοῖσι βροτοῖσιν ἐσωί ζείδωρον ἄρου
ραν. Neq; eni exponendũ eſt Zedoron aruran: ut nonnulli faciunt: terram vitam donan/
tem: quod ζῆν viuere eſt: quia. ſ. terra vitæ alimenta ſubminiſtret: ſed donantem. ζεῖαν: hoc
eſt Zeam: rem. ſ. dignam: ex qua terra ſibi huiuſmodi cognomen aſſumpſerit. Ex Zea pul/
chrius q̃ ex tritico fit granũ. Optima quondam in Campania erat: Veronenſiq;: & Piſano
agro. Nunc vſus eius in Italia defecit. Dioſcurides Zeæ duplex eſſe genus ſcribit: Alterã ſim
plicem dici: Alteram Bicoccam a gemino coiugato grano ita appellatam. Et Surus: hoc eſt
palus: Cuius diminutiuũ eſt Surculus: Nam Surculus proprie eſt: qui inſeritur: germen qui
in ſurculis naſcitur. A ſurus fit Crebriſurus: quod ſignificat vallum crebris ſuris: hoc eſt pa/
lis minutũ. Et Seges: quod proprie ſignificat fruges eorum ſeminũ: ex quibus conficitur pa/
nis: nondũ demeſſam. Ponitur tamen aliquando pro humo: ad accipienda ſemina ſubacta
utpote Continens pro Contento. Virgilius. Illa ſeges demũ votis reſpondet auari Agrico/
læ: bis quæ ſolem: bis frigora ſentit. A ſero quando pro ſemino: ſiue planto accipitur: fit In/
ſero: quod mõ pro planto accipitur. Idem. Inſere nunc Mœlibee piros: pone ordine vites.
Aliquando pro Inſitione facio. Eſt enim Inſitio: qum ſciſſo trunco ſurculus fecundæ arbo
ris in ſterili inſeritur: uel qum oculi vnius arboris adhibentur: hoc ſecundum genus quidam
Inoculationẽ vocant. Inſerere etiam generaliter pro interponere atq; immittere vſurpatur.
Quemadmodũ Interſerere frequenter accipitur pro imiſcere: & in medio ponere. Itẽ Sero
aliquando pro contexo & ordino ponitur: quoniam ea quæ ordinantur: adnectuntur inui
cem: atq; cohærẽt. Hinc Serta coronæ dicuntur: non a ſatis: ut Plynius exiſtimauit: ſed a ſer
tis: hoc eſt digeſtis inuicem floribus: frondibuſq;: ex quibus ab initio fieri coronæ ſolebant.
Hinc etiã Series dicta: quæ ab Ordine ſic differt: quod Ordo eſt digeſtio: qua quicq; in ſuo
loco collocamus: veluti in acie: vbi pedites: vbi alæ equitum: vbi ſigna ex vtilitate diſtribuũ/
tur. Et in argumentatione vbi ponenda ſunt firmiſſima argumẽta: vbi mediocria: Vnde in
ciuitatibus ordo conſularis: Prætorius: equeſter: & alii: adeo ut ordo pro ipſis quoq; homi
nibus illius conditionis accipiatur. Cicero. Qui apud omnes ordines eſſet gratioſus: id eſt
apud omniũ ordinum homines. Series autem eſt quædam continuata progreſſio: ut in ſerie
orationis: id eſt in continuato contextu: Quintilianus. Quod non niſi in contextu oratio
nis: ſerieq; contingit. Et Serium: quod ſignificat cum aſſertione: & non per iocum. Actius.
Vos nugas affertis: nos ſeria loquimur: A quo fit Serio aduerbium. Plautus. Nunc quidem
præter nos nemo eſt: dic mihi verum ſerio Propter quod quidam Serio: quaſi ſine riſu di/
ctum exiſtimarunt. & Serilla nauigia: & Soriculatæ veſtes: de quibus ſupra diximus: quæ li/

Left margin: [Cic]ero · [Ter]entius · [Pom]ponius · Vi[r]gilius · [A]ctius · St[at]ius · Vi[r]gilius · Li[u]ius · C[o]lumella · H[o]merus · D[io]ſcuri/d[es] · [V]irgilius · [Id]em · Cicero · Quintilia. · Actius · Plautus

Right margin: Diſertus · Eloquens · Diſerte Diſertĩ · Deſero · Deſertus locus · Eremũ Eremita · Eromodocium · Deſero Prodo · Deficio · Obſero Obſatũ · Exero · Sero · Satus Semen · Satio · Sementis · Sementinæ feriæ · Diſſemino · Seminariũ · Seminatio · Semẽ Zea · Zedoros · Surus · Surculus · Crebriſurus · Seges · Inſitio · Inoculatio · Interſero Sero · Serta · Series Ordo · Serium · Serio · Serilla

no:ac ſparto condenſantur:a conſerendo:& contexendo dicta: & ſermo a compoſitis:&
Sermo ſiſ contextis verbis. Sermo eni loqla eſt: A quo Sermocinor loquor:& Sermocinatio collo
Sermocinatio cutio. Seria fœminino genere valis genus eſt oblongum. Perſius. O ſi ſub raſtro crepet argẽ Perſiu
Seria ti mihi ſeria dextro Hercule. Terentius. Relevi omnia dolia:omnes ſerias. Huius diminu/ Teren
Seruo tiuum eſt Seriola. Item a ſero fit Seruo:quod aliquando idem eſt: quod aſſero: libero. Vir/ Virgil
gilius. Seruatum ex vndis ſtrophadum me littora primũ Accipiunt. Modo cuſtodio:tueor
Idem. Dii patrii ſeruate domũ:ſeruate nepotem. Quandoq; diligenter:ac ſuperſtitioſe ob/ Idem
ſeruo. Plautus. Tuus ſeruus ſeruet Veneri ne eas det:an viro. Plerunq; inhabito: poſſideo. Virgili
Virgilius. Centum quæ ſiluas:centum quæ flumina ſeruant. Aliquando teneo. Idem. Cur/ Idem
uam ſeruans ſub imagine falcem. A ſeruo Seruator deducitur: Cuius fœmininũ eſt Serua/
Seruus trix:& ſeruus:q in bello ſerui non necabantur:ſed viui ſeruabantur. Eſt autem Seruus: qui
domino alieno contra naturam iuris inſtitutione ſubiicitur. Eius diminutiuũ eſt Seruulus:
Seruitus Ab hoc fit Seruilis adiectiuũ: A quo aduerbium Seruiliter:& Seruitus: quæ eſt conſtitutio
Seruitium iuris gentium:qua quis domino alieno contra naturam ſubiicitur. Et Seruitiũ:quod in ſin/
gulari eſt ipſa ſeruitus. Terentius. Ego Pamphile hoc tibi pro ſeruitio debeo conari mani/ Terenti
bus: & pedibus:noctesq;: & dies capitis periculum adire:dum proſim tibi. In plurali uero
quandoq; ipſi ſerui. Saluſtius. Interea ſeruitia repudiabat: quorum in initio magnæ copiæ Saluſtiu
Seruio ad eum concurrebant. Et Seruio verbum:quod eſt in ſeruitute ſum: A quo compoſita fiunt
Deſeruio Deſeruio:atq; Inſeruio:quod eſt obſequor: & quaſi officium ſeruientis alicui preſto. Con/
Inſeruio ſerui dicuntur: qui in ſeruitute pariter ſunt. Seruorum dies feſtus Romæ erat idibus Augu/
Conſeruus ſti: quia eo die Tullius rex Ancillæ filius natus eſt. A ſeruus etiam Seruius: & Seruilius co/
Seruius Seruilius gnomina. & Seruilius locus Romæ: a conditore ita vocatus. Item a Seruo verbo fit Aſ/
Obſeruo ſeruo: quod eſt cuſtodio: A quo Aſſeruatio: & Obſeruo: quod modo ſimiliter eſt cuſto/
dio aliquid oculis:animoq; in modum ſpeculatoris. Plautus. Obſerua interim ne aliquid te Plautus
Obſeruatio mere agat. Hinc fit Obſeruatio:quaſi adnotatio quædam & animaduerſio: Modo veneror
Obſeruantia & cum cultu quodam:atq; admiratione ſuſpitio: Vnde fit Obſeruãtia:hoc eſt exhibitio ve/
nerationis. & Præſeruo:ac Reſeruo notæ ſignificationis: A quibus Preſeruatio: & Reſer/
uatio:& Conſeruo: A quo Conſeruator:& Conſeruatrix:& Conſeruatio. Sunt etiam qui
Serenum Serenum a ſerendo:hoc eſt ſeminando deductum putent:quod ſignificat tranquillum:ſine
nubibus:ſine imbre:q id maxime tempus ſationi aptum ſit. Ponitur etiam aliquando pro
Sereſcit ſicco. Virgilius. Vnde ſerenas ventus agat nubes. Hinc Sereſcit pro ſiccatur frequenter vete/ Virgilius
res vſurpauere:quaſi Sereneſcit:quoniam ſerenitas ſicca eſt. Lucilius. Deniq; fluctiuago ſu/ Lucilius
Serenitas ſpenſæ in littore veſtes Vueſcunt: tandem candenti ſole ſereſcunt. A ſerenus Serenitas dedu
Sereno citur:hoc eſt tranquillitas:claritas. & Sereno verbum:clarifico:tranquillo. Virgilius. Vultu Virgilius
quo cælum:tempeſtateſq; ſerenat. Ad animũ quoq; mentemq; trãſfert. Apuleius. Optanda Apuleius
in primis quies eſt: & mentis ſerenitas. FVNERE. Morte:ut ſupra diximus. NVMEN.
Numen Deum: hoc eſt Bacchum. Proprie Numen voluntas dei eſt. Virgilius. Non hæc ſine numi/ Virgilius
ne diuũ eueniunt:hoc eſt ſine voluntate. Idem. Iam cælum: terramq; meo ſine numine ven/ Idem
Nuo ti Miſcere:& tantas audetis tollere moles: Tractum a Nuo:quod veteres pro volo vſurpa/
Nutus bant. Proprie autem Nuere eſt ſigno capitis voluntatem ſuam oſtendere: A quo Nutus:ſi/
gnũ ipſum capitis dicitur:& voluntas quæ ex huiuſmodi ſigno declaratur. Liuius. Sub vm/ Liuius
bra Scipionis ciuitatem dominã orbis terrarum latere. Nutus eius pro decretis patrum:pro
populi iuſſis eſſe. Per Metaphoram tamen Numen aliquando pro poteſtate dei ponitur:
Vnde diuerſa numina: hoc eſt diuerſæ poteſtates in vno deo eſſe poſſunt. Virgilius. Muſa Virgilius
mihi cauſas memora:quo numine læſo: Quidue dolens regina deum. Quippe Iuno multa
habet numina. Eſt Curetis: quæ vtitur curru:& haſta. Idem. Hic illius arma:hic currus fuit. Idem
Eſt Lucina:quæ partubus præeſt. Terentius. Iuno lucina fer opem. Eſt Regina. Virgilius. Ter. Virg.
Aſt ego quæ diuum incedo Regina: Iouiſq; Et ſoror:& coniunx vna cum gente tot annos.
Numen Eſt quæ nuptiis præeſt. Idem. Eſt & pronuba Iuno. Item alia eius numina. Aliquando Nu Idem
men ponitur pro ipſo deo. Idem. Spero equidem mediis: ſi quid pia numina poſſunt: Sup Idem
Numa Põpilius plicia hauſurum ſcopulis. Martialis. Sic genitum numẽ credite. Hinc quidam Numã Pom Martialis.
pilium a numinũ:hoc eſt deorum cultu nomen ſumpſiſſe exiſtimant. Conſtat enim eum re/
ligioſiſſimũ fuiſſe: Et qum Romulo in regno ſucceſſiſſet:pacatis rebus:& metu bellorum ſe
poſito: ne luxuriarentur ocio animi deorum metũ iniiciendũ putauit: rem ad multitudinẽ
imperitam:& illis ſæculis rudem:efficaciſſimam. Interdum etiam Numen pro habitu:atq;
ornatu accipitur a poetis. Virgilius. Vadimus immixti Danais haud numine noſtro. A Nuo Virgilius
Nuto fit etiam Nuto: quod modo idem ſignificat: quod ſuum ſimplex:hoc eſt ſignum capite fa/
cio: Modo moueor:& quaſi minor ruinam:tractum a motu capitis:quem inclinando affir
mãtes:concutiẽdo negantes facere ſolemus: Vnde nutare ædificia dicimus:qum male ſolida

ta ruinam minitantur. Tranſfertur etiam ad animũ: & idem ſignificat quod Titubo: hoc eſt
quam in partem me vertam dubito. Nuntius: quod tam eum ſignificat qui nuntiat: ꝙ rem — Nuntius
ipſam quã nuntiat. & Nuntio verbum ſignifico. & in fœminino Nuntia: quæ aliquid nun — Nũtio Nuntia
tiat. & Internuntius: qui inter duos medius eſt ad aliquid tractandum: & modo huic: mo/ — Internuntia
do illi per vices nuntiat: Cuius fœmininũ eſt Internuntia: & Annũtio compoſitum notæ
ſignificationis. & Denuntio: futurum aliquid nuntio: & fere in malam partem accipitur. et — Denuntio
Pronuntio: quod modo ſignificat profero: Vnde Pronuntiatio pro ipſa prolatione acci/ — Pronuntio
pitur: modo decerno: iubeo: A quo Pronuntiatum ſtatutum Iuriſconſulti dicunt. Proprie — Renũtio
enim Pronũtiare: & Statuere de iis dicitur: qui habent ius cognoſcendi. & Renũtio: quod
aliquando pro nuntio accipitur. Plynius iunior. Poſtꝗ mihi renuntiatum fuit. Aliquan/
do pro renuo: A quo Renũtiatio ceſſio dicitur. & Obnuntio malam rem nuntio. Obnun/ — Renũtiatio
tiare enim proprie dicuntur augures: qui aliquid ſacrum: ac mali ominis viderunt. Teren/ — Obnũtio
tius. Primus ſentio mala noſtra: primus reſciſco omnia: primus porro obnũtio. Item a nuo
compoſita fiunt Annuo: quod & Anno dicitur: et eſt aſſentior: & quaſi nutu affirmo. Ab/ — Annuo Anno
nuo: quod eſt recuſo: et quaſi nutu aliquid nego: A quo Abnuto: hoc eſt ſæpe abnuo. Innuo — Abnuo Abnuto
ſigno aliquo capitis voluntatem meam oſtendo: ſiue affirmem aliquid: ſeu negem. Cicero. — Innuo Renuo
Quia ſi iſte hoſpites rogaſſet: imo muniſſet modo: facile hoc perfici poſſet. Renuo reſpuo:
& quaſi diſplicere mihi ſigno aliquo oſtendo. Sunt qui Nicto verbum a Nuo deductũ pu/ — Nicto
tent: quod a Nuto ita diſtinguitur: ut Nutare capitis ſit inclinando: aut in gyrum mouen/
do: Nictare uero oculorum patefaciendo eos: aut claudendo: uel vtrunq;: uel alterum. Plau
tus. Nec vlli homini nutet: annuat: nictet: hoc eſt nec capite ſignum faciat: nec facienti aſſen
tiatur: nec oculis quicquam indicet. A nicto Nictatio deducitur. SIC. Hoc modo: id eſt
matre interfecta.

DE EADEM EPIG. .XIII.

CTA GRAVI TELO. Idem huius Epigrãmatis argumentum eſt: quod ſupe
rioris. Sus prægnans ferro vulnerata pariter: & filiis vitam dedit: & ipſa perdi/
dit. ICTA. Percuſſa. Ico enim percutio eſt: & Paſſiuũ eius Icor percutior. Ply/ — Ico Icor
nius. Arborum manu ſatorum: receptarumq; in domos in fulmine laurus ſola
non icitur. Ab hoc fit Ictus: hoc eſt percuſſio: vulnus. Martial. Dorica ꝙ certo venabula di/ — Ictus
rigit ictu. GRAVI. Ponderoſo: de quo ſupra diximus. CONFOSSA. Perforata: aperta.
Fodio eni cauo ſignificat: dictum quaſi foras do. Hinc Foueæ dicuntur Scrobes: quod tam — Fodio Fouea
in maſculino ꝙ in fœminino genere inuenitur. Virgilius. Forſitan & ſcrobibus quæ ſint fa
ſtigia quæris. Lucanus. Exigua poſuit ſcrobe. Ouidius. Et egeſta ſcrobibus tellure duabus.
Fouii principio dicti: qui poſtea Fauii appellati ſunt: ꝙ princeps eius gentis ex ea natus ſit: — Fouius Fauii
cum qua Hercules in fouea cõcubuit: ꝗuis alii putent ita vocitatũ: ꝙ primus oſtenderit quẽ
admodum vrſi & lupi foueis caperentur. Item Foſſor qui fodit. & Foſſa quæ fit ad recipiẽ — Foſſor Foſſa
dam aquam. Vnde Vlpianus ſcribit foſſam eſſe receptaculum aquæ manu factum: ut ad ca/
ſtra: ſiue vrbes: oppidaue: aut alia huiuſcemodi muniẽda. Liuius. Caſtraq; vallo: et foſſa mu
niuit. Et Fodico idem quod fodio. Cicero. Nõ eſt in poteſtate fodicantibus eis rebus: quas — Fodico
malas opinamur: diſſimulatio: & obliuio. & Perfodio vehementer fodio: A quo Perfoſ/ — Perfodio
ſor: & Perfoſſus. Tranſfodio notæ ſignificationis. Ouidius. Gemino trãſfodis vulnere pe/
ctus: A quo Trãſfodior: & Trãſfoſſus: & Defodio: atq; Effodio: A quibus defoſſor: & Ef
foſſor: & Defoſſus: atq; Effoſſus: & Confodio: A quo Confoſſor: & Confoſſus. Item Cõ
foſſio: ſicut Defoſſio: et Effoſſio. CERTA DEXTERA. Certus ictus dexteræ: ſi quidem
habita ratione teli: neq; plus: neq; minus percuſſit: ꝙ in animo erat. Tale enim temperamen
tum adhibuit: ut nec atrocitate vulneris filio interfecerit: nec paruitate: uel ſuem viuam: uel
plagam minorem fecerit: ꝙ emittendo partui erat neceſſaria: uel certa dextera firma non va
cillante. Ouidius. Da mihi quod petitur certo contingere telo. LIBRATO. Ponderato.
FERRO. Telo quod cuſpidem habeat ferream. Ferrũ metallum eſt vulgo notum: de quo — Ferrum
ſuperius locuti ſumus. Dubium eſt maior ne ex eo vtilitas: an maius damnum ſit hominibus
Hoc enim terram colimus: ſerimus fruges: arbuſta: pomaria: vites: hoc eadem omnia puta/
mus. & deciſo ſquallore omnibus annis cogimus iuueneſcere: Hoc domos extruimus: para/
mus materiã: cædimus ſaxa: & alia pene infinita ad vitæ humanæ vſum neceſſaria facimus.
Præterea hoc ad voluptatem etiam vtimur: utputa ad venatus: aucupia: piſcationes. Siqui/
dem in venatu tela: in aucupio ſagittas: glandes: in piſcatu fuſcinam adhibemus. Sed eodem
ad bella: cædes: rapinas: latrocinia vtimur: & modo tormentis excutimus: modo lacertis ia
cimus. frequenter pennatis ſagittis emittimus: ut celerius mors ad homines perueniat. In fœ
dere quod expulſis regibus Romani cum Porſena fecerunt: prohibitum eſt: ne ferro niſi in

agricultura vteretur. Veteres quidam ne cum ſtilo etiam ſcriberetur: vetitum prodidere. In
tertio Conſulatu Magni Pompeii extat edictum in tumultu necis Clodianæ: quo prohibe/
tur vllum teli genus eſſe in vrbe. Ferrum in Hiſpania Bilbilim nobilitauit patriam Martia/
lis. In Italia Comum: non quia in iis locis ferrariæ ſint: ſed quia aquæ optimæ ad ferri tem/
peramentum. Ex omnibus generibus palma quondam ſerico ferro erat. Mirum eſt quan/
tam cum Magnete lapide: de quo ſupra diximus: hoc metallum concordiam habeat. Vi/
rus enim a Magnete accipit: quod nulli alteri metallo accidit: retinetq; lōgo tempore: aliud
apprehendens ferrū. De Magnete lapide Dinocrates Architectus Alexandri: Arſinoes tem
plum concamerare incoauerat: ut in eo ſimulachrum eius e ferro in aere pendere videretur.
Interceſſit mors: & eius: & Ptolemæi regis: qui id ſorori ſuæ iuſſerat fieri. Ferrum accenſum
igni: niſi ictibus duretur: facile corrumpitur. Rubens nō eſt habile tundendo: neq; anteq; al
beſcere incipiat. Aceto & alumine illitum fit ſimile æri. A rubigine vendicatur Ceruſa: &
Excandeſco Gypſo: & Pice liquida. A candente ferro: hoc eſt ignito fit Excandeſco: quod eſt ira inflam
Excandeſcentia mor: A quo Excandeſcentia ira ſine modo exiſtens: & veluti quædam inflammatio animi.
Cando Candere proprie eſt album eſſe. Virgilius. Candentis vaccæ media inter cornua fudit. Po/ Virgilius
nitur etiam pro ignitum eſſe. Nam tunc vere Ignita dicitur quæcunq; materia: qum non ru
Accendo bet: ſed iam candet. Cicero. Candente carbone adurebat capillum. Hinc fit Accendo: quod Cicero
Succedo Incēdiū ſignificat inflammo: & Succendo eiuſdem ſignificationis. & Incendo: A quo Incendium
Incendiaria inflammatio: Vnde Incendiaria auis inauſpicata: propter quam luſtratam ſæpenumero vr
Spinturnix bem legimus: & Spinturnix a quibuſdam vocatur. Quidam interpretantur ita nominari
Candidum quæcūq; apparuerit carbonem ex aris: ſiue altaribus ferens: Candidus quod ab albo differt.
Nam Candidum dicimus quod quadam nitenti luce perfuſum eſt: Album autem: quod pal Virgilius
lori eſt vicinū. Virgil. Color deterrimus albis: & Giluo. A Candeo fit Candeſco: & Cande
Candico la a candore luminis: A qua Candelabrum: & Cicindella: de qua ſupra diximus. & Candi/
Candido co verbū: dealbo. Plynius. Cuius radice vtuntur ad candicandos capillos. Et Candido eiuſ Plynius
dem ſignificatōis. Pomponius. Veſtem liſciuio candidans. & Candifico. Nonius. Poliens Pōponiu
ſeſe: & ſuccis herbarum candificans cutem. Ab hoc Candificatio deriuatur: & Candefio: A Nonius
Candor quo Candefactus: & Candor: hoc eſt albedo. & a candido Candidatus. Candidati enī di/
Candidatus cebantur qui in comitiis magiſtratus petebant: hi enim albo veſtiri ſolebant. Hinc Cæſaris
Cādidati cæſaris Cādidati appellati ſunt: qui epiſtolas principis in ſenatu legebāt. Vlpianus. Sane uero oēs Vlpianus
quæſtores prouintias ſortiebantur: verum excepti erant Candidati principis: Ii enim ſolis li
bris principalibus in Senatu legendis vacabant: hodieq; obtinuit indifferenter quæſtores
creari tam patricios q̄ plebeios: ingreſſus eſt enim: & quaſi primordium gerendorum hono
rum: ſententiæq; in Senatu dicendæ. Ex iis: ſicut diximus: quidā fuerūt qui Candidati prin/
cipis dicebantur: quiq; epiſtolas eius in Senatu legebant. Quintilianus. Galba pilam negli/ Quintilia
Canus genter petēti: ſic inquit. Petis tanq; Cæſaris Candidatus: id eſt ſecurus. A candeo etiam Ca
nus deducitur notæ ſignificationis: quod tamen interdum pro antiquo accipitur: quia vetu
ſtate caneſcimus. Virgilius. Cana fides: & Veſta Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt. Virgilius
Caneſco Ab hoc Caneſco: canus fio: & Canities color ipſe. Plynius. Et ipſa iam caniciæ venerabilis. Plynius
Canities Hæc & Canitudo a veteribus dicta eſt. Varro. Sed neq; vetulus Canterius: q̄ nouellus me/ Varro
Canitudo lior: nec canitudini comes virtus. Mirum eſt Ariſtotilem ſcripſiſſe Canitiem hominis pro/
priam eſſe: qum conſtet equū quoq; caneſcere. Sed homo ſemper a priore parte capitis in/
Cana cipit: poſtea ab aduerſa. Canam græci dicunt ciſtam ruſticam ex viminibus factam: quam
Caniſtrum nos Caniſtrum vocamus: Cuius diminutiuū eſt Caniſtellum: Vnde Caniferæ mulieres ap/
Canifera mulier pellatæ: quæ caniſtrū capitibus gerunt. Veteres Canentas capitis ornamenta dixere: & Ca/
Canēta Canica nicas furfures: Vnde Canicaceū furfureum dicimus. Pacuuius. Qui apud te quaſi ſeruus eſt Pacuuius
Canicaceus canicaceū panē. NVMEN. Poteſtatem. Q VA. Diana Lucina ſcilicet. SOLVTA. Ab/
ſoluta: liberata a partu. Q VA. Diana: ſcilicet: quæ præeſt venationi. PEREMPTA. In/
Emo terfecta. Perimo ex per & emo componitur. Emere comparare eſt. Plautus. Vt nos in no/ Plautus
ſtris voltis mercimoniis. Emundis: & Vendundis me lætum lucris: Afficere Veteres enim
Perimo pro eo quod eſt accipio frequentiſſime vſurparunt. Ab hoc igitur Perimo deductum: quaſi
in totum emo. Nam quod interficimus a nobis emptum: & noſtri omnino iuris factum eē
Adimo Intimo videtur. Ab eodem fit Adimo: quod eſt aufero. & Interimo idem quod perimo. & Eximo
Eximo aufero: excipio. Pomponius Iuriſconſultus eximendi verbum generale eſſe affirmat: Etenī
Eripio Eripere inquit eſt de manibus auferre per raptum. Eximere uero quoquomodo auferre: Vt
puta ſi quis nō raperet aliquem: ſed moram faceret: quo minus in iudicium veniret: ut actio
nis dies exiret: uel res tempore amitteretur: videtur exemiſſe: quamuis corpus non exemerit.
Eximium Hinc Eximium dicitur excellens: egregium: tractum ab eo quod in ſacrificiis optimum pe/

cus de grege eximebatur: uel quod primũ erat natum. Et Eximii porci dicebantur maiores: Eximii porci
qui ad ſacrificandum electi erant: Sicut Egregiæ oues dicebantur e grege electæ: A quo Egre Egregium
gium dicimus excellens. Ab hoc fit Eximie aduerbium: hoc eſt egregie: excellenter: & ab exi/ Eximie Abemo
Plautus mo Exemptio: et Abemo idem quod Adimo: Plautus. Abemito veſtem. & Redimo: quod Redimo
Cicero modo ſimplicis ſui ſignificationem habet. Cicero. Qui merces redimunt: ut ſtatim vendant
Modo accipitur pro eo quod eſt libero: Vnde qui ab hoſtibus capti ſunt: uel qui alicui pœ/
næ obnoxii ſoluto pretio redimuntur Item qui iniuſte vexantur: ſi per ſolutionem pecuniæ
liberati fuerint: redemiſſe vexationem dicuntur. Ab hoc Redemptor: & Redemptrix: &
Redemptio deriuantur. & Redempto frequentatiuum: Cuius aliud frequentatiuũ eſt Re/
Plautus demptito. Plau. Redemptitauere ad vnũ captos. Redimo uero ſignificat caput orno: coro
Virgilius no: Vnde Redimitũ coronatum dicimus. Virgilius. Copa Siriſca caput graia redimita mi/ Redimitus
Iuuenalis tella. Hinc Redimicula ornamenta capitis mulierum: & vittarum tenias vocamus. Iuuena/ Redimiculus
lis. Accipient te paulatim: qui longa domi redimicula ſummũt Frontibus. Et Coemo idem Coemo
quod emo: uel ſimul emo: A quo Coemptor: & Coemptrix: & Coemptio. & Demo detra Demo
Paulus iu/ ho: A quo Demptor: Demptrix: & Demptio. Item Damnũ: Siquidem Paulus Iuriſconſul/
riſcõſultus. tus Damnum: & Damnationem ab ademptione: & quaſi diminutione patrimonii dicta
eſſe affirmat. & Damno verbum: quod modo ſignificat damno afficio: Vnde & Condem Dãno Cõdẽno
no dictum eſt: Et econtrario: qui nullo damno afficitur Indemnis appellatur: Modo pro Indemnis
exhæredo accipitur: Vnde e duobus filiis alterum hæredem inſtitutum: alterum damnatum
legimus. Interdum pro compello: obligo: & neceſſitate aſtringo. Terentius. Tuus eſt dam/
Terentius. natus gnatus: non tu: Quod apud Iuriſconſultos per Syncopen Damnas dicitur. Marcus. Damnas
Quiſquis mihi hæres erit: dare damnas eſto: fideiq́; eius cõmitto: vti det quãtas ſummas di/
Marcus ctauero. Sic enim Damnas pro Damnatus dicitur: ſicut Raucis pro Raucitas: Satias pro
Satietas. Nonnunq̃ pro morte do. Virgilius. Nondum illi flauum proſerpina vertice cri/
Virgilius nem Abſtulerat: Stygioq́; caput damnauerat orco. Item pro culpo: reprehendo. Martialis
Martialis. Si ſchola damnatur: fora litibus omnia feruẽt. Sæpe etiam pro libero: in qua ſignifica/
tione & Condemno accipitur. Titinnius. Fortaſſe notum fuiſſe quo die liber foret: nunc
Titinnius voto condemnatus eſt: immolauit hoſtiam. Virgilius. Quem damnet labor: aut quo ver/
Virgilius gat pondere lætum. Virgilius. Damnabis tu quoq; votis. Turpilius. Et amplius illam appa
Vir. Tur. rere condecet: quandoquidem condemnata eſt. Siſenna. Quod voto damnati fœtum om/
Siſenna nem dicuntur eius anni ſtatim conſecraſſe. Cicero. Rerum naturam q̃ errorem damna
Cicero re maluimus noſtrum. Damnum datum dicitur: quotiens in agris noſtris aliquid demptum
eſt. Idem. Damni dati formulam exceſſit. A Damnum etiam Epidamnus deduci videbatur Epidamnus
Idem vrbs Macedoniæ: Propter quod Romani id nomen velut inauſpicatum mutantes Dyra/ Dyrachium
chium vocitauere. Ab emo etiam fit Emptor: Emptrix: Emptio: & Emptitius adiectiuum. Emptitius
Quippe Emptitiæ res dicuntur: quæ emptæ ſunt. et Emptitius miles mercenarius. Quidam Emptitius miles
ſcripſerunt Emporium quoq; ab emo dictum: quaſi Emptorium. Eſt enim Emporium lo/ Emporium
cus: in quo mercatus: ſeu nundinæ fiunt. Et in quem vendendi & emendi cauſa conueniunt
mercatores. Sed falſum eſt: Quippe græca vox eſt Emporium. Græci enim ἔμπορον mer
catorem dicunt: ἐμπορίαν mercatum: ἐμπόριον oppidum: ſiue alium quemuis locũ:
in quo fiat mercatus.

DE EADEM EPIG. XIIII.

VS FERA. Idem fere argumentum quod ſuperiorum duorum Epigrammatũ
Sed in hoc admiratur partum: quod ſtatim mortua matre: quaſi agnito periculo
cucurrerit. IAM GRAVIOR propinq̃ partui. FACTA PARENS VVL
NERE. Quia per vulnus peperit. EMISIT FOETVM. Ordo eſt. Emiſit fœ
tum: hoc eſt pignora ventris maturi. FOETVM. Partum. Fœtus enĩ dicitur quicquid ani/ Fœtus
mal parit: ſiue oua ſint: ſiue animalia. Nam & mulier ipſa Fœta dicitur: ſiue quæ grauida Fœta
eſt: Vnde Fœtum pro pleno ponitur. Virgilius. Loca fœta furentibus auſtris: ſiue quæ iam
Virgilius peperit: & onere leuata eſt. Idem. Fecerat & viridi fœtam mauortis in antro: Nam enixam
Idem hanc fuiſſe lac quod pueri præbebat: oſtendit. Hinc Fœtura deducit̃: quod ſignificat actum Fœtura
ipſum pariendi: & ipſam: ut ita dicam fœtationem: Etenĩ Fœtare quoq; veteres vſurparunt Fœto
pro eo quod eſt fœtum emittere. Plynius. Optima fœtura eſt poſt vernum æquinoctiũ. Fœ Fœtifico
Plynius tifico quoq; ab eodem deriuat̃: quod ſignificat fœtum facio: A quo Fœtificatio: hoc eſt fœ/ Fœtificatio
tura: et Fœtificæ: quæ fœtum faciunt. & Confœta ſus a veteribus dicebatur: quæ cum omni Confœta ſus
fœtu adhibebatur ad ſacrificium. & Effœtæ non ſolum quæ fœtum emiſerunt: ſed etiam q̃ Effœtæ
Idem nõ amplius pariunt: ſiue quæ fœtum facere deſierunt. Idem. Eſt autem tanta gallinis fœcun
ditas: ut aliquæ & ſexagena pariant oua: aliquæ cottidiæ: aliquæ bis die: aliquæ intantum: ut
effœtæ moriantur. Hinc Effœtũ dicimus exhauſtũ: debilem: a ſimilitudine mulierum: quas

partus debiles reddit. & Fœtifera quæ fœtũ fert. Hæc fere omnia ad inanimata quoq; tranſferuntur. Nam & Fœtum terræ dicimus: & Effœtam tellurem: & Fœtificare arbores: & Fœturam pratorum: & alia huiuſmodi. A Fœtu quoniam fœtando matres polluuntur: fit Fœdo verbum: quod ſignificat polluo: inquino. Et Fœdum nomen: quod modo ſignificat deforme. Terentius. Nunc tibi videtur fœdus: quia illam non habet: Modo per Metaphoram execrandum. Virgilius. Auerſuſq; refugit fœda miniſteria. Aliquando crudele. Saluſtius. Fœdi oculi. Hinc Fœdare aliquando pro lacerare: & cruentare accipitur. Hinc etiam Fœde aduerbium: quod modo pro turpiter: modo pro crudeliter. & Fœdus Fœderis ſm quoſdam a porca Fœde: hoc eſt crudeliter interfecta: A quo Fœdero verbum. & Fœdifragus ruptor fœderis. & Confœduſti apud veteres fœdere coniũcti. Item a fœto Fœteo: hoc eſt male oleo: A quo Fœtidus male olens. & Fœtor malus odor. Fœdum etiam veteres hedum: hoc eſt capre filium dixere: Vnde Hedus quaſi fœdus eſt vocatus: Sic Folus pro Holus: Foſtem pro Hoſte. Foſtiam pro Hoſtiam dicebant. Item femina appellata ut ſupra diximus. Item Fœnus: hoc eſt vſura. Nihil enim aliud eſt Fœnus q̃ Fœtus: hoc eſt partus pecuniæ: Quapropter græci quoq; a pariendo Fœnus τόκον vocant: & τοκίζειν dicunt Fœnerare. Nam ꝙ aliqui ſcripſerunt Fœnus ἀπό τοῦ φαίνεσθαι: quod eſt apparere deductum: quod id genus hominum ſpeciem oſtentent humanitatis: & commodi eſſe videantur in opibus nummos deſiderantibus: pene ridiculum eſt. A Fœnore Fœnuſculum diminutiuum. Plautus. Ad daniſtam deuenires: adderes Fœnuſculum. Et lex Fœnebris de credita pecunia: ſi quidem crediti nummi alios pariunt. Et Fœnero verbum: quod eſt: pecuniam: ſiue aliam rem ad fœnus mutuo: & cum Accuſatiuo iungitur. Martialis. Hæc ſapit hæc omnis fœnerat vna deos: Huius Paſſiuum eſt Fœneror: Vnde res Fœnerata dicitur ad fœnus tradita. A fœnero Fœnerator: qui græca voce: ſed apud nos vſitatiſſima Daniſta dicitur. & Fœneratrix: quæ ad fœnus dat: & Fœneratitius. Pecuniam quippe Fœnoratitiam vocamus: quæ ex vſuris eſt collecta. Item a fœnere Fœnum: quod herbæ eædem manentes quottannis nouas pariant. Sed de hoc: & de deriuatis ab eo ſuperius late diſſeruimus. Sunt qui Fœniculum quoq; a fœnore deductum velint: quaſi paruum fœnus: ꝙ ſemen eius terræ mandatum magno fœnore reddat fructum: Herba eſt: quam græci Marathron vocant: vulgo nota: Hanc maxime nobilitauere ſerpentes: quæ guſtatu eius ſenectam exuunt: & oculorum aciem ſucco reficiunt. Ex quo intellectum eſt hominũ quoq; caliginem eo præcipue releuari. Eſt in hoc genere ſilueſtre: quod alii Hippomarathron: alii Myrſeneum vocant: foliis maioribus: guſtu acriore. Succus auribus inſtillatur: vermiculoſq; in iis necat. Fœniculum condimentis fere omnibus inſeritur: & Oxyporis: hoc eſt condimentis: q̃ ex aceto fiunt aptiſſime: A quo Oxyporopoli dicuntur huiuſmodi condimentorum venditores. Quin cruſtis quoq; panis feniculũ ſubditur. Geniture abundantiam quoquomodo ſumptum facit: vinum commendat: halitum oris gratiorem reddit. Petridius: & Nicander: qui Ophiaca: hoc eſt: quæ ad ſerpentes attinent ſcripſerunt: & Mycon: qui Rizitonumena: hoc eſt de radicibus ad medicinam pertinentibus tradidit: nihil Hippomarathro aduerſus ſerpentes efficacius eſſe putauere. Valla Fœnero ſcripſit duntaxat Datiuo adiungi: & Fœneror accipi pro eo quod eſt pecuniam mutuor. Sed vtrunq; falſum. Nam & Accuſatiuo adiungitur Fœnero: & Fœneror de re dicitur: quæ mutuo datur: non de homine: qui ad fœnus accipit. Item a fœnore Fœneratio: hoc eſt mutuatio ad vſuram: quæ & Fœneratus dicitur: quartæ declinationis. Fœtus autem a foueo deriuatur: quoniam & dum in vtero eſt: & poſtq̃; eductus eſt fœtus: a matre fouet̃: hoc eſt calefit. Fouere enĩ proprie calidũ tenere: ſiue calefacere Vnde Focus dictus eſt: in quo ignis ſeruatur: etiam ſi ara ſit: Cuius diminutiuũ eſt Foculus. Gellius. Tum illa foculũ coram rege cũ igni appoſuit: & tris libros ex noue cuſſit: & coquit Et ab hoc aliud diminutiuũ Focillus: A quo Focillo calfacio: Vnde fit aliud compoſitũ Refocillo: A quibus Focillatio: & Refocillatio. Repit̃ etiã Focillor deponẽs. Varro. Propter ſecundas res ſublato metu non in cõmuni ſpectant: ſed ſuũ quiq; cõmodũ focillant̃. Eſt aũt Focillare: ſiue Focillari recreare: nutrire: & Focillatio recreatio. Veteres Foculare quoq; aliquãdo pro focillare vſurparunt: & Focula pro nutrimentis. Foueo tñ aliqñ pro nutrio accipitur. Virgilius. Progeniẽ: nidoſq; fouet. Hinc Faui: de quibus ſupra diximus: appellati: ꝙ in iis apes fœtus ſuos foueant. Et Fauonius: quod cuncta foueat. Eſt enĩ hic ventus: ut ſupra diximus genitalis ſpiritus mundi: Eo maritant̃ viuiſcentia e terra: & equæ etiam in Hiſpania concipiunt. Aliquãdo pro madefacio. Idem. Fouit ea vulnus Lympha longæuus Iapix. Hinc Fomenta dicuntur applicationes rerum calidarum: ſiue humidarum ad partes corporis læſas: & medendi gratia: q̃. & Fotus appellant̃. Plynius. Decoctura eorum cœliacos iuuat potione: & fotu. Interdum etiam pro conſtituo. Virgilius. Sub terra fouere larem Hinc Fauiſſe dictæ ſunt foueæ: in quibus circa templa aqua incluſa cõſtituebat̃. Sunt etiam

Fœtifera
Fœdo Fœdũ
Fœde Fœdus
Fœdero Fœdi
frag9 Cõfeduſti
Fœteo Fœtidus
Fœtor Hedus
Folus Foſtes
Foſtia Fœnus
Fœnuſculum
Fœnebris lex
Fœnero
Fœnerator
Daniſta
Fœneratrix
Fœneratitius
Fœniculum
Marathron.
Hippomarathrõ Myrſeneũ
Oxyporũ
Oxyporopolus
Fœneratio
Fœnerat9 Fœt9
Foueo
Focus Foculus
Focillus Focillo
Refocillo
Focillor
Focillatio
Foculor
Foueo
Fauonius
Fomenta
Fotus
Fauiſſæ foueæ

Terentius.
Virg. Sal.
Plautus
Martialis.
Petridius
Nicander
Mycon
Valla
Gellius
Varro.
Virgilius
Idem
Virgilius

qui putent fauiſſas fuiſſe in Capitolio cellis: Ciſterniſq; ſimiles: vbi reponi erant ſolita ſigna
vetera: quæ ex eo templo collapſa eſſent: & alia quædam religioſa donis conſecratis. Qui/
dam tamen Fauiſas quaſi flauiſas dictas exiſtimant: de quo inferius dicemus. Quandoque
etiam pro faueo: & in delitiis habeo. Idem. Ille Neæram Dum fouet: ac ne me ſibi præferat
illa veretur. Ab hoc duo compoſita fiunt: Refoueo eiuſdem pene cum ſuo ſimplici ſignifica Refoueo
tionis. & Confoueo: ſimul foueo. Confœta ſus dicebatur: quæ cum omni fœtu adhibebat᷑ Confoueo
ad ſacrificium. Item Fomes a fouendo: hoc eſt nutriendo ignem. Eſt enim Fomes aſſula ex Confœta ſus
arbore excuſſa dum cæditur. Item quæcunq; materia ſicca: in qua facile ignis inflammatur: Fomes
Virgilius quod aperte declarat Virgilius. Ac primum ſilicis Scintillam excudit Achates. Suſcepitque
ignem foliis: atq; arida circũ Nutrimenta dedit: rapuitq; in fomite flãmam. Per metapho/
ram autem fomitem appellamus: quicquid accendit nos: atque excitat ad aliquid agendum
Gellius Gellius. Fomitem eſſe quẽdam dicens & incitabulum ingenii: virtutiſq;: ſi mens & corpus
Vlpianus hominis vino flagraret: & Fullo a fouendis aqua calida veſtibus. Sunt enĩ Fullones: ut Vl/ Fullo
Aſſyria ram rudibus vocem ſignare figuris Nondũ flumineas memphis contexere biblos Nouerat
Antiochia & ſaxis tantũ:volucreſq;:feræq;:Sculptaq; ſeruabant magicas animalia linguas. A Phœni
Phœniciũ mare cia Phœnices vocati:& fœminino genere Phœniſſa:& detracta aſpiratõe Pœnus: A quo
Punicus. Pœnulus diminutiuũ: Vnde Plautina fabula nomen ſumpſit:& Punicus:quaſi Pœnicus. Virgilius
Punicũ. Virgilius Punica Regna vides: Vnde Punicũ genus libi vocitatũ eſt:a pœnis tranſlatũ:qđ
Probũ. & Probũ appellabant:quia erat cæteris ſuauius.Phœnix græce fructus palmæ arboris dici
Phœnix. tur: A cuius colore Phœnice appellata ob purpurarũ opes:& Tyrii coloris:q a Tyro Phœ
Tyrus nices vrbe nomen ſumpſit:quemadmodũ ſuperius docuimus.Tyrus quondam præalto ma
ri ſeptingentis paſſibus diuiſa fuit.Poſtea vero Alexandri oppugnantis operibus continẽs
Conchilio:ac purpura nobilitata:Circuitu decem & nouem miliũ paſſuũ incluſa palæ Ty/
Sarra Phœnix ro.Oppidũ ipſum viginti duo ſtadia comprehendens quondam Sarra appellatũ.Phœnix
præterea purpureo pennarũ colore auis appellat̃ toto orbe celeberrima:in Arabia naſcẽs:
Aquilæ magnitudine:auri fulgore circa colla:reliquo corpore purpurea:roſeis pennis:cæru
leam caudam diſtinguentibus:in facie geminas criſtas habens:in capite plumeũ apicem.Ne
mo vnq̃ veſcentẽ vidit.Soli ſacrata traditur:& viuere annis ſex centis ſexaginta:Seneſcens
caſia: thuriſq; ſurculis cõſtruere ſibi nidũ: replere odoribus:& ſup mori:Ex oſſibus deinde
ac medullis exiguus naſci vermiculus: & deinde pullũ fieri: & principio iuſta priori facere:
totumq; nidũ deferre prope Panchaiam in ſolis vrbem:et ibi in ara deponere. Extat de hac
aue elegantiſſimũ carmen Claudiani poetæ:& Lactantii firmiani. Dicitur autẽ & maſculi/
no:& fœminino genere Phœnix:quia mas ne an fœmina ſit:ignoratur.Lactantius.Fœmi Lactantius
na ſit:uel mas:ſeu forte neutrum Fœlix quæ Veneris fœdera nulla colit.Phœnix etiam Age
noris filius fuit Cadmi frater:qui phœnicibus imperauit.Item Phœnix fluuius nõ magnus
ex Thermopylarũ montibus in Aſopũ fluens:ut teſtatur Herodotus.Sunt tamen qui Phœ Herodotꝰ
nicem auem a Palmæ potius arbore:quæ græce Phœnix dicitur:appellatã putent ob ratio/
Phœnicopterus nem quam inferius dicemus. Item Phœnicopterus altera auis eſt: rubentes habens pennas:
vnde ei inditũ nomen.Nam græci πτερὸν pennam vocant:Huius linguam præcipui ſa
poris eſſe Apicius docuit.Excellit magnitudine Perdices:roſtrũ quoq;:et pedes phœniceos Apicius
habet.Martialis.Dat mihi penna rubens nomen:ſed lingua guloſis Noſtra ſapit:qđ ſi gar/ Martialis.
rula lingua foret? ALCIDEM.Domitianũ.Alcides proprie Hercules dicit̃ ab Alceo auo
Alcides Amphitrionis patre.Sed Domitianus ædificato Herculi templo via appia octauo ab vrbe
lapide ſtatuam ſuam ſub Herculis nomine in eo locauit.Itaq; ſimulachrũ eius ſub Herculis:
ſiue Alcidæ nomine adorabatur.Propter quod vocatus & ipſe Alcide. eſt:& a blandienti/
Alcides maior bus poetis Maior Alcides dictus.Martialis.Herculis in magni vultus deſcendere Cæſar Di Martialis.
gnatus:latiæ dat noua templa viæ.Qua triuiæ nemoroſa petit dum regna viator:Octauum
domina marmor ab vrbe legit.Idem.Fecundam vetuit reparari mortibus hydram:Heſpe/ Idem
rias thuſco lauit in amne boues.Hæc minor Alcides:maior quæ geſſerit: audi.Sextus ab al/
Iuuenes bana quẽ colit arce lapis.IVVENTVS.O iuuenes:quaſi dicat O viri Romani.Nam Iu/
uenes a Iuriſconſultis dicunt̃:ut Marcellus teſtatur: qui adoleſcentium exceſſerunt ætatem: Marcellus.
Iuuentus quoad incipiat inter ſeniores numerari.Iuuentus mõ ætatem ipſam iuuenilẽ ſignificat: Mõ
frequentiam iuuenum. Aliquando etiam pro ipſa dea accipitur: quæ præeſt huic ætati.Hæc
Iuuentas etiam Iuuentas a nõnullis vocatur:quemadmodũ Libertas:& Iuuentas: q̃uis hoc frequen
ter etiam pro ætate ponatur.Iuentuti ſacra pro iuuenibus inſtituta ſunt:& a iuuene dicta eſt
Iuuentus:& Iuuentas:& Iuuenta:& Iunior Comparatiuũ:& Iuuenilis poſſeſſiuũ.Iuueni/
Iuuenilia lia fingebantur Dianæ ſimulachra:quia ea æta fortis eſt ad tolerandam viam Viarũ autem
Iuniꝰ Iuueneſco dea exiſtimabatur Diana:ut ſupra dictũ eſt.& Iunius menſis a iunioribus.& Iuueneſco in/

uenis fio:& Iuuenilitas pro iuuentute. Varro. Quam dereliquit cupida iuuenilitas. Et Iuni ces: teneræ ætate boues: quæ iam ceſſarunt vitulæ eſſe: necdū tamen ad ſummā magnitudinē peruenerūt: dictæ quaſi iuuenices. Perſius. Tot tibi qum in flāmas iunicū omenta liqueſcāt. Iuuenis aūt a iuuando vocitatus eſt: ꝙ ea ætas maxime apta ſit ad laborem tolerandū. Iuua re interdū auxiliari eſt: & opem ferre: Vnde Iuuencus: & Iuuenca appellati: & Iumentū: cu/ius appellatione animalia continentur: quæ uel ſalmas gerunt: uel currus trahunt: bobus dū taxat exceptis. Eſt etiam vehiculi genus: quod quoniam adiunctis pecoribus trahebatur: nō nulli a iungēdo dictum exiſtimant. & Iuppiter: quaſi iuuans pater. & Iuno quod iuuet mor tales. & Iuuamentū auxiliū: quod & Iuuamen dicitur. & Adiuuo: opem fero: A quo Adiu/tor: Adiutrix: Adiuuamētū: quod & Adiuuamē dicitur. & Adiuto frequentatiuū: quod & Adiutor veteres dixere. Pacuuius. Adiutamini quæſo me: & defendite. & Coadiuuo: a quo Coadiutor: Coadiutrix: Coadiumentū. Interdum Iuuare eſt delectare. Virgilius. Non oēs arbuſta iuuant: humileſq; myricæ. Ab hoc fit Iucundus: quod non ſignificat lætum: ut quidā barbare accipiunt: ſed lætitiæ plenum: & quod delectationem affert: differtq; a grato: quod in iucundo aliquando ſola delectatio eſt: in grato etiam commodū: Vt infantia filiorum ac pueritia parentibus iucundior eſt: Adoleſcentia uero ac iuuentus gratior. Cicero. Eſt mihi iucunda in malis: et grata in dolore veſtra erga me voluntas: Iucunda inquit: quaſi plena vo luptatis: in proſperis: & grata quaſi plena fructibus in aduerſis. Idem. Quamq; quod præ/ſens tanq; in manū datur: iucundius eſt: tamen hæc in poſterum gratiora: muri: naualia: por tus: aquarum ductus: omnia quæ ad vſum rei publicæ pertinent. A iucundo fit Iucunde ad/uerbium: hoc eſt cum lætitia. & Iucunditas delectatio. Item Iucundior: Iucundiſſimus: Iucū dius: Iucundiſſime. & Iubar: & Iuba: & Iubilo: de quibus ſuperius diximus. CONFER. Compara. STEMMA. Facinus: rem geſtam. Stemma proprie coronamentū ſignificat: di ctum a græco: quaſi ςέφανωμα. ςέφανος enim corona eſt: ςεφανῶ corono: ςεφανοπλόκος coronarius: ςεφανοφόρος coronatus: ςέφω redimo: ςέφομαι redimor: ςεφάνωμα Stéma. Quoniam uero mos erat antiquiſſimus: ut clari viri ob res bene geſtas coronis donarentur: & eædem ſtatuarum capitibus imponerentur: inualuit conſuetudo: ut Stēma aliquando pro facinore: & ut ita dicam Strategemate accipiatur: ut hoc loco. Aliqn̄ pro ipſis maiorum imaginibus: quæ poni in atriis ſolebant. Martialis. Atria Piſonum ſta/bant cum ſtemmate toto. Iuuenalis. Stēmata quid faciunt. Plynius pro corona poſuit. Stē/mata uero lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Suetonius. Quid in vetere gentiliū ſtem/mate. C. Caſſii percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet. Iuriſconſulti aliquando Stemmata vocant: ut ita dicā: Stipites: quibus familiam partiuntur: ut hic pater illius eſt: hic illius filius: cui ille ſuccedit. CAESARIS. Qui taurum fecit in æthera tollentē Alcidem. IOVIS. Qui ſe in taurum formauit æquore vehentē Europam. VT TVLERINT. Quamuis tulerint: Vt interdum adiunctiua coniunctio eſt. Plautus. Is mihi ſuaſit: ut ad te irem. Interdum tem poris aduerbiū eſt: et ſignificat ſtatim: poſtq;: primū. Aliquando qualitatis: & ſignificat quo modo. Virgilius. Vt vidi: ut perii: ut me malus abſtulit error. Ideſt ſtatim poſtq; vidi: ſiue q; primū vidi: quo modo perii. Nonnunq; pro quippe: ſiue utpote accipitur ſequente relatiuo Quintilianus. Nec ignoro igitur quos tranſeo: nec vtiq; dāno: ut qui dixerim eſſe in omni/bus vtilitatis aliquid. Interdum ſimilitudinis eſt. Plautus. Vt imbrices fluūt oculi. Eſt etiam quando ſignificat ſm quod. Quintilianus. At uero orator: ut eſt ſemper ad dicendum para tus. Cicero. Qui ſermo: quæ præcepta: quanta notitia antiquitatis: ſcientia iuris: augurum: multæ etiam ut in homine Romano litteræ: id eſt ſm quod eſt ſemper ad dicendum paratus & ſm id: quod ſolent ſcire Romani. Item pro Vtinam elegantiſſime accipitur. Terentius. Vt te dii: deæq; omnes perdant. Et pro quamuis: ut hoc loco: & apud Plautum: ut Iſtuc pe/riculum ingens ſit: me tamen non terrefacit: hoc eſt Quamuis ſit ingens periculum: quod ne mo ante hac notauit. Ab Vt deducitur Vti: & Sicut: Sicuti: Velut: Veluti: de quibus ſupra diximus. Et Vtinam: quod optantis aduerbium eſt: Diciturque etiam O vtinam. & Vtiq;: quod ſignificat prorſus omnino. & Prout pro ſicut. & Vtcunq; pro quocunq;. & Vtpote: quod ſignificat quandoquidem: & Vtputa quemadmodum. ONVS: Pondus: A quo fit Onero: quod eſt pondus impono: Transfertur q; etiam ad animū: ut Onerat me curis: One rat lachrimis: hoc eſt implet: premit. Hinc Oneratum & Onuſtum pro pleno frequentiſſi/me accipitur. & Onuſte aduerbium plene. Oneroſus quoq; frequenter inuenitur: quod eſt plus q; oneratus. & Onerariæ naues dictæ: quæ onere tardæ ſunt. & Exonero verbū: quod eſt alleuo: onus detraho: A quo Exonerator: Exoneratrix: & Exoneratio. ISTE. Taurus Cæſaris ALTIVS. Sublimius. Altus aliquando ab alo deducitur: quod eſt nutrio. Varro. Altus alieno ſumptu. Plynius. Ouillo lacte altus: hoc eſt nutritus. Aliquādo ab ala: quaſi ala

Varro
Perſius
Pacuuius
Virgilius
Cicero
Idem
Martialis.
Iuuenalis
Plynius
Suetonius.
Plautus
Virgilius
Quintilia.
Plautus
Quintilia.
Cicero
Terentius.
Plautus
Varro
Plynius

Iuuenilitas
Iunices
Iuuenis Iuuo
Iumentum
Iuppiter Iuno
Iuuamentū
Iuuamen
Adiuuo
Iucunde
Stemma
Vt
Vtinam Vtiq;
Prout Vtcūq;
Vtputa Onus
Onero
Oneratum
Onuſtū Onuſte
Oneroſus
Oneraria nauis
Exonero Altus

tus: & ſignificat proprie ſublimem aereum. Hinc proceras arbores Altas dicimus: & Altas
Altus pyramides: Alta ædificia: Altos montes. Ponitur tamen frequenter pro Profundo: quem/
admodũ econtrario Profundũ pro ſublimi ponimus. Hinc Altum aliqñ pro cælo: pro ma/
ri vſurpamus. Virgilius. Hæc ait: & Maia genitum demiſit ab alto. Idem. Multum ille et ter Virgilius
ris iactatus: & alto vi ſuperum. Altum etiam vocamus profundiorem maris partem: & a
terris remotiorẽ. Saluſtius. Et piſcatoria ſcapha in altum nauigat. Per Metaphoram quoꝗ Saluſtius
Altum aliquando pro excelſo: ac glorioſo accipimus. Virgilius. Te ſine nil altum mens in/ Virgilius
choat. Et pro veteri: atq; antiquo. Virgilius. Altius omne expediam prima repetens ab ori/ Virgilius
gine factum. Et pro preſſo: occulto: obſcuro. Virgilius. Quid me alta ſilentia cogis Rum/ Virgilius
Alte pere. Virgilius. Sin altior iſtis ſub pedibus venia vlla latet. Ab hoc fit Alte aduerbiũ: quod Virgilius
modo excelſe: modo profunde ſignificat: A quo Altius: & Altiſſime: Sicut ab Altus Altior:
Altitudo & Altiſſimus. Item Altitudo: quod modo ſublimitatem: modo profunditatem ſignificat.
Altare et Altare: quod antiqui diis ſuperis in ædificiis a terra exaltatis ſacrificia faciebant: ſicut diis
terreſtribus in terra: diis infernalibus in effoſſa terra: Quamuis ſint: qui Altaria potius ap/
pellata volunt ab eo ꝙ igne adolentur: uel ꝙ in iis oleſcit: hoc eſt excreſcit ignis: Vnde Ex/
Exoletus oleti appellati ſunt: qui oleſcẽdi: hoc eſt creſcendi modum exceſſerunt. Plautus: Reliqui do Plautus
mi exoletam virginem. Qum uero id nomen ſubſtantiuũ eſt: ſignificat ſcortum maſculum
Altellus iam adultum. Et Altellus Romulus dictus: quaſi in terra altus a lupa: ſiue quod telis aleretur
ſiue ꝙ rebus geſtis excelſus: ac glorioſus eſſet: ſeu ꝙ a Tatio Sabinorum rege in colloquium
poſtulatꝰ alternis vicibus audierit: ac locutus fuerit. Nam ſicut a Macro Macellus: a Vafro
Altanus Vafellus: ita ab alterno Altellus ſecundũ aliquorum opinionẽ deducitur: & Altanus ventus
Exalto quod in alto flat: & Alto verbum: quod non eſt in vſu: ſed eius compoſitum Exalto: quod
Altiſonus eſt extollo: A quo Exaltatio: & Altiſonus: quod ex alto ſonet. & Altitonans: quod e cælo
Altitonans tonet. & Altiuolans: quod in altum volat.
Altiuolans

DE ELEPHANTO CAESAREM ADORANTE EPIG. XVII.

VOD PIVS ET SVPLEX. Rurſus blanditur Domitiano: quod ab Ele/
phanto adorari viſus ſit: tribuens hoc diuinitati principis. Ordo eſt: Quod
hic Elephas: qui modo erat tam metuendus Tauro: nunc pius eſt: & ſupplex ad
Elephantus oret te o Cæſar: facit hoc non iuſſus: & nullo magiſtro docente: ſed quia deum
Elephas te eſſe intelligit. ELEPHAS. Elephantus: ſiue Elephas Vtroque enim modo dicitur: ma/
ximum terreſtrium animalium eſt: proximumque ſenſibus humanis obedientia in magi/
ſtros: officiorum memoria. Adoret regem: genua ſummittit: coronas porrigit: & quod in
Anulus homine quoque rarum eſt: probitatem præ ſe ferre videtur: prudentiam: æquitatem: religio
nem: Solis quoque: & Lunæ venerationem. Si quidem in Mauritaniæ ſaltibus ad quen/
dam Amnem: cui nomen eſt Anulus: niteſcente Luna noua Elephantorum greges deſcen/
dunt: ibique ſe purificantes ſolenniter aqua circumſperguntur: atque ita ſalutato ſydere in
ſiluas reuertunt. Romæ iuncti primũ ad currũ fuere Pompei magni Africo triumpho: Nã
prius Liber pater eos ſubiugata India iunxerat. Germanici Cæſaris Gladiatorio munere
quoſdam inconditos motus ædere viſi ſunt ſaltantium modo. Vulgare in iis fuit arma in al
tum iacere: gladiatorios congreſſus exercere: per funes inceſſere: pleniſque hominum tricli/
niis ita libratis veſtigiis per lectos ire: ne quis potantium attingeretur. Tradunt etiam non
Cornua ignobiles autores quendam ex iis ductus græcarum litterarum didiciſſe: & eius linguæ ver/
bis ita ſolitum perſcribere. Ipſe ego hæc ſcripſi: & ſpolia celtica dicaui: Prædam in ſe expeti
ſciunt ſolos dentes: quæ aliqui Cornua appellarunt. Quamobrem eiectos aliquo caſu ter/
ra defodiunt: hoc ſolum ebur eſt: In cætero corpore villitas oſſea. Quamq̃ oſſa quoque ali/
quando in laminas dentium penuria ſecuerunt. Circumuenti a venantibus primos dentes
conſtituunt: quibus ſunt munimini. Poſtq̃ feſſi ſunt: Impactos arbori frangunt: hac præda
ſe redimentes: quemadmodum facere de teſticulis Caſtorem tradunt: adeo quibuſdam ani/
malibus exploratum eſt: quare ab hominibus petantur. Tradunt præterea Elephantos ho/
mine obuio in ſolitudine: & ſimpliciter oberrante: clementem: placidumque demonſtrare
viam: veſtigio uero hominis priuſq̃ ipſo homine animaduerſo inſidiarum metu contremi
ſcere: olfacere: ſubſiſtere: circumſpectare: iraſci: nec calcare: ſed erutum proximo tradere: il/
lum ſequenti: pari modo vſq; ad extremum: tunc agmen circumagi: & directa acie reuerti.
Gregatim ſemper incedunt: ducit agmen: qui ſenior eſt: cogit ætate proximus. Flumina
tranſituri minimos præmittunt: ne maiorũ pondere atterente alueum altitudo gurgitis au/
geatur. Interponuntur eis nomina: eaque intelligunt. Cato vnum qui in punica acie fortiſ/

ſime fuerat præliatus Sutrum tradidit vocatum altero dente mutilato. Antiochus duos ha/ Sutrus
buit in bellicis vſibus celebres: Aiacem: & Patroclum. Quinq; aliquando vadum fluminis Aiax Patroclus
experiretur: renuit Aiax tranſire: qui ſemper dux agminis fuerat. Tum pronũtiari iuſſit An
tiochus eius fore principatum: qui prior tranſiſſet. Tranſiuit itaq; Patroclus: donatus ob id
faleris argenteis: quibu id animal maxime gaudet: & reliquo omni primatu. Aiax mortem
ignominiæ præferens inedia vitam finiuit. Mirus namq; in iis pudor eſt: victiq; victorum
vocem fugiunt. Pudore nunq̃ niſi in abdito coeunt. Mas quinquennis: fœmina decennis.
Ineunt biennio quinis diebus: nec amplius. Sexto die perfunduntur amne: nec aliter ad
agmen reuertuntur. Adulteria non nouere: nec vlla propter fœminas prælia committunt.
Amoris tamen vim eſſe in iis conſtat. Traditur vnus amaſſe in Aegypto mulierem corollas
vendentem. Alius adoleſcentem quendã ſyracuſanũ nomine Menandrum in exercitu Pto/
lemæi: quem quotiens non videret: dolorem inædia teſtabatur. Item alius vnguentariam q̃n
dam forma præſtantem. Amoris inditia in omnibus fuere: gaudium a conſpectu: blanditiæ
inconditæ: Stipes populi ſeruate: & in ſinum amantis effuſæ. Elephantos Italia primum vi
dit Pyrrhi regis bello: & Boues lucas: ut ſupra diximus: appellauit in lucanis viſos anno vr
bis quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo: Roma in triumpho ſeptem poſt annis: ea/
dem plurimos Anno quingenteſimo ſecundo. Victoria L. Metelli in Sicilia de pœ/
nis captos Centeſimo quadrageſimo ſecundo ratibus traiecti fuere: quas doliorum con/
ſertis ordinibus impoſuerant: quos cyrco interfectos iaculis tradunt inopia conſilii: quo/
niam neq; ali placuiſſet: neq; regibus donari. Clara fuit vnius e Romanis dimicatio aduer/
ſus Elephantum. Nam qum Annibal captiuos Romanorũ dimicare inter ſe coegiſſet: vnũ
qui ſupererat: obiecit Elephanto pactus dimitti: ſi beluam interemiſſet Solus ergo in hare/
na congreſſus magno pœnorum dolore interfecit. Annibal quod famam eius dimicatio/
nis contemptum Elephantis allaturam intelligebat: miſſis poſt victorem equitibus necari
eum iuſſit. Proboſcis eorum: quæ Manus appellatur: facillime ceditur. Romæ primum pu/ Proboſc Man9
gnaſſe Elephantos in Cyrco compertum eſt Claudii pulchri ædilitate anno vrbis quingen
teſimo quinquageſimo quinto. Item poſt annos viginti Lucullorum ædilitate curruli aduer
ſus tauros: & Pompei altero conſulatu in dedicatione templi Veneris victricis viginti nu/
mero: ſiue ut alii volunt: decem & ſeptem getulis ex aduerſo iaculantibus mirabili vnius di
micatione: qui pedibus confoſſis: genibus repſit in cateruas: arrepta ſcuta in altum iaciens:
quæ ſpectantibus voluptati erant circumacta in orbem: quaſi arte: non furore beluæ iace/
rentur. Altero vno ictu occiſo: propter quod vniuerſi eruptionem tentauere: non ſine vexa
tione populi: qui clauſtris ferreis circundatus erat. Qua de cauſa Cæſar dictator ſimile po/
ſtea ſpectaculum æditurus Euripis harenam circundedit: quos Nero princeps ſuſtulit: ut lo
ca equitibus adderet. Pugnauere & Cæſaris dictatoris tertio conſulatu viginti contra pedi
tes quingentos: iterumq; totidem turriti cum ſexagenis propugnatoribus eodem: quo prio
res: numero peditum: & totidem equitum ex aduerſo dimicante. Tanta huius animalis cle/
mentia narratur aduerſus minus valida: ut in grege pecudum occurrentia manu dimoueat:
ne quid obterat imprudẽs: nec niſi laceſſiti noceant: Infirmos: aut feſſos: vulneratoſue in me
dium agmen recipiunt. Capti celerrime manſueſiunt hordei ſucco. Domiti militant: & tur/
res armatorũ in dorſis ferunt: magnaq; ex parte Orientis bella conficiunt: proſternũt acies:
armatos proterunt: iidem minimo ſuis ſtridore terrentur. Decem annis geſtare in vtero vul
gus exiſtimat: Vnde ortum eſt prouerbium. Celerius Elephanti pariunt: Qum tarditatem
Ariſtoteles ſignificare volumus. Ariſtoteles biennio parere tradidit: nec amplius q̃ ſingulos: pluresq; vi
uere ducentis annis: Quoſdam etiam trecentis: Iuuentam eorum ſexageſimo incipere. Olei
potu tela: quæ eorum corporibus inhæſerunt: decidere traduntur. Mandunt ore: ſpirant: &
bibunt: odoranturq; haud improprie appellata manu. Murem mirum in modum odere: &
ſi pabulum in præſepio poſitum attingi ab eo viderunt: faſtidiunt. Dentibus ingens pretiũ:
ex quibus deorum ſimulachra fieri ſolita. Callum manus in ciborum deliciis habebant. In
extremis Africæ: qua confinis Aethiopiæ eſt: poſtes domorum ex dentibus faciunt. Dimica
tio iis cum ſerpentibus maxima eſt: ut ſupra diximus: qum de Cinnabari tractaremus. Seta/
rum nullum tegumentum Elephanti habent: nec in cauda quidam abigendum muſcarum fa
ſtidiũ: qđ etiam tanta vaſtitas ſentit. Sed habent cancellatam cutim: & inuitantem id genus
animalium odore. Ergo qum extenti muſcarum examina receperunt: artatis in rugas repen
te cancellis comprehenſas enecant. Inflationem: ac profluuium alui: nec alios morbos ſen/
tiunt. Ab hac Elephantorum inflatione: ſiue a cancellata cuti Elephantiaſis morbus dictus Elephantiaſis
eſt: qui & Elephantia nuncupatur a noſtris: rarus in Italia: frequentiſſimus in quibuſdam re Elephantia
gionibus: qui inter longinquos numeratur: totum corpus afficiens: ita ut oſſa quoq; vitien
tur. Sũma pars corporis crebras maculas: crebroſq; tumores habet. Rubor harũ paulatim

in atrum colorem conuertitur.Summa cutis inæqualiter craſſa:tenuis: dura:mollisq; quaſi
ſquamis quibuſdam exaſperatur:corpus emacreſcit:Os:ſuræ:pedes intumeſcunt: Vbi vetus
morbus eſt:digiti in manibus:pedibuſq; ſub tumore conduntur:febricula oritur:quæ facile
Elephantinus — tot malis obrutum hominem conſumit.Item ab Elephanto Elephantinus: ut Elephantina
Elephantium — pellis:Elephantini dentes.& Elephantiũ:quod fit ex ebore combuſto:de quo ſuperius dixi
Elephas ſiue Ele — mus.Elephas etiam:ſiue Elephantus maris belua eſt ingens in Gaditano freto candidã pro
phantus — boſcidem habens.PIVS.Religioſus.SVPPLEX Subnixis genibus:quod facere elephan
Metuo Timeo — tum ſuperius diximus.METVENDVS.Timendus.Sunt qui Metuo:& Timeo ita ſepa/ — Terentius.
rent:ut metuamus eos qui nos amant:Timeamus etiam inimicos.Terẽtius.Et metuebat ab
ſentem patrem. Plautus.Quid nos tanq̃ hoſtes times? Varro Metuo dictum putat a quo/ — Plau. Var.
dam motu animi:quum id quod malum caſurum putat:mens refugit: Quunq; vehemẽtius in
Formido Met9 — mouendo:ut a ſe abeat:foras fertur: Formido ut diximus appellatur.A metuo Metus dedu
citur:qui eſt:ut Vlpianus diffinit:de inſtanti uel futuro periculo mentis trepidatio.Ab eo fit
diminutiuũ Meticulus: A quo Meticuloſus: & Meticuloſe aduerbium.A timeo uero fit Ti
mor:Timidus: A quo Timiditas:& aduerbium Timide.Et notandum q dicimus Timeo
tibi tanq̃ amico:hoc eſt ne tibi aliquid mali accidat.& Timeo te tanq̃ inimicum: ne quid
Timidus — mihi mali facias.Quidam Timidum a Timente ſic diſtinguũt:ut Timidus ſit:qui ſemper ti
Timẽs Tumult9 — met:Timens qui ad tempus formidat.Item a timeo Tumultus: ut quidam putant: deduci/
tur:quaſi timor multus.Nihil enim aliud eſt tumultus q̃ perturbatio tanta: ut maior timor
Tumultuo — oriatur:Vnde bella Italica Tumultus italici dicti fuere.Hinc fit Tumultuo verbũ: quod eſt
Tumultuoſus — in perturbatiõe ſum.& Tumultuoſus:qui turbas excitare ſolitus eſt.& Tumultuarius:quod
Tumultuarius — proprie ſignificat extemporaliter ſine præmeditatione: Vnde & Oratio tumultuaria dici/
Tumultuoſe — tur.& Tumultuoſe:ac Tumultuarie aduerbia:id eſt pturbate:& extemporaliter.SENTIT
Tumultuarie — Intelligit:cognoſcit.Sentire proprie eſt ſenſu percipere:quod ad corpus duntaxat pertinet:
Sentio Senſus — Vnde quinq; corporis ſenſus appellati ſunt. Viſus:auditus:odoratus:guſtus:& tactus. Ali/
quando Sentire ponitur pro intelligere. Cicero. Nam & ipſe animus ſentit neſcio quid in — Cicero
ſe eſſe diuinum. Nõnunq̃ pro iudicare.Plynius iunior.Cupio enim abs te intelligere:quid — Plynius
Sententia — ſentias.Hinc Sententia deriuatur:quæ mõ pro iudicio:ſiue potius iudicato accipitur: Vnde
Sententiam ferre: ſiue Sententiam dicere iudices affirmamus:qum ea mente quid pronun/
tiant:ut ſm id diſcedere litigantes a tota controuerſia velint.Modo ſignificat id: quod ani/
mus ſentit:hoc eſt credulitatem: Vnde ex animi noſtri ſententia loqui:uel euenire aliquid di
cimus.Modo capitur pro eo quod verba ſignificant.Idem.Tam obſcure loquitur:ut nulla — Idem
ex verbis eius ſentẽtia colligi poſſit.Nonnunq̃ etiam Sententias vocamus lumina ipſa ora
tionis:præſertim quæ in clauſulis ſunt breuiter collecta:Et a græcis γνῶμαι vocantur:ut
quoq; ab eo nomine deducto:q ſimiles ſint conſiliis: atq; decretis: & hæ interdum ad rem
tantum referuntur: Vt Nihil eſt tam populare q̃ bonitas.Interdum ad perſonam: Vt Qui
vult omnia ſcire:neceſſe habet multa cognoſcere. Aliquãdo non ſunt ſimplices:ſed rationẽ
quoq; ſubiectam habent:ut in omni certamine:qui opulentior eſt: etiam ſi accipit iniuriam
tamen quia plus poteſt:facere videtur.Quandoq; duplices ſunt: Vt Obſequium amicos: ve
ritas odium parit.Plerunq; fit ex diuerſis: Vt Mors miſera non eſt:aditus ad mortem eſt mi
ſer.Item tam deeſt auaro quod habet q̃ quod non habet. Nonnunq̃ per interrogationem
ſiunt: Vt Vſq; adeo ne mori miſerum eſt? Hinc orationẽ: quæ huiuſmodi lumina crebra ha
Sententioſa orõ. — beat: Sententioſam dicimus.Senſus quoq; licet proprie corporis ſint:ut ſupra diximus: Ta/
Senſus' Senſa — mẽ conſuetudo iam tenuit:ut mente concepta Senſus vocaremus:quæ a veteribus Senſa di/
cebantur.Cicero.Quod exprimere dicendo ſenſa poſſumus. Plynius. Nihil enim tam ri/ — Cice.| Ply.
Senſibile — diculum q̃ verborum ſonitus inanis ſine ſenſu:ac ſciẽtia.A ſenſu fit Senſibile: tam quod ſen
Senſificum — tit: q̃ quod ſentitur: A quo Senſibilitas.& Senſificum:quod ſenſus cauſam præſtat.Macro — Macrobi9
Senſile — bius.Spiramentum ſenſificum ad ſua quæq; loca naturali lege ducẽtes. Et Senſile pro Sen/
Sentina — ſibile.& Sentina:pars nauis inferior:q eius fœtor ſentiatur: A qua Sentinor:& Sentinum:
Sentis — de quibus ſuperius diximus.& Sentis ſpina: q a tangentibus q̃ primum ſentiatur: A quo
Senticoſum — Senticoſum ſpinoſum dicimus: Interdumq; pro aſpero ponitur. Lucilius. Quam ſentico/ — Lucilius
Senſim — ſa verba pertorquet turba.Et Senſim aduerbium:paulatim:quaſi cum meditatione:& ſen/
ſu.Quinq; ſenſus corporei idcirco ita vocati ſunt:quia per eos tanq̃ per quaſdam feneſtras
animus ſentit.Huius enim ſedes: & habitatio in cerebro eſt. De cauernis autem cerebri: q̃s
Vẽtriculi cerebri — Ventriculos cerebri antiqui vocauerunt:ſeptem paria neruorum: quas græci συζυγίας:
hoc eſt Coniunctiones vocant:oriuntur:& ſpiramentum ſenſificum ad ſua quæq; loca de/
ducunt: ut ſenſum e vicinis:ac longe poſitis membris animalis hauriant.Primum par ner/
uorum talium oculos petit:& agnitionem ſpecierum:ac colorum diſcretionem illis præſtat
quæ referant.Secundum in aures ſe diffundit: Vnde oritur notitia ſonorum. Tertium nari

bus inſertum ad odorem percipiendum.Quartum palatum tenet ad guſtum:atq; ſaporem.
Quintum per totum corpus diffunditur:ut mollia:aſpera:frigida:calida diſcernantur.Se/
xtum ſtomachum petit:ut quæ deſunt appetat:& quæ ſunt ſuperflua reſpuat:ſeq; ipſe mode
retur.Septimũ par neruorũ vitali medullæ ſenſum infundit:quæ id eſt in animali : quod in
naui carina:& adeo cæteris vſu:ac dignitate præſtat:ut Longum cerebrũ a philoſophis vo/ Longũ cerebrũ
citetur.Ex hac ergo quaſi ex cerebro diuerſi naſcunt̃ meatus:qui cordi:& iecori:& pulmo/
ni vires miniſtrant:neruis pedum:manuũq; virtutem ingerunt:& ut ſucceſſio procuret̃:pu
dendis quoq;:& vteris muliebribus opem ſubminiſtrant.A ſenſus fit diminutiuũ Senſicu/ Senſiculus
Quintilia. lus.Quintilianus.Inde minuti:corruptiq; ſenſiculi : & extra rem petiti.A ſentio compoſi/
ta fiunt Aſſentior:quod eſt conſenſum præſto:A quo fit Aſſentor : hoc eſt adulor : & quaſi Aſſẽtior Aſſẽtor
Terentius. in omnibus conſenſum præſto:ut ille apud Terentium ait: Ait aio:negat nego.Differuntq; Adulor Blãdior
hæc tria Aſſentior: Adulor: Blandior:quod aſſentari proprie eſt: voce:uel laudando:uel aſ/
ſentiendo captare.Adulari quoquomodo uel voce:uel geſtu fauorẽ quærere. Blandiri pro/
Quintilia. prie tactu.Verumtamen ad alios quoq; ſenſus tranſfertur:& nonnunq; ad animum. Quin
tilianus. Tu non cogitas : quemadmodum ſuſpenſa manu ſonantem blande cardinem fle/
Idem ctas:blande inquit hoc eſt ſuauiter.Idem.Blandiar iudices pauliſper calamitatibus meis:&
ſic agam tanq; inuenerim vtrunq; ſanum.Confunduntur tamen hæc:& fere pro eodem ple
rumq; ponuntur.Ab adulor Adulator:& Adulatrix:& Adulatio deducuntur:A blandior
Blandus:& Blanditiæ:& Blandiculus:& Blandicellus diminutiua:Vnde Blandicella ver/ Blãdicella verba
ba apud Neuium & alios legimus.& Blande:& Blandicule aduerbia: & compoſitum Sub
Plautus blandior.Plautus.Non matronarũ:ſed meretricum officium eſt viris alienis ſubbandirier:
Idem & Blandidicus:qui blande loquitur.Plautus.Nunc mihi blandidicus es : heri in tergo meo
tris facile corios contriuiſti bubulos.Blanduſia Sabinienſis agri regio:in qua fuit ager Ho/ Blanduſia
ratii poetæ.Ab aſſentior Aſſenſus:ab aſſentor Aſſentator:& Aſſentatrix:& Aſſentatio.In
genere blandientium adulatorum atq; aſſentatorum Paraſiti ſunt:Ita enim vocãtur qui ad
voluntatẽ eius:in cuius cõtubernio ſunt loquunt̃ : & faciunt:nihil repugnantes cibi:& ven Paraſiti
tris gratia:A quo nomen habent. Nam παρὰ apud græcos ad ſignificat : σιτίον cibus :
σιτεία ſagina.A paraſitus fit diminutiuũ Paraſitaſter : quod non ſignificat paruum para Paraſitaſter
ſitum:ſed paraſitorum imitatorem.In Aſter enim deſinentia nomina non diminutiua ſunt Para
ſed imitationem quandam ſignificant eius : a quo deſcendunt : ut ſuperius diximus . Pa/ Parabole
ra etiam græca præpoſitio pro Apud:Abſq;:Penes:Diſ:Re:Præ: Ab tam in appoſitione Paradigma
q̃in compoſitione accipitur.Hinc Parabole ſimilitudo.Paradigma exemplum : quod tri/ Paragoge
Virgilius bus modis fieri ſolet.A pari.Virgilius.Ac veluti magno in populo:qum ſæpe coorta eſt ſe/ Paragraphe
Idem ditio.A maiori ad minus.Idem.Qualiter expreſſum ventis per nubila fulmẽ.A minore ad Paratheſis
Idem maius:Idem.Si potuit manes accerſere coniugis Orpheus Threicia fretus cythara.Parago/ Paralyſis
ge deductio:ut qum dicimus dicier pro dici : Lucrarier pro lucrari.Paranymphus:auſpex : Paralyticus
de quo diximus.Paragraphe preſcriptio:Parathesis appoſitio.Paralyſis diſſolutio : & lan Parallelus
gor neruorum: A quo:qui eum morbum patitur Paralyticus.Parallelus : quaſi alternus : A Parallela
quo lineas æque diſtantes Parallelas vocamus.Ideoq; ſegmenta mundi:quæ nos circulos di Paradiaſtole
cimus:græci Parallelos nominãt.Paradiaſtole dilatatio:Eſt enim figura:per quam rem ali/ Paranomaſia
quam per interpretationem dilatamus:ut qum aſtutum ſapientem:prodigum liberalem vo Paraſceue
camus.Paranomaſia agnominatio:ut qum dicimus abire non obire tẽ conuenit.Paraſceue Parentheſis
apparatus.Parentheſis interpoſitio.Paroemia prouerbiũ.Parapetaſma velum:de quo ſu/ Paroemia
perius diximus.Parodos tranſitus.Paroxyſmus ſtimulatio:concitatio:παροξύνειν eni Parodos
incitare:vrgere:ſtimulare eſt.Paradromis ambulatio:ſiue Xyſtus:de quo ſuperius diximus. Paroxyſmus
Martialis. Parazonium gladii genus ad zonam accingi ſolitum.Martialis. Militiæ decus hoc:gratiq; Parazonium
erat omen honoris : Arma tribunitium cingere digna latus. Parochus auſpex : ſiue Para/ Parochus
nymphus : quod ante vehicula eat: quæ græce ὀχήματα dicuntur: vehiculis enim ſpon/ Paranymphus
ſæ duci ad virum ſolebant.Parotis apoſtema:quod ſm aures oritur:quæ græce ὦτα dicun Parotis
Lucillius. tur.Parectatæ qui de pueritia veniunt ad pubertatem.Lucillius.Inde parectatæ chlamydes Parectatæ
Varro ac barbula prima.Varro.Parectatæ adſunt:mulierq;:& venus caput.Paraſangæ apud Per Aſſentio Perſen
ſas viarum menſuræ ſunt.Præterea Aſſentio:Perſentio idem quod Sentio. Præſentio:ante tio Præſentio
ſentio:ante video : A quo Præſenſio præcognitio : & quaſi prouidentia.& Diſſentaneum Preſenſio
Nigidius diſcors:atq; diſſentiens.Nigidius.Eum locum facit diſſentaneum.Conſentio conuenio: A Præſenſio
quo Conſenſio:Conſenſus:& Conſentaneum: hoc eſt conueniens:Conſentanee conueniẽ Diſſentaneum
Idem ter.Et Conſentia ſacra : quæ ex conſenſu multorum ſint ſtatuta. Item a diſſentio Diſſenta/ Conſentio
neum.Idem.Eum locum facit diſſentaneum.NVMEN TVVM.Diuinitatem tuam:hoc Conſentaneum
eſt te deum eſſe.Conſtat ſane Domitianũ ita appellari voluiſſe.Nam qum procuratorũ ſuo Conſentanee
rũ noĩe formalẽ dictaret epiſtolã:ſic cœpit.Dñs:& deus noſter hoc fieri iubet. Vñ inſtitutũ Conſentia

in poſterum: ut ne ſcripto quidem: ac ſermone cuiuſq; aliter appellaretur.

DE TIGRIDE DILANIANTE LEONEM EPIGRAMMA. .XVIII.

AMBERE SECVRI. Blanditur Domitiano de Tigride: q Leonem dilaniauerat: rem ante actis tpibus inuiſam. Rurſus hoc tribuens principis numini. TIGRIS. Appoſitiue magna gloria ab hyrcano iugo: hoc eſt quæ in hyrcania gloriæ principatum obtinuiſſet: ob magnitudiné: ferocitatéq;. Tigres hyrcani: atq; Indi ferunt: Sed in Hyrcania ferociores ſunt. Virgilius. Hyrcanæq; admorunt vbera tigris. Ex omni beſtiarū genere ſolæ feræ Pantheræ: & Tigres macularū varietate ſpectantur. Tigris eſt velocitatis tremendæ: & tunc maxime cognitæ: qum capitur. Totus eius fœtus: qui ſemper numeroſus eſt: abſente matre capitur: ab inſidiante homine q; maxime pernici equo inſidente: & in recentes de induſtria paratos ſe ſubinde inferente. At vbi vacuū cubile in reditu reperit fœta: Mas enim ſobolis curam non habet. fertur præceps: odore veſtigia perſequens. Raptor appropinquāte fera: vnum ex catulis abiicit: apprehēdit illa morſu: & quaſi pondere: aucta celeritate ad cubile reportat: iterūq; conſequitur: donec raptor nauim ingreſſus irritam faciat illius in littore feritatem. Hinc Tigris nomen huic feræ impoſitū: ſiquidé Medi Tigrim ſagittam appellant. Vnde flumen quoq; mira celeritate decurrens Tigris appellatus eſt in regione Armeniæ minoris: fonte cōſpicuo ortus in planitie: vbi tardior fluit: hoc eſt vſq; ad Medorū fines Diglitto appellatur: tum incipit vocari Tigris: quod veluti ſagitta volare videatur. Influit in lacum Arethiſſam: omnia illata pondera ſubſtinenté: & nitrum nebulis exhalantem. Vnum ei piſcium genus eſt: & hoc tranſcurrentis fluuii alueo nō miſcétur: Sicut nec e Tigri piſces in lacum tranſnatant. Fertur autem & curſu: & colore diſſimilis: tranſuectuſq; occurrente tauro monte in ſpecu mergitur: ſubterq; lapſus ab altero latere eius erumpit: quem locum Zoroandam nominant. Eundem eſſe paleæ: aliaq; demerſa oſtendunt. Alterum deinde tranſit lacū: qui Theſbitis appellatur: rurſuſq; in cuniculos mergitur: & poſt vigintiquinq; milia paſſuū circa Nymphæum reddit: tam vicinū Arſaniæ: ut confluant: non tamen miſceantur: leuior enī Arſanias innatat: quattuor fere miliū ſpatio: mox diuiſus in Euphraté mergitur. Tigris auté ex Armenia acceptis fluminibus claris Arabas: Oreos: Adiabenoſq; diſterminās Meſopotamiam facit: & citra Babyloniam in duos alueos diuiſus altero meridiem: ac Seleuciam petit: altero ad Septentrionem flexus campos Cauchas ſecat: & vbi remeauere aq Paſitigris appellat. Poſtea recipit ex media Hydaſpen & in lacus Chaldaicos ſe fundit. Mox vaſto alueo pfuſus decē oſtiis mari Perſico infertur. Proxima Tigri regio Parapotamia appellat. Armeniæ duæ ſunt: Maior: et Minor. Maior incipit a Pariedris mōtibus: & Eufrate amne aufert Cappadociæ: quē ipſa ſiſtet Tigrin fundit: quo a Meſopotamia diſterminat. initium eius regionis faciés inter duos amnes ituræ. Quod intereſt: ibi tenēt Arabes Orei. Sic fines vſq; in Diabenen pfert: ab ea trāſuerſis iugis incluſa: latitudiné in læua pādit ad Cyrū amné: trāſuerſa in Araxem. Lōgitudiné uero vſq; ad minorem Armeniam: quæ Abſaro amne in pontum defluente: & Pariedris montibus q fundūt Abſarū claudit. Araxes orit in Eniochis montibus: eo mō quo Euphrates ſex miliū paſſuū interuallo. Hic quoad cāpos Armeniæ ſecat: labit placidus: & ſilens: neq; in vtrā partē currat: manifeſtus. Qum in aſpiora deuenit: hinc atq; illinc rupibus pſſus: & q̄nto anguſtior: tāto magis pnix: frāgit ſe ſubinde ad oppoſita cautiū: atq; ob id ingēti cū murmure ſonāſq; deuoluit adeo citus: ut q ex pcipiti in ſubiecta caſurus eſt: nō declinet ſtati vndā: ſed vltra q; canalē habet: euehat: plus iugeri ſpatio ſublimis: & aquis pēdentibus ſemetipſe ſine alueo ferés. Deinde vbi incuruus: arcuatoq; amne deſcēdit: fit trāquillus: Iterūq; p cāpos tacitus: & vix fluens in id littus elabit. A IVGO. A mōte ps p toto. Quid Iugū mōtis ſit ſupi9 diximus. HIRCANO Hyrcania Scythiæ puīntia ē: in regiōe q Apauortene dr a Caſpiis orientē verſus: a q gētes Hyrcani dicti: Ab eorū littoribꝰ Hyrcanū mare vocari incipit a flumine Sideri. Abundat hæc puītia Pātheris: Pardis: & Tigribꝰ. Luca. Quas nemore Hyrcano matrū dū luſtra ſequūt: Altus cæſorꝫ pauit cruor armētorꝫ. CONSVETA LAMBERE DEXTRAM. Māſuefcā. Tal' in ſpectacul' ppoſita fuerat pri9 a diuo Auguſto: poſtea Domitiano. CONSVETA. Solita. Suere pprie ſarcinare ē: vn Sutores dnr: q calceos ſuūt Sutrinæ ſutorꝫ tabnæ. & Sutoriū nomē poſſeſſiuū: vn artē Sutoriā: & iſtā Sutoria dicim9 Et Sutna ipa ſutura: ſiue opus ſutoriū. Var. Quod ſutnas facere inſci9 Nihili hō agis. Et Subula: q pforant calcei: ut ſetæ imittant: a q fit Deſubulo verbū: qd eſt pfodio. Varro. Alterā Carneadē deſubulaſſe bona corporis ſecutum. et Subulo aīal e ceruorꝫ genere: de quo alibi diximus. Et Sutelæ doloſæ aſtutiæ a ſilitudine ſuentiū dictæ. & Sueſco: q̄ſi ſuor: atq; alligor ad aliquid agendū: & conſuetudiné capio: hoc et Sueſacio dicitur: a quo Sueſio: & Suetus: et Sueſactus: et Suetudo: et Sueſactio. Itē a ſuo compoſita fiunt Aſſuo: quod eſt ſuendo annecto: A quo Aſſueſco: & Aſſueſacio: Vnde Aſſuetus: & Aſſueſactus. Item Aſſuetudo:

Marginal notes: Tigris — Virgilius — Diglitto — Arethiſſa — Zoroanda — Theſbitis — Arſania — Meſopotamia — Cauchæ — Paſitigris — Hydaſpes — Parapotamia — Armeniæ — Abſarus Araxes — Hyrcania — Apauortene — Hyrcani — Hyrcanū mare — Lucanus — Sideris — Suo Sutor — Sutrinæ Sutoriū — Suterna Subula — Varro — Deſubulo — Varro — Sutelæ — Sueſco — Sueſacio — Aſſueſco Aſſuo

& Aſſuefactio:Interſuo:interpono:intermitto.Perſuo:in totū ſuo. Exuo:quod proprie ē — Interſuo Perſuo
Virgilius. exoluo:& quaſi diſſuo.Virgilius.Extulit exutas vinclis ad ſidera palmas. Aliquādo tamen — Exuo
Idem. ponit̄ pro denudo.Idem.Magna oſſa:lacertoſq; exuit.Modo pro alleuo.Idem. Et ſi quis
Idem. adhuc precibus locus:exue mentem.Itē pro libero.Lucillius.Vnde domū vix redeat:vixq;
Lucillius. hoc periculo exuat ſe.Hinc deriuant̄ Exuuiæ:quæ ſūt nō ſolū hominū:ſed alioꝝ quoq; aīa — Exuuiæ
Virgilius. liū ſpolia.Virgilius de ſerpēte.Cūpoſitis nouus exuuiis:nitiduſq; iuuenta voluit̄.Huius cō — Induuiæ
trariū eſt Induuiæ ab induēdo dictæ. Vñ & Indumēta:hoc ē veſtimēta. Induo vero ab in/ — Indumēta
tus deducit̄:q̄ſi intuo:ſicut Induſiū:de quo ſupra diximus:q̄ſi intuſiū. Ab induo Indutor. — Induo Præſuo
& Indutrix deriuat̄.Præſuo ante ſuo.Inſuo:idē qđ ſuo:ſiue interſuo. Ab hoc Inſuetū dici — Inſuo Inſuetū
mus eū:q nō fuit inſutus:hoc ē frequēs ad aliq̄d agēdū:& ideo nō habuit cōſuetudinē:ſed ē
Cicero. inſolitus. Subſuo:ſubter ſuo.Diſſuo: diſſoluo. Cicero. Magis cēſent ſapiētes decere ſenſim — Subſuo Diſſuo
diſſuere q̄ repēte præcidere. A quo Diſſueſco:hoc ē diſſoluo me amore: & cōſuetudine pri — Diſſueſco
ſtina:qđ & Diſſuefatio dicit̄.Vnde Diſſuetus.& Diſſuefactus.& Diſſuetudo.& Diſſuefa
Titinnius. ctio.Veteres Diſſueui illū actiue dixerūt ꝓ diſſuefeci:hoc ē cōſuetudinē diſſolui.Titinnius. — Diſſueui
Paraſitos ammoui lænonē ædibus expuli:diſſueui ne quo ad cœnā iret extra cōſiliū meū.In
eadē ſignificatione Deſuo quoq; vſurpamus.& ab eo Deſueſco..Deſuefacio.Deſuetus.De
ſuefactus.Deſuetudo.Deſuefactio.Reſuo:rurſus ſuo.Conſuo: ſimul ſuo. Hinc Conſueſco — Reſuo Cōſuo
quaſi applicor:atq; aſcribor ad aliq̄d agēdū ita:ut cōſuetudinē faciā. Ab eo Conſuefactio. — Conſueſco
& Cōſuetudo deducūtur.Plautus etiā cōſuetionē ꝓ cōſuetudine frequent̄ vſurpat.Cōſueſ/
Idem. cere etiam aliq̄ñ ponit̄ pro eo:quod ē coire:& rem hr̄e.Idem.Sed tu vnq̄ cū quicq̄ viro cō
ſueuiſti. Le.Niſi equidē cū Alcheſimarcho neminē.Neq; pudicitiam meā mihi alius quiſq̄
imminuit.Suo vero a ſue deducitur:quia huius aīalis pilis in ſuēdo ſutores vtuntur:ut infe/ — Suo
rius dicemus.LAMBERE.Lingere. Hinc quidam Labrum deductum volunt: quod fal/ — Lambo
ſum eſt.Nā labrū a lauādo dicitur:qđ aquæ ſuperficie perluat̄. Eſt enī proprie labrū margo — Labrum
& extrema ora fluminis:lacus:fontis:& aliorū huiuſmodi: quæ leui aquæ motu pluuntur.
Hinc Labra & oris:& aliarū rerū extremitates vocamus:quæ in homine etiā Labia dicun — Labiū et Labia
Terentius. tur:& fœminino genere Labiæ.Terētius.Cōtinuo accurrit ad me q̄ lōge quidē incuruus:
tremulus:labiis demiſſis gemēs. Ab hoc fit Sublabro verbū:qđ ſignificat intra labra imitto — Sublabro
Neuius. Neuius.Iam ego illis ſubiens ſublabrabo eſui illud ſinciput.& diminutiuū Labellū:qđ mo — Labellum
Plautus. do de paruo hominis labio dicitur. Plautus.Confere labella labellis. A quo fit Collabello: — Collabello
Laberius. quod ē labra adiūgo.Laberius.Perge iam collabella oſculū: hoc eſt iunctis labris oſculare.
Plynius. Modo genus vaſis eſt:qđ & Labrū a lauando dicit̄.Plynius.Cinereq; in labellis aq̄ addita — Labrū vas
cōfricāt manu:& cōſidere patiūtur.Hinc Labra vinaria dicunt̄.Labra lupinaria.et Labra — Labrū vinariū
olearia:in q̄bus lupini cōdunt̄:& in quæ vina e lacu:oleū e cortina tranſferunt̄.Labra etiā — Labrū lupinariū
plagarū:ac vulnerū:& fiſtularū dicunt̄:hoc ē extremitates.Hinc Labruſca appellata:quod — Labrū olearium
in labris:hoc eſt extremitatibus agroꝝ:ſepibuſq; naſcat̄:hæc ē vitis ſilueſtris: i qua fit opti/ — Labra plagaꝝ
mū vinū:quod vocat̄ Oenāthinū:hoc eſt vinū e floribus:quippe ὁ ἰνόσ vinum eſt: ἀύθοσ — Labruſca
flos:duæ florum eius libræ ſumuntur:& in muſti cado macerantur: poſt triginta dies mutā
tur.et Labrum venerium herba in fluminibus naſcens:cui vermiculus ineſt:qui circa dentes — Labrū venerium
in dolore ligatur:aut cauis eorum cera includitur. Miro certe decore labrorum ſitum natu/ — herba
ra diſpoſuit:& quæ quaſi antea cohærebant:decēter interſcidit: quorū ſuperius ſub ipſa me
dietate narium lacunar:quadā leui quaſi valle ſignauit:inferius honeſtatis gratia foras mol
liter explicauit.A labris:Bronchi:Labeones appellati ſunt: quippe Bronchi dicuntur: qui — Bronchi
producto ſunt ore:& dentibus eminentibus.A labris ergo potius:hoc eſt oris extremitati/
bus eſt lambo deductum.Nihil enim aliud eſt lambere:q̄ linguæ: & labiorum extremitati/
bus leuiter aliquid tangere. A lambo fit Delambo: & Prolambo eiuſdem ſignificationis.
SECVRI.Nihil tale timentis. Securus enim dicit̄: qui ſine cura eſt: quaſi ſeorſum a cura. — Securus
Virgilius. Hinc aliquando pro contemptore accipitur. Virgilius. Securus amorum Germanæ. Idē.
Idem. Securi pelagi:atq; mei.Ab hoc fit Secure aduerbiū.& Securitas nomē:hoc ē quies:tranquil — Securitas
litas.Cura aliquando ſtudiū:& diligentiam ſignificat:ut ſalus tua eſt mihi curæ: hoc eſt ad — Cura
ea:quæ ad ſalutem tuam pertinēt omnē:ſtudiū:diligentiamq; adhibeo. Aliquando accipi/
tur pro opere:q̄ adhibita cura:& ſtudio fit.Martialis.Teq; piget curæ præmia ferre tuæ.i.
Terentius. præmia operis abs te facti. Item pro ſolicitudine:& anxietate. Terētius. Quanta me cura:
& ſollicitudine affecit: & ita inuicem hæc duo diſtinguuntur:quod Cura proprie eſt in ſpe — Solicitudo
bonorum.Solicitudo vero in metu malorum.Dicta autem eſt cura:quod cor vrat.Quidā — Cura
Curam:& Curationem: & Curaturā ita ſeparant: ut Cura mentis ſit. Curatio medicinæ. — Curatio
Curatura diligentiæ.Terentius.Reddunt curatura vinceas. Verū hæc ſæpenumero cōfun/ — Curatura
dunt̄. A cura fit Curioſus:qui nimis affectate cūcta perquirit: etiam quæ ad eum non atti/ — Curioſus
nent.A quo fit Curioſitas:affectatio:diligentia:& Curioſe aduerbium. & horum contra/ — Curioſitas

ria Incurioſus. Incurioſitas. Incurioſe. Item Accuratus:ut Accurata oratio:hoc eſt cum cu
ra : & diligentia facta. & Accurate aduerbium : ideſt exacte : diligenter. Item Curo curas:
quod modo ſignificat do operam. Cicero. Cura ut valeas. Modo incumbo: curam habeo.
Plautus. Tu quæ agenda ſunt:cura:ideſt incumbe ad ea: quæ agenda ſunt. Nonnunq̃ me/
deor. Cicero. Difficilius enim alii aliis morbis curantur. Interdũ reficio: Vnde Curare cor/
pus:quum de hominibus loqmur:eſt cibo:lauacroq;: & aliis ſimilibus operam dare. Virgi/
lius. Corpora curamus feſſos ſopor irrigat artus. Quum vero de apibus:aut aliis huiuſmo/
di animalibus:cibo tantũ. Hinc Curatores dicuntur:qui pupillis loco tutorũ dantur:quod
Pupillariũ bonorum curam gerant. Item illi:qui rei frumentariæ: & agris diuidũdis præpo
ſiti ſunt. Huius vocabulum fœmininũ eſt Curatrix. & a curatore Curatoriũ dicimus: ſicut
a tutore Tutorium. & Curatoria actio. Curatorium munu . A curo etiam Curia deriuatur
Quippe Romulus populum Romanũ in triginta partes diuiſit: quas quoniã tunc rei pu/
blicæ curam p earum partium ſententiam expediebat: Curias appellauit:his poſtea additæ
aliæ quinq; fuere:ita ut in ſua quiſq; curia ſacra publica faceret: feriaſq; obſeruaret: iiſq; cu/
riis ſingulis nomina earum virginũ impoſita ſunt:quas Romani a Sabinis rapuerant. De/
hinc Curia hoſtilia: quam primũ ædificauit Hoſtilius rex: quod ibi Senatus curaret res hu/
manas:ſicut in curiis veteribus curabãt Sacerdotes res diuinas. Vnde Curiões dicti: qui ad
ſacra accerſebant:& ſupplicationes indicebant. & Curiatus ipſe ſacer magiſtratus. & Curi
onum æs:quod dabatur Curioni ad ſacerdotium Curiatus. & Curionia ſacra: quæ a curio/
nibus inſtituta in curiis fiebant. & Curiata comitia conuẽtus:qui litiũ cauſa in curiis fiebãt
Curionem magnum Plautus pro Macro poſuit:quaſi cõfectum:atq; extenuatum curis. Et
Excurio verbum:quod eſt extra curiam eiicio. Varro. Apolloniũ ideo excuriauit: quia ni/
hil habebat. A curia etiam Curiales vocati eiuſdẽ curiæ tribules. & Curiales flamines: ſacer
dotes curiarum. Curiales vero menſæ vocitabantur:in qbus ĩmolabatur Iunoni:quæ Curitis
appellata ẽ:non a cura: ſed ab haſta:quã manibus ferebat. hæc enĩ Sabinorum lingua dicitur
Curis. Quemadmodũ Romulus Quirinus eſt dictus:q haſtã ferre ſolitus erat: a quo Ro/
mani Quirites nuncupati. Nunc quoq; pari ratione Romana curia dicitur Pontificis ma
ximi:patrumq;: & minorum pontificum conuentus:q in ea totius orbis terrarũ: & Chriſtia/
næ rei publicæ negocia curẽtur:nec minus profana q̃ ſacra:a qua qui eam ſequũtur:Curia/
les appellantur. A curo præterea fit compoſitum Procuro:quod interdũ idem: quod curo ſi/
gnificat. Apuleius. Hunc enim equulũ ſuum Curioſe nimis procurantẽ inueni. Interdũ alie
na negocia gero. Vnde procuratores dicti:quemadmodũ Vlpianus diffinit:quia aliena ne
gocia mandato domini adminiſtrant:põtq; uel omniũ rerum:uel partis: uel tantũ vnius eẽ
Procurator:conſtituiq; uel coram: uel per nuntiũ: uel per epiſtolam: vnde litteræ ipſæ : ſiue
tabellæ Procuratoriæ appellantur. & geſtio ipſa negociorũ procuratio. Item a curo Cuſtos:
qui rem aliquam curat:& tuetur: Vnde Cudodem hoſtii dicimus:qui curat ne quis iniuſſus
ingrediatur:cuſtodem horti:qui hortum tuetur:nec aliquem patitur ingredi: aut damnũ fa
cere:Cuſtodem furum:qui fures obſeruat:& prohibet. Cuſtodem ſacrorum:q ſacra miniſtrat
atq; obſeruat. Virgilius. At domus Herculei cuſtos pinaria ſacri. Ab hoc fit Cuſtodio verbũ
qđ eſt obſeruo. & Cuſtodia:obſeruatio:quã veteres Cuſtodelam dixere. & Cuſtoditio ope
ra ad aliquid cuſtodiẽdũ ſumpta. & Incuſtoditũ:qđ ſine cuſtodia ẽ. Martialis. Incuſtoditis
& aptis Leſbia ſemp liminibus peccas. Itẽ a cura Obſcurũ:q eã:quæ lumine carẽt:curã no/
bis obiiciãt:de quo infe ius latius diſſeremus. Itẽ aliud cõpoſitum Curifugia:nomẽ a nobis
villæ noſtræ nuper inditum: quã in Sentinati agro habemus: inter duo fluẽta Sentinũ : &
Neuolã: vbi ſaluberrima ẽ celi temperies:Situs amœniſſimus:cælũ hyeme non nimium fri/
gidum:æſtate gelidũ flantibus ſemp ſuauiſſimis auris:agri forma pulcherrima:& quaſi Am
phitheatrũ quoddam immẽſum naturæ manibus factũ: Lata: & diffuſa planicies mõtibus
cingitur. Montes pceriore ſui parte ſiluas hñt. & nemora antiqua. Inter quæ ſunt pingues: &
terreni colles apti frugibus:& in oĩ fructiferarũ arborum genere conſiti. Sicubi ſaxũ ẽ:præſtat
cubilia feris. Nullũ aucupio:nullũ venationi cõmodũ deeſt. Sub iis p latera vineæ porrigũ/
tur longe:lateq; contextæ:circũ quas oleæ ſunt noſtro iuſſu plantatæ miram præ ſe virindita
tem ferentes:a fine vero:imoq; margine arbuſta omnis generis: & Silua ſolis conſita caſta/
neis : quas in altum ſurgere ſingulari voluptate ſpectamus : tum prata floribus : & teneris
herbis virentia: ut quæ perennibus riuis nutriuntur . Campi præterea lati : ſpatioſiq;: quos
niſi ingẽtes boues:& fortiſſima aratra nõ domãt:adeo tenaces ſunt glebæ:ſolũq; proſecatũ
aſſurgit:ut nouo pſcindi ſulco ſit neceſſariũ. In iis ſũt vlmi miro ordine diſpoſitæ: qbus ad
iũctæ vites ſuſtinentur. Sũt ad terrẽdas fruges piſtrina: q̃ veteres a molẽdo Moletrinas voca/
bãt. Sũt Figlinæ operũ varietate mirabiles:in qbus imbrices:tabulæ:tegulæ:lateres:ſolia: va
ſa omnium generũ fiũt:& ne piſcatus quoq; cõmoditas deeſſet:lacus ẽ ampliſſimus:noſtra

Accuratus
Accurate
Curo curas
Curo corpus
Curator
Curia hoſtilia
Curiones
Curiatus
Curionum æs
Curionia ſacra
Curiata comitia
Excurio
Curiales
Curiales flamĩes
Curiales mẽſæ
Quirinus
Quirites
Curia Romana
Procuro
Procurator
Procuratoriæ lr̃e
Procuratoriæ ta
bellæ Procuratio
Cuſtos
Cuſtodio
Cuſtodia
Cuſtodela
Cuſtoditio
Incuſtoditũ
Obſcurum
Curifugia
Sentinum
Neuola
Moletrina
Figlinæ

Cicero
Plautus
Cicero
Virgilius
Plautus
Varro
Apuleius
Virgilius

opera nuper factus:non magno quidē ſumptu propter colōnoꝝ:qui nobis adiumento fue
runt:egregiam erga nos fidem:ac beniuolentiam:ſed tanto ſtudio:cura:diligentia:ut vix cre
das tm̄ opus priuatis viribus tam breui tempore fieri potuiſſe. Gignit hæc aqua ſponte ſua
varios:ac laudatiſſimos piſces. Veruntamē & Peruſini noſtri:qui nuper nos cum omni no
ſtra progenie ciuitate donarunt:e Traſimeno ſuo nō paruam piſciū quantitatem miſere: &
Sentinates noſtri certatim vndecunq; alios aduehunt:ut cælerius impleāt æquor: nec vllum
piſcis genus deſit:quod aquis dulcibus nutriri poſſit. Operepreciū eſt videre iam naues p ea
loca diſcurrentes:in qbus nuper ſata erant:& prata:& arbores: & piſces nūc ali: vbi paulo
ante greges:atq; armēta paſcebant̄. Ingēs præterea voluptas ē e feneſtris villæ:quæ in æditio
ri colliculo ſita eſt.hæc loca proſpicere: neq; enim terrā:aquaſq;: ſed pulcherrimam quandā
ſpetiem ab eximio pictore deſcriptam cernere videmur: vſq; adeo multarū:ac variarum re/
rum pulchritudine oculi quacunq; inciderint:reficiūtur. Ratio autē īpoſiti huic villæ:quod
diximus:nominis hæc fuit:Quod qum quidam ciues noſtri uel leuitate animi:uel ꝙ potius
remur inuidia:quia domū noſtram bonorū omniū cōmune perfugium eſſe animaduerte/
bant:exhibere nobis in re pubblica negociū cœpiſſent:cædendum eis eſſe putauimus ne qđ
dici vulgo ſolet:pugno aduerſus calcitrantes aſellos contenderemus. Tráſtulimus itaq; nos
in hanc:quam diximus:villam:eamq; Curifugiam nominari in poſterū iuſſimus: quod ſe/ Curifugia
curi in ea ſtudiis noſtris:quæ vita nobis iucūdiora ſunt:et confluentiū ad nos amicoꝝ dul/
ciſſima cōſuetudine perfruamur:ægeſtatem:miſeriam:mēdicitatem:& ut dicam: liuorem le
uiſſimoꝝ hominū irridentes. FERA. Quaſi reuerſa in priſtinam feritatem. TEMPORI
BVS. Tempus quidam eſſe diffiniunt certam dimēſionem:quæ ex cæli conuerſione colligi Tempus
tur. Alii numerum motus eſſe dixere:ſed neutrum probo. Cur enim Solis:& Lunæ:ac ſide/
rum motus ſint tempora:& non potius omniū corporū? An vero ſi ceſſarent cæli lumina/
ria:& rota figuli moueret̄:non eſſet tempus:quo eos gyros metiremur: diceremuſq; aut æq
libus morulis agi:aut ſi alias tardius:alias velocius moueret̄:alios magis diuturnos eſſe:ali/
os minus? Quid vero? Nonne et nos:qum hæc diceremus:in tempore loqueremur. Sed ne
corporis quidem motum diffiniri tempus poſſe exiſtimo. Si quidem corpus aliquando mo
uetur:aliquādo ſtat:nec ſolum motū eius:ſed etiam ſtatum tempore metimur: & dicimus tā
tum ſtetiſſe:quantū temporis abiit. Et cū voto cuiuſdam ſtetiſſe ſol dicitur: ut victorioſiſſi/
mum prælium peragaretur:nonne ſol ſtabat. tempus vero ibat? Nequaq; igit̄ corporis mo
Democrit9 tus dici poteſt. Nam numerū motus dicere tempus pene inſania mihi videtur. Democritus:
Epicurus atq; Epicurus mundū ex indiuiſibilibus fruſtis:quos Atomos vocāt:fabricatū eē dixere. Du Atomus
ra ſane:& minime ꝓbabilis ſnīa. Quantū aūt magis fuiſſet improbanda:ſi mundū conſta/
re ex Atomorū numero dixiſſent? non aliter ac ſi dicerent domum conſtare ex numero la/
pidum:aut lineam conſtare punctorū:qum paries ex numeroſis lapidibus: & linea: ut qdā
volunt:ex numeroſis punctis non ex eorum numero conſtet. At tēpus non modo numerus
non eſt: ſed ne numeroſum quidem:aut numerabile: Harenam:pecuniam:gentē numeroſā
dicimus:quia multa numero:uel numerabilem:innumerabilemue:quia pōt aut non pōt nu
merari. Agrū vero:mare:cælū nō numero cōprehēdimus:ſed metimur qꝫuis mēſura ipſa nu
mero colligat̄. Dicimus enī ꝙ aut indiffinite lōgius ē hoc tēpus qꝫ illud: aut definite duplū
eſt:hoc ad illud. Sed ſi metimur:qđ nā tp̄s metimur? Tria ſane tempora affirmāt: Præteritū Tria ſane tēpora
Præſens. Futurum. Sed qūo tria ſunt:qum præteritū iam non ſit:futurū nondū venerit:in/
ſtans non perſtet? Nō igitur metiri præteritum poſſumus:quia iam non eſt:nō futurū:quia
nondum eſt:nō præſens:quia nullum eius ſpatiū eſt. Quo modo igit̄ tempus ipſi diffinie/
Cicero mus? Dicemus ne cū Cicerone Tēpus diffinire difficile eſt? An vero diſtenſionē quādā eſſe
affirmabimus? Certe hoc affirmabimus: Sed cuius rei diſtenſio ſit: ignorare nos dicemus.
Scimus ſane nos iſta in tempore dicere:diuq; nos iam de tēpore locutos eſſe:atq; ipſum diu
non niſi mora temporis diu eſſe. Sed quomodo hoc ſcimus:qn̄ quid ſit tempus neſcimus?
An forte neſcimus quo modo id dicamus qđ ſcimus. An vero animi diſtenſionē eē tempus
dicemus? An potius Academicorū more dicemus nos neſcire quid neſciamus? Ab huius tē
poris ſimilitudine:quod ſpatio metimur: ſyllabarū quoq; in numeroſa oratiōe Tēpus ap/ Tempus
pellamus:qđ breuiores:productiores ue ſint:et breuiore lōgioreue tempore proferant̄. Itē
Tempora dicimus quattuor anni tempeſtates. Ver. Aeſtatem. Autumnū: Hyemem. Itē quæ Tempora
caluariæ ex vtroq; latere ſubiacent: ꝙ mouentur: & mobilitate ipſa quibuſdam interuallis
quaſi tempora imitantur. Sunt qui ſcribant continuum:ac iuge tempus per accuſatiuum ca
Terētius ſum ſignificari. Terentius. Triginta dies in naui ſumus. Per ablatiuum vero cum aliquo in
Plautus teruallo. Plautus. Agrum hunc decennio colui. Sed hoc falſum eſſe doctiſſimorum viro/
Cicero rum autoritate probatur. Cicero. Sane: & Virgilius ſæpius accuſatiuo:ablatiuo rarius vtū/
tur:& tamen indifferenter. Aliquando tempore in ablatiuo pro eo: quod eſt intra tempus

vſurpamus.Cicero.Paucis diebus eram miſſurus domeſticos tabellarios.Idem. Biduo:aut
ad ſummũ triduo periturũ:hoc eſt intra paucos dies:& intra biduũ:uel triduũ. Et quãdoq;
in hoc genere ſermonis omittamus poſt:ut intra decem dies q̃ venit: confecit omne nego/
cium.Paucis diebus q̃ Rhodum appulſus eſt: duxit vxorẽ:ideſt poſtq̃ venit:& poſtq̃ ap/
pulit:quæ exempla apud hiſtoricos frequẽtiſſima ſunt. Pro tempore aduerbialiter vſurpa/
mus.i.pro ratione temporis.Cum tempore.i.cum mora:& ſpatio tẽporis.In tẽpore opor
tune.Ex tempore ſubito:quaſi extra tẽporis commoditatem. A tempus deriuatur Tempe/
ſtas:quod modo ſimpliciter pro tẽpore ponitur.Saluſtius.Ea tempeſtate in exercitu noſtro
fuere complures noui:atq; ignobiles. Interdũ ſignificat ſerenum tempus: atq; tranquillum.
Virgilius.Vnde hæc tam clara repente Tempeſtas.Nonnunq̃ procellã.Plynius.Hunc diẽ
feſtum tempeſtatibus leniendis ferunt inſtitutum. Idem. Tempeſtates vocamus: in quibus
grandines:procellæ:cæteraq; ſimilia intelligũtur. Virgilius. Et fœdã glomerant tempeſta/
tem imbribus atris.Hinc Tempeſtuoſum pro procelloſo accipimus.Gellius. Mare ſæuum
ac tempaſtuoſum erat.Tempeſtas alba dicitur:qum nubes candicans obtegit cælum. Plyni
us.Nube grauida candicante:quod vocant tempeſtatem albam: grando imminebat. Item
a tempus Tempeſtiuus:hoc ẽ oportunus.A quo Tempeſtiuitas:oportunitas.& Tempeſti/
ue:oportune.Eius cõtrarium Intempeſtiuus.A quo Intempeſtiuitas. & Intempeſtiue: hoc
eſt importunus:importunitas:importune.Veteres etiam Tempeſtum:pro tempeſtiuũ. In/
tempeſtum:pro intẽpeſtiuo vſurpauere.Vnde Nox intẽpeſta: de qua ſupra diximus: ꝙ mi
nime tempeſtiua ſit rebus agendis.Item a tẽpus Temporariũ dicimus:quod non ẽ perpetuũ
ſed ad tempus durat.Plynius.Opus maximũ omnium:quæ vnq̃ fuere humana manu facta
nõ temporaria mora:verũetiam æternitatis deſtinatiõe.Hinc Tẽporariũ theatrum:de quo
ſupra diximus.Quidam in hũc ſenſum Tẽporale etiam vſurpant.Temporarium etiam:&
Tẽporale:& Tẽporaneũ dicimus:quicquid ad tẽpus attinet.Vnde Extemporariũ ſiue Ex/
temporale:ſiue Extẽporaneũ pro ſubitario accipimus:ut Extẽporariam:ſiue Extẽporalem
orationem:hoc eſt impræmeditatam:ac ſubitariã. A tẽporaneo etiam Contẽporaneũ dici/
mus eiuſdẽ temporis:quem nonnulli græca voce Syncroniũ appellãt. Sũt etiam qui ab his
aduerbia vſurpent Temporarie.& Temporaliter.& Temporanee:hoc ẽ ad tempus. Et ab
iis compoſita Extẽporarie.Extẽporaliter.Extẽporanee:quæ ſignificant impremeditate.&
Extemporalitas dictio ſine ꝑmeditatione.Suetonius de Tito. Latinæ:græcæq; linguæ uel ĩ
orando:uel in fingendis pœmatibus promptus & facilis ad extemporalitatem vſq;.Item a
tempus fit Temperior:hoc eſt celerior:& quaſi tempeſtiuior. & Temporius aduerbiũ: hoc
eſt celerius:et quaſi ante tempus.Columella.Et ante crepuſculum propter cibi ſpeciẽ tempo
rius ad officinam redeant. Item Tẽpero verbum: quod ꝓprie eſt temporis rationẽ habeo:
moderor:tempori accõmodo:verum ad alia quæcunq; transfertur.Vnde Tẽperare vinũ di
cimus adhibita aqua:Tẽperare iram:ſedato animo:Tẽperare ferrum: flammis: & ictibus.
A tempero fit Temperamentũ:hoc eſt modificatio quædam. Plynius. Tali adhibito tẽpe/
ramento:ut nec laxet nimis:nec actum eſſe patiatur.& Temperatura.Idem.Ferrũ a rubigi/
ne vindicatur Ceruſa:& Gypſo:& liq̃da pice. Hæc ẽ tp̃atura a græcis Antipathia dicta:&
Tẽperies:q̃d mõ ſignificat tp̃is aptitudinẽ:ac cõmoditatẽ ad aliq̃d agendũ.Idem.Sic iudi/
cat̃ anni tẽperies alibi tardius:alibi maturius:modo tp̃amentũ.Plynius iunior.In quo ſalu
berrima ẽ aeris tẽperies.Pro hac aliq̃n Tẽperaturã ponimus. Varro. Quæro vtrũ hoc ad/
duxerit cæli tẽperatura:an terræ bonitas.& Tẽperãtia:ꝙ homo ꝑ eã affectiones animi tẽpe
ret:ac moderet̃.Diffinit̃ enĩ hoc modo:Tp̃antia ẽ rõnis in libidinẽ:atq; in alios nõ rectos
impetus animi firma:& moderata dñatio: quã græci σωφρο σύνη vocant. Eius ꝑtes ſunt
Continẽtia:ꝑ quã cupiditas cõſilii gubernatione regit̃.Clemẽtia ꝑ quã animi temere ĩ odiũ
alicuius cõcitati comitate retinent̃.& Modeſtia:ꝑ quã pudor honeſtus purã: ac ſtabilẽ cõ/
parat autoritatẽ.Contraria Tẽperãtiæ ẽ Intemperãtia.Ab illa Tẽperãs dicit̃:quẽ græci So
phrona vocãt.& Tẽperant̃ aduerbiũ:q̃bus cõtraria ſunt Intẽperãs.& Intẽperant̃.Et cõpa
ratiua:ac ſuꝑlatiua eorũ Tẽperantior.Tẽperatiſſimus.Intẽperãtior.Intẽperatiſſimus. Tẽ/
perantius.Temperatiſſime.Intemperãtius.Intẽperatiſſime. Præterea a tẽpero Tẽperatus:
hoc ẽ moderatus.& Tẽperate aduerbiũ:moderate.& Temperator.Tẽperatrix.Tẽperatio
q̃d eſt moderator:moderatrix:moderatio.& Obtempero:quod ꝓprie ſignificat cõſulo:ꝓ
uideo.Terẽtius.Ex q̃ re minus aut famæ foret:aut rei obtẽperãs. Figurate tñ: & frequẽtius
accipit̃ pro morem gero.Cicero.Sic mihi ſemꝑ obtẽperauit tanq̃ filius patri.IN ALTIS
SILVIS.In iugis montium Hyrcaniæ.NIHIL.Non aliquid.Hilum veteres dixere par/
uum illud nigrum: quod in ſummitate fabæ adhæret.Vnde pro breui: & Exiguo vſurpa/
runt. Ennius. Neque diſpendium facit hilum. Lucillius. Quod tua Lades culpa non
proficis hilum. Cicero. Tum illud quod Siſyphus verſat ſaxum ſudans nitendo: nec

Pro tempore
Cum tempore
In tempore
Ex tempore
Tempeſtas alba
Tempeſtuoſum
Tempeſtas
Tempeſtiuus
Tempeſtiuitas
Tempeſtiue
Intempeſtiuus
Intempeſtiuitas
Intempeſtiue
Tempeſtum
Intempeſtum
Nox intempeſta
Temporariũ
Tẽporale
Temporaneum
Extẽporariũ
Extẽporale
Extemporaneũ
Contẽporaneũ
Tẽporarie
Temporaliter
Temporanee
Extemporarie
Extemporaliter
Extãporanee
Extemporalitas
Temperior
Temporius
Tempero
Tẽperamentum
Antipathia
Temperies
Tempatura
Temperantia
Quid ſit tp̃antia
Cõtinẽtia
Clementia
Modeſtia
Intemperantia
Temperatus
Temperate
Temperator
Temperatrix
Temperatio
Obtempero
Hilum

Cicero
Idem
Saluſtius
Virgilius
Plynius
Idem
Virgilius
Gellius
Plynius
Plynius
Suetonius
Columella
Plynius
Idem
Idem
Ply.iunior
Varro
Terentius
Cicero
Ennius
Lucillius
Cicero

profecit hilum. Ab hoc fit Nihilum: pro non aliquid: quaſi nehilum quidem. Et per Apo- | Nihilũ Nihil
Lucretiꝰ ſi | copen Nihil: rurſuſq; per Syncopen Nil. Lucretius. E nihilo Nihil in Nihilum nil poſſe re | Nil
ue Perſius | uerti. POSTQVAM. Poſtq̄: et Poſteaq̄: connexiuæ particulæ ſunt. Virgilius. Poſtq̄ al | Poſtq̄ Poſteaq̄
Virgilius | tos tetigit fluctus. Sic enim dictis ſequentia copulantur. Sunt aũt compoſita a Poſt præpo-
ſitione: & q̄. Poſt compoſita: & ſeparata inuenitur: & ſignificat μετὰ græcam præpoſi- | Poſt
tionem: quando ordinem demonſtrat ſiue loci: ſiue temporis: ſiue alicuius alterius rei. Vir-
Virgilius | gilius. Poſt montem oppoſitum. Similiter dicimus poſt multum temporis: poſt pietatẽ vti
Terentius | litas ponenda eſt. Accipitur etiam loco aduerbii pro poſtea. Terentius. Poſt faciet tamen.
Virgilius | Virgilius. Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis. Ab hoc fit Poſtea: Poſterior. A quo
Poſterius. Poſtremus: vltimus. A quo Poſtremo aduerbium: quod & Adpoſtremũ dicitur | Poſtremus
& quo Veteres vſi fuerunt. Poſtremiſſimus. & Poſtremitas pro extremitate. Poſterus: q | Poſtremitas
poſt nos futurus eſt. A quo Poſteritas. Item qui mox aliquem ſequit᷑: ut poſtera lux: hoc eſt | Poſterus
ſequens. Præpoſterus: qui primo loco eſt: qum deberet eſſe poſtremo. A quo Præpoſtere ad- | Poſteritas
uerbium: hoc eſt ordine conuerſo: & in quadrupedibus Poſteri pedes: qui poſt primos ſunt | Præpoſterus
& Poſteriora: quæ a vultu auerſa ſunt. & Poſtes: quia poſt hoſtium ſtant. & Poſticum. Po | Præpoſteræ
ſticus. Poſtica. Poſthumus. Poſtilena. Poſthabeo. Poſtridie. Poſtriduanus: de quibus ſupe | Poſteri pedes
rius diximus. & Poſtliminium: quod quis adeptus eſſe dicitur: qum extra limina: hoc ẽ ter- | Poſteriora
Paulus | minos prouintiæ in captiuitate detentus: rurſus ad propria limina reuertit᷑. Paulus iuris cõ | Poſtliminium
ſultus: Poſtliminium ſcribit eſſe ius amiſſæ rei recipiendæ ab extraneo: & in ſtatum priſtinũ
reſtituendæ inter nos: ac liberos populos: regeſq; moribus: ac legibus conſtitutum. Nam qđ
bello amiſimus: aut etiam circa bellum: hoc ſi rurſus accipiamus: dicimus Poſtliminio reci
pere: ideſt naturali æquitate introductũ eſt: ut qui per iniuriam ab extraneis detinebatur: is
vbi in fines ſuos rediſſet: priſtinum ius ſuum reciperet. Sunt etiam qui a poſt Poſtulo dictũ | Poſtulo
volunt: quaſi poſt volo: de quo paulo mox dicemus.

DE TAVRO AB ELEPHANTO INTERFECTO. EPIG. .XVIIII.

VI MODO PER TOTAM. Inſultat Tauro: qui elephantum petere auſus:
ab eo interfectus eſt. MODO. Paulo ante. STIMVLATVS. Agitatus: perci- | Stimulus
tus. Stimulus proprie inſtrumẽtũ eſt: quo pungũtur boues. Vnde per metapho-
ram Stimulum vocamus omne id: a quo vexamur. Hinc Stimulum carnis: ſti-
mulum vitiorum dicimus. Ab hoc fit Stimulo verbum: quod eſt agito: vexo. Hinc Stimula | Stimulo
tor. Stimulatrix. Stimulatio. & Stimulam: deam veteres dixerunt: quæ ad agendum ſtimu- | Stimula
laret. Stimulus aũt ἀπὸ τοῦ στίζω deducitur: quod eſt pungo. A quo fit Stigo latinum. A
quo Inſtigo: quod ſimiliter ſignificat ſtimulo: irrito. Vnde Inſtigator. Inſtigatrix. Inſtiga- | Inſtigo
tio. & Stigma: notæ infamiæ: inuſta corpori. Poniturq; pro ipſa infamia: ut ſupra diximus | Stigma
FLAMMIS. Nimia ira: per quam accenditur animus: atq; inflammatur. Flamma a græ-
co deducitur φλεγῶ: quod eſt ardeo. Vnde græce quoq; φλὸξ dicitur. Hinc Flammeũ:
de quo ſupra diximus: quæ & Flãmaris toga dicitur. Vnde Flammearii: flammeorum infe- | Flãmearis toga
ctores: a colore violæ luteæ: quæ Flãmea appellatur. & Flãmigena: flamma genitus. & Flã- | Flammearii
miger: flãmas gerens. & Flammiuomus: q flammas vomit. & Flãmifer: qui fert flammas. | Flammigena
& Flãmeſco: accendor. & Inflammo: accẽdo. Cuius paſſiuũ eſt Inflãmor. A quo Inflãma | Flãmiger
tor. Inflammatrix. Inflammatio. & Flagro: ardeo. A quo Conflagro. Hinc Flagrans a fra | Flãmiuomus
grãte diſtinguitur: qm̃ flagrãs incendiũ ſignificat: Fragrans vero odorem. ꝙ ſpetie fracta fit | Flammeſco
maior ab eo fragrantia: hoc eſt odoratus. A flagro vero Flagratio: hoc eſt incendium. A | Inflammo
quo Conflagratio: vniuerſale incendium. Sicut enim aqua diluuium facit: ita ignis confla- | Flagro Flagrãs
grationem. & Flagrum. Cuius diminutiuum eſt Flagellũ: hoc eſt ſumma arboꝝ pars & vir | Flagratio
ga: ꝙ caro eo percuſſa conflagret: quamuis aliqui a flando potius dictum velint: ꝙ ventoꝝ | Conflagratio
crebros ſuſtinet flatus. Hinc Flagriones appellati ſũt ſerui: ſicut a verbere Verberones: et Fla | Flagellum
gratores genus hominũ: qđ mercede flagris cædi ſe pmittebãt. & Flagello: qđ mõ ſignificat | Flagriones
cædo: mõ increpo. Vñ Flagitiũ: dicimus errorẽ: utpote rẽ uel flagris: uel increpatiõe dignã. | Flagratores
Cicero | Cicero. Tantã ne obliuionẽ inqt inſcripto ꝓſertim: ut ne legẽs qdẽ ſẽſerit quãtũ flagitii ad- | Flagello
miſiſſet. Aliqñ pro ſcelere ponit᷑. Vnde flagitioſum dicimus: Mõ increpatiõe dignũ. Mõ | Flagitioſus
ſceleratũ. Ab eo fit aduerbiũ Flagitioſe: hoc ẽ ſcelerate: ſiue p errorẽ. Sunt q a flãma Flagito | Flagitioſe
quoq; deductũ velint: quaſi flãmas agito: Eſt enim Flagitare vehementer: & veluti cũ quadã | Flagito
Cicero | inflãmatione animi petere. A quo fit cõpoſitũ Efflagitare. Cicero. Quanq̄ hoc cã poſtulat | Efflagito
Quintilia. | non tamẽ flagitat. Quintilianus. Efflagitaſti quottidiano conuitio: ut libros quos ad Mar
cellũ meũ de inſtitutione oratoria ſcripſerã: iam emittere: inciperem. Item a phlox: qđ græ-
ce flammam ſignificat Flox appellatur viola lutea: quæ et Luteola a noſtris dicitur: & flam | Phlox
Plynius | mea. Plynius. Florum prima ver nuntiantium viola alba. Tepidioribus vero locis etiã hye | Flox
me emicat: poſtea quæ appellat᷑ Purpurea: ꝓxime Flãmea: quæ & Flox vocat᷑. Itẽ a phlox | Lutea Flãmea

Flos
Floreſco uel
Florefacio
Effloreſco uel
Defloreſco
Floreū Floridū
Floreo
Florifer uel
Floriger
Florulēt9 Flora
Floria
Larentia

Phlegonitis

Phlegyas
Phlegyæ
Phlebes
Phlebotomia
Phlegma
Phlegmone Flo
Flatus Flatores
Flabellum
Muſcarium
Muſcariū pauo/
ninum
Muſcarium bu/
bulum

Panicula
Scapus

Flatum æs
Flata pecunia
Flauiſæ

Flemma
Afflo Afflor
Perflo Efflo
Inflo Sufflo

Sufflatum
Conflo ꝓ ſufflo

Conflages

Flos:qa emicat:ſcintillatq; ut flāma.Eius diminutiuū ē Floſcul9.Ab hoc fit Floreo.A quo Floreſco:qđ & Florefacio dicitur:hoc eſt florem facio.Vnde Effloreſco: ſiue Defloreſco: florem facere deſino:ſiue florem amitto.& Floreum:quod totum ex floribus eſt.& Floridū:quod floribus abundat.& Florido verbum:pro floreo.A quo prata floridantia dicuntur.& Florifer:ac Floriger:qui fert flores.& Florifertum:ꝙ eo die ſpicæ ad ſacrarium ferūtur.& Florulentus:floribus plenus.& Flora:dea.& Floralia:eius deæ ſacra. Herculis æditum Romæ tradunt ocioſum quondā: ac feriatū luſiſſe teſſeris ſecū vtraq; manu alternāte in vna conſtituiſſe Herculē:in altera ſeipſum:ſub ea conditione:ut ſi ipſe viciſſet:diſpendio templi ſibi cœnam pararet:amicamq; conduceret.Si autē victoria Herculis foret.hoc idem de pecunia ſua voluptati Herculis exhiberet: Deinde qum a ſeipſo.tanq̄ ab Hercule victus eſſet:debitam cœnam:& nobiliſſimā meretricem Larentiam deo Herculi dediſſe:hāc qum in templo dormiſſet:vidiſſe ſibi in ſomnis Herculem cōmiſtum:ab eoq; audiſſe:ut inde diſcedens cui primum iuueni obuiam fieret:ab eo acciperet mercedem: & eam ſibi crederet ab Hercule eſſe perſolutam. Abeunti igitur iuuenem ditiſſimū Taraciū primo occurriſſe: eāq; dilectam ſecum diutius habuiſſe:tandēq; morientem teſtamēto hæredē inſtituiſſe.Larentiā igiť ampliſſimā adeptam pecuniam ne diuinæ mercedi ingrata videreť:quod acceptiſſimū putauit eē numini:populum Romanū & ipſam ſcripſiſſe hæredem:ſtatuiſſeq; ut ex eius hæreditatis annuo fœnore ſuus natalis dies celebrareť æditione ludoꝝ.Senatum vero quia id flagitioſum videbatur:deam hanc eſſe finxiſſe:quæ floribus præeſſet:eamq; oportere placari:ut fruges cū arboribus:& vitibus bene:proſpereq; floreſcerēt.Itaq; florā nūcupaſſe:et ludos ei dicatos appellauiſſe floralia. Item a Phlox hoc eſt a flāma Phlegonitis deriuať Lapillus:de quo ſupra diximus:in quo flāma quædam intus ardere videť.& Plegræus:de quo diximus.& Phlegyas martis filius rex Lapitharū in Theſſalia pater Ixionis: et Coronidis: a quo Phlegyæ Theſſaliæ populi ſūt cognoīati.& Phlebes venæ:ꝙ ſanguīe ferueāt. A quo Phlebotomia:inciſio venæ:quæ fit ad ſanguinē minuendū ſedandi feruoris gratia.& Phlegma:pituita.& Phlegmone:tumor:ſiue ſtupor.& Flo verbū:qđ eſt ſpiro:quia ſpūs omnes calore humorē diffundente proueniunt.Hinc Flatus:ſpiritus vocať.Interdūq; accipiť pro vento:qui & ipſe ſpiritus eſt.& Flatores:ita enim antiq tibicines vocabant:ꝙ flando tibias ſonarent.& Flabellū:quo ventilatio fit per æſtatem ad refrigerandum corpus.Terentius. Heus tu inquit Dore:cape hoc flabellū:& ventulū huic ita facito.hoc & Muſcarium diciť a muſcis abigendis. Martialis de Muſcario pauonino: Lambere quæ turpes prohibet tua prandia muſcas.Alitis eximiæ cauda ſuperba facit. Idem de Muſcario bubulo. Sordida ſi paruo fuerit tibi puluere veſtis:Colligat hanc tereti verbere cauda leuis.Ab huius ſimilitudine muſcarium etiā appellatur:coma illa quarundā herbaꝝ:in qua ſemina dependent: qualis eſt ferulæ:feniculi:aneti:Oleris atri:& ſimilium.Plynius.Semine in muſcariis dependēte ut ferulæ.Idem.In papauere:& ſimilibus ſcapus:in harundinibus:in glandibus:auellanis Panicula appellatur.Idem. Alterū genus papaueris nigrum: cuius ſcapo inciſo lacteus ſuccus exprimitur. Idem.Orthominium linū fit e paluſtri velut harundine duntaxat panicula eius:hæc a pani:de quo ſupra diximus ſimilitudine:nomē ſortita eſt.Flo etiā aliquādo ꝓ eo quod eſt ſigno vſurpať:ꝙ æs:ſiue aurum:ſiue argentū flando:hoc ē flatu calefaciendo ſignetur.Hinc Flatum:æs.& Flata:pecunia diciť.& Flauiſas priſci latini dixere:quos græci θησαύρους: hoc eſt theſauros nominant: quod in eos non rude æs:argentumq;: ſed flata:ſignataq; pecunia condereť: Vnde per detractionem ſecundæ litteræ Fauiſſæ dictæ ſunt cellæ quædam:& ſpecus:quibus editui capitolini vtebantur ad cuſtodiendas res veteres religioſas:quod tamen nonnulli a fouendo potius deductum exiſtimant:ut ſuperius oſtendimus Item a flo Flemma dicuntur:qum ex labore viæ ſanguis effluit circa talum.Præterea ab eodem compoſita fiunt Afflo: quod eſt in aliquem ſpiro. Cuius paſſiuum eſt Afflor. Perflo: valde ſpiro. Efflo:extra ſpiro: emitto.Vnde efflare animam dicimus. Suetonius. Priuſq̄ efflaret animam:pro mortuo deſeri iuſſit.Inflo:turgefacio:tractum a folle:qui flatu turgeſcit. Sufflo: notæ ſignificationis. Plynius. Qui fecit dignum præceptore puerum ſufflantem languidos ignes.Reflo:retro ſpiro:ſiue rurſus ſpiro.Ab his Afflator.Perflator.Efflator.Inflator.Sufflator.Reflator.Afflatus quartæ declinationis.Perflatus.Inflatio. Sufflatio.Reflatio deducuntur.Sufflatum etiam veteres dixerunt:tumidum: & rectum: quaſi vento quodam elatius factum.Pacuuius.Viden ut ſufflatus incedit.Itē Conflo:quod modo ſufflo accipitur.Plynius.Philiſcus officium pinxit pictoris ignē conflante puero.Modo pro ſigno:quia hoc non niſi conflato igni fieri poteſt. Vnde Conflatam pecuniam dicimus: hoc eſt ſignatam: & figurate Conflatum æs alienum:hoc eſt contractum debitum. A cōflo Cōflator:& Conflatio deriuatur.Interdum etiam Conflo accipitur pro eo:quod eſt ſimul flo:hoc eſt ſimul ſpiro.A quo Conflages:dicunť loca:in quæ vndiq; ſpirant venti.

Terentius
Martialis
Idem
Plynius
Idem
Idem
Suetonius
Plynius
Pacuuius
Plynius

Plautus Præterea Diſflo:quod eſt flatu diſturbo. Plautus. Cuius tu legiones diſflauiſti ſpiritu. Ab Diſflo
hoc Diſflator. Diſflatrix. Diſflatio. TANDEM. Ad extremum. Tandem enim quando
Virgilius ſine interrogatione ponitur: ſignificat ad poſtremum:nouiſſime. Virgilius. Iam tandem Tandem
Cicero Italiæ fugiētes prēdimus oras. Per interrogationem habet quiddā vrgens:acceleranſq;. Ci/
Virgilius cero. Quouſq; tandē abutere Catilina patiētia nr̄a. Virgilius. Sed vos q tandē:qbus aut ve
niſtis ab oris. Nonnunq̄ ꝑ aliqn̄ ponit᷑. Terētius. Ita ne tandē ſe ſororē duxit. Aliqn̄ acci/
Cicero pit᷑ pro vix. Cicero. Tandē aliqn̄ Quirites. POTITVS ARDORE CORNVTO.
Aſſecutus:qđ deſiderauerat cornu ferire. PVTAT. Cogitat:ut ſupius diximus. SIC. Quē
Cicero admodū pilæ tollunt᷑. TOLLI. Eleuari:in altū iactari. Cicero. Vel in cælū nos ſi fieri potu
erit:humeris nr̄is tollemus. OCCVBVIT. Periit:oppetiit. Cubare proprie iacere ē. Vnde Cubo
Cubātes auſpicari dicebātur:q in lecto quærebāt auguriū. & Cubile:lectū dicimus. & Cubi Cubile
culū:locū in quo cubilia ſternimus. A quo Cubicularis veſtis:q̄ intra cubiculū vtimur. et Cu Cubiculum
Cicero biculari:qui nobis in cubiculo miniſtrant. Cicero. Hunc veſtri ianitores:hunc Cubicularii Cubicularis
Suetonius diligūt. Suetonius. Sautiū:& repugnantem adorti Clodianus cornicularius:& Maximus Cubicularius
Parthenii libertus:& Saturius decurio cubiculariorꝝ:& qdam e gladiatorio ludo vulneri/
bus ſeptem cōtrucidarūt. Quidā tn̄ Cubiculū a cūba deductū volūt. Cūbā Sabini vocabāt Cumba Cubilia
lecticā. Cubilia etiā vocamus loca:in qbus feræ cubare ſolēt. & Cubitus:in quo ē decēs fle/ Cubitus
xura brachiorꝝ:ꝙ ſupra eū cubare ſoleamus. Capiturq; etiam pro mēſura:duorꝝ palmorꝝ:
Virgilius tanta eſt eni cubiti longitudo:quæ & Vlna dicit᷑. Virgilius. Tris pateat cæli ſpatiū: nō am/ Vlna
plius vlnas. Hinc Cubitalis menſura dicit᷑. & Bicubitus. Tricubitus. Bicubitalis. Tricubita Cubital' mēſura
Aurelius lis. Quidā tn̄ Cubitū dicūt genere neutro. Aurelius. Qui inde vident᷑ nō cōputare niſi tre/ Cubitum
Idem centa cubita lōgitudinis. Idē. Ac ꝑ hoc ter ducta illa cubita fieri noningēta. Veteres & Cū/ Cumbo
bo dixerūt in tertia coniugatione:qđ nūc in vſu non ē præterq̄ in cōpoſitiōe. Ab iis cōpo/
Virgilius ſita ſiūt Accūbo:quod ſignificat adiaceo:Nā iacere vetere in lectis edēdo ſolebāt. Virgilius. Accumbo
Tu das epulis accūbere diuū. A quo Accubitus quartæ declinationis. & Accubitor: atq; Ac
Plautus cubatrix verbalia. Occūbo:morior. Plautus. Hæc eni poſtq̄ pater occubuit:nata ē. Decum Occumbo
Apuleius bo:& Decubo iaceo: Apuleius. Decubantē excitauimu feram. Excubo:vigilo: q̄ſi minime Decubo
iaceo. Vnde Excubiæ dictæ vigiliæ: quāuis aliq vigilias ab excubiis ita diſtinguāt: Vt Vigi/ Excubo
liæ tātūmodo nocturnæ ſint. Excubiæ vero etiā diurnæ. & Excubitor ales Gallus vocat᷑:qa Vigiliæ
peruigil horas cantu indicat. & Exquiliæ:mons Romæ maximus:ſiue potius duo montes: Excubiæ
ſimul iuncti:vbi macellū erat:& nunc equi marmorei cōſpiciunt᷑ cū viris ſeminudis lora te/ Excubitor
nētibus Phidiæ:& Praxitel' opa:quos Tyridatē Armeniorꝝ regē Neronis principatu Ro/ Exquiliæ
mā portaſſe manifeſtū ē: quem Nero:ut laute exciperet: Theatrū Pōpeii vnius diei opa to/
tū inaurauit. In hoc etiā reliquiæ ſunt thermarꝝ Diocletiani. Dictæ aūt ſūt exqliæ:ꝙ ibi excu Exquiliæ vicus
biæ regis eēnt. Vn̄ & Exqliæ: vicus Romæ dictus ē vicus aphricus:ꝙ ibi obſides ex Aphri Aphricus vicus
ca bello punico dicunt᷑ cuſtodiri. Ab exqliis Exqlina:porta. & Exqlinus:vicus. & Exquili Exquilina porta
nus lacus. & Procūbo:qđ ſignificat ꝓſternor. Procubo vero vigilo: q̄ſi porro:hoc ē longe Exqlinus vicus
ſum a cubādo. Vn̄ Procubitores dicti q noctu cuſtodiæ cā aū caſtra excubāt qum caſtra ho Exqlinus lacus
ſtiū in ꝓpinquo ſūt. Incūbo:toto pectore alicui rei inſiſto:ut incūbo remis: incūbo ſtudiis. Procumbo
Virgilius Virgilius. Validiſq; incūbite remis. Sed notādū:ꝙ icūbo i ſtudia: et ad ſtudia dicimus. Nō Procubo
Cicero aūt Incūbo i remos et ad remos. Cicero. Pergite adoleſcētes:atq; in hæc ſtudia:in qbus eſtis Procubitor
incūbite. Idē. Quare incūbamus o nr̄ Tite ad illa pclara ſtudia:et eo vn̄ diſcedere nō opor/ Incumbo
Idem tuit:aliqn̄ reuertamur. Neq; hoc in bonū tātūmodo accipit᷑. ſed etiā in malū. Idē. Catoni in
cūbēti ad eius pnitiē. Ita eni qum accuratius qd agimus:incūbere dicimur:hoc ē toto pecto
re pcūbere:quēadmodū e cōtrario ſupini dicunt᷑:q negligent agūt. Incubare vero ꝓprie di
cunt᷑ ii:q dormiūt ad accipiēda reſpōſa. Virgilius. Pellibus incubuit ſtratis. Vn̄ ille incubat
Ioui dicimus:hoc ē dormit in Capitolio:ut reſponſa poſſit accipere. Incubare etiam aliqn̄
pro coire accipit᷑: Vnde Incubi dicti ſunt ſiluani & fauni:quos improbos quandoq; fuiſſe
mulieribus compertū eſt:& earū appetiſſe:ac peregiſſe cōcubitū. Itē quidā dæmones: quos Dæmon Cluſi9
Galli Cluſios nuncupāt:hos nōnulli exiſtimāt ſpiritus eē elemēto aereo corporatos. Nā ut
hoc elemētum etiam qum agitat᷑ flabello:ſenſu corporis:tactuq; ſentitur: ita hos dæmones
hanc etiā pati libidinem poſſe: ut quādo poſſint ſentientibus fœminis miſceant᷑. Dæmo/
nes quidā ſcripſerunt animas hominū eē:& ex hōibus fieri Lares. Si meriti boni ſint Lemu Lares Lemures
res ſeu Laruas:ſi mali: Manes aūt dici: ſcilicet incertū eſt bonorū ne:an malorum ſint meri Larue Manes
torꝝ:illos Eudæmones:hoc eſt bonas animas: Hoc vero Cacodæmonas: ideſt malas ani/ Eudæmones
mas appellari. Alii animalia: in quibus rationalis anima eſt:tripartito diuidunt: ut alia dii Cacodæmones
ſint:alia homines:alia dæmones. Deos aiunt excelſiſſimum locum tenere:homines infimū:
dæmones medium:deorum ſedem in cælo eſſe: hominum in terra:in aere dæmonum. Dæ/
mones medios quemadmodū diis qbus inferius habitāt poſtponendos: ita hōibus quibus

ſuperius præferendos eſſe: habere cũ diis cõem immortalitatem corporũ. Animorũ aũt cũ hominibus perturbatiões. Apuleius. Irritari eos iniuriis ſcribit: obſequiis: doniſq; placari: gaudere honoribus: diuerſis ſacrorũ ritibus oblectari: & in omnis: ſi qd neglecti fuerit: cõmoueri: ad eos pertinere diuinationes augurũ: aruſpicũ: vatũ: ac ſomniorũ: magorũ præterea miracula. Breuiter aũt eos diffiniens ait dæmones eſſe genere animalia: animo paſſiua: mente rationalia: corpore aerea: tempore æterna: hoꝝ quinq;: tria priora illis eſſe: q̃ nobis: quartũ propriũ: qntũ cũ diis habere cõe. Homerus. Deos omnis dæmones vocat: & aliqñ ipm Ioué. Noſtræ vero religionis homines Dæmones appellant ſpũs in cælo ab omniũ rerũ opifice creatos: q de cæli ſublimitate deiecti partim in terræ infimo: partim in hoc aere veluti congruo ſibi carcere dãnati ſũt: nocédi ſemper cupidi: a iuſtitia alieni: ſuperbia tumidi: inuidétia liuidi: fallacia callidi: humana quandoq; corpora ingrediétes: vel viuentia adhuc vel iam mortua: et ſub humana ſpetie modo ineũtes mulieres: q Incubi dicũtur: modo ſe viris ſubiiciétes: q vocant̃ Succubi. A dæmones Dæmoniaci dicũtur: quos ſupra a larua Laruatos nũcupari diximus. Quidam etiã Dæmoniũ pro dæmone ſcripſerũt. Succũbo: modo ſubiicior ſignificat. Modo ſubiũgor. Succubo vero idem eſt: qđ incor. Diſcũbo: comedo: conuiuor: epulor: qđ veteres epulando iacebant. Recũbo: iaceo: quod & Recubo dicitur. A quo Recubitus. Virgilius. Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi. Concũbo: coeo. A quo Cócubitus: coitus. Cócubitor: qui coit. & Concubina: mulier quæ domi quaſi vxoris loco tenet̃. Pallax a græcis dicta. Cócubo vero: conquieſco. A quo nox Concubia: de qua ſupra diximus.

Apuleius — Homerus — Incubi — Succubi — Dæmoniacus — Succũbo — Succubo — Diſcũbo — Recũbo — Recubo — Virgilius — Concumbo — Concubitus — Cócubitor — Concubina — Concubo

DE DOMITIANI COMITATE. .EPIG. .XX.

CVM PETERET. Blanditur Domitiano: ꝙ qum promiſiſſet ſe vnũ par gladiatorũ: populo daturũ: qđ vellet: & alii Mirinũ gladiatorem: alii triumphum peterent: ipſe ductis in eos: qui diſſidebant: manibus: vtrũq; magna comitate promiſerit. Conſtat ſane Domitianum quæſtoriis muneribus: quæ olim omiſſa reuocauerat: ita ſemper interfuiſſe: ut populo poteſtatem faceret bina paria ex ſuo ludo poſtulandi: eaq; nouiſſime aulico apparatu induceret. PETERET. Poſtularet. Petere enim proprie: poſtulare eſt. Virgilius. Mittitur & magni venulus Diomedis ad vrbem: qui petat auxiliũ: Capiturq; in bonam & malam partem: ꝙ per ipſam ré declarat̃ bonũ ſignificanté aut malũ. In boná: ut pater ſaluté filii petit: Seruus beniuolétiam domini. In malam: vt hic petit caput alterius: aut famam: aut pudorem: Hæc enim in hoīs perniciẽ petũtur. Qum vero peto habet ablatiuũ inſtrumétũ ſignificantem: nõ in malam ſemp parté accipit̃ (vt Valla exiſtimauit) ſed pro inſtruméti diuerſitate diuerſa ſignificat: ſiue in rem: ſeu in perſonam referat̃. Etenim Petere manu eſt ducere. Virgilius. Tartareũ ille manu cuſtodé in vincla petiuit. Petere: pedibus é ire. Apuleius. Dũ pedibus iter faciés: propinquũ rus peteré. Petere vi aut impetu: aggredi. Virgilius. Qué petit: & ſummis adnixus viribus vrget. Petere gladio: aut veneno: aut lapide: aut cornu: aut alio ſimili: é inuadere: ferire: & ſaluti inſidiari. Idem. Iam cornu petat: & pedibus q ſpargat harenã. Idé. Malo me Galatea petit laſciua puella: & fugit ad ſalices. Petere curſu adipiſci: obtinere. Idé. Quæ proxima littora curſu Contédũt petere. Petere oſculis. Petere precibus. Petere muneribus. Petere blanditiis: é blandiri: cõciliare. Quintilianus. Nouercam blanditiis petit: quæ vult facile ſuadet. Apuleius. Qum me lachrymis: precibuſq; petiſſet. Petere oculis é contéplari. Petere auribus: audire. Petere naribus: olfacere. Petere tactu: palpare. Præterea petere aliquando inqrere é. Virgilius. Euádrũ petimus. Aliqñ cupere: appetere. Idem. Pulchramq; petũt per vulnera morté. Interdũ eligere. Idem. Principio ſedes apibus: ſtatioq; petenda. Nonnũq̃ manere: expectare. Idem. Troianos hæc monſtra petũt. Quidam Petere: Poſcere: & Poſtulare ita diſtingũt: Vt Petere precario ſit. Poſcere imperio. Poſtulare iure. Nobis magis videt̃ Poſcere eẽ ré debitam: atq; honeſtam petere. Vnde Repoſcere eſt rem creditam ſibi reſtitui petere. Poſtulare vero quodãmodo reqrere ut res: locus: ratio: tempus poſtulat. Aliqñ tamen ponit̃ pro eo: quod eſt tanq̃ rem iuſtam petere. Q. Curtius. Poſtulabat aũt magis q̃ petebat. Ab hoc fit Poſtulator. & Poſtulatrix. & Poſtulatio: qđ modo actũ ipm poſtulãdi ſignificat. Modo epiſtolam: quá vulgo Supplicationem vocant. Et aliud verbũ Expoſtulo: qđ ſignificat cũ querela inqro: & q̃ſi amicitiæ officiũ in alio deſidero. Terẽtius. Quam ipſi fecerũt: vltro iniuriá expoſtulant: Sed frequétiſſime habet poſt ſe ablatiuũ cũ præpoſitione Cum: Vt Quid habes qđ mecũ expoſtules: hoc é conqueraris. A quo fit Expoſtulatio: ideſt q̃rela. A peto vero fit Petitor: q aliqd petit. Poniturq; frequẽter ꝑ mendico: & ſtipem oſtiatim petente: Qui & Poſtulator: & Rogator dicit̃: locus vero: in quem conuenire poſtulatores hmói ſolent: vt erant pontes Romæ: & Cliuus Aricinus: ꝓpter confluentes ad téplũ Dianæ Proſeucha dicebant̃. Nam græce προσευχή depræcationem: ſiue obſecrationem ſignificat. Iuuena/

Peto — Virgilius — Valla — Virgilius — Apuleius — Virgilius — Idem — Idem — Idé — Quintilia. — Apuleius — Virgilius — Idem — Idem — Idem — Petere — Poſcere — Poſtulare — Repoſcere — Q. curtius — Poſtulatio — Expoſtulo — Terentius — Expoſtulatio — Petitor — Poſtulator — Rogator — Iuuenalis

lis. Aede vbi conſiſtas:in qua te quæro Proſeucha. Item a peto Petitio : & Petiſſo verbum: Petiſſo
quo veteres pro peto vſi fuere.& Petulans improbus: A quo fit Petulantia: improbitas. Petulans
Cicero & Petulanter aduerbium: improbe. Cicero. Illud aſſequor: ut ſi qui mihi forte maledi/ Petulantia
cant petulans:aut ſane inſanus eſſe videar. Aliquando tamen Petulans capitur pro ſuper/ Petulanter
Idē Virg. bus.Idē.Petulanter diues.Aliqñ.pro laſciuus.Virgilius. Petulanſq; iuuēca.Ouidius.Quin
etiā ut poſſem verbis petulantius vti:Nō ſemel hebrietas eſt ſimulata mihi. Quandoq; etiā
Cicero pro impudēs: inuerecundus.Cicero.Nam ꝙ inuſitata rabie petulanter in vxorem:filiamq;
Idem meam inuaſiſti.Idem.Deſine bonos petulantiſſima inſectari lingua. Idem. Bibulū petulan
tiſſimis verbis lædis.Eiuſdem fere ſignificationis eſt Proteruus A quo Proteruia:& Proter Proīu9 Proſuio
uio verbum:quod eſt improbe facio.& Proterue aduerbium:petulanter.Et quo veteres in Proterue
Idem terdum vſi fuerunt Proteruitas: A quo Proteruiter.Idem.Si vidua libere proterua:petulan Proteruitas
Virgilius ter diues:effuſe libidinoſa meretricio more viueret.& Petulcus laſciuus. Virgilius. Hediq; Petulcus
petulci.Vnde meretrices quoq; Petulcas veteres dixere. Et Petimia vlcera in humeris iumē Petulca Petimia
torum:ꝙ ima:hoc eſt profunda petant.Et Petigo:quæ & Impetigo dicitur:ꝙ vicina petat: Petigo Impeti
ſeſe late ſumma cute diffundens.Eſt autē morbi genus grauiſſimū:quod græci Lichenas vo go Lichena
cant:& a mento fere incipit oriri:Ideo iocnlari quadā laſciuia veteres principio Mentagrā Mentagra
appellauere:occupat plerūq; totos vultus:occulis duntaxat exceptis:& in colla pectuſq; : ac
manus fœdo vitis furfure deſcendit.Tyberii primū Cæſaris principatu hic morbus in Ita/
liam irrepſit : contagione eius per quendam Perſinum equitem Romanū quæſtoriū ſcribā
ex Aſia importata.Nec fœminæ:uel ſerui:aut ex infima plebe homines id malū ſenſere : ſed
proceres oſculandi maxime conſuetudine: Aduenerunt q; ex Aegypto huiuſmodi morborꝫ
parente:medici hanc ſolam curam profitentes:ingenti ſuo lucro. Conſtat ſane Maniliū cor
nutū legatum Aquitaniæ ſeſtertia ducenta ad eius morbi curam expendiſſe. Petaurū quoq; Petaurum
nonnulli a peto deductum exiſtimant:ſed falſum eſt.Nam græci πέταυρον dicunt:quaſi
πέταλον ϖαρὰ ἀλεινὰ πετεινά : quaſi in iis volucria inſideant. Eſt enī Petaurū
ſupra quod homines agilitate corporum inſignes ludunt:ut haſtæ : circa quas ſe inuoluant:
Funes:ſupra quos etiam reciproci ambulant:Circuli:per quos piſcium ſe more tranſmittūt
Tabulæ e quibus in aera pendent:vno brachio ſe ſuſtinentes. Volare itaq; in iis homines vi
dentur : ob nimiam leuitatem.Hinc Petauriſtæ appellati:qui ita ludunt : & leuioribus ſalti Petauriſta
Varro bus mouenť.Varro.Galli:& Germani petauriſtæ.Tales fieri aſtrologi cenſent eos:qui ſub
Martialis. Delphini ſigno oriuntur.Martialis.Quid ſi per graciles vias petauri Inuitum iubeas ſubire
Cladianus Ladan?De iis locutus eſt Claudianus.Vel qui more auiū ſeſe iaculanť in auras Corporaq;
ædificant cæleri creſcentia nexu.Itē a peto Cornipeta:q cornu petit.& Coenipeta qui petit Cornipeta
frequēter alienas coenas.Appeto & Expeto:q̄ ita inter ſe differūt:ꝙ appetimus:hoc eſt deſi Coenipeta
deramus quæcūq; libido fert:Expetimus dūtaxat honeſta.Vñ de rebus expetēdis ſcripſerūt Appeto Expeto
philoſophi:hoc eſt de rebus q̄ merito optari:& ꝑquiri debent.Expetere etiā aliqñ pro velle
Pacuuius vſurpať.Pacuuius.Dii me:& ſi perdunt:tñ eē adiutā expetūt:qum priuſq̄ intereo:ſpatium
vlciſcēdi danūt.Ab expeto Expetitio fit:q̄ in ratione poſita docet:atq; explanat:quid faciē Expetitio
dum fugiendūq; ſit. Ab appeto Appetitio:q̄ a græcis dicitˊ ὀρμή:huc atq; illuc rapiens atq; Appetitio
impellens:ex quo fit:ut Expetitio præſit:Appetitio obtempet.Itē Appetitus:& Appetētia.
Plynius Plynius.Vſus eius cum aceto cibi appetentiam facit.Græce ὄρεξις dicitur:quod vocabu/ Orexis
Iuuenalis lum latini vſurparunt pro vehementi illa edendi auiditate : quæ a vomitu fieri ſolet.Iuuena
Idem lis.Rabidam facturus Orexin.Idem.Hinc ſurgit orexis:hinc ſtomacho bilis. Hanc veteres
Martialis. ut excitarent:bibere largius ſolebāt:deinde euomere.Martialis.Poſt hæc omnia forte ſi mo
nebit Bacchus quam ſolet eſuritionem.Idem.eſt enī Eſuritio:& Orexis.Oppeto occūmbo: Eſuritio
Virgilius quaſi mortem peto.Virgilius.Quis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis contigit op Oppeto
petere.Dicimuſq; & ſimpliciter Oppeto:& cū additione Mortē oppeto:Sicut Expiro : &
Plautus Animā expiro:Obeo:& Mortē obeo.Aliqñ tñ Oppeto eſt incido : incurro. Plautus.Atq;
illa viua viuat:& peſtem oppetat.Opto:quod ſignificat deſidero: tractum ab ore petendo: Opto
Vnde Optatiuū modū:hoc eſt deſideratiuū dicunt grāmatici. Quoniam uero ea quæ opta Optatiu9 mod9
mus:eligere ſolemus:& adhibitis etiā precibus poſtulare:factum eſt ut Opto frequenter pro
Virgilius precor & poſtulo vſurpetur.Virgilius.Et reor:& ſi quid veri mens augurat:opto.Item pro
Terentius. eligo.Terentius.Quod ſi effeceris:quod vis præmiū a me optato.Hinc Optio deriuať:qď Optio
ſignificat electionē.& Optati dicuntur : qui electi et aſciti ſunt in honeſtum aliquem gradū: Optatus
A quo Optiones in turmis Decurionū:et in cohortibus Centurionū appellatæ.Hinc etiam
fit Coopto:de quo ſuperius diximus.& Adopto:a quo Adoptio:quæ duobus modis fit:ut Adoptio
Caius Caius inqt: Aut principis autoritate:aut magiſtratus imperio.Principis autoritate adopta
mus eos:qui ſui iuris ſunt:hoc eſt:nō ſunt amplius in parentū poteſtate:Quæ ſpēs adoptio
nis dicitur Arrogantia : quia & is qui adoptat rogatur:an velit eum quem adoptaturus eſt: Arrogantia

iuſtum ſibi filium eſſe:& is qui adoptatur interrogatur: an id fieri patiatur.Imperio magi/
ſtratus adoptamus eos: qui in poteſtate parentū ſunt:ſiue primū gradū liberorū obtineant:
qualis eſt filius:filiaq;:Siue inferiorē:qualis eſt nepos:neptis:pronepos:proneptis.Ab ado/
Adoptatius pto fit Adoptatius:hoc eſt ex adoptato filio natus.Item ab opto fit Exopto:quod eſt vehe/
Exopto menter deſidero.& Subopto aliquantū deſidero.Perpeto cōtinuo:hoc eſt valde:& ſine in
Subopto termiſſione peto.Perago perficio:Vnde Perpetē:& Perpetuū dicimus integrū:ſolidum:et
Perpeto Perago nunq̄ interruptū.Terentius.Vtinam hoc perpetuū fiat gaudium: Phrygiam vxorē ut meā Terentius.
Perpes ꝑpetuus vna mecum videam liberā.Hinc fit Perpetuo verbum:hoc eſt perenno:continuo. Nonius. Nonius
Perpetuo Miſerū me:cui datum eſt:ut hunc ſolus perpetuem laborē.& Perpetuitas feruet.& Perpe/
tuo aduerbiū:continue:ſemper.Plynius.Tradunt id ſi ſale obduretur:perpetuo obdurare. Plynius
Impeto Impeto inuado.Apuleius.Iurgiis me oppido impetēs.Ab hoc Impetis:quod & Impes di Apuleius
Competo citur.Virgilius.Impete nunc vaſto.Competo quod interdum eſt ſimul peto: Vnde Compe Virgilius
Competitor titores dicunt̄:qui in magiſtratibus:in officiis: in honoribus petendis concurrunt.Interdū
valeo:& quaſi compos ſum.Saluſtius.Sic uero quaſi formidine attonitus neq; animo:neq;
auribus:aut lingua competere.Aliqñ conuenio:& par ſum.Seneca.Nihil ei magis compe/ Seneca
Compita tebat.Item Compita:quæ ſunt quadriuia:ab eo ꝙ multæ viæ ſimul petantur: Vnde Compi
Compitalia talia dicta ſunt feſta:quæ in compitis peragebātur.Quidā tñ Compita ab eundo potius de
Suppeto duci putant:ꝙ multæ viæ in vnum coeunt.Suppeto ſufficio:ſuppedito.Plynius iunior.Cui Plynius
Suppetiæ abunde ſuppetunt facultates.Ab hoc Suppetiæ deriuantur:hoc eſt ſubſidiū:præſidiū.Plau/ Plautus
tus.Auxilia mihi:& ſuppetiæ ſunt domi.Idem.Sed memento ſi quid ſæuiunt ſenes: ſuppe/
tias mihi cum ſorore ferre.Apud hiſtoricos raro caſus aliquis præter Accuſatiuū inuenitur:
ſignificatq; in ſubſidium.Cæſar.Nūtiabatur auxilia magna equitatus oppidanis ſuppetias Cæſar
venire.Idem.Suiſq; rebus timens elephantis triginta relictis ſuis finitimis ſuppetias ꝓfectus Idem
eſt.Repeto rurſus peto:reuertor.Cicero.Qum ex foro domū repeterē.Aliqñ quæ dicta ſūt Cicero
Repeto recenſeo.Idem.Poſtremo q̄ a nobis dicta erunt:breuiter repetemus.Hinc Repetitio: q̄ mō Idem
Repetitio Anacephaleoſin ſignificat:hoc eſt breuē:ut ita dicā:recapitulationē eorū:q̄ dicta ſunt:Mō fi
Anacephaleoſis. gurā:q̄ a græcis ἐπαναφορὰ:A noſtris aliqñ Relatū dicit̄:qum eadē pars orationis ſæpius
ꝑ ſingulos ambitus:aut ꝑ ſingula membra repetit̄ hoc modo.Verres calūniatorē appone/
bat:Verres de cauſa cognoſcebat:Verres ꝓnūtiabat.Vel ſic:Ille venire hoſtes nuntiauit:ille
nos in motū belli compulit:Ille in tumultu:ut ciuitas eſſet:effecit.Virgili9.Te dulcis cōiunx Virgilius
te ſolo in littore ſecum.Te veniente die:te decedēte canebat.Per Ambitum uero in hūc mo
dum.Tā diu.T.Gracchus populo gratus fuit:q̄diu leges ad voluntatem eius:non ad vtilita
Rei pub.compoſitas afferebat.Tādiu.C.Gracchus:q̄diu legibus agrariis: & frumentariis
& cæteris ꝓfuſiōibus ærarii multitudinē imperitāꝓmerebat̄.Tādiu Saturnin9 plurimū po
tuit:q̄diu eaſdem illas frumētarias largitiones:& agri diuiſiones pollicebat̄. Itē a Repeto
Repetundarū dicimus:& de pecuniis Repetundis:nec alios habet caſus: Vt Verres accuſa/
tus eſt repetundarū:& de repetundis pecuniis:Nam qum dico Repetūdarū:ſubintelligo pe
cuniarum:quo noīe:quæ diuitiis conſtant:continent̄.Hæc accuſatio proprie cadit in eos:q
qum magiſtratū gererēt:prouintialibus:aut vi:aut dolo eripuerunt pecunias:aut vaſa ꝑtio/
ſa:veſtes:nauigia:aliaq; huiuſmodi.Ad res uero repetēdas mitti dicimus:qum principi: uel
populo erepta ſunt:uel pecorum:uel hominū:uel locorū:ac terrarū:agrorūq; corpora.MY
Myrinus RINVM.Myrinus:& Triumphus propria noīa ſunt gladiatorū . Myrini etiam alibi hic
Triumphus poeta mentionē facit.Nuꝑ qum Myrino peteret̄ miſſio læſo. VTRAQVE MANV.
Ductis manibus in vtrāq; partē diffidentiū:quod facere ſolemus dum aliquid liberaliter do
namus: Vel vtraq; manu.i.toto animo:quoniam quæ maxime cupimus:ambabus vlnis am Martialis.
plecti ſolemus.Martial̄.Hæc vtraq; manu:complexuq; aſſere toto.Apuleius. Et libertatem Apuleius
Finis ambabus manibus amplectens.FINIRE.Abſoluere: terminare.Finis eſt extremitas vniuſ
cuiuſq; rei:hoc eſt id:in quo vnaquæq; res terminatur:Quod a græcis τέλος dicitur: Vñ
finem lineæ dicimus eſſe punctum:et Sphæram nec principiū habere:nec finem.Hinc etiam
artifices Finem vocant id:ad quod omnia referuntur:& cuius gr̄a cætera fiunt:ut Finis me/
dici eſt curare:Finis oratoris bene dicere:Finis bene viuendi:ut quidam philoſophi volunt:
Cōfines Cōfinia virtus:ut alii:voluptas.Ab hoc Confines agri dicuntur:qui eodē loco finiunt: & Confinia
Affines termini eorum.Simili modo Affines agri:vicini dicuntur.Item Affines ſunt viri:& vxoris
cognati:dicti ab eo ꝙ duæ cognationes:quæ diuerſæ inter ſe ſunt:per nuptias copulantur:et
Affinitas Socer altera ad alterius cognationis finem accedit.Ab eo Affinitas deriuatur.Nomina uero eoꝝ
Socrus Gener ſunt hæc.Socer:Socrus:Gener:Nurus:Vitricus:Nouerca: Priuignus: Priuigna. Gradus
Magnus ſocer uero Affinitatis nulli ſunt.Et quidem vxoris meæ pater mihi Socer eſt: Mater eſt Socrus:
Magna ſocrus Ego illis ſum Gener:Vxoris meæ Auus mihi Magnus ſocer eſt: Auia Magna ſocrus:Ego il
Progener, lis ſum Progener.Et retro pater meus vxori meæ Socer eſt: Mater mea Socrus: Vxor autem

illis eſt Nurus:& Auus meus vxori meæ Magnus ſocer: Auia Magna ſocrus: Vxor autem il
lis Pronurus. Priuignus meus eſt vxoris meæ filius ex alio viro natus: Ego ſum illi Victric9
Et econtrario vxor mea liberis meis: quos ex alia vxore habeo Nouerca dicitur. Liberi autẽ
mei illi ſunt Priuigni. Viri frater Leuir eſt: Viri ſoror Glos: Duorũ fratrũ vxores Ianitrices
dicunť. Et Finio verbũ: mõ perficio. Apuleius. Sine opus finiam: quod incœpi. Mõ termi/
nũ pono: metor: Vnde Finitores dicebantur: quos nunc agrorũ Menſores vocamus. Plau.
Eius nũc regionis limites: confinia determinabo: rei ego ſum factus finitor. Finio etiã aliqñ
pro Diffinio accipitur: quemadmodũ & Finitio pro Diffinitione. Eſt autem Finitio: ſiue
Diffinitio rei propoſitæ propria: & dilucida: & breuiter comprehenſa verbis enunciatio: q̃
cõſtat maxime genere: ſpecie: differentiis: propriis: Vt Homo eſt aĩal rationis capax: mor
ti obnoxiũ. Differtq; a Deſcriptiõe: ꝙ hæc eſt rei prępoſitæ ꝑ quaſdã proprietates declara
tio: Vt Homo corpus eſt bipes: caput erectum habens: ſpectanſq; in cælũ. Et Definio: quod
eſt circũſcribo: A quo Indefinitũ dicimus: qđ nullis rationibus circũſcriptũ eſt: Vnde gram
matici Indefinite poſitũ eſſe nomen affirmant: qñ nec relatiue: nec interrogatiue poſitũ eſt.
Indiffinitũ uero dicimus: quod nõ eſt diffinitũ. Infinitũ aũt: quod nõ habet finẽ: Vnde In/
finitio: & Infinitas deducunť. Cicero. Quarũ incurſionẽ nõ ſolũ videamus: ſed etiam cogi
temus infinitionẽ ipſam: quã Apirian vocant. Idem. At hoc Anaximandro populari: & ſo/
dali ſuo nõ perſuaſit. In iis eni Infinitatẽ rerũ atq; naturæ: & in hoc mundo ipſo cælũ: terrã:
maria cognoſcimus. Grãmatici quoq; Infinitiuũ modũ vocant: qui nec perſonis aliquibus:
nec numeris finiť. A finio etiam Præfinio: quod eſt præſcribo: & quaſi finẽ quẽ nõ tranſgre
diaris oſtendo: A quo Præfinitũ dicimus præſcriptũ: conſtitutũ. Infinite: & Infinitũ aduer
bia ſunt: ſignificãtq; ſine fine. LITEM IOCOSAM. Contentionẽ: quæ de ludo erat. Lu/
dus: & Iocus differũt: ſicut Ludo: et Iocor: ꝙ Iocus in verbis eſt: Ludus potius in facto. Sed
frequenter alterum pro altero ponitur. Iuuenalis. Quotiens voluit fortuna iocari. De facto
eni: nõ de verbis intellexit. Ouidius. Hos ignara iocos tribuit fortuna puell. Materia ludũt
vberiore viri. Mille fac eſſe iocos: turpe eſt neſcire puellã Ludere: ludendo ſæpe parať amor
Hic Iocos pro ludis poſuit: qđ & Ioca aliqñ neutro genere dici aĩaduertimus. Cicero. Itaq;
Ioca tua plena facetiarũ. E diuerſo Ludũ pro Ioco poſuit. Horatius. Sed tñ ammoto quæra
mus ſeria ludo. Itẽ Plynius: Ludere me putas: ſerio peto. Nam Iocos: & Seria proprie con
traria eſſe Quintilianus oſtendit. Iocũ uero inquit accipimus: quod eſt contrariũ Serio. Lu
dere etiam aliqñ dicimus pro eo quod eſt verſibus ſcribere. Virgilius. Ludere quæ vellem ca/
lamo permiſit agreſti. Sed hoc fere non niſi in opuſculis dicitur: qualia ſunt Epigrãmata: &
huiuſmodi opuſcula luſus: ſiue ludi dicunť. Sunt qui exiſtimẽt poetas carmina ſua pro q̃dã
verecundia Ludos appellaſſe. Item Ludere quandoq; pro moueri accipitur. Idem. Ludere
pendentes pueros. Terentius. Congrum iſtum maximũ in aqua ſinito ludere paulisper. Nõ
nunq̃ pro deridere decipere. Neuius. Tu me ludere auſus es Sycophanta? Virgilius. Multa
malus ſimulans vana ſpe luſit amantẽ. Et pro canere: pulſare. Gellius. Is optime fidibus lu/
dere a magiſtro eius didicerat. Luſus etiam: & Luſio pro ludo ponitur. Suetonius. Ac ne ex
luſu quidem aleæ compendiũ ſpernẽs. Quintilianus. Nec me offenderit luſus in pueris. Eſt
hoc ſignum alacritatis. Idem. Sunt nonnulli acuendis puerorum ingeniis non inutiles luſus
Cicero. Ex multis luſionibus nobis ſenibus talos relinquant: & teſſeras. Ludus etiã proprie
dicitur locus in quo gladiatores athletæq; diſcendi grã exercentur: Nam & ipſa exercitatio
nihil aliud q̃ ludus eſt. Hinc per Metaphoram & ſchola grãmaticæ: aliarũq; diſciplinarum
Ludus appellatur. Seneca. Dionyſius Tyrrannus de regno eiectus: ludi magiſter factus eſt.
Liui9. Camillus magiſtrũ ludi diſcipulos hoſtibus prodentem eiſdem pueris in vrbem vſq;
cedendum prebuit. Hinc Litterariũ ludum dicimus: in quo Grãmatice: & Rhetorice doce/
tur. Ludum muſicũ: in quo Muſice: ut eſt apud Terentiũ de Fidicina. Quæ quottidie diſce/
bat in ludo. Ludum armorum: in quo gladiatores diſcunt: Veteres omnia ſpectacula publi
ca etiam in honorem deorum facta: ludos vocabant. Hinc Ludi Compitalitii dicti, Ludi li
berales: hoc eſt Libero patri dicati: quos Atheniẽſes primo circa compita inſtituerũt: in qui
bus nomine præmii hircus dabatur. Ludi quando ſpectacula ſignificant: numero fere plu/
ratiuo proferuntur. A ludo deducitur Ludicrus: hoc eſt luſorius: iocularis: leuis. Virgilius.
Neq; eni leuia: aut ludicra petuntur præmia. Vnde Ars ludicra diciť ars hiſtrionica: & Sce/
nica: & quicquid ludicri apppellatione continetur. Nam Ludicrum: quod eſt Subſtantiuũ
non mõ ludos Hiſtrionicos: & Scenicos: ſed quodcunq; luſoriũ opus: ac iocnlare ſignificat.
Item a ludo Luſor qui ludit. et Luſorium quicquid ad ludum ſpectat. Hinc Luſoria pila di
ciť: & Luſoria tabula: qua teſſeris: uel calculis ludimus. Martial de luſoria tabula. Hic mihi
biſſeno numeratur teſſera puncto Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit. Ab hoc fit Lu/
ſorie aduerbiũ: hoc eſt ioculariter. Item Ludificor: & Ludificatio: de quibus ſupra diximus

Left margin: Apuleius — Plautus — Cicero — Idem — Iuuenalis — Ouidius. — Cicero — Horatius — Plynius — Quintilia. — Virgilius — Idem — Terentius. — Neuius — Virgilius — Gellius. — Suetonius — Quintilia. — Cicero — Seneca. — Liuius — Terentius. — Virgilius — Martialis.

Right margin: Nurus — Pronurus — Priuignus — Victricus Leuir — Glos Ianitrices — Finis Finitor — Menſor agrorũ — Finitio — Diffinitio — Deſcriptio — Definio — Indefinitum — Indefinite — Indiffinitum — Infinitio Infi/nitas Apiria — Infinitiu9 mod9 — Præfinio — Præfinitum — Infinite Infinitũ — Ludus Iocus — Ioca — Seria — Ludo — Luſus Luſio — Ludus — Litterarius ludus — Ludus muſicus — Ludus armorum — Ludi cõpitalicii — Ludi liberales — Ludicrus — Ars ludicra — Ludicrum — Luſor Luſoriũ — Luſorie

Ludibrium Et fœmininū Ludificatrix: & Ludibriū res vana & deridenda. Virgilius. Foliis tm̄ ne car/ Virgilius
mina manda: Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Vnde haberi aliquid ludibrio dici
Ludio mus: hoc eſt deriſui: contemptui. & Ludio Hiſtrio. Liuius. Acciti ex etruria Romam ludio Liuius
Hiſter nes: qui ad tibicinis modū ſaltabant. Idem. Et quia Hiſter Tuſco verbo Ludio vocabat᷑: hu Idem
Ludia iuſmodi artifices Hiſtriones vocati. Legimus etiam fœminas Ludias appellatas. Martian9
Ludibundus Ludiam quandam Gaditanam ſaltantē vidimus ſemicinctam. Et Ludibundus: ludens. Itē Martianus
Alludo compoſita Alludo: qđ eſt quū aliud dicimus: & ad aliud ſententia latenter refertur. Virgi. Virgilius
Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis. Dum enī ludos Aeneæ narrat: alluſit ad Auguſti vi/
Deludo Eludo ctoriam: qua contra Antoniū in iis locis potitus eſt. Deludo: atq; Eludo: quæ ſignificant de
rideo: decipio. Plautus. Quid me deluditis: & nocte excluditis foras. Cicero. Sed vos ab il/ Plautus
commune nomen ſpes eſt. Proprium vero eius: quæ dolorem præcedit: Timor: illius vero
Fiducia Spes — quæ voluptatẽ: Fiducia. Ab hac fit Spero verbum: quod ſimiliter tam ad dolorem: q ad vo
luptatem refertur. Virgilius. Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. & Perferre ſoror — Virgilius
potero. Sperare inquit: hoc eſt futurum opinari: ſiue timere: Hinc Beneſpero: et Maleſpero
dicimus. Abuſiue tamẽ aliquãdo Spero p exiſtimo: ſiue credo accipit: ſiue de præſenti tpe
loquimur: ſiue de pterito. Depñti Quintilianus. Facil ut aiaduertere vos ſpero defẽſiõis meæ — Quintilia.

curſus eſt. De præterito. Et innocentiã quidem puellæ ſatis: ut ſpero: defendimus. Hinc Spe — Speratũ Procus
ratum veteres Procum: hoc é eum qui vxorem petit: dixerũt. Et Speratã virginẽ: quæ petit'. — Sperata virgo
Afranius — Afranius. Curre: & nũtia venire: & mecum ſperatam adducere: ut videat puellã: curent: cõ/
Idem — formentur iube. Idem. Speratã non odi tuam. Poſtq̃ vero ſponſio facta erat: nõ ſperata: ſed — Dicta Pacta
uel Dicta: uel Pacta: uel Sponſa vocabatur. Itẽ a ſpero Deſpero deducit': quod é extra om/ — Spõſa Deſpero
nẽ ſpem ſum. A quo deſperati dicunt' in morbis: de quorum ſalute nulla amplius ſpes: q & — Deſperatus
Deplorati vocãtur. Item Deſperati: q nullam amplius ſalutis ſpem habẽt. Vnde vetus illud
Saluſtius — prouerbiũ. Non eſſe cũ deſperatis decertandũ. Hinc & Deſperatio dicta. Saluſtius: Ne for
Actius — te deſperatione adducti vitæ mortem præferrent. Item a ſpes Expes: qui ſine ſpe eſt. Actius: — Expes
Varro — Orbus: & liberorũ expes. Veteres pro ſpem Sperem dixere. Varro. Sublimis ſperibus om — Spes ſperis
Idem — nes deridet. Idem. Quibus ſuam delectet ipſe amicam: & ſeſe ſperibus iactet ſuis. Ab hoc fa
ctum eſt Proſpere aduerbiũ: quaſi pro ſpe. Hinc Proſper: fœlix: hoc eſt qui ſpem noſtram — Proſpere Proſp
implet. Vnde Proſperos deos dicimus. Proſpera ſydera: tempora: loca: fines: actiones: ſuc/ — Proſperus dies
Suetonius — ceſſus. Sæpe etiam pro eo: qui recipit: hoc eſt qui ſpe ſua potitus eſt: accipitur. Hinc Sueto/ — Proſpera ſidera
nius Cæſarem ſcribit fuiſſe proſpera valitudine: ideſt bona: & quaſi fœlici. Ab hoc Proſpe — Proſperitas
ritas deriuatur: hoc eſt fœlicitas: & ad votum ſucceſſus. Quidam etiam Proſperiter p pro/ — Proſperiter
ſpere vſurparunt. Sũt qui a ſpero Sperno quoq; deductum exiſtiment: quod ſignificat faſti/ — Sperno
Virgilius — dio: deſpicio: quaſi nullam de eo ſpem habeo. Virgilius. Comitem ne ſororem ſpreuiſti. Te
Terentius — rentius. Quot modis contemptus: ſpretus: facta: trãſacta omnia. Ab hoc fit Aſpernor aſper — Aſpernor
Varro — naris eiuſdem ſignificationis. A quo Aſpernatio. Item Deſperno: va deſperno. Varro. Ho — Deſperno
mo ridiculus: & ab omni pube deſpretus. Nos ſperno a ſperãdo potius deductum exiſtima
mus: nã ea: quæ faſtidimus: reiicimus: ac ſeparamus a nobis: vñ & Spernere veteres aliqñ p — Sperno
Ennius — ſegregare vſurparũt. Ennius. Ius atq; æquũ ſe a malis ſpernit procul. Ante. Prius. Ante enim — Ante
modo præpoſitio eſt: quæ & cõpoſita: & ſeparata inuenit': ut Antepono: ante domũ: & ſi/
gnificat πρὸ græcam localem: uel tẽporalẽ: ut antecedo προηγοῦμαι: & ante annum
πρὸ ἐνιαυτοῦ. Inuenitur & ſine: & tunc aduerbialiter accipit': ſignificatq; antea: quod — Antehac
Virgilius — apud græcos πρότερον dicitur: ut hoc loco: & apud Virgilium. Ante pererratis ambo/ — Poſthac
rum finibus exul. Aut ararin parthus bibet: aut germania tigrin. Ab hoc fit Antea eiuſdem — Anterior
ſignificationis. & Antehac: quod ſignificat non modo ante hoc: ſed etiam ante illud tem/ — Poſterior
Saluſtius — pus: Sicut Poſthac non tantum poſt hoc: ſed etiam poſt illud tempus. Saluſtius. Sic erat ac/ — Anteexpectatũ
cenſa libidine: ut ſæpius peteret viros: q̃ peteretur. Sed eã ſpe antehac fidem perdiderat. & — Anteq̃
Antiquus. A quo Antiquitas. Antiquo. Antiquor. Antiquarius. Antiquitus. Antique. Anti — Añurbanũ pdiũ
quatio: de quibus ſupra diximus. & Anterior: qui ante é: ſicut Poſterior: qui poſt eſt. & An — Antariũ
teſto: notæ ſignificationis. A quo Antiſtes: de quo ſupra diximus. & aduerbiũ Anteexpecta — Antefixa
Virgilius — tum: quod ſignificat dicto citius: & Anteq̃ eius expectaret' aduentus. Virgilius. Ante expe/ — Antigerio
ctatu; poſitis ſtat in agmine caſtris. & Ante vrbanũ prædiũ: vrbi ppinquũ. & Antariũ bel — Anticipo
lũ: qd' ante vrbẽ gerit'. & Antefixa: q̃ ex opere figulino tectis affigũtur ſub ſtillicidio. & An — Antecello
tigerio: quo veteres pro valde: & p ſtatim vtebant': q̃ſi anteq̃ res geret'. & Anticũ: atq; An/ — Antecenium
tica: de quibus ſuperius diſſeruimus: ſicut Poſticũ: & Poſtica. & Anticipo: qd' eſt præuenio — Domicenium
Varro — præoccupo: q̃ſi ante capio. A quo Anticipator. Anticipatrix. Anticipatio. Varro. Antici/ — Antilena
pate: atq; addite calcar: ſtultos contemnite docti. & Antecello pcello. & Anteceniũ cibus: q — Poſtilena
añ cœnã ſumit': hoc é in merenda. ſicut Domiceniũ cœna: q̃ domi fit. & Antilena: q̃ pectus — Anteluco
equi: aut iumẽti ſiue alterius animalis cingit': ſicut Poſtilena: q̃ ſub cauda ponit'. & Antelu/ — Antelucor
co: ſiue Antelucor: vtroq; eni modo dicitur: ante lucem vigilo. A quo Antelucanus deduci/ — Antelucani flatꝰ
tur. Vnde Antelucani flatus: de q̃bus ſupra diximus. & Antelucanũ tẽpus. & Antelucana i/ — Antelucanũ tps
Cicero — duſtria. Cicero. Socrates ægre ferre ſolebat: ſi opificũ añlucana vinceret' induſtria. & Ante/ — Añlucana indu/
ambulo verbũ: qd' eſt ambulãdo præcedo. A quo Anteambulones: qui reges: aut principes — ſtria Anteãbulo
Suetonius — comitãdo antecedũt. Suetonius de Veſpaſiano. Dũ eum identidẽ per cõtumeliã anteambu — Anteambulones
lonem fratris appellat. & Antepono: antefero: pfero. Anteloquor: prius loquor. A quo An — Antefero
Macrobiꝰ — teloquiũ prius in loquẽdo locus: ſiue prior locutio. Macrobius. Sed & Euſtachius: & poſt — Anteloquor
hũc Nicomachus meminerint craſtina diſſertatiõe ſeruari ſibi anteloquii fũctionẽ. & An/ — Anteloquium
teſtari: qd' ſignificat ante iudicẽ ſtatuere. & Anteſignani milites: q in exercitu ſigna añcedũt — Anteſtor
& Antecedo: præcedo. & Antemia: lignũ in trãſuerſo mali poſitũ: ex quo velũ depẽdet: qd' — Anteſignani
ante ſe habeat amnẽ: quẽadmodũ Interamna dicta é vrbs vmbriæ: q inť amnes cõſtituta ſit — Añcedo Añmia
Virgilius — Virgilius. Cornua velatarum obuertimus antennarum. Nam Antemon velum eſt: qd' po/ — Interamna
teſt facilius obliquari: quo nautæ in ſummo tempeſtatis diſcrimine vtuntur. & Antegenitus — Antemor
primogenitus. & Antipagmenta valuarũ ornamẽta: q ante valuas appingũtur: hoc é affi/ — Antegenitus
guntur: ſiue ut alii volũt: q appinguntur antis. & Antæ: quæ ſunt latera hoſtiorũ. & Antes — Antipagmẽtum
eminentes lapides: uel columnæ vltimæ: quibus fabricæ ſubſtinentur: quod ante ſtẽt. Item — Antæ Antes

Extremi vinearũ ordines. Virgilius. Iam canit effœtus extremos vinitor antes. Significant Virgilius
Antiæ etiam materias: quibus vineta claudũtur: & Antiæ muliebres capilli in frontem demiſſi: ꝙ
Antium ante faciem ſiti ſint. & Antium: vrbs Latii: & Romanorũ Colonia: ꝙ ante alias vrbes: hoc
Ante eſt in ipſo littore ſita ſit. A quo Antiates appellati. Ante vero a græco deducit̃ αντίον qđ
ſignificat contrariũ: quia que ante nos ſunt: veluti contraria nobis eẽ videnť. Ante diẽ duo
decimũ Kal. & poſt diem duodecimũ Kal. æque vtroꝗ ſermone vndecimum diem ſignifi/
Nam Nanꝗ cari Paulus iuris cõſultus affirmat. NANQVE. Etenim. Nam & ab eo cõpoſitũ nanꝗ Paulus
ſignificant proprie quia: etenim: quoniam. Interdũ aũt ad diſtinctionem duntaxat ſenten/
tiarũ ponunť. Saluſtius. Nam qđ in vxorem: ac filiam meã tam petulante: inuectus es: qđ Saluſtius
perinde eſt ac ſi dixiſſet: qđ aũt in vxorem. Interdum etiã Nam interrogantis aduerbiũ eſt
ſi cũ qui: quæ: uel quod iungať: ut Quiſnam: Quænam: Quodnam: Item cũ vter: ut Vter/
nam: Et cum quia: ut Quianam. i. cur: Solebatꝗ apud veteres præponi. Virgilius. Nam qs Virgilius
te iuuenũ confidentiſſime noſtras Iuſſit adire domos? Terentius. Nãꝗ eſt hæc anus a fratre Terentius
Ennam egreſſa modo. Veteres Ennam quoꝗ ſcripſerunt pro etiam ne. GRAVEM. Vel pondero
ſum propter magnitudinem: uel pernitioſum ꝓpter ferocitatem. GEMINO. Non dupli/
Geminum ci: vnũ enim duntaxat cornu habet Rhinoceros: ſed valido vehementi tractum ab eo: ꝙ ea
quæ geminata ſunt: validiora ſunt. Virgilius. Gemino dentalia dorſo. Syllius. Inꝗ gemens Virgilius
geminũ contra venabula fertur. Proprie tamen geminos dicimus duos. Virgilius. Sunt ge/ Syllius
Gemini minæ ſomni portæ: quarum altera fertur Cornea. Hinc Gemini appellanť: qui ex vno vte/ Virgilius
Tergemini ro vno die editi ſunt: etiam ſi plures ſunt ꝙ duo. Nam ſi tres ſunt: Tergemini dicuntur. Si
Quatergemini quatuor: Quatergemini. Idem. Geminos huic vbera circum. Ludere pẽdẽtes pueros. Hi Idem
Gemelli etiam Gemelli vocãtur. Idem. Modo nãꝗ gemellos Spem gregis ah ſilice in nuda cõnixa Idem
reliquit. Et quoniam qui ita nati ſunt: frequenter ſimiles eſſe cõſuerunt. Geminũ aliqñ pro ſi
mili vſurpamus. Pacuuius. Par fortitudo: gemina cõfidentia. Geminos etiam dicimus cæ'e Pacuuius
ſte ſignum: de quo ſupra diximus: qđ caſtor: & pollux id cõſtituunt: qui vno partu ſunt ædi
Gemino ti. A geminus Gemino verbũ deducitur: quod eſt duplico: itero. Vnde Geminatio: iteratio.
Geminatio & Gemine: ac Geminũ aduerbia. & Congemino ẽ uſdẽ cum ſuo ſimplici ſignificationis.

DE CARPOPHORO. EPIG. XXIII.

DORICA QVAM CERTO. Rurſus blanditur Domitiano in laudando
Carpophoro: cuius dexteram ob cõfectas maiores feras: timens leo: ſeſe in alio/
Tener rum tela coniecit. FORTIS. Valida ut ſuperius diximus. TENERI. Adoleſcẽ
tis: & fere adhuc pueri. Virgilius. Et ros in tenera pecori gratiſſimus herba. Põ/ Virgilius
nitur tamẽ pro molli. Transferturꝗ etiam ad animũ. Iuuenalis. Qum tener vxorem ducat Iuuenalis
Tenera ætas Spado. Hinc teneri dicũtur: qui in ætate puerili ſunt. & Tenera ætas: puerilis. Item Teneri
Teneritas per metaphora; mites: & qui facile commiſerẽtur. A quo teneritas. & Teneritudo: quæ mo
Teneritudo do molliciem. Modo miſericordiã ſignificant. et Tenere: ſiue Teneriter: molliter: miſericor
Tenere Tenerit̃ diter. & Tenereſco: modo mollior fio: Modo miteſco: miſericordia ducor. Lucillius. Scili/ Lucillius
Tenereſco cet in tenero tenereſcere corpore mentes. DORICA. Cretẽſia. Doris regio eſt græciæ iuxta
Doris Maliacum ſinum: Cuius a tergo mons ẽ Oetha: A qua Dorii: ſiue Doriẽſes: ſiue Dories ap/
Dorica Dorii pellati. Ab his Dorica lingua nominata ẽ. Doris etiam vrbs eſt eius regionis. Dorios Plato Plato
appellatos exiſtimat: a Dorico quodã: A quo exules reſtituti ſunt: qum prius Achiui noĩarẽ
tur. Seruius vero honoratus grãmaticus a Doro Neptuni filio noĩatos affirmat. Sũt etiam Seruius
q a Dori Nympha Oceani: et Tethyos filia nomẽ putẽt ſumpſiſſe: quã Nereo fratri vxorẽ
dedit: et ex qua magnus Nympharũ numerus procreatus eſt. quæ quoniã maris dea ẽ. Aliqñ
pro mari a poetis vſurpatur. Virgilius. Doris amara ſuam nõ intermiſceat vndam. Ab hac Virgilius
Doruſcus Doruſcus appellata ẽ vrbs in Thraciæ littore ſita: & fere Samothraciæ oppoſita: iuxta quã
Hebrus campus ẽ eiuſdem nominis: per quẽ Hebrus amnis labiť. In hoc campo Darius perſarum
rex arcem ſtruxit: & poſt eũ Xerxes exercitũ recẽſuit: deciescentumuigintimilium hominũ
Dorion capax: tot enim Xerxes ibi dinumerauit exercitum. A doride etiã Dorion Achaiæ oppidu;
nuncupatum. Quoniamuero Dorienſes præ ertim qui Parnaſſum incolebant: Altemene
duce in cretam belli Troiani temporibus profecti ſunt: ibiꝗ orientalem orã incolentes de/
Dorica cem vrbes condiderunt. Cretẽſes quoꝗ Doriẽſiũ nomẽ ſumpſere. Hinc Dorica venabula
Calamus cretẽſiſ cretẽſia dicimus. Quippe in creta præcipuus vſus calamis ẽ: neꝗ ſagittas ſolum ex iis confi
Arundo ciũt: ſed etiam venabula: haſtaſꝗ additis cuſpidibus. Arundo: aquaticus frutex ẽ omnibus
notus: & belli paciſꝗ experimẽtis maxime neceſſarius in delitiis etiam gratus. hoc ſeptẽtri
onales populi domos ſuas operiunt: hoc parietes etiam noſtri ædificant: ac gypſo tegunt:
hoc cameras ſuſpendunt. Chartis ſeruiunt calami: ſic enim tenuiores arundines vocantur:
præ ſertim ægyptii ob cognitionẽ quãdã papyri. Martial. Dat chartis habiles calamos Mẽ
Anæticus phitica tellus Texanť reliq̃ tecta palude tibi. In Aſia etiã circa Anæticũ lacũ ꝓſtãtes naſcunť

Italicis fungoſior eſt natura:cauo intus corpore:ſuperne tenui ligno:fiſſiles vbiq; ſunt:acu/
ta ſemper acie:geniculis diſtincti:attenuati leuiter in cacumina:craſſiore coma: qua uel pro
pluma cauponæ vtūtur:uel vbi limoſiore callo induruit:ad feruminandas nauiū commiſſu
ras: Contuſa enim tenacior glutino eſt:& ad explendas rimas fidelior pice. Calamis orien
tales populi bella conficiunt:iis ſpicula addunt irreuocabili hamo noxia. Addūt etiam pin/
nas:ut mortem accelerent. His armis ſolem ipſum obumbrant:propter quod ſerenos maxi
me deſiderant dies: ventoſq; & imbres odere: qui inter illos pacem eſſe cogunt. Nullus ta/
men ſagittis aptior calamus: q̄ in Rheno Bononienſi amne:cui plurima medulla:& volu/ Rhenus
cre pondus ineſt: Libri tamē non eam gratiam habet:quā Belgicus:Creticuſq;: hi quemad/
modum indi haſtarum etiam vicem præbent additis:ut diximus:cuſpidibus. Arundini indi Arūdo indica
cæ arborea amplitudo eſt:quippe nauigiorum vicem præſtant ſingula internodia. Radicis
natura viuax eſt geniculata & ipſa:ex ea indi vaſa pulcherrima:& omniū tenuiſſima:ac le/
uiſſima faciūt. Ex arūdinum geniculis exeunt aliquando rami:qui ſunt calami tenues. Plu/
ra calamorum genera:alius totus concauus eſt: quem Syringiam vocant: quod vtiliſſimus Syringia
ſit fiſtulis quoniam nihil ei cartilaginis:atq; carnis. Græci ſane συρίγγα fiſtulam vocant
Alius eſt continuo foramine peruius:ut Orchomenius:quem Auliticon vocant tibiis vtilio Auliticon
rem:quas græci αὐλοὺσ appellant. Eſt alius craſſiore ligno:& tenui foramine: quem totū
fungoſa replet medulla. Fruticoſiſſimus:qui vocatur Donax:non niſi in aquaticis natus ſu Donax.
um genus ſagittario:qui ut diximus:longiſſima internodia habet:& dum calefactus eſt:fa/
cile flectit̄. Eſt & obliqua Arundo nō in excelſitatem naſcens: ſed iuxta terram fruticis mo
do ſe ſpargens:ſuauiſſima in teneritate animalibus:a quibuſdam Elegia vocat̄. Eſt & ī ita/ Elegia
lia naſcens Calamodinus:latine Adarca appellata: naſcitur circa arūdines tenues: vbi ſpu/ Calamodinus
ma aquæ dulcis:ac marinæ ſe miſcent: Sub ipſa coma vtiliſſima dētibus: quoniam vis eadē Adarca
eſt:quæ Sinapi. Characiam vocāt arundinē craſſiorem:firmiorēq;:qđ aptior ſit ſepibus fa/ Characia
ciēdis:quippe χαρακεῖν apud græcos ſepire eſt. Plociam vero nūcupant ſubtiliorem:qđ Plocia
nexibus apta ſit. πλοκὴ enī nexus dicit̄. Eſt et Aucupatoria arūdo:& Piſcatoria:& Zen/ Piſcatoria
gita a paritate appellata:qđ ex ea tibiæ fierēt:& Bombicia ſic dicta a mollicie. E ſol̄ quōdā Zigita Bōbicia
arūdinibus fieri tibiæ ſolebāt: Poſtea ſacrificæ Thuſcorū e buxo:ludicræ e loto:oſſibuſq; aſi
ninis:mox ex argēto fieri cœperūt. Aucupatoria Arūdo e panormo laudatiſſima ferebat̄.
Cato Piſcatoria ex Africa. Arūdinis italiæ vſus maxīe ad vineas eſt. Cato eā ſeri iubet in humidis
agris ſolo prius bipalio ſubacto:ocul̄ triū pedū interuallo diſpoſitis. Simul aūt ſeri: & cor/ Corruda
rudā:ſic enī vocāt fruticē:ex quo aſparagi fiūt:amicitia cū arūdinibus cōcordantē. Aſpara/ Aſparagus
gus a fruticis aſperitate dictus ē:eſt enī nihil aliud q̄ ſpina. Græci tn̄ eodē vocāt noīe a nobis
ut opinor ſumpto:ut ī pleriſq; aliis. Satiui Aſparagi maiores ſūt:ac craſſiores:ſed minus ſa/
Martialis pidi:& ſpina eorū mollior. Martial̄. Moll̄ in æquorea q̄ creuit ſpina rauenna Nō erit ī cul/
tis gratior aſparagis. Circūdare iis veteres piſciculos in cōuiuiis ſolebāt queadmodū Cybia
Iuuenalis ouis:ut alibi dicemus. Iuuenalis. Quæ fert̄ dn̄o ſquilla:& q̄bus vndiq; ſepta aſparagis. Ab
arundo Arūdineus.& Arūdinetū. A calamo Calamaris deducit̄: Vn̄ Calamarē thecā dici/ Calamaris theca
mus:in q̄ calami reponunt̄. Calamus etiā ꝑ ſtipula accipit̄:& ꝑ q̄cūq; re tereti:ac fiſtuloſa:
ad ſilitudinē arūdinis: vn̄ arborū quoq;: ac vitium calamos dicimus: hoc ē teretes ꝑticulas:
Plynius & virgas quaſdā ad ſerēdū aptas. Plynius. Quod ſi lōgius afferant̄ pomorū calami rapi in
fixos optime cuſtodire ſuccum arbitrant̄. Idē. Tertiū genus ē terebrare vitē in obliquū: ca/
lamoſq; addere lōgos pedes binos: atq; ita ligatū inſitū operire terra calamis ſubiectis. Hic
Calamitas deducitur:quæ ꝓprie a ruſticis Grando appellat̄: q calamū: hoc ē culmē:ſegetē
Terētius ue cōminuat. Terētius. Sed ecca ipſa egredit̄ nr̄i fundi calamitas. Ponit̄ tamen pro miſeria
Cicero atq; erumna. Vnde Calamitoſum dicimus malis:ac calamitatibus prægrauatū. Cicero. Et Calamitoſum
honoris ampliſſimi puto eē:& accuſare improbos:& miſeros.calamitoſoſq; defēdere. Ab
hoc fit Calamitoſe aduerbiū:hoc ē miſere. Itē a calamo Calamiſtrū:hoc ē acus: ſiue fiſtula q̄ Calamitoſe
Cicero dā:quæ calefacta intorquet capillos:a quo Cicero. Calamiſtratā comā appellat.& Calami Calamiſtrū
ta ranarū genus:de quo ſupra diximus. Calamus:odoratus:quē vulgo Aromaticū vocant: Calamus
in Arabia naſcēs ad nos vehit̄. Quoniā uero aſperitatis mentionē fecimus:illud monendū
iudicauimus aſperū a græco deduci:quippe græci ἀσπρόσ aſperū: ἀσπρότην aſperitatem
dicunt: vnde quidam aſpidē noīatum volunt a morſus aſperitate: Aſpis a græcis clipeus vo
catur ab aſperitate ſignorū. Qua ratione noſtri quoq; veteres ſcutum clipeū vocitauere nō
a cluendo hoc eſt a pugnando:ut grammatici putant:nō a cælando:hoc ē a tegendo corpo
Seruius re:ut Seruius exiſtimauit. ſed ἀπὸ τῶν γλυπτῶν: hoc eſt a ſculpturis imaginum. Ply/
Plynius nius. Scutis enim qualibus apud Troiā pugnatum ē:cōtinebant̄ imagines: vn̄ & nomē cli/
peorū. A clypeis Clypeati:ſicut a ſcutis Scutati dicūtur. Proprie autē Aſperū vocamus: qđ
Virgilius uel viſu:uel guſtu: uel tactu: aut alio ſenſu inſuaue eſt. Vnde Virgilius. Bina dabo argento

perfecta:atq; aſpera ſignis pocula. Per metaphoram tamen ad ea omnia tráſfert᷑ quæ dura:
atq; inſuauia ſunt. Terentius. Aſperū pater hoc eſt:aliud ſodes para: Vnde & pro nocēte ac
cipit᷑. Virgilius. Aſper:acerba tuens. Et pro iniquo. Idem. Tum aſpera Iuno. Ab eo fit dimi
nutiuum Aſperulus. & Aſpere aduerbiū. & Exaſpero verbū: hoc eſt aſperiorem facio. &
Subaſper:parū aſper. Et per ſincopen:ut qdam putant: Aper: de quo diximus. Sūt etiā qui
Aſper non a græco deductū velint:ſed a ſpe:queadmodū Proſper de quo iam diſſeruimus.
TVLIT. Suſtulit:interfecit. GEMINOS. Duos. FACILI CERVICE. Facile ſucciſa.
Ceruix:poſterior colli pars eſt:ex qua origo eſt omnibus neruis:& qm̄ nerui ipſi corpus ere
ctum:ac rigidū faciunt:ac in ceruice ſunt collocati:dicimus hominē duræ ceruicis:quaſi in/
domabilem more ferociū boum. Item q ceruice erecta:& rigida eſt: contumaciam quandá
& mentis rigorem videtur præ ſe ferre:quaſi caput nemini inclinare velit:tali nomine voca
tur quaſi duri capitis:duræq; mentis. Veteres ceruices multitudinis numero dixere:nemoq;
ante hortenſium:ut ſupra oſtendimus:vſus eſt ſingulari. Recentiores quidam Ceruicoſum
pro duro: & inexorabili vſurpant. Ceruix nulli eſt:niſi quibus gula: & arteria eſt. Arteria
eſt: quæ ad pulmonem ducit: tegiturq; epigloſſi: quam & minorem linguam vocant: ne ſi
potus:cibuſue in epulando voce illac meante:in alienū deerrauerit tramitē:torqueat: et hæc
exterior eſt. Gula vero interior:qua cibus:atq; potus deuoratur. Tendit hæc ad ſtomachum
inde ad ventrem. A gula fit Guloſus:notæ ſignificationis:qui græce λαίμαργος: hoc eſt
læmargus dicitur. & Læmargia:ingluuies. & Degulo verbū: quod eſt gulæ trado. Plautus.
Poſtq; degulato patrimonio pauper eſt factus. & Guttur interior ps colli:quod homini tm̄
& ſuibus intumeſcit:aquarum plerunq; vitio. Ab hoc Gurgulio:ꝙ totus ſit guttur. & Gulo
ſitas. & Guloſe aduerbiū:hoc eſt auiditas cibi:& auide. & Ingluuies: hoc eſt ventris rapaci
tas. Virgilius. Piſcibus atrā improbus ingluuiem: raniſq; loquacibus implet. Ingluuies etiā
ut Varro ſcribit:tori ſunt:qui circa gulam ſiunt: propter pinguedinem: atq; interiectas ha/
bēt rugas. Itē Glutio: A quo Deglutio:quæ ſignificant deuoro. Glutire tamen etiam ꝑ glo/
cidare accipitur:quod proprium eſt Gallinarum:qn̄ oua excluſerunt:vnde talis vox Gloci
datio vocatur. Item a gula Singultus:qđ fere in gula fiet. Differt enim ſingultus a Ructu:qa
Ructus fit:qum ventriculi humor recaleſcens inflatur:atq; cōcoquitur. Singultus vero quo/
tiens ſpiritus vacans ab humore in loco ſpiritui deputato retinet᷑. hic enim dū emittit᷑: nec
poteſt erūpere:diſtentionē inducit:quæ appellatur Singultus. Ex quo fit:ut vbi refrigumus:
inducatur ſingultus. Frigus enim humorem ſpiritui obductū cogit. Spiritus circūuentus exi
lit:cuius cōmotio nihil aliud eſt: ꝙ ſingultus. Ab hoc fit Singulto verbum:qđ eſt ſingultus
emitto. Singultire & Galina dicit᷑:qum vocem illam ſingulnenti ſimilem poſt fœtū emit/
tit. Nam Glocire dicūtur gallinæ:quæ volunt incubare. Columella. Quando oua ſupponē
da ſunt glocientibus gallinis. Gluma:hordei foliculus eſt dictum:qđ gluat᷑:hoc eſt nudat᷑ il
lud granū:vnde & porcus gluuius dicit᷑:qum ei detrahit᷑ pellis. Varro. Granū dictū eſt:qđ
intimū ſolidum: Gluma folliculus eius. Ariſta: quæ & Acus tenuis longe eminet. Glunire:
diſtinguere:& ſeperare eſt. Idem. Quæ nō mō diſtringit buccā:ſed etiam ramis gluuit. Glu
cidatum:ſuaue:& iucūdum dicimus a græco γλυκύ:qđ dulce ſignificat. Item a gula Strā
gulo deducit᷑:qđ ſignificat ſuffoco. A quo Strāgulatio:quæ de herbis quoq;: & arboribus
dicūtur. Item Gurgulio:vermis de quo diximus:qđ nihil aliud fere ſit:ꝙ guttur. A quo Gur
guſtium:& Gurſtiolum:de qbus ſimiliter diximus. Item Gurges locus in flumine profūdus
in quo aqua vertitur:qđ gulæ inſtar ad ſe trahat:ac deuoret. A quo fit Ingurgito: qđ modo
pro deuoro accipit᷑:& fere de potu:ac de cibo dicit᷑. Plautus. Et plenam vini amphorā In/
gurgitat. Modo pro impleo. Cicero i Antoniū. Qum ſe cibis ingurgitauiſſet. A collo vero
fit Subcollo:qđ eſt collo impono:ſiue in collo geſto. & Decollo:excollo: depono. Sueto/
nius de Claudio. Ab iis lecticæ impoſitus: & quia ſui deſugerant viciſſim ſubcollantibus in
caſtra delatus ē. Afranius. Nunc Iouem in tuo collo habes:Decolles caue. Item a collo Col
lare deducit᷑:quemadmodū ſuperius oſtendimus. Quæ gulam tm̄ habent:carent ceruice:&
collū duntaxat habent. Sed quibus eſt ceruix: multis:vertebratiſq; oſſibus ad circūſpectum
articulū nodis iūgitur: Leoni tm̄:& lupo: & hyenæ ſingulis: rectiſq; oſſibus rigens: cætero
ſpinæ adnexa. Hyena animal eſt in Africa præcipue naſcēs vtrūq; ei naturā eſſe nōnulli exi
ſtimant:& alternis annis marem:alternis fœminā fieri:hoc Ariſtoteles negat. Collū & iu/
ba continuitate ſpinæ porrigit᷑: flectiq; niſi circumactu totius corporis non poteſt: huma/
nū ſermonem inter paſtorū ſtabula aſſimilare dicitur:nomenq; alicuius diſcere: quem foras
euocatum dilaceret. Vomitionem etiam hominis imitari ad ſolicitandos canes:quos inua/
dat. Solum præterea id animal ſepulchra eruere ut corpora inquirat:Oculis mille eſſe varie
tates:colorumq; mutationes:huius generis coitu Leæna æthiopica parit crocutam: ſimili/
ter hominū:pecorumq; voces imitantem. Acies ei perpetua in vtraq; parte oris: nullis gin/

Exaſpero
Subaſper
Ceruix
Ceruicoſus
Arteria
Gula
Guloſus
Læmargia
Degulo Guttur
Gurgulio
Guloſitas
Guloſe
Ingluuies
Deglutio
Ructus
Singultus
Singulto
Glocire
Gluma
Granū
Ariſta ſiue Acus
Glunire
Strangulo
Strangulatio
Gurges
Ingurgito
Subcollo
Decollo
Hyena

Virgilius
Idem
Plautus
Virgilius
Varro
Columella
Varro
Idem
Plautus
Cicero
Suetonius
Africanus
Ariſtoteles

giuis: dente continuo: qui nē contrario occurſu hebetet̃: caþſarũ mō includit̃. Hominũ ſer
mones. Manticoram quoq; in Aethiopia imitari nōnulli prodiderunt. BVBALVS. Vrus — Bubalus Vrus
Secutus eſt poeta vulgi opinionē: qui ut ſupra diximus ob imperitiam Vrum Bubalum vo
cat: qum nullam bubali ſimilitudinē habeat: ſed tauro potius ſimilis ſit: ſpecie: colore: ac cer/
uicis figura: magnitudine eſt paulo infra elephantum: Magna ei vis eſt: & magna velocitas:
neq; homini: neq; feræ: quam conſpexerit parcit. Reperit̃ in Africa: atq; etiam in Hercynia — Hercynia ſilua
ſilua germaniæ: Cuius latitudo eſt nouem dierum itinere. Oritur ab Heluetiorũ: et Nemetũ
& Taurinorũ finibus: rectaq; fluminis Danubii regione pertinet ad fines Dacorũ: & Anar
tium: hinc ſe flectit ſiniſtrorſus diuerſis a flumine regionibus: multarũq; gentium fines pro/
pter magnitudinem attingit Nec quiſq̃ adhuc eſt qui initiũm eius ſiluæ vidiſſe ſe dicat: qum
multi ſexaginta & amplius dierum iter proceſſerint. Hercinii uero populi ſunt vetus pelat/ — Hercynii
gorũ colonia: In ea ſilua Vri ſtudioſe foueis capti interficiunt̃: hoc ſe labore durant adole/
ſcētes: atq; hoc venatus genere exercentur: & qui plurimos ex iis interficiunt: relatis in publi
cum cornibus: quæ ſint teſtimonio: magnam laudem adipiſcuntur. Manſueſcere ne paruuli
quidem poſſunt: amplitudo cornuũ: & figura: & ſpēs multum a noſtrorũ boum cornibus
differunt. Hæc ſtudioſe exquiſita ab labris argēto circũcludunt: atq; in ampliſſimis epulis ꝓ
poculis vtuntur. Vros primus Romæ Caius princeps in harena oſtēdit. BISON. Animal — Biſon
eſt e boum ſilueſtriũ genere: cerui figura: media fronte inter aures vnum cornu habens excel
ſius: magiſq; directum iis quæ nota ſunt cornibus: ab eius ſummo ſicut palmæ rami late diſ/
funduntur: eadem eſt fœminæ mariſq; natura: vtriq; ſunt iubæ: eadem vtriq; forma: magni
tudoq; cornuũ. Hi quoq; in Hercynia ſilua germaniæ reperiuntur quemadmodũ Alce mu
lis comparanda: niſi q; adeo propenſum habet ſuperius labrũ: ut niſi recedens in poſterio/
ra veſtigia paſci nequeat: itaq; retrogredit̃ in paſcendo: ne in priora tendens inuoluat̃: alias
velocitatis mirandæ: Crura ſine nodis: articuliſq; habet: neq; quietis cauſa ꝓcumbit: neq; ſi
quo afflicta caſu conciderit: erigere ſeſe: aut ſubleuare poteſt: arbores pro cubiculis habet: ad
eas ſeſe applicat: atq; ita paululũ modo acclinata quietem capit. Venatores qum e veſtigiis
quo ſe receperit: inſpexere: oēs eo loco: aut a radicibus ſubruũt: aut incidunt arbores: tantũ
ut ſumma ſpēs earum ſtantiũ relinquat̃. Huc qum ſe conſuetudine acclinauerit: infirmas ar/
bores pondere affligit: atq; vna ipſa concidit. Cui ſimilem ferã Machlin noie Scandinauia — Machlis
inſula gignit e regiōe Germaniæ poſita. I NVNC ET LENTAS CORRIPE TVR
BA MORAS. Solebant ſpectātes aliqñ voce uel plauſu feras excitare: ut fuga ſalutē q̃rerēt
quod in hoc Leone perniciosũm fuit. Nam fugiendo cucurrit in tela. Eſt aũt modus loquē/
di: qum uel corripere: uel deridere: uel monere aliquem volumus. Vt I. nunc: & rebus nimiũ
confide ſecundis. I nunc: & in fortuna ſpem pone. I nunc & dormientem excita. I Impera/ — I
Terentius. tiuũ eſt huius verbi Eo: qđ ſignificat vado: ꝓficiſco. Terentius. Eo in villam. Eo etiam abla — Eo
tiuus caſus huius ꝓnois Is Ea Id: Et aliqñ capit̃ pro tanto: ut eo maior: eo minor: eo magis
Cicero eo minus. Interdum aduerbialiter accipitur: ſignificatq; ad eum locum. Cicero. Eo redactæ
res erant: ut nulla amplius ſpes ſupereſſet. Interpoſita uero aſpiratiōe Eho mō interiectio eſt — Eho
Terentius. admirantis. Terentius. Eho an tute intellexiſti. Mō vocantis: Eho dum ad me. Aliqñ inten/
Idem tionem audientis expoſcit. Idem. Eho dic mihi ſi oēs hunc coniectũ in nuptias inimici vel/
lent. Quidam ab eo Meo verbum deductum exiſtimãt: quaſi magis eo. Meare eni eſt vltro — Meo
citroq; ire. Item exire: manare: hoc eſt fluere: A quo Meatus dicuntur: quos græci Poros vo — Meatus Pori
Plynius cant ἀπὸ τοῦ πορεύομαι: quod eſt eo: per quos ſpũs vltro citroq; tranſit. Plynius. Suc/
cus maluæ decoctæ poros: hoc eſt meatus ſuaues facit. A meo fit Remeo: quod eſt reuertor: — Remeo
refluo. et Cōmeo: quod eſt aĩo redeundi abeo: Hinc Cōmeatus dicit̃ facultas diſcedendi ad — Cōmeo
tps a militia alioue miniſterio data: ſiue ab impatore militi: ſiue præpoſito inferiori: reuer/ — Cōmeatus
Liuius ſionis die præſcripto. Liuius. Magna pars ſine cōmeatibus dilabebat̃. Significat etiã Com — Cicero
Cicero meatus cibaria ad ciuitates: aut etiam priuatorũ alimoniam neceſſaria. Cicero. Iam cōmea/
tu & priuato & publico prohibebamur. Sunt & alia multa ab eo deducta vocabula: de qui
bus inferius dicemus. TVRBA. O multitudo ſpectantiũ. MORAS. Expectationes. Mo/ — Moror
rari eni: a quo Mora deducit̃: cuius diminutiuũ eſt Morula: aliqñ expectare ſignificat: quē/
Virgilius admodum compoſitum eius Demoror. Virgilius. Et tua ꝓgenies mortalia demoror arma.
Quintilia. Aliqñ detinere: & in mora tenere. Quintilianus. Quid me pater detines? quid moraris ab
euntem: In qua ſignificatione Remoror etiam ab eo compoſitum frequentiſſime vſurpat̃. — Remoror
Apuleius Apuleius. Sic me abire oppido volentem ſuaui remorat̃ illecebra: A quo Remores aues in — Remores
auſpicio appellatæ: quæ acturum aliquid remorari compellunt. & Remeligo: quæ remorat̃ — Remeligo
Plautus Plautus. Quid illac nũc tam diuinitus remorant̃ remeliginos. et Remora retardatio. Lucil
Lucilius lius. Quæ nã vox ex te reſonãs meo gradu remorã faciet? Remoram etiam veteres dixerũt — Remora
piſcē admodũ paruũ aſſuetũ petris a remorãdis nauib9: quēadmodũ ſupius diximus. Aliqñ

Mora Immoror Cōmoror Maneo

etiam Morari tardare eſt: Vnde & Mora pro tarditate accipitur. Plautus. Cui mora ſemꝑ obfuit: diligentia profuit. A moror alia quoq; compoſita fiunt Immoror eiuſdem cum ſuo ſimplici ſignificationis. & Cōmoror ſimul moror in eadem fere ſignificatione. Maneo verbum vſurpatur: aliqñ enī ſignificat expecto. Terentius. Mane oīa prius experiri conſilio q̄ armis ſapientē decet. Idem. Quē hic manes. Interdū īmineo: debeor: futurus ſum. Virgilius Te quoq; magna manēt regnis penetralia noſtris: hoc eſt īminēt: debent̄: futura ſunt. Idem. Te Turne nefas: te triſte manebit ſuppliciū: hoc eſt futurū erit. Cicero. Cuius te fatū: ſicut Curionē manet: hoc eſt futurū eſt tibi: ſicut Curioni. Proprie tñ manere eſt loco inſiſtere Virgilius. Manet imperterritus iſte hoſtē magnanimū opperiēs: Et aliqñ capit̄ pro fixum eſſe. Idem. Manet alta mēte repoſtum iudiciū paridis. A maneo qñ pro īmineo accipit̄ Minor verbū deducitur: q̄ quæ imminēt quodāmodo minari vident̄. Itē compoſita fiunt Permaneo: & Remaneo notæ ſignificationis. Emineo: quod eſt ſuperſto: quaſi extra alios: hoc eſt præ aliis maneo: A quo Eminentia: & aduerbiū Eminenter: hoc eſt alte. Quidam etiā Emaneo vſurparunt pro eo quod eſt extra maneo. Vnde Emanſor teſte Modeſtino dicitur: qui diu vagatus ad caſtra regreditur: Sicut Deſertor: qui per longum tempus vagatus reducitur. Præmineo præſum: anteſto: quaſi ante alios emineo: A quo Præeminentia. Promineo porrigor: A quo Prominentia: & Prominenter. Immineo inſto. Ouidius. Imminet exitio vir coniugis: illa mariti. Item a maneo fit Eminus aduerbiū: quod ſignificat de longe: quaſi ab extramanente. & Cōminus: qđ ſignificat de prope: quaſi a cōmanente: hoc eſt ſimul manente. Item Manto frequentatiuū: quo veteres vſi ſunt pro ſæpe maneo. Item Manſio: qđ ſignificat iter vnius diei. Plynius. Gebannitarū caput Thomna eſt: Abeſt a Gaza noſtri littoris Iudeæ oppido. MM.DXXXVII. milia paſſuū: qđ diuidit̄ in manſiones Camelorū ſexaginta duas. Hinc percipi poteſt iter Cameli vnius diei eē circiter quadraginta: aut paulo amplius milia paſſuum.

Plautus / Terentius. / Idē Virg. / Idem / Cicero / Virgilius / Idem

Emineo / Eminenter / Emaneo / Emanſor / Præmineo / Promineo / Immineo / Emin9 Cōmin9 / Māto Manſio

Modeſti. / Ouidius. / Plynius

DE NAVMACHIA DOMITIANI EPIGRAMMA .XXIIII.

I QVIS ADES. Blanditur Domitiano de nauali pugna: quam ædidit: Monens ſpectatores ne putent locū: in quo tanto ardore nauale præliū geri videbāt: verū mare eſſe: Nam & pauloante ibi terra erat: & mox finito nauali bello: nulla amplius maris ſpecies erat futura. Conſtat ſane Domitianū: ut Suetonius ſcribit: nauales pugnas ædidiſſe pene iuſtarū claſſium effoſſo: & circūſtructo iuxta tiberim lacu et aliqñ inter maximos imbres ꝓſpectaſſe: qđ inferius notauit. Martialis: dum inquit. Aſpice q̄ denſum tacitarū vellus aq̄rū Defluat in vultus Cæſaris: inq; ſinus. AB ORIS LONGIS. A regionibus longe remotis. Ora qñ ſine aſpiratione ſcribitur: cuiuſq; rei extremitatē ſignificat. Virgilius. Et mecū ingentis oras euoluere belli. Hinc veſtimentorū extrema Oræ dicuntur: & regionū: ac terrarū fines. Itē ipſæ regiones. Idem. Arma: virūq; cano Troiæ: qui primus ab oris Italiam fato ꝓfugus: Lauinaq; venit Littora. Ora etiam funis eſt: quo nauis ad terram ligatur. Liuius. In ipſis quoq; trepidatū nauibus: dum ne hoſtes cum ſuis irrumperent: trahunt ſcalas: oraſq;: & ancoras ne in molientibus mora eſſet: præcidunt. Quintil. Permittamus vela ventis: & oram ſoluentibus bene precemur. Hora uero qum p aſpirationem ſcribitur: tempus ſignificat: hoc eſt quamcūq; æternitatis partem: ſiue annuū: ſiue diurnū: ſiue nocturnū ſpatiū ſignificet. Hinc quattuor anni tpa: hoc eſt Hyems: Ver: Aeſtas: Autūnus Horæ dicunt̄. Itē partes ipſæ: in quas diſtinctus eſt dies: ſilr Horæ vocant̄: Hæ principio duodecim inſtitutæ ſunt: cuius ordinationis hæc fuiſſe origo memorat̄. Quodam tpe Hermes Trimegiſtus: qum eſſet in Aegypto ſacrum quoddam animal Serapi dicatū: qđ in toto die duodecies vrinam feciſſet pari ſemꝑ interpoſito tempore: per .xii. horas diem diuidi debere coniecit. Exinde hic horarū numerus longo tpe cuſtoditus eſt. Poſtea in .xxiiii. horas diuiſus eſt dies. Item Horam veteres iuuentutis deam vocabant. Ennius. Te quirine pater veneror: Horāq; Quirini. Ab hora Horologiū deducit̄: quaſi horarū ratio. Quicquid enī quoquomodo horas indicat: Horologiū dicitur. Primus Horologiū ſolarium: in quo vmbilici ſolis: quē Gnomonē vocant: vmbra horas oſtendit: inuenit Anaximenes Mileſius Lacedæmone: ipſumq; ἀπὸ τῆς σκιᾶς: hoc eſt ab vmbra Scioter con appellauit. Romæ multo ſerius cōtigit. Duodecim tabulis ortus tm̄: & occaſus ſolis noīabat̄. Poſt aliquot annos adiectus fuit & meridies. Accenſus conſulis eum pronuntiabat: qum e cura inter roſtra: & Græcoſtaſin ſolem perſpexiſſet. A colūna ænea ad carcerē inclinato ſydere ſupremā horā ꝓnūtiabat: Sed hoc ſerenis tm̄ diebus vſq; ad primū Punicū bellum. Licet enī quidam ſcripſerit primū. L. Papyriū curſorē ad ædem Quirini: qum eā a prē ſuo votā dedicaret: Solariū horologiū ſtatuiſſe ante .xii. annos: q̄ cū Pyrrho rege bellatū eſt: tñ neq; facti horologii rationē: uel artificis ſignificant: nec vnde tranſlatū ſit: uel apud quē id ſcriptū inuenerint. At. M. Varro primū horologiū ſolariū in publico ſm roſtra in colūna ſtatutū fuiſſe tradit

Suetonius. / Martialis. / Virgilius / Idem / Liuius / Quintilia.

Ora / Hora / Horologium / Gnomon

Anaximenes / M. Varro.

bello punico primo a.M.Valerio.Meſſala cõtinẽte catina in Sicilia capta deportatũ anno vrbis q̃dringẽteſimo ſeptuageſimo ſeptimo.Nec congruebãt ad horas eius lineæ. Verũtñ ei annis nonaginta nouẽ paruerunt:donec.Q.Martius Philippus:qui cum.L.Paulo cen ſor fuit:diligẽtius ordinatũ iuxta poſuit:quod munus inter cenſoria opera gratiſſime eſt ac ceptũ.Sed tũc quoq; nubilo tpe incertæ horæ fuerũt:vſq; ad proximũ luſtrũ:quo tpe Scipio Naſica primus aqua horas diuiſit æque noctiũ:atq; dierũ: idq; horologiũ ſub tecto dicauit anno vrbis quingẽteſimo nonageſimo quinto.Mirũ ſane populũ Romanũ tã diu indiſcre tam lucẽ habuiſſe.Inuentũ deinde horologiũ:quod nunc frequens cernit̃:e tenuiſſimis ha renis ægyptiis.Itẽ e metallis:rotis dentatis atq; ponderibus partim vmbilicis horas indican tibus:partim teſtantibus tintinnabulis.Quin etiam aliud horologii genus ſine aliquo pon dere:vi tantũ torto calybe:neruiſq; circũdato:qui ſeſe paulatim euoluens:vice ponderũ ro tas vertit.Item ab hora deriuat̃ Horoſcopus:qđ mõ Subſtantiuũ eſt:ſignificatq; cæli parti culam:in qua ponit̃ ab aſtrologis horæ:in qua aliquid geſtum eſt:notatio.Aurelius.Ac per hoc ſi tam celeriter alter poſt alterũ naſcitur:ut eadem pars horoſcopi maneat:paria cuncta q̃ro:quæ in nullis poſſunt geminis inueniri.Si autẽ ſequentis tarditas horoſcopũ mutat:pa rentes diuerſos quæro:quos gemini habere nõ poſſunt.Mõ adiectiuũ:ſignificatq; omne id in quo horæ notant̃.Plynius.Vaſa horoſcopa nõ vbiq; eidem ſunt vſui:trecẽtis ſtadiis:aut lõgiſſime etiam quingentis mutantibus ſemet vmbris.Horam a græco dictam volunt: nam & illi ὥραν vocant.Nomen autẽ traxiſſe ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν: quod terminare eſt.Nam & extremitas cuiuſcũq; rei terminus eſt:& horæ terminant tpa:Hinc & Horizon horizon tis dr̃ circulus: quo viſio terminat̃.CVI LVX PRIMA SACRI MVNERIS IPSA FVIT.Qui ante hunc diẽ in vrbe non fuiſti.Ordo eſt:cui ipſa lux muneris ſacri fuit prima LVX.Dies.Proprie Lux claritatẽ:ſiue ſplendorẽ ſignificat.Quoniam autem dies clara eſt quemadmodũ econtrario vox obſcura:ponit̃ aliqñ Lux pro die:Vnde luce et tenebris pro die:& nocte accipimus:q̃uis prima luce:& primis tenebris:non primã diẽ:ac noctẽ:ſed pri mam partem diei: ac noctis ſignificat.Dicimus etiam Luci aduerb.aliter:ſicut veſperi. Lux ἀπὸ τῆς λύκης dicta eſt.λύκην eñ veteres græci appellant primã lucẽ: quæ præcedit ſol̃ exortus.Homerus.ἄρχεο δ᾽ ἀπόλλωνι λυκηγενέτῃ κλυτοτόξῳ:hoc ẽ Apol lini:qui generat exortu ſuo lucẽ.λύκη autẽ a ſole nomen accepit:qui λύκος dicit̃:Vnde annũ vetuſtiſſimi græcorũ λυκόβαντα appellabant:quaſi ἀπὸ τοῦ λύκου βαινό μενον: hoc eſt a ſole dimenſum.Solem autem λύκον vocari etiã Lycopolitana Thebai dos ciuitas teſtimonio fuit:quæ pari religione Apollinem:& Lupum coluit:qui græce λύ κος dicitur:in vtroq; ſolem venerans:ꝙ hoc aĩal rapit:& conſumit oĩa in modũ ſolis:pluri mũq; oculorũ acie cernens tenebras noctis euincit.A lyco:hoc eſt lupo Lycium Apollinem dictum Cleanthes affirmat:ꝙ ſicut lupi pecora rapiunt:ita ipſe quoq; humorẽ haurit radiis Antipater uero Lyciũ nũcupatũ ſcribit ἀπὸ τοῦ λευκαίνεσθαι πάντα φωτίζοντος ἡλίου: hoc eſt ꝙ oĩa albeſcant ſole diluceſcente.Quidam tñ λύκον:hoc eſt lupũ a Lyce:hoc eſt a prima luce:de qua diximus:quæ & Lycophos nuncupatur:appellatũ exiſti mãt:quoniam hoc genus feræ maxime id tempus aptum rapiẽdo pecori obſeruat:quo poſt nocturnam famẽ ad paſtum ſtabulis expellit̃:Eadem ratione Lyncem quoq;:qui ex luporũ ceruariorũ genere eſt:appellatũ exiſtimant:quem putant montiũ quoq; conuexa viſui pene trare:Hinc Lyncei oculi dicti:qui acuta acie ſunt.& Lyncuriũ gẽma: de qua ſuperius locuti ſumus:e lyncis vrina coacta.Ouidius.E quibus ut memorant:quicquid veſica remiſit: verti tur in lapides:& congelat aere tacta.Lynx rex Scythiæ fuit:qui miſſum a Cerere Triptole mũ:ut hominibus frumenta monſtraret:ſuſceptũ hoſpitio:quo in ſe gloriam tranſferret:oc cidere cogitauit:ob quod irata Ceres eum in lyncem conuertit:ferã varii coloris. Virgilius. Maculoſæ tegmine lyncis.A lux Luceo deducitur:hoc eſt ſplendeo:lucem facio: A quo Lu cerna notũ inſtrumentũ:quæ græce Lychnus vocatur.Idem.Dependent lychni laquearibus aureis:Hinc Ellychniũ vocamus:qđ lucernis adhibet̃ ad lumen præſtandũ: quemadmodũ ſupra diximus.Plynius.Et e medulla eius elegantiũ lucernarũ Elychnia fiunt. Eſt aũt Lucer na:aut ſimplex:hoc eſt vnam tm̃ partẽ exporrectã hñs:& vno elychnio contenta:quæ cubi cularia dicit̃.Martial̃.Dulcis conſcia lectuli lucerna: Quicquid vis facias licet tacebo. Aut Dimyxos ad duo ellychnia ferenda:aut Trimyxos:ad tria:aut Polymyxos ad plura. De lu cerna Polymyxos Martialis.Illuſtrẽ q̃m tota meis cõuiuia flãmis:Totq; gerã myxos:vna lucerna vocor.Extat græcũ epigrãma:in quo εἰκοσίμυξος: hoc eſt viginti myxorũ mẽtio fit. εἰμὲ κανώπη κριτίου εἰκόσι μύξων λύχνιον ἔθηκε θεῷ πλούσιον:hoc eſt Me Canope Critiæ filia deo dicauit lucernam viginti myxos gerentẽ diuitẽ.Myxa apud græcos proprie humor dicit̃ e naribus fluens: Vnde & μύξων Mucoſus appellat̃:hoc eſt nares humore ſordidas habens.μυξῆτης uero naris appellatur.Ex hoc Myxa etiam: &

Marginal notes (left): Aurelius; Plynius; Homerus.; Cleanthes.; Antipater.; Ouidius.; Virgilius; Idem; Plynius; Martialis.; Martialis.

Marginal notes (right): Horoſcopus; Horoſcopa vaſa; Horizon; Lux; Lycius Apollo; Lycophos; Lynx; Lynceus; Lyncurium; Luceo Lucerna; Lychnus; Ellychnium; Myxa

Myxos · Emungo · obeliſcolychnos · Lychni penſiles · Lucidus · Lucido · Lucide · Lucentia · Lucẽs Lucibile · Lucar Lucaris · Lucaria feſta · Oblucuuio · Interlucor · Lucetius · Lucina · Lucius Lucilli9 · Lucull9 Luceri9 · Luceres Luceria · Lucumo · Lucerẽſes Luſc9 · Cocles · Cyclopes · Peti · Lucinus · Cõtuoli oculi · Lucani · Eous · Lucan9 · Luculentus · Luculente · Luculentitas · Lucifuga · Lucigena · Lucifico · Elucifico · Lucubro · Lucubratio · Lucioſus · Nyctilopes · Lucio · Lumen · Luminoſus · Illumino · Illuminatio · Relumino · Illuceſco · Pelluceo · Polluceo · Diluceo · Dilucidus · Dilucide · Diluciditas · Diluculum · Diluceſcit · Diluculaſcit · Reluceo · Colluceo · Colluco

Myxos pars lucernæ prominens vocatur:ex qua profertur ellychniũ: quaſi ex naribus mu/
cus.Hinc græci quidem quotiens volunt ellychniũ produci: ut luceat clarius: ϖρομύξαι
τὸν λύχνον dicunt.Noſtri uero Emungere lucernã.Plautus.Lychniũ emunge parump Plautus
ut videat anus vbi pedes ponat.Eſt & militaris lucerna:cui9 Theopõpus mẽtionẽ comicus
facit:dicit̃ꝗ Obeliſcolychnos:ꝙ veluti in pyramide:ſiue obeliſco ſita ſit. Sunt etiã Lychni
ſiue Lucernæ penſiles in delubris arborum mõ mala ferentiũ lucentes:qualis fuit in templo
Apollinis Palatini:quẽ Alexander Thebarũ expugnatiõe captũ in Cyma æolica Aſiæ vrbe
ei deo dicauerat.A lucerna fit diminutiuũ Lucernula.Itẽ a luceo Lucidus:hoc eſt clarus:per
ſpicuus:A quo Lucido verbũ illuſtro.& Lucide aduerbium clare:perſpicue.Item compara
tiua eorũ:ac ſuperlatiua Lucidior:Lucidiſſimus:Lucidius Lucidiſſime.Item a luceo Lucẽ/
tia ſydera dicunt̃.& Lucens quicqd aliunde lucẽ habet.& Lucibile:quod per ſe lucet.et Lu
cus:de quo ſupra diximus: Vnde Lucar erogatio:quæ in lucis fiebat.& Lucaris pecunia: q̃
in luco erat data.& Lucaria feſta:quæ Romani faciebant in luco:qui permagnus erat inter
viam ſalariam: & tyberim pro eo quod victi a Gallis fugientes e ꝑlio ibi ſeſe occultauerant.
& Oblucuuio verbũ: quo veteres vtebant̃ pro eo quod eſt mente erro:quaſi in luco deorũ
alicui occurro.Plautus.Quid hoc noui eſt:oblucuuiaſſe me puto.Et Interlucor:quod eſt ra Plautus
mos ſeu plantas inutiliter pullulantes cũ interuallo reſeco: A quo Interlucatio.Plynius. In/ Plynius
terlucatio arboribus prodeſt:ſed omniũ annorũ trucidatio inutiliſſima. Et Lucetius Iuppi
ter:ꝙ eũ lucis eẽ cãm credebãt.Et Lucina q̃ partui ꝑeſt:qđ i lucẽ ferat.Itẽ a luce Lucius ꝑno
mẽ eius: q primus ita vocatus ẽ: qa oriẽte luce nat9 ẽ.& Lucillius:& Lucullus filr.Itẽ Lu/
cerius Ardeæ rex:qui auxilio fuit Romulo aduerſus Tatiũ Bellanti:Vnde Luceres appella/
ti pars tertii populi Romani.& Luceria vrbs Apuliæ.& Lucumo etiam propriũ nomen.
Lucumones etiã propter inſaniã quidẽ hoĩes dicti:ꝙ ea loca:ad quæ veniſſent feſta facerẽt:
Et Lucomedi a duce ſuo Lucumone appellati:qui poſtea Lucerẽſes dicti ſunt.Item Luſcus
q̃ſi luce carẽs.Luſcũ enĩ altero oculo orbũ vocamus:quẽ veteres Coclitẽ dicebãt: Vñ Cyclo
pes qui Siciliam habitaſſe dicunt̃: vnũ tm̃ oculũ in fronte hñtes Coclytes dicti:et Horatius
Patricius Romanus:ꝙ oculũ vnũ in prælio amiſit Coclitis cognomen adeptus eſt. Nã Pe
ti dicunt̃:qui alterũ oculũ minorẽ habent:Lucinũ uero appellamus:cui parui vtrinq; ocelli
et breuis viſus .Strabonẽ:qui oculos habet diſtortos: A quibus Strabonũ:& Petorũ:& Lu
cilliorũ cognomina fluxere.Item Elucus dicitur:quaſi extra lucẽ: Significat aũt languidũ:ſe
miſomnũ:uel ut alii volunt: Alucinatorẽ: & nugarũ amatorẽ:ſiue Halonẽ: hoc eſt externo
vino languentẽ Contuoli oculi ſunt in anguſtũ coacti connitentibus palpebris:a contuẽdo
hoc eſt ſimul aſpiciendo appellati.Lucifer ſtella:de q̃ ſupra locuti ſumus: A qua Lucani po
puli inter Campaniã:Brutiũq;:ꝙ eorũ regio ſita ſit ad partẽ Luciferæ ſtellæ:uel ꝙ loca æthe/
rea ſint:hoc eſt multæ lucis: Vel a Lucillio duce: Hæc ſtella & Eous dicitur. Virgilius. Aut Virgilius
cum ſole nouo terras irrorat Eous.Item Lucanus ad lucẽ ſpectans: A quo Antelucanus:&
& Anteluco:& Antelucor:de quibus ſupra diximus.Et Luculentus luce plenus: A quo Lu
culente aduerbium: hoc eſt clare:ſplendide:Et Luculentior:Luculentiſſimus:Luculentius:
Luculentiſſime Comparatiua Superlatiuaq;.& Luculentitas ſplendor.Cecilius. Vide lucu Cecilius
lentitatem eius:& magnificentiam.Et Lucifuga:qui fugit lucẽ.& Lucigena:luce genitus.&
Lucifico:a quo Elucifico:lucido:clarifico.Laberius. Sic cito fulgẽtis ſplendore pecuniæ vo Laberius
lo elucificare exitũ ætatis meæ.Et Noctiluca:de quo ſupra diximus: qđ nocte luceat.& Lu
cubro vigilo.& lucubratio vigilia.Itẽ opus quod lucubrando fit:quia hæc ad lucernã fieri
ſolent:Cuius diminutiuũ eſt lucubratiuncula.& Lucioſus:qui interdiu nihil: veſperi ſatis vi
det:meliuſq; ſine lucerna q̃ cũ lucerna. Varro. Veſpere uero videre:quos appellant lucioſos Varro
Idem.Edepol is cæcus non lucioſus eſt.Ii a græcis Nyctilopes appellant̃.& morbus huiuſ/ Idem
modi latine Lucio dicitur.Plynius.Sanguine hyrci ſanari lucioſos putant: Nyctilopas vo Plynius
cant græci.& Lumen:quaſi lucimen: A quo Luminoſum:hoc eſt clarũ. Cicero. Quum ſint Cicero
maxime luminoſe:& quaſi iactuoſe partes duæ.Et Luminoſe aduerbium.& Illumino: qđ
ſignificat clarifico:illuſtro: A quo Illuminatio illuſtratio.& Relumino lumen reddo. Item
a luceo fit Illuceo: A quo Illuceſco:id eſt lucem emitto.& Pelluceo per medium tranſluceo.
Plautus.Pellucet quaſi laterna punica: A quo Pellucidus:& Pellucide:& Polluceo:q̃ſi por Plautus
ro:hoc eſt valde:ſiue longe luceo.Pollucere enĩ dedicare eſt:quod is qui talia facit:longe lu/
ceat ob lumina ſacrificiorũ.Idem. Vt decimã partem Herculi polluceam.Neuius.Qui deci Neuius
mas partes:quantũ alieni fuit:polluxit tibi.& Diluceo clareo: A quo Dilucidus clarus:Dilu
cide clare.Diluciditas claritas.& Diluculũ aurora: quaſi parua diei lux: A quo Diluculo ad
uerbiũ: hoc eſt ſummo mane.& Diluceſcit vſurpamus pro eo quod eſt dies fit. Plautus etiã Plautus
& alii quidã Diluculaſcit ſcripſerunt pro eo quod eſt diluceſcere incipit.Itẽ Reluceo ſplen/
dorẽ reddo.Colluceo ſimul luceo.Item Colluco:quod veteres vſurpabant:quam propha/

Coronamentũ — paſſiuum eſt Coronor.A quo Coronator.Coronatrix.Coronatio.et Coronamẽtum: qđ
modo pro coronatum multitudine ponit̃.Plynius. Atria quippe coronamentis referta. Plynius
Coronamentũ — Modo pro floribus:frondibuſq;:& aliis:ex quibus coronæ fiũt.Idem. In hortis ſeri et Co Idem
Coronarius — ronamenta iuſſit Cato in enarrabili florum maxime ſubtilitate.& Coronarium: quod ad Cato
coronas attinet:vnde Aurum coronarium.& æs coronariũ: de qbus ſuperius diximus. Itẽ
Stephanoploc⁹ — Coronarius:qui coronas conficit:& a græcis Stephanoplocos appellatus.ςέφανος enim
corona eſt: πλεκω texo. Idem.Factum id eſt ex ingenio Glyceræ coronariæ dilectæ illi. Idem
Idem.Quales etiam nunc extant artificis illius tabellæ:atq; imprimis appellata Stephano/ Idem
plocos:qui pinxit ipſam.Corona etiam aliquando pro conuentu hominũ circũſtante acci
pit̃.Item Corona circulus ẽ:quod circa lunam:aut aliud nobile aſtrum cælo inhæret. Quẽ
admodum enim qum in piſcinam lapis miſſus ẽ: videmus in multos orbes aquam deſcen/
dere:& fieri primũ anguſtiſſimum orbem deinde laxiorem:ac deinde alios maiores:donec
vaneſcat impetus:& in planitiem motæ aquæ ſoluatur.Ita ſimile quidã fieri in aere cõſide/
ramus:qum ſpiſſior factus eſt:& ſentire plagam poteſt:lux ſolis:aut lunæ:aut cuiuſlibet ſide
ris incurrens recedere illũ in circulos cogit.Nam humor:& aer:& omne: quod ex ictu for/
mã accipit:i talẽ habitũ impellit̃:qualis ẽ eius:qđ impellit̃. Omne aũt lumẽ rotũdũ ẽ: ergo
Area — & aer percuſſus lumine hũc modũ exhibet.Ob hoc tales ſplendores quidã Areas vocãt: qa
fere terendis frugibus deſtinata loca rotunda ſunt. Nec longe a terra fit talis effigies: quam
viſus noſter ſolita imbecillitate deceptus circa ipſũ ſidus poſitã putat:quippe in uicinia ſtel/
larum:& ſolis nihil tale fieri põt: quia tenuis illic ẽ æther. In balneis quoq; circa limina ta/
le aliquid aſpici ſolet ob aeris denſi obſcuritatẽ.Frequentiſſime aũt auſtro flante:qum cælũ
maxime graue:& ſpiſſum ẽ.Diluũtur aũt huiuſmodi coronæ paulatim:& deſinũt: nõnũq;
ab aliq̃ parte rumpuntur:& tunc vẽtum inde nautæ expectant:vnde contextus coronæ vi/
Corone vrbs — ſus eſt perire. Corone vero vrbs eſt Achaiæ Venetiarum: hoc tempore imperio ſubdita. A
Coroneus ſinus — quo Coroneus vocitatus eſt.NEREIDVM.Nympharum maris:quæ Nerei filiæ eſſe tra
Nereides — dunt̃: ex Dori ſorore pariter:atq; vxore. Nereus maris deus eſt Oceani: & Tethyos filius:
Nereus — nec eſt Nereidum falſa opinio. Reperiunt̃ enim in mari piſces humana effigie: ſquammis
dũtaxat hiſpido corpore:q̃rũ gannitũ etiã triſtẽ in gallico oceano:dũ moriunt̃: audiũt ac/
colæ.& diuo Auguſto legatus galliæ ſcripſit cõpluris ĩ littore exanimes Nereidas apparere
Tyberio prĩcipe ĩ Santonũ littore reciprocãs Oceanus multas beluas deſtituiſſe legit̃ miræ
varietatis:et magnitudinis:int̃ q̃s & multæ Nereides viſe fuere.Nereidũ noĩa fere hæc me/
Glauce Glaucus — morãt̃.γλαύκη: hoc ẽ Glauce a colore maris ita appellata.γλαύκον enĩ græci ceruleũ
dicũt.& nr̃i Glaucũ aliqñ vſurpãt.Fuit etiã Glauce Saturni filia vno ptu cũ Plutone edita:
Glaucus — ſed ſola Saturno oblata:q̃ infãs periit.& Glaucus Minois filius:quẽ qdã putãt ĩ pte quõdã
Italiæ regnaſſe.Itẽ alius Glaucus Siſyphi filius:quẽ æolo genitũ Homerus refert Iſthmõ la
trociniis ĩfeſtaſſe: Alius Hippolochi filius.A quo Iouũ reges deducti ſũt.Glaucus Potnia/
des vocitatus ẽ a Potnia Arcadiæ vrbe:ex q̃ eũ cõſtat ortũ fuiſſe. Itẽ Potniades q̃drige di/
Thalia — ctæ ſũt:qbus Glauc⁹ vehebat̃.θάλεία:hoc ẽ Thalia:qꝛ vireẽs:ſeu læta ſit:θάλλω enĩ vireo
Cymodoce — lætor.ιπέίω a rumpẽdis fluctibus.ιπῶμαι rumpo.κύμοδόκη Cymodoce ab vnda rẽ
Neſea Spio — cipiẽda.κῦμα enĩ vnda:ſiue fluctus dr̃.δέχομαι recipio.νησάιη:hoc ẽ Neſeæ a natã/
Thoe Halia — do.νέω enĩ nato ſignificat.cuius futurũ ẽ.νήσω:Spio a ſpelũcis maris ĩ qb⁹ habitare Nym
Cymothoe — phæ dicũt̃.σπεοσ enĩ ſpelũca ẽ.θοη. Thoe a velocitate currẽdi. θέειν enĩ currere ẽ.αλίη
Actaea — Halia:qꝛ marina Nympha ſit.ἅλσ mare ẽ.κυμοθόη Cymothoe a velocitate vndarũ.κῦ
Limnoria — μα fluctus.θον velox.ακταία Actaea a littore maris.ακτή littus.λιμνώρία Limno/
Melite Iaera — ria a cura lacus.λιμνη lacus.ὤρα cura.μελίτη Melite a dulcore: & ſuauitate.μελι
Amphithoe — mel.ιάίρα ab impetu.ιεμαι ĩpetũ facio.αμφίθόη Amphithoe:q̃ſi circũq; currẽs αμ/
Agane Doto — φί circũ.θέω curro.αγανη Agane a magnitudine ſplẽdoris.ἀγαν nimis. ανω ſplẽdeo.
Proto Phetuſa — Δωτω Doto a dãdo.Δω do.πρωτω Proto a producẽdo.πρoϊέναι pducere ẽ. φερoί
Dynamene — σα Pheruſa a ferẽdo.φέρω fero.Δυναμενη Dinamenæ:qꝛ pollẽs:poteſq; ſit.Δυναμαι
Dexamene — poſſũ.Δεξαμενη Dexamene a recipiẽdo.δεχομαι recipio.ἀμφινομη Amphino
Amphinome — me a circũ paſcẽdo:qđ fieri ĩ aq̃ videm⁹.αμφὶ circũ:νομος paſcuũ. καλλιανείρα Cal
Callianira — lianira a viris honeſtãdis.καλὸν honeſtũ. ανηρ vir.Δωρισ a donãdo. Δωρούμαι do
Doris Galathea — no.πανοπη Panope a perſpicuitate. παν oẽ.οπτω cerno.γαλάτεία Galatea a lactis
Nemertes — colore. γαλα lac.νημέρτησ Nemertes: quaſi incorruptibilis. νη non. αμαρτανω
Apſeudes — pecco.αψευδησ Apſeudes:hoc eſt minime fallens.ἀ priuatiua particula ẽ.ψευδεσ falſũ.

καλλιάνασσα Callianaſſa a bene tegẽdo.καλον bonum honeſtum ἀνάσσω rego.κλυ ——— Callianaſſa
μένη Clymene a celebritate.κλύω celebro. ἰάνειρα Ianira a dulcorandis viris. ἰαίνω ——— Clymene
dulcifico.ἀνὴρ Vir.ἰάνασσα a ſuauiter regendo:hoc eſt ἀπὸ τοῦ ἰαίνω dulcoro. καὶ ——— Ianira
ἀνάσσω rego.μαῖρα Mæra a fluctu:ſiue fluore.μείρομαι fluo.ὠρείθεια Orithea:q̃ſi ——— Ianaſſa
hortans ad curſum ὀρῶ hortor.θέω curro.ἀμμαθύεια.Amathyea:q̃ſi per harenã cur/ ——— Mæra
rens.ἄμμα harena.θέω curro.Electra quoq;:hoc eſt ἠλέκτρα inter Nereides numera ——— Orithea
tur:ſed oceani quidam:& Tethyos filiam putant fuiſſe:Nomẽ aũt ſumpſit a ſuauitate nito ——— Amathiea
re electri:quod ſuccinum dicitur:& vxor Atlantis fuit:ex quo filium peperit Hyan:& q̃nq; ——— Electra
irgilius filias:quarũ vna ſimiliter Electra vocitata eſt:hæc ex Ioue Dardanũ peperit. Virgilius.Dar ——— Hyan
em danus Iliacæ primus pater vrbis:& autor:Electra:ut graii perhibent Atlantide cretus. Idẽ.
Electram maximus Atlas edidit:Aethereos humero qui ſuſtinet orbes: fuit & altera electra
Oreſtis ſoror:quæ illũ e manibus Clytemneſtræ:& Aegiſthi liberauit.Electryon vero Am/ ——— Electryon
phitrionis frater fuit Electræ nymphæ ſororem ἐρατήν:hoc eſt Eraten alteram Nymphã
fuiſſe exiſtimant:ab amore:qui græce ἐρῶσ dicitur:ita vocitatam.Fluminũ vero:ac fontiũ
Nymphæ:quæ ἀπὸ τοῦ νάω:hoc eſt fluo a græcis ναΐδεσ:a noſtris Naiades appellantˀ: ——— Naiades
his fere nominibus notari ſolent. Δρυμὼ Drymo:quod per ſiluas fluat. Δρυμὸσ enim ——— Drymo
ſilua eſt.ξανθὰ Xantha a colore.ξανθὸν græci ſub rubeum dicũt:harum duarum Nym ——— Xantha
irgilius pharum meminit virgilius.Drymoq; xanthaq;.Xanthus vero fluuius eſt apud Troiam:& ——— Xanthus
omerus nomen proprium viri Troiani.Item nomen equi Hectoris:ut Homerus teſtatur. Xanthii ——— Xanthii populi
populi ſunt Aſiæ: qui qum eorum vrbs ab Harpago Cyri præfecto obſideretur: vxores: ac
ſeruos ſuos:atque omnem ſuppellectilem in arce poſuerunt:deinde adhibito igni cremaue/
erodotus re.Ipſi vero contra Harpagum pariter irruentes in bello vniuerſi cecidere:ut ſcribit. Hero/
dotus.Xanthippe mulieris proprium eſt.Sic enim Socratis vxorem vocitatam conſtat.λε ——— Xanthippe
γεία Legea a cantus ſuauitate.λιγὺσ ſuauis eſt.φυλλοδόκη Phillodoce a foliis capi ——— Legea
endis.φύλλον folium.δέχομαι capio:κυδίππη Cydippe ab excellentia equorum ——— Phyllodoce
eius regionis κῦδοσ gloria eſt:ἵπποσ equus.ἐφύρα Ephyra a nomine oppidi: quod ——— Cydippe
poſtea Corinthus eſt dictum:quemadmodum & θήβη:hoc eſt Thebe:alia Nympha a the ——— Ephyra
barũ nomine nũcupata eſt.δηιόπεια Deiopeia:a vocis hoc eſt cantus cõtẽtione. δηίσ ——— Corinthus
pugna.ὄψ vox:ἀρέθουσα Arethuſa ἀπὸ τοῦ ἀρέσκω:qđ ẽ placeo.Fuit vna ex Nym ——— Thebe
irgilius phis Dianæ comitibus. Virgilius.Et tandem poſitis velox Arethuſa ſagittis. Infinita præ/ ——— Deiopeia
terea ſunt Nympharum fontiũ nomina:qum ſingula flumina:fonteſq; ſuas habeant Nym ——— Arethuſa
phas:de quibus particulariter:quotiens ſe occaſio offerret:dicemus.Nemorum ſiluæ ſilua/ ——— Dryades
rum Nymphæ Dryades dicuntur ab arboribus.Quippe apud veteres græcos δρῦσ omniſ
arbor dicebatur: q̃uis poſtea pro quercu duntaxat vſurpata ſit:eædem & Napeæ vocãtur. ——— Napeæ
Virgilius.Faciles venerare napeas.Item quæ cum ſiluis naſcuntur:moriunturq; Hamadry ——— Hamadryades
ades.Montium vero Nymphæ ἀπὸ τοῦ ὄροσ:quod mõtẽ ſignificat:Oreades:& a græ/ ——— Oreades
cis ὀρεστιάδεσ vocantur.Earum quoq; innumera pene nomina ſunt: ſed confuſa: hæc cũ
aliarum muſarum nominibus reperiuntur.πειθὼ:hoc eſt Pitho. ἀπὸ τοῦ πείθω: hoc eſt
icero a ſuadendo dicitur. Vnde & Pytho apud græcos perſuaſio vocatur. Cicero. Pytho quam
nnius vocant græci:cuius effector eſt orator:hanc Suadam appellauit.Ennius.Eius autem Cete/ ——— Pytho
gum medullam fuiſſe vult:ut quam deam in periclis labris ſcripſit Eupolis ſitam eſſe: huius ——— Pytheas
uintilia. hic medullam noſtrum oratorem fuiſſe dixerit.Quintilianus.Iſocrates Rhetoricen perſua ——— Pythermus
dendi opificem dixit:ideſt Pythus demiurgon neq; enim mihi permiſerim eadem vti decli/
natione:q̃ Ennius.M.Cetegũ Suadæ medullã vocat.A pytho Pytheas deriuatˀ: & Pytrhe
mus propria noĩa.& Pythodorus:q̃ marmorarius ſculptor eximius fuit:q̃ Romæ Palati/ ——— Pythodorus
nas Cæſaꝝ domos vna cũ Cratero ꝓbatiſſimis ſignis repleuit.& Pythagoras.Hic fuit phi ——— Pythagoras
loſophus Samius inſignis pulchritudinis & pſallẽdi muſicæq; peritiſſimus:demarati nego
ciatoris filius:uel ut alii volũt:Mneſarchi gemmaꝝ ſculptoris.Quidã etiã pr̃em eius Mar/
machũ vocatũ volũt:hic q̃uis a Policrate Samio tyrãno apprime diligeretˀ: illo tñ tyrãni/
dẽ exercere icipiẽte clam ex ea iſula fugit:et i ægyptũ diſcẽdi deſiderio prexit: oẽmq; ægypti
orũ linguã edidicit:deidei Perſiã:et Babyloniã trãſiit: vbi ſiderũ motus:curſuſq; ſtellaꝝ:&
oẽm cæli rõnẽ ab aſtrologie edoctus: regreſſus ẽ inde in Cretã:& Spartã:atq; ab eoꝝ ſapiẽ
tibus egregios minois mores:oẽſq; Lycurgi leges ꝑdidicit:inde ad olympiacũ certamẽ ac/
cedẽs iterrogatus a Leonte Sicionioꝝ tyrãno quo noĩe vocaretˀ: qum ſolũ deũ ſap ẽtẽ eſſe
ꝑdicaret: philoſophũ ſe eſſe rũdit:hoc eſt ſapiẽtiæ amatorẽ:eteni vſq; ad id tp̃s:oẽs q̃ circa
rerũ occultarũ ſpeculationẽ verſantˀ:ſapiẽtes vocati fuerant:hinc philoſophi nomẽ habuit
Poſt hæc cũ i pr̃iam rediẽs a Polycrate tyrãno occupata iueniſſet:cla; ide diſcedẽs Crotonẽ
Italiæ vrbẽ petiit:ibiq; leges italis dedit:et vna cũ diſcipul'ſuis:q̃ ferme treceti erãt:rẽ pu.ad
miniſtrauit:q̃ merito Ariſtocratia:ĩ ẽ optiatũ pricipatꝰ poterat noiari.ἀδμήτη Admete ——— Ariſtocratia

qd ob laſciuiã indomita ſit α priuatiua p̄ticula ẽ. δαμάζω domo ſignificat. δωρὶσ doris a dãdo. δωροῦμαι dono ẽ. οὐρανία Vrania: hoc ẽ cæleſtis ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ qd cælũ ſignificat. ἱππώ Hippo a velocitate equorũ. ἵππος enĩ equus eſt. κλυμένη Clymene a famæ celebritate. κλέοσ gloria: hæc phethontis mater fuiſſe memoratur. ῥοδία Rhodia a fluendo quod græci ῥόον fluxum dicunt. καλλιρόη Calliroe a pulchre fluendo. κάλλοσ pulchritudo. ῥόοσ fluxus. ζευξώ zeuxo a iungendo: qꝫ aqua res ſiccæ coniũgantur. ζεύγνυμι coniungo. κλυτίη Clytia a gloria: quæ ut ſupra dictum eſt. κλέοσ vocatur. νέαιρα. Neaera: quod ſemper recens ſit. νέαροσ recens: hæc duas filias peperit. Phaetuſam: & Lampetiam: quæ tranſeunte per Siciliam Vlyſſe ſolis armenta cuſtodiebant. εἰδυῖα Edira. ἀπὸ τοῦ οἶδα: quod eſt ſcio. πασιθόη Paſithoe a velocitate. πᾶσ omnis. θέω curro quaſi vniuerſa diſcurrens. πληξαύρη Plexaura: quod plene fruatur. πλήθω impleo ἀπορῶ fruor. γαλαξαύρη Galaxæra a candore lactis. γάλα a græcis lac vocatur. διώνη Dione ab humiditate. λιαίνειν humectare eſt: Hæc ex Ioue venerem peperiſſe memorat̃. quapropter poetæ aliq̃n Dionen pro venere vſurpant. A dione fit Dioneus. Virgilius. Ecce dionaei proceſſit cæſaris aſtrum. Idẽ. Sacra dionaeæ matri. i. veneri. μηλόβοσισ Melobosis ab ouibus paſcendis. μῆλον ouis. βόσισ paſcuum. πολυδώρα Polydora a donando multa κερκηίσ Cerceis a texendo κερκὴ Radium ſignificat. πλουτώ Pluto a diuitiis. περσηίσ Perſeis a perſeo: de quo ſuperius diximus. A quo Perſia: orientalis regio vnde Perſæ appellati. & Perſicus: quod modo ex perſia ſignificat. Hinc Perſicus ſinus dictus: nam rubrũ mare: quod græci Erythræum: ſiue Erythram thalaſſam noiant: uel ab erythra rege: uel a ſolis repercuſſu talem reddi colorem arbitrantes: uel ab harena terraq; uel qd talis aquæ ipſius natura ſit: in duos diuiditur ſinus. Is qui ab oriente eſt Perſicus appellatur ex aduerſo Arabicus. Oceanũ qui influit Azanum vocant. Modo perſicus accipitur pro diuite: & opulẽto a perſarũ. ſ. diuitiis: luxuq;. Horatius. Perſicos odi puer apparatus. Iuuenal. Meliora: ac plura reponit perſicus. Perſicũ vero portum mare euboicum: qꝫ in eo quondã ſteterit claſſis perſarum. Plautus Perſicum pro peracuto poſuit. Itẽ a perſia Perſica poma vocitata: qd ex perſia primo adducta fuerint: innocua penitus: & expetita ægrotis: ac ſtomacho vtilia. palma eorũ eſt duracinis: nec eſt aliud fugacius pomum: longiſſima nanq; mora decerpto biduum eſt. ἀκάστη Acaſte a ſanando. ἄκοσ Remediũ. πετραίη petrea a petris: hoc eſt ſpeluncis lapideis. μενεσθώ Meneſtho a robore: quod græce μένοσ dicitur. εὐρώπη Europa a longe: lateq; videndo. εὐρὺ latum. ὄψ oculus. μῆτισ Metis a conſulendo. μῆτισ conſilium. εὐρυνόμη Eurynome a late paſcendo. εὐρὺ latum. νομὸσ paſcuum. τελεστώ Teleſto a perficiendo. τέλοσ finis. τελειῶ pficio. κρηνηίσ Creſeis a fõte. κρήνη fõs. ἀσία Aſia ab hũoris putredie. ἄσισ putredo. καλυψώ Calypſo a tegmine arborũ. καλύπτω tego. εὐδώρη Eudora a bene munerando. εὖ bene. δῶρον Donum. τύχη Tyche: a fortuna: quæ τύχη dicitur. ἀμφιρώ Amphiro: ab vndecunq; fluendo. ἀμφὶ Circũ. ῥέω fluo. ὠκυρόη Ocyroe a velociter fluendo. ὠκὺ Velox. στύξ Styx a triſtitia: & ſolicitudine στυγνὸσ triſtis. Meneſtho etiã Nymphæ nomẽ fuit a memorando dicta: Vñ & Mneſthus propriũ nomen viri. & Meneſtheus Diomedis auriga: q̃uis fuit & alius Meneſtheus Athenarũ dux Theſei & Phædræ filius. Mneſtheus vero nomen proprium fuit viri troiani. Item Prymno Nympha fuit Oceani filia. Prymneſius vero palus: ad quem funis nauticus religatur: quem alii tonſillam nominãt Græci πρύμναν puppim dicunt. Nymphæ autẽ ab aquis dictæ ſunt. Quippe veteres græci Nympham dicebãt: quã nos vnius litteræ mutatione Lympham: hoc eſt aquam vocamus: Vnde Lymphatius vinũ dicitur: quod plus ſatis habet aquæ: ſicut Meracius: quod minimũ aquæ habet. Item Lymphati: & Lymphatici vocant̃ laruati: atq; inſanientes: qd apud veteres vulgo proditũ erat quicunq; ſpetiem quandam vidiſſent: hoc eſt Nymphæ effigiem: furendi finem non facere: quos græci νυμφολήπτουσ: hoc eſt Nympholeptos appellarit. Plynius de helleboro. Medetur ita morbis comitialibus: vertigini. Melancholicis: inſanientibus: lymphaticis: elephantiæ albæ. Nymphas etiam aliquando pro muſis accipimus: qd aqua currendo muſicos ſonos efficiat. Hinc ſæpenumero a poetis inuocantur. Virgilius. Nymphæ noſter amor Libetrides. Item Nympha aliquando pro ſponſa accipitur. & Nymphus: ſeu Nymphius pro ſponſus. A quo Paranymphus dictus: qui præeſt nuptiis celebrandis: adhibeturq; pro parte viri: quem ſuperius diximus latine: auſpicem vocari. Niphates vero Scythiæ fluuius ẽ Item mons armeniæ. DOCILIS. Ingenioſus: & qui facile percipit: quæ docentur. PINXIT. Deſcripſit: figurauit: ita ut vera claſſis videretur. Pingere eſt formam alicuius rei ductis lineis repræſentare. Hinc Pictor dictus: quod in cognomen clariſſime Fabiæ gentis trãſiit: princepſq; eius cognominis Fabius ipſe fuit: qui manu ſua ædem ſalutis pinxit anno vrbis conditæ. CCCCL. quæ pictura durauit vſq; ad Claudii principis tempora: qbus ædes

Left margin: Doris Vrania · Hippo · Clymene · Rhodia · Calliroe · Zeuxo · Clytia · Neaera · Phetuſa · Iapetia Edita · Phaſithoe · Plexaura · Dione · Melobosis · Polydora · Cerceis · Pluto · Perſeis Perſia · Perſicus · Perſica poma · Acaſte Petrea · Meneſtho · Europa · Metis · Eurynome · Teleſto Creſeis · Aſia Calypſo · Eudora · Tyche · Amphyro · Ocyroe Velox · Styx Meneſtho · Meneſtius · Meneſtheus · Mneſtheus · Prymno · Prymneſius · Nympha · Lympha · Lymphatius · Lymphatus · Lymphaticus · Nympholepti · Nympha · Nymphus · Nymphius · Niphates · Docilis Pingo · Pictor

Right margin: Virgilius · Idem · Horatius · Iuuenalis · Plautus · Plynius · Virgilius

ipſa exuſta fuit:hinc etiã Pictura ipſa pingẽdi ars:in qua etiã clariſſimi viri exercere ſe olim coſtituerũt. Celebrata in foro boario fuit ædes herculis Pacuuii poetæ pictura:q ex ſorore Ennii poetæ genitus fuit:de quo extat ellegans illud epigramma. Adoleſcens tametſi pro/peras:hoc te ſaxũ rogat. Vt ſe aſpicias:deinde quod ſcriptũ eſt legas:hic ſunt poetæ Pacuuii Marci ſita oſſa:hoc volebam neſcius ne eſſes. Vale. Turpilius eques Romanus Domitiani tẽporibus multa inſignia opera Veronæ læua manu pinxit:quod de nullo ante memorat̃. Aterius etiam labeo vir prætorius:etiã proconſulatu prouinciæ Narbonenſis functus: par uis tabellis gloriatus eſt:etiã in longa ſenectute depictis. Q. Pedius nepos. Q. pedii cõ/ſularis: triũphaliſq; a Cæſare dictatore cohæredis Auguſto dati:qum natura mutus eſſet:a Meſſala oratore:e cuius familia pueri auia erat:diſcendæ picturæ traditus eſt:idq; cõſilium diuus Auguſtus cõprobauit. Puer magni ꝓfectus in ea arte obiit. In græcia pueri ingenui an te oĩa Antigraphico:hoc eſt picturã in ludo docebant̃:recipiebaturq; ars ea in primũ gradũ liberaliũ. Semperq; honos ei fuit: vt ingenui tantũ eam exercerẽt. mox vt honeſti ꝑpetuo in terdicto:ne ſerui eam docerẽtur. Nunc viliſſimæ quæq; perſonæ hanc artem exercẽt: habuit Scena ludis Claudii pulchri magnam admirationẽ picturæ tegulis ita in ea depictis:ut ad eas corui imagine decepti aduolarẽt. Zeuſis clariſſimus pictor:qum in certamẽ picture cum Parrhaſio deſcẽdiſſet: vuas tanto ſucceſſu pictas in ſcenam detulit:ut aues ad eã aduolarint Parrhaſius vero pictũ attulit linteũ:ita veritate repſentata: vt Zeuſis alitũ iudicio tumẽs fla gitarit: Tandẽ remoto linteo picturã oſtendi:& intellecto errore palmam in genuo pudo re cõceſſerit. qm̃ ipſe aues feſelliſſet. Parrhaſius aũt ſe artificẽ. Fert̃ etiam poſtea Zeuſis pin/xiſſe puerum vuas ferentem ad quas cum aduolaſſent aues iratus eſt mira ingenuitate operi ſuo:& dixit Vuas melius pinxi q̃ puerũ. Nã ſi hunc cõſumaſſem:aues timere debuerãt. Le pidus intrium uiratu ſuo quodã loco deductus a magiſtratibus in nemoroſum hoſpitium poſtero die cõqueſtus eſt ſomnũ ſibi volucrũ cõcẽtu ademptum fuiſſe. Quapropter illi dra conẽ in longiſſima membrana depictũ circũdedere loco:eoq; terrore aues ſilentiũ tenuerũt Alexander macedo:cui iure magnus cognomentum fuit:honorem Apelli pictori maximũ exhibuit. Nam qum dilectã ſibi præcipue vnam ex pallacis ſuis nudam pingi ob admiratio nem formæ iuſſiſſet:cumq; dum parẽt:amore captũ intellexiſſet:dono illi eã dedit: magnus animo:maior imperio ſui:nec minor hoc facto:q̃ cæteris victoriis eius: qñquidem ſeipſum vicit:nec torum tantũ ſuũ: ſed etiam affectũ donauit artifici:nec amicæ quidẽ reſpectu mo/tus:ut quæ paulo ante regis fuerat:mox eſſet futura pictoris. Itẽ a pictura Picturo uerbũ de ducit̃:quod eſt uaria pictura exorno unde Picturatæ veſtes dicuntur. Item a pingo Impin/go compoſitũ:quod eſt attribuo:& quaſi inuro. Nam ueteres inurere pro pingere:& inuſtũ pro pictum frequentiſſime uſurpabant:ob encauſtam picturã:de qua inferius dicemus. Itẽ Depingo idem:quod pingo:& Compingo ſimul pingo. FACILES. Quãcunq; impꝛeſſio/nẽ facile ſuſcipientes. VARIO. Multiformi:diuerſo: Varus ꝓprie dicit̃:q pedes obtor tos hab;. Lucillius. Cõpernẽ ac uarã fuiſſe Amphytrionis accepi Alchmenã atq; alias. Vn/de Varum frequẽter pro obtorto accipimus. Perſius Et nõ fallit pede regula uaro: Hic Va tiæ:& Vatinii cognomina ſumpſerũt:quod pedibus eſſent uitioſis. Hic etiã Vatrax: & Va tricoſus:q crura uitioſa habet. Item Varices uenæ in cruribus:& fere gradiores dicunt̃:quæ frequenter tumidæ ſunt atq; obtorte. A quibus Varicoſus appellat̃: qui tumidiores habet huiuſmodi uenas. & Varicari trãſgredi eſt:quaſi varices tranſcendere:& curando præteri/re. qm̃ huiuſmodi curatio pericoloſa eſt:tractũ a medicis:qui cũ varices curare nõ audẽt: eas tranſgrediunt̃:atq; prætereunt: Accidit hoc uitiũ viro tantũ:mulieri raro:qum ſanguis me/lãcholichus copioſe partẽ aliquã uenæ tumefacit:fitq; tanq̃ ſanguinis abſceſſus. Hippocra tes κόρσοισ Ariſtoteles ἰξὺασ vocat Tradũt. C. Mariũ:q ſepties cõſul fuit:ſtãtẽ ſibi va rices extrahi paſſum:ſunt etiã aliqñ varicesin uẽtribus. Hæ qũ vel parũ curuæ:atq; in orbem implicatæ ſunt:vel ſi curuæ:tñ ſimpliciores:melius adurunt̃. Qum uero curuæ:atq; obtor/tæ maiorẽ in modũ ſunt:pluresq; inter ſe inuoluunt̃:utilius eximere eſt. Adurendi ratio hæc eſt. Cutis ſupincidit̃: tum patefacta uena tenui:& retuſo ferramẽto candente:modice ꝓmi tur uitaturq; ne plage ipſius oræ adurant̃:quas reducere hamulis facile eſt. Id interpoſitis fe re quaternis digitis ꝑ totam uaricem fit:& tum ſupimponit̃ medicamẽtũ:quo aduſta ſanã tur. Extrahendi uero ratio eſt talis: Inciſa uena hamulo oræ excipiunt̃ ſcalpelloq; undiq; a corpore uena diducit̃:caueturq; iter hæc:ne ipſa lædat̃:eiq; retuſus hamulus ſubiicit̃: iterpo ſitoq; eodẽ fere ſpatio:quod ſupra diximus:in eadem uena idem fit:ut quæ quo tẽdat facile hamulo extenſo cognoſcat̃. Vbi idẽ iam quacũq; uarices:ſunt:factum fuerit:attrahitur ha/mus:& euellit̃:ibiq; rurſus abſcindit̃:ac ſic undiq; uaricibus crura liberant̃: tum plagarũ oræ cõmittuntur:& ſupponuntur emplaſtra. A Varus etiam Varius deducit̃:quod eſt di/uerſus multiformis:quod Vari inæquales:ac diuerſi ſunt. Ab hoc fit Vario verbũ:& aduer

Marginal notes: Pictura; Auguſtus; Antigraphice; Zeuſis; Picturo; Picturatæ veſtes; Impingo; Inuro; Inuſtum; Depingo; Lucillius; Varum; Perſius; Vatiæ; Vatii; Vatrax; Vatricoſus; Varix; Varicoſus; Hippocra.; Ariſtoteles; Varius; Vario

bium Varie:& Varietas diuerſitas:& Variantia pro uarietate.Lucillius. Talibus in cauſis
nec dum Variantia rerũ.Idem. Principiis unde hæc orit᷑ Variantia rerum:& Variabile
mutabile:& Variatio diuerſitas.Item Præuaricor verbũ.Labeo a uaria cõcertatiõe: quaſi
præuarior dictũ exiſtimat:qm̃ qui Præuaricatur inquit:modo huius:modo illius partis eſt
Si quidẽ Præuaricatorem Vlpianus diffinit eũ:qui aduerſarii cauſam adiuuat prodita cau
ſa ſua:& ex parte actoris in partem cedit rei. & Marcus iuriſconſultus Præuaricatorẽ eſſe
inquit:qui colludit cũ reo:& trãſlatiue munere accuſandi defungit᷑:eo quod proprias qui-
dẽ probationes diſſimulet:falſas uero excuſationes admittat:& enim accuſatorũ temeritas
tribus modis detegit᷑.Aut enim calũniant᷑.aut preuaricant᷑:aut tergiuerſant᷑. Calumniari
ẽ falſa crimina intendere.Præuartcare vero crimina abſcondere.Tergiuerſari in vniuerſum
ab accuſatione deſiſtere.Nos præuaricatorem a varicãdo potius:hoc eſt tranſgrediendo di
ctum exiſtimamus:quaſi ꝑvaricatorem. Eſt enim Præuaricator quicũq; ab officii ſui præſcri
pto deflectit:atq; aberrat ſiue ꝑfidia:ac malicia:ſiue ĩprudẽtia:ac negligẽtia id faciat:a quo
Præuaricatio ipſa officii tranſgreſſio dr̃.Plynius.Iunior.Alioqn ꝓuaricatio eſt tranſire dicẽ
da.Præuaricatio etiam curſim:& breuiter attingere:quæ ſunt inculcanda infigẽda: repeten
da.Sed iuris cõſulti præuaricatoris vocabulũ proprie ad eum tranſtulerunt:qui colludit cũ
aduerſario:& ꝓuaricationem huiuſmodi colluſionem eſſe dixerũt.Cicero.Vt ſi in reo pe-
cunia abſoluto rurſuſq; reuocato præuaricationem accuſator eſſe diffiniat:oẽm iudicii cor
ruptelam ab eo:defenſor autem:nõ oẽm:ſed tantũmodo accuſatoris corruptelã ab eo. Va-
ricare etiã aliquãdo pro extendere vſurpamus.Quintilia.Varicare ſupra modũ:& inſtan-
do deforme eſt:& accedente motu prope obſcenum:a quo fit Diuaricari:quod ſimiliter ca-
pitur ꝓ extendi.Cicero.Sepatrum hoĩem ſummũ:domi nobilẽ:ſũmo magiſtratu ꝑditũ di-
uaricari:ac deligari iubet.& Obuaricari quod eſt occurrere obſtare: vnde Obuaricator di-
ctus:ꝗ alicui occurrit:quo minus rectũ iter faciat.Varus aũt a græco deducit᷑.βαριω:quod
grauẽ ſignificat.Vari enim in eũdo graues ſunt.Varus etiã Fluuius eſt:ꝗ Narbonẽſem ꝓuin
ciã ab Italia diſterminat:a tortuoſis fluctibus ita appellatus Itẽ Varus tuberculi genus lẽti-
cula maior:de quo alibi diximus. ORDINE. Diſpoſitiõe:ſitu.Ordo enim ꝓprie dr̃ ap-
ta:& cõueniẽs diſpoſitio reꝫ diuerſaꝫ.Vñ Ordinariũ dicimus omne id:in quo ordo ſer-
uat᷑:ſicut ecõtrario Extraordinariũ:quod præter ordinẽ fit.Hinc Ordino verbũ:quod eſt
apte:& cõuenienter diſpono:cuius paſſiuũ eſt Ordinor:a quo Ordinator:Ordinatrix: Or
dinatio:& Ordinate aduerbiũ:quod ſignificat apte:diſtincte:cõuenienter. Veteres Ordi-
dinariũ homine dixerũt ĩprobum:ac litigatorem:qd᷑ aſſidue in litibus morat᷑:ob eãq; cau-
ſam in ordine ſtet prætorẽ adeuntiũ:ſiue a cõtrario: quod minime ordine viuat. Exordine
vero aduerbialiter ſumit᷑:& ſignificat ſine intermiſſione Virgilius.Septẽ illũ totos ꝓhibent
exordine menſes ſſeuiſſe. FVSCINA. Tridens.Neptunii:hoc eſt telum triſulcũ piſcato-
riũ:de quo ſupra diximus. MINAX. Supba.Minari ꝓprie ẽ minas ĩcutere.Interdũ tñ po
nit᷑ pro eo:quod eſt eminere:extare efferri vñ aminãdo: hoc eſt eminẽdo deductum minor
nõnulli exiſtimãt:& hanc eſſe propriam huius uerbi ſignificationem Virgilius. Geminiq;
minantur.In cælum Scopuli.Hinc Minæ murorum eminẽtiæ dicunt᷑: quas pinnas voca-
mus.Item minæ:quæ vulgo Minatiæ dicunt᷑.Plautus.Quid nũc opus eſt minis:atq; mina
ciis? A minor fit Minitor frequentatiuũ:a quo minitabũdus.Itẽ Minax:quod modo eum:
ꝗ minatur:ſignificat modo elatũ:ſuperbũ: Ab hoc fit Minaciter aduerbiũ:hoc eſt cũ minis:
quod veteres etiã:minitabiliter dixerunt.Pacuuius.Minitabiliter increpare dictis ſenis in-
cipit.Itẽ Minacitas pro Cõminatione:ꝑterea horũ Cõparatiua ac Superlatiua.Minatior:
Minaciſſimus:Minacius.Minaciſſime:& Cõminor cõpoſitum:a quo cõminatio:& Mi-
nerua quaſi vim minet᷑:vt apud Ciceronẽ interꝑtatus eſt Balbus.Hæc belli dea: & omniũ
bonarũ artiũ iuentrix fuiſſe ꝓhibet᷑:Iouis filia ſine matre.Quippe Iouẽ:qũ videret Iunonẽ
ſterilem eſſe percuſſo capite emiſiſſe Palladem armatam.Lucanus. Hanc & Pallas amat:
patrio quæ vertice nata eſt.Ouidius.An quia de capitis fertur ſine matre paterni Vertice cũ
Clypeo proſiluiſſe ſuo.Pallas ἀπὸ τοῦ πάλλειν:hoc eſt a vibrando vocitata eſt. Alii
tradunt extritonide palude ſuſceptam a Ioue fuiſſe:propter quod Tritonia dicitur.Apud
Mileſios Aſſiſia uocabat᷑.Virginitatẽ ſeruaſſe credita.Virg. Pars ſtupet inuptæ donũ exi-
tiale mineruæ:& Arcium conditrix.Idem.Pallas quas condidit arces Ipſa colat.A Palla-
de Palladius deducit᷑:vnde forum Romæ Palladium vocabat᷑ ob propinquitatem templi
Palladis.Martialis.Limina poſt pacis: Palladiũq; forum.Itẽ palladium in vrbe troiana
fuit antiquiſſimũ palladis ſignum e ligno compactum:mouens oculos:atq; haſtam: quam
manu gerebat.Hoc Diomedes:& Vlyxes rapuerunt cæſis arcis cuſtodibus.Sed poſtea fini
to bello Diomedes oraculo iuſſus eſt troianis reddere:quod qum implere cuperet. Venien-
ti in Italiam Aeneæ offerre conatus eſt:verum qum ſacrificantem velato capite conperiſſet

Varie
Varietas
Variantia
Variabile
Variatio
Præuaricor
Præuaricator
Calumniari
Præuaricare
Tergiuerſari
Preuaricator
Preuaricatio
Colludo
Varico
Diuaricari
Obuarico
Obuaricator
Varus
Varus
Varus tuber.
Ordo
Ordinarius
Extraordiarius
Ordino
Ordinor
Ordinarius hõ
Exordine
Minor
Minæ
Minatiæ
Minitor
Minax
Minaciter
Minitabiliter
Minacitas
Comminor
Minerua
Palladius
Palladium

Lucillius
Idem
Labeo
Vlpianus
Marcus
Plynius
Cicero
Quintilia.
Cicero
Virgilius
Virgilius
Plautus
Pacuuius
Lucanus
Ouidius
Virgilius
Idem
Martialis

ne ſacrificii ordinem ꝑturbaret:alteri extroianis hoc obtulit. Accepit itaq; Nautes quidam
vnde Mineruæ ſacra non gens iulia habuit:ſed nautarũ. Alii Palladium ferunt abſcõditum
fuiſſe intra parietem:& tẽpore belli Mitridatici comptum:quod ab vna tãtũ ſacerdote cu/
Lucanus ſtodiebat̃.Lucanus.Troianã ſoli fas eſt vidiſſe Mineruam.Sunt q dicant vnũ ſimulachrũ
cælo lapſum apud athenas fuiſſe: Alii duo:hoc de quo diximus: & illud Athenienſe. NE/
XV CVRVO.Periphraſis eſt:hoc eſt deſcriptõ Ancoræ.Nectere ligare eſt:a quo Nexus:
& Nexio.Item cõpoſita Adnecto Circũnecto: Internecto: Innecto: Subnecto:Cõnecto:
a qbus Adnexio:Circũnexio:Innexio:Subnexio:Cõnexio.Item Obnecto:obligo:a quo
Obnexio: obligatio: & Obnexus:obligatus. CVRVO. Torto:iflexo. Curuũ.n.inflexũ
ac cõtortũ vocamus:a quo curuitas flexus:& Curuo verbũ flecto:a quo Curuor paſſiuum:
& cõpoſitũ Incuruo. Vñ Incuruor:& Incuruũ:& Incuruatio:atq; Incuruitas deducũt̃.Et
Incurue aduerbium:hoc ẽ cõtorte:quod & Incuruiter dr̃ quẽadmodũ Curue:& Curuiter.
Item aliud cõpoſitum Recuruo:a quo Recuruor paſſiuũ:Recuruum:Recuruitas Recurue
CREDIMVS REMVM. Senſus eſt Tã apte omnia repreſentata ſunt:vt veros remos:
veramq; claſſem eſſe:vt in mari vere geſtas res fuiſſe exiſtimauerimus. RATEM. Nauim
Ratis:vt ſupra diximus:cõnexæ inuicẽ trabes ſunt:quæ ꝑ aquam trahunt̃. Poetæ tamen ꝓ
nauibus vſurpant. Virgilius Diſiecitq; rates. LACONVM. Geminorũ:quod ſydus nau
tis propitium eſt:vt ſupra diximus.Lacones Gemini dicuntur:quia in laconia orti ſunt &
Spartæ vt ſupra diximus ſepulti.Laconia Achaiæ regio eſt.Vnde Laconicus ager: & Laco
nicus ſinus appellatus:a tenaro incipiens Achaiæ ꝓmontorio. Oppida iſignia habet Tena
rum: Amyclas: Pheren: Leutram.Theramnen:& Spartam:quæ alio noĩe Lacedæmon vo/
cat̃ a Lacedæmone Iouis:& Taygetæ filio:q eã ædificauit:a Sparta Spartanus deducit̃: a
Lacedæmone Lacedæmonius:a Laconia Lacon:& Lacænus:Lacæna:Lacænum. GRA/
TVM NAVTIS. Quia eo oriente occidit Helenæ ſydus tẽpeſtuoſum:& minax. Hora/
tius.Sic fratris Helenæ lucida ſydera: Ventorũq; regat pater:hinc eſt quod Caſtoris:& Pol
lucis nomina a nauigantibus inuocant̃. FVLGERE. Lucere Alluſit ad ſplendorẽ ſyderis
quod lucidũ horatius appellat.Sunt q Fulgeo a φλὸξ deductũ exiſtimẽt:quod apud græ/
cos flãmam ſignificat. A Fulgeo vero fit Fulgidus:clarus:& Fulgor ſplendor:& Fulguritas
Lucillius eiuſdẽ ſignificationis.Lucillius.Luporũ aciem clarũ:& fulguritatem arborũ:& Fulgur:qd̃
& Fulgetrũ:& Fulguratio dicit̃:lux illa:& quaſi vibratio luminis:quæ ante cernit̃ q̃ toni/
truũ audiat̃:qum ſimul fieri certum ſit.Nec mirum eſt:qm̃ lux ſonitu longe ẽ velocior.Di/
Virgilius cit̃ etiam Coruſcatio a Coruſco:quod proprie ſplẽdeo ſignificat. Virgilius.Pẽniſq; coru/
Idem ſcant:hoc eſt ſplẽdent:modo criſpo:vnde Coruſcum pro Criſpanti ponimus. Idem. Tum
ſiluis ſcena coruſcis.Item a Fulgeo Fulmẽ:quod ignis eſt excitatus e nubibus. Duæ enĩ par/
Ariſtoteles tes mundi:vt Ariſtoteles tradit:in vno iacẽt:terra & aqua. Vtraq; ex ſe reddit aliquid. Ter/
renus vapor ſiccus eſt:& fumo ſimilis:hic ventos: fulmina tonitrua facit: Aquarum Alitus
humidus eſt:hic nubes:pluuias:niues creat.Sed ſiccus ille terrarũ vapor:qum coaceruatus ẽ
coitu nubiũ vehemẽter a latere elidit̃:& latius nubes ꝓximas ferit:hæc plaga cũ ſono incu/
tit̃:qualis in noſtris ignibus reddit̃:qum flamma vitio lignorũ vrentium crepat: & illic ſpi
ritus habẽs aliqd humidi ſecũ cõglobatus rũpit̃ in flãma.Eodem mõ ſpiritus ille:q ex colli
ſis nubibus exprimit̃:aliis impactis:neq; rũpi:neq; exilire ſilẽtio põt. Diſſimilis aũt crepit⁹
fit ob diſſimilitudinẽ nubiũ:quare aliæ maiorẽ ſonũ habẽt:aliæ minorẽ. Cæterũ illa vis ex
ꝓſſi ſpiritus:ignis eſt:q qũ leui impetu accẽſus:& late explicitus eſt:fulguratio:ſiue fulgur ſi/
ue Fulgetrum:aut Coruſcatio dicit̃:qum vero coactus eſt huiuſmodi ignis:& impetu iact⁹
Fulmẽ appellat̃:ſi qdẽ nubiũ inter ſe comprehenſarum anguſtiæ mediũ ſpiritum eiiciũt: &
hoc ipſo inflammant:ac tormenti modo emittũt:vt Baliſtas: Scorpioneſq; tela cum ſono
emittere videmus.Sonus huiuſmodi Tonitrus:ſiue Tonitruũ dicit̃ a tono:quod eſt ſono:
nihil enim aliud eſt tonitruũ q̃ teter aeris ſonus:qui & tonus dicit̃.Tonare aliquãdo ſona
Varro re eſt:aliquãdo tonitruũ reddere. Veteres Toneſcit pro tonat dixerunt. Varro.Tunc repẽte
cælitum alium tonitribus templũ toneſcit.Idem etiam Tonimus pro ſonamus vſurparunt.
Ennius Ennius.Et toto ſimul tonimus theatro. A tono fit Attonitus:ſtupefactus.quaſi tonitruo ꝑ/
cuſſus ſiue afflatus.Proprie enim attonitũ dicimus eum:cui caſus vicini fulminis:& ſonitus
tonitruum iniecit ſtuporem.Inde late transfert̃. Tonus autem græca vox eſt:quippe græci
ΤÓΝΟΝ dicunt ſonum:vnde accẽtum quoq; tonon appellant:quos veteres noſtri imitati te
norem:quaſi tonorem accẽtum vocauere. Ponitur etiã tenor pro ductu:& ordine: & quaſi
cõcẽtu vniuſcuiuſq; rei. A tono fit compoſitum Intono: quod modo pro ſono accipit̃: &
cum quodam ſono vocis loquor. Conſtat itaq; fulmen:& fulgurationem æque ignem eſſe:
Sed fulguratio nihil aliud eſt:q̃ flamma futura fulmen ſi plus virium habuiſſet:ſiue fulmen
non perlatum vſq; in terras.Fulmẽ vero eſt fulguratio in terras perducta:& ipſum vt ita di

Necto
Nexus
Nexio
Adnecto
Circumnecto
Internecto
Innecto
Subnecto
Connecto
Obnecto
Obnexio
Obnexus
Curuũ
Curuitas
Curuor
Incuruo
Incuruor
Incuruũ
Incuruatio
Incuruitas
Incurue Curue
Curuiter
Recuruor
Recuruũ
Recuruitas
Recurue
Rates
Lacones
Laconia
Laconicus ager
Laconicus ſinus
Tenarum
Amycle Phere
Leutra
Theramne
Sparta
Lacedæmon
Lacedæmonius
Lacon
Lacenus
Helenæ ſydus
Fulgeo
Fulgidus
Fulgor
Fulguritas
Fulgur
Fulgetrũ
Fulguratio
Coruſcatio
Coruſcum
Fulmen
Tonitrus
Tonitruũ. Ton⁹
Tono. Toneſcit
Tonimus
Attonitus. Ton⁹
Intono
Fulguratio
Fulmen

cam telum. Virgilius. Ipſe pater media nimborum in nocte coruſca fulmina molit̃ dextra: Virgilius
Fulguro Hinc quidam dixerũt fulgurationem eſſe pene fulmen: Fulmen eſſe plus q̃ Fulguratione. A
Fulmino fulgure Fulguro verbũ deducit̃: hoc eſt fulgur emitto: a fulmine fulmino fulmẽ iacio. Sene
ca. Minore enim igne ad fulgurãdũ q̃ ad fulminãdũ opus eſt. Neuius. Suaue ſuo ſonitu cla Seneca
Fulgurator re fulgurauit iuppiter. hoc eſt fulgure afflauit. Hinc fulguratores vocati fulgurũ inſpectores Neuius
Fulminatus loc⁹ ſicut Extiſpices: & Aruſpices. Item Fulminatũ locũ fulmine ictũ: q ſtatim fieri putabat̃ re/
ligioſus: quod eũ deus ſibi dicaſſe videret̃. Quod ſi quis nocte aliquãdo ſerena: & ſine nu/
bibus: ſtellatoq; cælo fulgurationes fieri miret̃: ſciat illic nubes eſſe: vnde ſplẽdor effert̃: q̃s
videri a nobis terrarũ tumor nõ ſinit. In prodigiis tamẽ habet̃ M. Herreniũ decurionem M. Herre/
ſereno die fulmine ictum fuiſſe: Fulminũ ipſorũ plura genera tradunt̃. Quædam terebrãt nius
quædam diſcutiunt: quædam vrũt: fulmen quod terebrat: ſubtile eſt: & flammeũ: cui ꝑ an/
guſtiſſimũ fuga eſt: ob ſincerã: & puram flãmæ tenuitatẽ: quod diſcutit: cõglobatũ eſt: & ad
miſtam habet vim ſpiritus coacti: ac procelloſi. Itaq; illud fulmẽ ꝑ id foramẽ: quod ingreſ/
ſum eſt: redit: & euadit: Huius late ſparſa eſt uis rumpit ictu: non ꝑforat. Tertium illud ge/
Fulmẽ clarũ nus: quod vrit: multũ terreni habet & igneũ magis eſt q̃ flãmeũ: ita relinquit magnas igniũ
notas: quæ percuſſis inhereãt: Eſt & Fulminis genus humidũ: quod nõ vrit: ſed infuſcat. Itẽ
quod clarum vocat̃: mirificæ maxime nature: hoc enim dolia exhauriunt̃ intactis operimẽ
tis nulloq; alio veſtigio relicto. Aurũ: & æs. & argentũ liquat̃ ſacculis ipſis nullo modo am
buſtis: aut læſis: ac ne ceræ quidẽ ſigno cõfuſo. Martia. Princeps Romanorum: qum graui/ Martia
da eſſet: fulmine icta: exanimato partu nullũ aliud incõmodum ſenſit. Thuſcorũ monumẽ
ta nouem deos emittere fulmina exiſtimauere: eaq; eſſe vndecim generũ. Iouem enim tria ia
Vulſinii culari. Romani duo tantũ ex iis ſeruauere. Diurna attribuẽtes Ioui: nocturna Sumano. Le
Vulſinieſes gimus Vulſinios oppidum Thuſcorũ opulentiſſimũ: a quo Vulſinieſes appellati: Fulmine
olim totum cõcrematũ fuiſſe. Item Annaliũ memoria ꝓditũ eſt ſacris quibuſdã: & ꝑcatio/
nibus vel cogi fulmina: vel impetrari. Sed hæc ad coercendos imperitoꝝ animos ſapiẽtiſſi
mi viri: vt pleraq; alia: de diis finxerũt: indicãtes ineuitabilẽ metum: vt aliquid ſupra nos ti/
meremus. Vtile fuit in tãta audatia ſcelerũ: aliquid eſſe: aduerſus quod nemo ſibi ſatis potẽs
Fulmẽ poſtulato videret̃. Ad cõterendos itaq; eos: quibus innocẽtia niſi metu nõ placet: iudices ſupra caput
rium poſuerunt: & quidẽ armatos. Cecinna Fulmina eſſe poſtulatoria ſcripſit: q̃bus ſacrificia in
Fulmen monito termiſſa: aut non rite facta repetunt̃. Monitoria quibus docet̃: quid cauẽdum ſit. Peſtifera:
rium quæ mortẽ: exiliũq; portendũt: Fallatia: quæ ꝑ ſpetiem alicuius boni nocent: vtputa dant cõ
Fulmẽ peſtiferꝝ ſulatum pernicioſum futurũ gerentibus. Vẽtanea: quæ ſpetiẽ periculi ſine periculo afferunt.
Fulmẽ fallax Peremptalia: quibus tollunt̃ priorum Fulminũ minæ. Atteſtata: quæ prioribus cõſentiunt.
Fulmẽ ventaneũ Atterranea: quæ in incluſo fiunt. Obrutanea: quibus prius percuſſa: neq; ꝓcurata feriũtur.
Fulmẽ perẽtale Regalia quorũ vi tangit̃: vel Comitium: vel principalia vrbis liberæ loca: quorum ſignifi/
Fulmen atteſtatũ catio regno: vel ciuitati minat̃. Inferna: cum e terra exiliunt ignes. Hoſpitalia: quæ ſacrificiis
Fulmẽ atteraneũ Iouem accerſunt: Auxiliaria: quæ inuocata: ſed inuocantiũ bono veniunt: Alii quædã Ful/
Fulmen obruta/ mina dicũt eſſe: quæ terrent. Virgilius. Et fulmine terres: quædam quæ afflant. Idem. Fulmi Virgilius
neum nis afflauit ventis: quædam quæ puniũt. Idem. Sed pater oĩpotẽs adigat me Fulmine ad vm Idem
Fulmẽ regale bras. quædam: quæ præſagiũt: quorum infinita ſunt exempla. Sũt etiam: qui Fulmina ita di Idem
Fulmẽ infernũ ſtingũt: vt aut perpetua ſint aut finita: aut prorogatiua: Perpetua: quorum ſignificatio in to
Fulmẽ hoſpitale tam pertinet vitam: finita: quæ vtiq; ad diem reſpõdẽt. Prorogatiua: quorum minæ differri
Fulmẽ auxiliare poſſunt: auerti tolliq; nõ poſſunt. Præterea a Fulgure Fulgureũ: a Fulmine Fulmineũ dedu/
Fulmẽ ꝑpetuũ cit̃. Antiqui quemadmodum fulgere penultima producta pro eo: quod eſt ſplendere: acci/
Fulmẽ finitum piebãt: vt nos quoq; facimus: ita fulgere eadem ſyllaba correpta vſurpabãt ad ſignificandã
Fulmẽ proroga/ hance nubibus ſubitam lucis eruptionem. Lucillius. Multa videmus enim cæleſtibus inſita Lucillius
tiuum flammis Fulgere. Homo ſi vigilãs Fulmine percutiat̃: clauſis oculis: ſi dormiẽs: patẽtibus re
Fulgureũ peritur: hominem ita exanimatũ cremari apud veteres nefas habebat̃: cõdi terra debere reli
Fulmineũ gio tradebat. Vulnera Fulminatorum frigidiora eſſe reliquo corpore cõſtat: Ex iis: quæ ter
Fulgeo ra gignũtur: lauri fruticem nõ icit fulmẽ: nec vnq̃ altius qumq; pedibus deſcẽdit in terram
Fulgo Ideo vim eius timẽtes altiores ſpecus tutiſſimos putãt: aut tabernacula e pellibus beluarum:
quas vitulos marinos appellãt: quoniam hoc ſolum animal e marinis nõ percutiat: ſicut nec
e volucribus Aquilã: que ob hoc armiger huius teli fingitur. In Italia inter Terracinam: &
ædem Feroniæ deſiere bellicis temporibus fieri turres: quia nõnulle earum fulminibus diru/
tæ fuerunt. Illud etiam compertum eſt vinum Fulmine ictum gelari: & qum ad priorem ha/
bitum redit: potum aut exanimare: aut demẽtes facere: quod ei uis peſtifera inſit: ex qua ali/
quem remanere ſpiritum in eo humore: quẽ coegit: ſimile veri eſt: neq; enim gelari potuiſſet
niſi aliquod eſſet ei adiectum vinculum: vnde olei quoq;: & oĩs vnguenti teter poſt fulmen
odor eſt. Ex quo apparet in eſſe quãdam ſubtiliſſimo igni: & cõtra naturam acto peſtilẽtem

potentiam:qua nõ icta tãtum cadunt:ſed afflata.Præterea vbi decidit fulmẽ:ibi odorẽ eſſe Sulphuris certum eſt:qui qm̃ natura grauis eſt ſæpius hauſtus alienat.Item a fulgeo cõpoſita fiunt Tranſfulgeo:hoc eſt per medium fulgeo.Effulgeo ſplẽdorẽ emitto. Præfulgeo ſplẽdorem præ me fero: Refulgeo ſplẽdorem reddo.Item a fulgeo Fulginia: vt quidam putãt:a qua Fulginiates dicti propter cõtinuum ſolis fulgorem: vrbs eſt Vmbriæ patentibus ſita cãpis inter Spoletum:Meuaniam: Iſpellum: atq; Nuceriã: a quibus Spoletini: Meuanates: Iſpellani:ac Nucerini vocitati ſunt.Item Fulgẽtius proprium nomen viri in omni diſcipli narum genere eruditi: qui rerum ſacrarũ volumẽ eleganti carmine ſcripſit. LATA. Ampla:ſpatioſa.Latum enim proprie dicit̃:quod in largum extẽſum ẽ:quaſi prolatum. Ab eo Latitudo deducit̃ vna ex tribus dimenſionibus corporis:de qua ſupra diximus:& Late ad uerbiũ:eorumq; comparatiua:ac ſuperlatiua.Latior:Latiſſimus:Latius:Latiſſime:Latam

Vlpianus culpam appellat Vlpianus craſſam negligẽtiam:hoc eſt qum aliqs non intelligit: quod oẽs intelligunt.Longe Lateq; aduerbialiter vſurpamus pro eo:quod eſt quaq; verſus.Item Late loca pro eo:quod eſt oĩa loca.Item a Lato Laxum:de quo:ciuſq; deriuatiuis ſuperius diximus:& Lætus:Lætor:Lætitia:Lætabundus:Læte:Lætabũde:Lætitudo:Læto:Lætifico: de qbus ſupra diximus.Item a lato Latus lateris:Latera enim proprie dicũtur extremitates quæ in latum ſunt.Græci πλευρον vocãt vnde Trigonõ Iſopleuron:ſiue Triãgulus Iſo pleurus dicit̃:qui latera æqualia habet:& Pleureſis eſt lateris morbus cũ dolore graui:a quo qui eum morbũ patiunt̃:Pleuretici vocant̃.Hinc ergo Dextrum:ac ſiniſtrum latum dicimus:A quo Latrones vocati olim:quos imperator circa ſe habere cõſueuit. Nũc Satellites dicti:quaſi laterones:quia circa latera legunt̃.At nunc viarum obſeſſores ita vocant̃: quod a latere adoriant̃.Vnde Latrocinor verbum:quod modo ſignificat vias diripiendi gratia obſideo.& Latrociniũ ipſa direptio.& Latrocinator:q ita diripit.Veteres tamen Latroci

Plautus nari dicebãt pro eo:quod eſt ſtipendio militare:& Latrociniũ ipſam militiã. Plautus. La

Idem trocinatus annos decem mercedem accipio. Idẽ.Qui apud regem in latrocinio fuiſti ſti

Ennius pendium acceptitaſti.Ennius fortunaſq; quas ceperunt latrones:inter ſe memorare. Hinc quidã nõ a latere Latrones appellatos exiſtimãt:ſed ἀπὸ τοῦ λατρεύειν: quod ſeruire eſt quia.ſ.mercede ſeruirẽt. Poetæ aliquãdo Latronẽ pro venatore vſurpãt:quod ferarũ gratia

Virgilius vias obſideãt. Virgilius. Fixumq; latronis Impauidus frangit telũ:qum ſupius dixiſſet.Saucius ille graui venãtum vulnere pectus: A latrone diminutiuũ fit Latrũculus: A quo Latrũculatores vocant̃ iudices:qui de latrociniis:& aliis maleficiis cognoſcũt.Latrũculi etiam ſiue Latrones dicũtur Calculi:quibus ludimus ſexdecim ſcrupis gemina acie vtrimq; directis in quibus duo reges ſunt inuicem cõtendentes:duæ Reginæ:quattuor eqtes:ſexdecim pedi

Martialis tes:quattuor ſatellites:totidem centuriones.Martialis. Inſidioſorum ſi ludis bella latronũ Gemmeus iſte tibi miles:& hoſtis erit.Item a lato Lateres appellati qui ædificiorũ gratia e terra fingunt̃.Tria qppe eorum genera apud veteres erãt.Lidorõ lõgum ſexquipedale:latũ pede. Alterum Tetradorõ:tertium Pẽtadoron.Græci enim veteres: Dorõ palmũ vocabãt & ideo Dora munera:quia manu darẽtur.Ergo a quattuor:& quinq; palmis Tetradoron: & Pẽtadoron nuncupauere:quod ea longitudine ſimul:ac latitudine eſſent: Minore in priuatis opibus maiore in publicis vtebant̃:In græcia:& Aſia: & pleriſq; Hiſpanie ciuitatib9 lateres fiebãt:qui ſiccati nõ mergebãtur in aqua:ideo Pithadnæ vocati:quaſi doliola ἀπὸ τοῦ πιθου: quod doliũ ſignificat e terra erãt pumicoſa:quæ qum poteſt ſubigi: vtiliſſima eſt.Optimi omniũ latericii parietes ſunt:ſi ad perpẽdiculum fiant.Sũt enim æterni:ſed non e ſabuloſo:neq; harenoſo:multoq; minus calculoſo ſolo ducẽdi ſunt:verũ e cretoſo albicãte:aut ex rubrica.Fingunt̃ optime veris tempore.Nam Solſtitio rimoſi fiunt: & ædificiis inutiles.Qum & intritum ipſum eorũ:priuſq; fingant̃:macerari oportet. A latere Laterculus diminutiuũ deducit̃:& Latericius.Latericia opera in vrbe Roma priuatim nõ fiebat:cuius rei ratio erat:quia leges plebeiæ nõ patiebant̃ maiores craſſitudines:q̃ ſexqui pedales cõ ſtitui loco cõmuni. Cæteri aũt parietes: vt ſpatia anguſtiora fierẽt:eadem craſſitudine collocarent̃.Latericii vero Sexqpedali craſſitudine nõ poſſunt plus vna ſuſtinere cõtignationẽ In tãta ãt maieſtate vrbis.& ciuiũ iſinita frequẽtia inumerabiles habitatões op9 fuit explica re.Ergo qm̃ recipere nõ poſſet area plana tãtam multitudinem ad habitãdũ in vrbe ad auxilium altitudinis ædificiorum res ipſa coegit deuenire:itaq; pilis lapideis:ſtructuris teſtaceis: parietibus cemẽtitiis altitudines extructæ ſunt cõtignationibus crebris:quæ alto ſpatio mul tiplicatæ egregias populo præſtiterũt ſine impedimẽto habitationes.Itẽ a latus fit Lato ver bum quod eſt extendo.a quo Laxo frequentatiuũ:de quo:& eius deriuatiuis ſuperius locu ti ſumus.Itẽ compoſita Dilato:& Latifoliũ:quod lata folia habet: vnde Latifolia herba:de

Plynius qua ſupra diximus:& Latifundiũ cãpus ſpatioſus.Plynius.Meſſis ipſius ratio varia Galliarũ latifundiis valle pgrãdes dẽtibus in margine iſeſtis:duabus rotis p ſegetẽ ipellunt̃ iumẽto

Tranſfulgeo
Effulgeo
Præfulgeo
Refulgeo
Fulginiates
Spoletini
Meuania
Nuceria
Spoletini
Meuanates
Iſpellani
Nucerini
Fulgẽtius
Latum
Latitudo
Lata culpa
Lõge lateq;
Late loca
Latus
Trigonõ
Iſopleurõ
Triãgulus
Iſopleurus
Pleureſis
Pleureticus
Latro
Latrocinor
Latrocinium
Latrocinator
Latrocinari
Latrũculus
Latrũculator
Lateres
Lidorõ
Tetradorõ
Pẽtadorõ
Dorõ.Pithadnæ
Laterculus
Laterici9
Lato
Latifoliũ
Latifundium

Plato incõtrariũ vincto:ita directe in vallũ ſpicæ decidunt. Latũ aũt a græco deducit̃ vna littera
detracta: nam græce πλατύσ Latus dicit̃ vnde Platos latitudo appellat̃. Hinc Plato il
le philoſophus ob humerorũ latitudinẽ nomẽ ſumpſit:cũ antea ex aui paterni nomine Ari
ſtocles uocaret̃. Fuit enim egregio corporis habitu:& in palæſtra ſe exercuit apud Ariſto/
nem Paleſtriten: a quo primũ cognominatus eſt Plato. Patrem habuit Ariſtonem & ma/
trem Parectoniã: Natus eſt Athenis eo die:quo apud Delon Apollo. Studuit picturæ:poe/
mata ædidit:& tragoedias. Audiuit Socratem:& poſt eius mortẽ Cratylũ:& Hermogenẽ
deide ſe Megarã ad Euclidẽ cõtulit. Hic Cyrenẽ ꝓfectus Theodorũ:Philolaũ Eurytũ Py/
thagoreos audiuit. Deinde petiit Aegyptum comite Eurypide:& mlta a prophetis ac ſacer
dotibus didicit:reuerſuſꝗ Athenas in Academia habitauit. Ter militauit:ter nauigauit in
Siciliã: ſemel venũdatus eſt:adeo aũt in omni genere diſciplinaꝝ:præſertimꝗ philoſophia
excelluit:vt & diuinus Plato:& Philoſophorũ Homerus vocatus ſit. Item a Platos Platea
Platea hoc eſt latior in oppido via:in qua cõuenire populus ſolet. Græce πλατεῖα dicit̃ & Pla
Plateæ teæ vrbs Boetie. Item Inſula maris Aegæi:vnde Platæenſes dicti:& Platanus arbor:a latæ
Platanus ſpargẽtibus ſe ramis. Hæc vmbræ dũtaxat gratia ex alieno orbe petita eſt:& p mare primũ
Ioniũ in Diomedis iſulã eiuſdẽ tumuli grã iuecta: ide in Siciliã trãſgreſſa: atꝗ inter primas
donata Italiæ:poſtea ad morinos vſꝗ peruecta. Dionyſius prior Siciliæ tyrannus regiam
in urbẽ Platanos tranſtulit. Tantumꝗ poſtea honoris icreuere:vt mero iſuſo eũtrirent̃:cõ/
pertũ id maxime prodeſſe radicibus:& iam arbores quoꝗ docuerãt vina potare. Celebra/
tæ ſunt primũ in ambulatione Academiæ Athenis cubitorũ trigintaſex. Poſtea clara fuit
in lycia ſocia gelidi fontis itineri appoſita domicilii modo cõcaua:ſpecu vnius:& octogin
ta pedũ:& ne qd deeſſet ſpeluncæ imagini:ſaxea intus crepidinis corona muſcoſos pumi/
ces cõplexa. de qua licinius Mutianus ter conſul quondam prouinciæ eius legatus poſteris
etiam prodendũ exiſtimauit:epulatum ſe intra ea cũ duodecim comitibus:fronde ipſa lar/
giſſime toros præbẽte ab omni afflatu ſecurũ:optãtemꝗ hymbriũ p folia crepitus. Fuit &
alia Platanus in Veliterno rure Caii principis in cuius tabulatis quindecim conuiuas habu
it:quam coenam ille appellauit nidum. Fuit & Cortynæ in Inſula Creta iuxta fontem Pla
tanus vtriuſꝗ linguæ monumẽtis inſignis nunꝗ folia dimittens:ſub qua Iouem cũ Europa
cõcubuiſſe fama erat. Fuit & alia Platanus in regiõe:quæ Aulocrene vocat̃:p quã ab Apa/
mea in phrygiã itũr. Ita oſtẽſa diu Platanus fuit: ex qua pepẽdiſſe Marſyas ab Apolline vi/
ctus ferebat̃:eamꝗ ob magnitudinem electã fuiſſe ex platanis Chamæplatani fiunt coactæ
breuitatis arbuſculæ:& ſerẽdi genere:& recidẽdi. A platano Platanetũ:& Platanon dedu/
cunt̃:locus Platanis cõſitus:ſicut Daphon:& Laureũ locus cõſitus lauris. Item Platano/
des Achaiæ promontoriũ:& Platyphyllon Lacturiæ genus:de quo diximus:& Platicero/
tes beluæ lata cornua habẽtes:& Platyophthalmus Stibia a dilatãdis oculis:quemadmodũ
Tumeo inferius latius dicemus. TVMERE. Inflari a ſecundis auris Tumere inflari eſt:vnde Tu/
Tumor mor inflatio:& p metaphorã ſuperbia:Tumidus inflatus: Tumefacio inflo Tumeſco idẽ
Tumidus quod Tumeo:Itẽ Tumulus modo terra Tumens ideſt collis:modo ſepulchrũ:quia ibi coa/
Tumefacio ceruari terra cõſueuit:A quo Tumulo ſepelio:cuius paſſiuum eſt Tumulor. Itẽ Tubus cuius
Tumeſco diminutiuũ eſt Tubulus canale per qđ aqua deducit̃:ſiue per quod flãma torret̃ paries. aut
Tumulus aliud huiuſcemodi opus fit:A quo deducit̃ Tuba:vnde Tubicẽ:& Tubuluſtriũ:de quibus
Tumulo ſupra diximus. Hinc etiam tubos viſcerum dicimus:& tubulum vocamus aucnam:quæ &
Tumulor Cicuta appellat̃ græce σιφών: hoc eſt Syphon nominat̃ hinc Iuuenalis. Tubũ:p quẽ vri/ Iuuenalis
Tubus na deſcẽdit:Siphonem vocat effigieꝗ deæ longis Siphonibus implẽt. Itẽ a tumeo. Tubur/
Tubulus cinor:qđ ẽ raptim comedo:hoc.n.facit:vt tumeat vẽter Titinnius. Tuburcinari ſine me vul Titinnius
Tuba tis reliquias. Plautus. Tuburcinari de ſuo:ſi quid eſt domi. Itẽ Tuber:quod ꝓprie eſt tumor Paulus
Tubicẽ quidã rotundus:in quocũꝗ corpore vnde in facie:& quacũꝗ pte humani corporis tubera
Tubuluſtrum dñr:ſiue p diminutionẽ Tubercula:claui:papulæ::ficus verucæ.& alia ſimilia. In terra Cy/
Cicuta claminus:de quo ſupra diximus:terre tuber vocat̃. In arborib⁹ durities illa extãs ad nodi ſi
Siphon militudinẽ. Ply. Repit̃ & in alno tuber tãto deterius:quãto ab acere alnus ipa diſtat. Idem Plynius
Tuburcinor Pulcherrimũ vero ẽ in acere bruſcũ:multoꝗ excellẽtius etiã molluſcũ. Tuber vtrũꝗ arboris Idem
Tuber eius:ſꝫ bruſcũ intortius criſpũ. Molluſcũ ſimplicius ſparſum:& ſi magnitudinẽ mẽſarũ ca/
Tubercula peret:haud dubie ꝑferet̃ cytro:e bruſco fiũt & mẽſæ nigreſcẽtes. Eſt etiã tuber ad mẽſas pti/
Cyclaminus nẽs ſemp in deliciis habitũ:Naſcit̃ hoc ſine ulla radice vndiꝗ terra circũdatũ:nulliſꝗ fibris
Tuber nixũ: aut ſaltem capillamentis::nec vtiꝗ extuberante loco:in quo gignit̃:aut rimã agente:
Tuber harenoſũ Neꝗ ipm terræ cohæret Cortice etiã icludit̃:vt plane nec terrã eẽ poſſimus dicere:neꝗ alid
Tuber ſincerum ꝗ terræ callũ. Siccis:& ſabuloſis locis:fructicoſiſꝗ naſcit̃ Excedit ſepæ magnitudinẽ mali
cotõei etiã librali pondere. duo tuberum genera ſunt:Harenoſa dẽtibus inimica:& altera
Repaſtinatio renouatione uſurpatur. Item pect9: quod coſtis compactum eſt: & Pecto uerbum eiuſdem
Pecten fere cum ſuo ſimplici ſignificationis. A quo Pecten: quod fila in telis figat: a cuius ſimilitu/
Plectrum dine & Pecten dictus: qui explicat capillum. Item pecten Cratis genus dentate ſtilis ferre/
is. A quo Pectinari terra dicitur. & Plectrum: quo fides percutiuntur. Pecto etiam aliquã/
do compono accipitur: & pro explico. A quo fit pexo: unde pexæ ueſtes dicuntur: quæ pe/ Martialis
Pexo ctine ſunt contextæ: & pexati appellantur: qui pexas ueſtes induti ſunt. Martialis. Pexatus
pulchre rides mea Zoile ſemper. A pecten uero Pectinatum dicitur tectum illud: quod ad ſi
militudinem pectinis in duas ptes deuexum eſt: ut teſtudinatum in quattuor. Pectoriũ vero
gallicum uocabulum eſt: & genus quodam uehiculi ſignificat: quo uti galli ſolebant PO/
Contentus TERIT ESSE CONTENTVS. Poterit ſibi ſatiſfactum putare. Contentus proprie di
citur: cui in aliqua re etiam parua abunde ſatiſfactum eſt. Vnde contentam naturã paruis: ac Virgilius
minimis rebus dicimus. i. cui paruæ: & minimæ res ſatiſfaciũt. Virgilius. Patriis ſed nõ et fi Cicero
lius aruis Contentus. Cicero. Breuitatis cauſa familia contenti erimus una. Terẽtius. Quia Terentius
neq; tu uno cõtenta eras: neq; ſolus dedit: & a cõtinendo deducit̃ cõtentus: qſi cõtineat: qđ
aio ſatiſfacit: eſtq; in hac ſignificatione nõ pticipiũ: ſed nomẽ. Aliqñ ẽt dũ nomen eſt: pro cõ Virgilius
iuncto: ac colligato accipitur. Virgilius. Contenta ceruice trahunt ſtridentia plauſtra. Quã Apuleius
do uero eſt participium ſignificat id: qđ continetur. Apuleius. Cuius pecunia oĩs parua ar/
cula contenta erat. Interdum Contentus non a contineo: ſed a contendo deducit̃: & tunc
ſignificat uel extẽſum. Virgilius. Hunc rapidum iam dudũ arcu contenta parato Tela tenens Virgilius

Lucillius Lucillius.Hic & muſipula cōtenta:ac ſcorpius cauda ſublata:vel feſtinū qr cōtēdere:vt ſupi Cōtēte
us diximus:feſtinare ē a quo fit aduerbiū cōtēte:cuius cōparatiuū ē cōtētius:& ſuplatiuum
Contentiſſime.Cicero. Socratem ferunt:qum vſq; in Pyreum Contentus ambularet:quæ/
ſitumq; eſſet ex eo:cur id faceret.Hic obiter memorandum eſt Pyreum:& Phaleram duos Pyreus
celeberrimos portus fuiſſe duorum milium paſſuum muro Athenis iunctos.Ab Iſthmo ve Phalera
Terentius ro quinquaginta duorum milium paſſuum interuallo diſtantes. Continere propria eſt ītra Contineo
ſe tenere:vt Aegypti partem Aſia continet:partem Africa.Aliquando capitur pro eo:quod Continēs
eſt inuitum:& quaſi repugnantem tenere. Terentius. Ruri fere ſe continebat. Vnde Con/ Cōtinentia
tinens:& Continentia deducuntur:quæ ita a Temperante:& Temperantia ſeparātur:qđ Temperans
Cicero Continens prauas quidem cupiditates habere poteſt:a quibus tamen ſe vinci non ſinit.Tē/ Temperantia
perans vero habere huiuſmodi cupiditates non poteſt:quia in eo habitus quidam eſt refre/ Incontinens
nans illas:qui eſt incontinente.Cicero.Vt quæ copiis:& opibus fere vix poſſumus:ea man Incōtinētia
ſuetudine:& Continentia noſtra ſociorum fidelitate tueamur.A continens fit eius contra/ Intemperans
rium Incontinens:& a continentia Incōtinentia:quemadmodum a Temperans Intēpe/ Intemperātia
rans:& a Temperantia Intemperantia.Item comparatiua:ac Superlatiua eorum Continē
Plautus tior:Continentiſſimus.Incontinentior.Incontinentiſſimus:præterea aduerbia Continē/
ter:Continentius Continentiſſime:Incontinenter:Incontinentius:Incontinentiſſime. Ve Cōtinēter
Cicero teres Contente quoq; aliquando pro parce:& continenter vſurparunt. Plautus. Quanq̄
Idem illum pater arcte:continēterq; habet.Continens etiam aliquādo pro Cōtinuo:ac coniun/
Vlpianus cto accipitur.Cicero.Itaq; qum exercitum per Cappadociæ partem eam:quæ cum Cicilia Cōtente
Plynius continens eſt iter faceret.Idem Incontinentibus quidem terris veſtrum nomen dilatari po/ Cōtinenter
teſt.Hinc Vlpianus continentes prouincias vocat:quæ Italiæ Coniunctæ ſunt:vtputa Gal
liam:& Germaniam:& Continenter aduerbium pro Coniūcte:continueq; accipitur.Ply/
nius.Trium dierum ſitim continenter tulit.Item qum feminino genere profertur:continēs
Cicero capitur pro terra:quæ non eſt Inſula:quam vulgo terram firmam appellāt:vt ex Sicilia ad
continentem parum intercapediuis eſt.Neutro vero genere continens pro firmamento ra/
tionis a Rhetoribus vſurpatur:quod græci σύμεχον vocant.Cicero.Firmiſſimam argu
mentationem nominat.Vt ſi velit Horeſtes dicere eiuſmodi animum matris ſuæ in patrem
ſuum:in ſe ipſum:ac ſorores:in regnum:infamiam generis:ac familiæ:vt ab ea poenas liberi
Apuleius ſui potiſſimum petere debuerint.Continens quoq; participium eſt præſentis temporis:& Continuo
ſignificat quicquid aliquid continet.Item a contineo fit Continuo verbum:quod eſt perſe/ Continuum
uero.Perago.Apuleius.Scaphas aſcendere mari iter continuare:ab hoc continuum deduci Continue
Virgilius tur:ſignificatq; id:quod ſine interuallo eſt:& Continue aduerbium perſeuerāter:aſſidue:& Continuo
Plynius Continuo alterum aduerbium:quod ſimiliter pro iugiter:& in æternum aliquando accipi
pitur.Virgilius.Continuo has leges:æternaq; fœdera certis Impoſuit natura locis.Proprie
Cicero tamen ſtatim ſignificat:hoc eſt ſine aliqua temporis intermiſſione. Plynius. Quod cōmā/
ducatum continuo gingiuam ſanat.Quod ſi negatio addatur tam hinc:q̄ protinus idem
Quintilia. fere ſignificat quod ideo.Cicero.At ſi illæ ſeditiones ſaluti huic ciuitati fuiſſent:non conti/
nuo ſi quis motus a populo factus fuiſſet id.C.Norbano in nefario crimine:& fraude ca/
Idem pitali eſſet ponendum.Quintilianus.Non autem vt quicquid præcipue neceſſarium id ad Continuatio
faciendum oratorem maximi protinus erit momenti.Eandem etiam vim habet interro/ Continuitas
gatio:quam negatio.Idem.Continuo ne ſi ille ſtulte cogitauit:nobis quoq; ſtulte dicendū Contineo
Virgilius eſt.Item a continuo fit Continuatio:hoc eſt perſeuerantia:quæ & Continuitas a non nul/ Teneo
Idem lis dicitur.Contineo autem ex con:& teneo compoſitum eſt. Tenere proprie eſt apprehē/
Idem dere:detinere.Virgilius.Nec te teneo:nec dicta refello.I.ſequere italiam ventis.Idem.Ve/
Idem rum vbi correptum manibus:vinclisque tenebis:Sed p̄ tranſlatiōem aliquando ponitur
Idē pro habitare:poſſidere.Idem.Quæ gurgitis huius Ima tenens.Aliquando pro compe/
Idem ſcere:aſtringere.Idem.Texendæ ſepes etiam:& pecus omne tenendum.Idem.Tenuitq; in
Idem hians tria cerberus ora.Interdum pro tergere.Idem:Amnis abundans Exit:& obducto
Terentius late tenet omnia limo.Nonnunq̄ pro dirigere.Idem.Sed vos qui tandem:quibus aut ve/
Virgilius niſtis ab oris:Quo ve teneris iter:Quandoq; pro intelligere.Terentius.Id paues:ne ducas
Idem tu illam:tu autem:vt ducas Rem tenes.Item pro remorari.Virgilius.Hunc phoeniſſa tenet
Virgilius Dido:& pro implere:perficere.Idem.Ni teneant curſus.Idē.Fugā tenuiſſe p̄ hoſtem:hoc ē Tēto
Cicero nauigationem fœliciter peregiſſe.A teneo Tento deriuat̄.Nā tentare expiri eſt:& exq̄rere: Tentatio
Virgilius & verbo:vel q̄ſi manu tenere.Cicero.Tentare volui:an ita dici poſſent:vt Probarēt.Virg. Tētamentum
Plynius Vix primi prælia tentant.Quidam tamē:non a teneo:ſed a tendo deriuatum hoc verbum Prætento
exiſtimāt:quod qui tentant quaſi manū:aut aliam corporis partem tendūt. Ab hoc fit tenta
tio:& Tentamentū:& Prætento:hoc eſt ante Tento.Plynius.Cochleæ geminis corniculis
Petronius prætentāt iter:quia carēt oculis:& Attēto idē:quod Tento.Petronius.Dulcibus ac blandis

verbis animum eius attentans:& Pertento:qđ modo eſt valde Tento.Virgilius.Latonæ ta
citam pertentant gaudia mentem:modo leuiter Tento.Idem.Blanda viciſſimi Gaudia per
tentant mentem.Item a teneo Tenor:hoc eſt ductus: continuatio ordo:concentus.Virgili/
us. Alium ne hūiſſe tenorem crediderim Tenor etiam accentus vocat̃:quod teneat hoc eſt
dirigat ſermonem:Sunt tamen qui tenorem a tono deductum velint:vt ſuperius diximus:
quippe græci τονον accentum dicūt.Item Tenue ſm quoſdam:quod quæ tenuia ſunt:faci
le tenentur:& Tenitæ quæ credebantur fortium deæ eſſe:qđ tenendi haberēt poteſtatem:&
Tenax:qđ modo ſignificat id:quod retinet:vt glutinum tenax:modo parcum:auarū Apu/
leius.Homo dites ſed nimium tenax:modo conſtantem:durum:perſeuerantem Horatius.
Iuſtum:& tenacem propoſiti virum.Virgilius.Tam ficti : prauiq̧ tenax:q̄ nuntia veri.Ab
hoc fit Tenacior Tenaciſſimus:Tenaciter:Tenacius:Tenaciſſime:Tenacia ſiue Tenacitas:
qđ modo pro perſeuerantia:& duricia:modo pro Parſimonia accipitur:& Pertinax du/
rus:obſtinatus:perſeuerans: A quo Pertinacia:duritia:obſtinatio animi perſeuerantia. Itē
Pertinacior:Pertinaciſſimus:& aduerbia Pertinaciter:Pertinacius:Pertinaciſſime:Et Te/
nebræ priuatio lucis:quod teneant:hoc eſt impediant oculos:& viſum prohibeant:vnde te
nebroſus:obſcurus:& Obtenebro obſcurefacio:& Tenebricoſus tenebras faciens:& Tene
bricor tenebras facio.Et Tenus præpoſitio:quæ propinquitatē ſignificat:& quod dicimus
vſq̧ ad:nam Quod propinquum eſt.Quaſi tenere videtur id: cui eſt propinquum. Quidā
tamen tenus a Tendendo potius dictum volunt.Quod hæc præpoſitio extenſionē Quā/
dam ſignificare videatur.Item a Teneo compoſita fiunt Attinet: & Pertinet:quæ fere im/
perſonalia ſunt:q̄uis aliquando perſonaliter proferantur.Sunt autem eiuſdem pene ſigni/
ficationis:& ſignificatio eorum latiſſime patet:vt Pomponius.Iuriſconſultus affirmat.Nā
& ea attinere:ſiue ptinere ad nos dicimus: quæ dominii noſtri ſunt: & ea quæ aliquo iure
poſſidemus:q̄uis non ſint noſtri dñii.Itē ea:quæ in nulla noſtra cauſa ſunt:ſed eſſe poſſunt
Hinc aliquando pertinere ad me accipimus pro eo:quod eſt officium meum eſſe:ſiue onus
mihi incumbere.Item Optineo:quod eſt conſequor:adipiſcor. Abſtineo tempero: & fere
idem:quod contineo:vnde Abſtinentia fit:quam quidam a Continentia nō ſeparant. Alii
volunt continentiam eſſe:qum nos a voluptatibus continemus. Abſtinentiam vero pro iu
ſtitia accipi:qum ſcilicet abſtinemus ab alienis: nulli vim afferentes: nihil cuiq̧ eripientes:
Hinc Abſtinentes:& continentes dicuntur:& aduerbia Abſtinenter:& Continenter:& cō
paratiua:ſuperlatiuaq̧ eorum Detineo remoror:occupo: A quo Detentor: Detentrix:Detē
tio:& Detento frequentatiuum.Subſtineo: A quo Subſtento eiuſdem ſignificationis: vnde
Subſtentaculum:quod aliquid ſubſtinet.Et alio modo Fulcimen dicitur.Nam & fulcire ſu
ſtinere eſt.Virgilius.Cælum qui vertice fulcit: Hinc fulcra dicuntur ſummæ Lectorum par/
tes:quibus tori ſuſtinentur.Idem.Lucent genialibus altis.Aurea fulcra toris.Gellius.Ne qđ
apud eius lecti fulcrum capſam eſſe conſtaret:eam ferre oporteret.A fulcio fit compoſitum
Suffulcio:quorum paſſiua ſunt fulcior:& Suffulcior: Varro.Vt maioribus perticis Sufful
ctæ vites auras non portimeſcant.Diſtineo arceo:repello:extra teneo Virgilius.Dum diſti
net hoſtem Aggere murorum.Retineo:Remoror teneo:vnde Retinacula habenæ dicun/
tur:quod iis equi:& alia animalia retineantur.Teneſmus non a tenendo deriuatur:vt qui/
dam per ignorantiam exiſtimant:ſed græca vox eſt τενασμὸσ: & morbum ſignificat in
quo æque:atq̧ intorminibus frequens deſidendi cupiditas eſt:æque dolor:vbi aliquid ex/
cernitur:deſcendunt aūt pituitæ:muciſq̧ ſimilia:interdum etiam leniter ſubcruenta: ſed his
interponuntur nonnunq̄ ex cibo quoq̧ recente coacta.Dicitur aūt Teneſmus: ἀπὸ τοῦ
τείνειν:qđ extēdere eſt:ſiue quia extendit̃:hoc eſt intumeſcit inteſtinū:ſeu qr extēdūt ſeſe
premendo:qui conantur excreſcere.Veteres tenui aliquando pro tenui vſurparunt. EPI/
STOLA. Quæ operi præponitur.Epiſtola græcum vocabulum eſt: diciturq̧ ἀπὸ/
τοῦ ἐπιςέλλειν quod mittere eſt:quia ad abſentes mittitur. Ideo enim inuentæ ſunt
epiſtolæ:vt abſentes certiores facere poſſimus:ſi quid ſit:quod eos ſcire oporteat:hinc etiā
ἀπὸ τοῦ ἀποςέλλειν:quod ſimiliter ſignificat mittere: dicuntur Apoſtoli. T.Liuius.
Apoſtolos ſuos fregit in Senatu:hoc eſt eplas.Vnde nunc libelli:q a iudicibus:a quibus ꝓ/
uocatum eſt:ad appellatum mittuntur:dicūtur Apoſtoli:qum nihil alud ſint:q̄ epiſtolæ ea:
quæ in cauſa acta ſunt:indicantes:latine epiſtolas:litteras appellamus dumtaxat multitudi
nis numero.Nam in ſingulari littera ſignificat elementum:vt.A.vel.b.item manum ſcribē/
tis.Cicero.Nam Alexidis manum amabam:quod tam probe accedebat ad ſimilitudinem
tuæ litteræ.Reperitur tamē aliquando littera in ſingulari pro epiſtola apud poetas dūta xat
Ouidius Quam legis:a rapta Briſeide littera venit.Litteras etiā vocamus diſciplinas:q̄ litte
rarū monumētis continent̃.Vñ dare operā litteris dicim⁹:hoc ē incūbere artibus q ſcrip/

Pertento
Tenor
Tenue
Tenite
Tenax
Tenacia
Tenacitas
Pertinax
Pertinacia
Tenebræ
Obtenebro
Tenebricoſus
Tenebricor
Tenus
Pertinet
Attinet
Optineo
Abſtineo
Abſtinentia
Continentia
Abſtinens
Continens
Abſtinenter
Continenter
Detineo
Subſtineo
Subſtentaculum
Fulmicen
Fulcior
Fulcrum
Suffulcio
Fulcior
Suffulcior
Diſtineo
Retineo
Retinaculum
Teneſmus
Epiſtola
Apoſtoli
Litteræ
Littera

Virgilius
Idem
Virgilius
Apuleius
Horatius
Virgilius
Pompo.
Virgilius
Gellius
Varro
Virgilius
T.Liui.
Cicero
Ouidius

tæ ſunt:& Litteratus vocat᷑:qui in litterarū ſtudiis eruditus eſt:cuius cōtrariū eſt Illiteratus hoc eſt rudis:indoctus. Veteres etiam Litteroſum dixere. Caſſius. Homo mere Litteroſus. A Littera fit etiam diminutiuum Litterula:& Oblittero verbum:quod eſt obſcure facio:& ex hominum memoria tollo:quaſi e litterarum monumentis deleo:quod veriſimilius eſt ꝙ quod ſcribit Seruius a littore deduci:quia ibi notata fluctibus æquari ſolēt. Ab hoc fit Oblitteratio Ab Epiſtola vero Epiſtolium deriuatur:hoc eſt parua epiſtola:& Epiſtolaris:vnde Epiſtolares chartas:& Epiſtolarem papyrum dicimus. Martialis de charta Epiſtolari. Seu leuiter noto:ſeu caro miſſa ſodali Omnes iſta ſuos charta vocare ſolet. VEL. Aut Vel enim interdum diſiunctiua coniunctio eſt:vt hoc loco. Interdum ponitur pro etiam. Virgilius. Carmina vel cælo poſſunt deducere lunam. Ab eo compoſita fiunt Velut: & Veluti:de quibus ſuperius diximus. TITVLO. Indice libri. Titulus proprie iudex cuiuſcunq; operis:qui græce ἔλεγχος dicitur. Vnde in ſtatuis:ſiue picturis titulum dicim9 litteras:quæ vel artificis:vel eius:cuius ſtatura ſiue imago eſt:nomen demonſtrat:vel tempus quo factum eſt:declarat. Suetonius. Plurima & ampliſſima opera incendio conſumpta reſtituit:ſed omnia ſub titulo tantum ſuo:ac ſine vlla priſtini autoris memoria. Item Titulus libri dicitur:qui vel qualitatem operis vel nomen autoris: vel numerum librorum oſtendit. Martialis. Primus:vbi eſt in quis:qum ſit liber iſte ſecundus Quid faciam:ſi plus ille pudoris habet Tu tamen hunc fieri ſi mauis Regule primum:Vnum de titulo tollere iota potes. Dictus autem titulus eſt a tuendo quaſi tutulus:quod tueatur factum autoris:& ſi quis alterius opus eſſe contendat:veri opificis indicet nomen. Per tranſlationem tamen ponitur aliquando titulus pro monumento. Apuleius. Auorum:& pro auorum titulus Clarus. Tituli etiam aliquando vocati ſunt milites quaſi tutuli:quod patriam tuerentur:vnde & Titi prænomen ortum:& Tutulus vocabatur ornamentum capitis flaminicarum:& victa purpurea innexa crinibus & in altitudinem erecta:quod per eam Flaminica a cæteris mulieribus diſcernebatur. Tueri proprie videre eſt Virgilius. Excipiunt plauſu pauidos:gaudentq; tuētes Dardanidæ. Ab hoc compoſita fiunt Intueor:Obtueor:& Cōtueor eiuſdem fere ſignificatiōis. Ab Obtueor Obtutus deriuatur:hoc eſt aſpectus. Virgilius. Obtutuq; hæret defixus in vno. Quoniam vero rem nobis caram aſſidue vidēdo protegere ſolemus: factū eſt vt tueri etiam pro defendere vſurpemus. Cicero. Vt ſcirent maiore cura tueri:quæ parta ſunt. Ab hoc deriuat᷑ tutus:quod modo actiuæ ſignificationis eſt:vt tuta vrbs:quæ nos defendit:modo paſſiue:vt tuti ſumus ab hoſtibus:hoc eſt muniti:& ſine aliquo periculo. Itē Tutor verbum eiuſdem ſignificationis:& tutor nomen:quod ſignificat eum:qui vim ac poteſtatē habet in capite libero ad tutandum eum:qui propter ætatem infirmam non poteſt ſe defendere:quæ poteſtas iure Ciuili ei data atq; permiſſa eſt: A quo Tutela ipſa ius:atq; poteſtas appellata eſt:& Tutorium:quicquid ad tutorem pertinet. Item a tueor Aedituus:qui ædes ſacras tuetur:de quo ſuperius diximus:& Tutanus deus:qui homines tueri putabatur. Varro Tutanum deum Romæ omnes: qui laborant:inuocant: & Tutilina dea ſimiliter. Idem tuam fidem Tutilina inuoco: quæ adeſſe mortalibus ſoles:& Tuto aduerbium:hoc eſt ſine periculo:a nomine fit Tutior. Tutiſſimus:ab aduerbio Tutius:Tutiſſime. SOLENT. Conſueuerunt:a Soleo cōpoſitum fit Aſſolet:quod fere vſurpatur pro eo:quod eſt fieri ſolet. Apuleius. Ingreſſi oppidum ſtabulum:vt aſſolet: perquirimus. Item Inſolens:quod mō ſignificat eum:q nō ſolet. Terentius. Quid tu Athenas inſolens? modo arrogantem:quod præter legem agat ſolitam:hoc eſt humanam & naturalem. Cicero. Nec erat verendum nec vera prædicans de ſe nimis videret᷑ aut inſolens:aut audax. A quo fit inſolentia: & Inſolenter aduerbium:& comparatiua:ac ſuperlatiua eorum Inſolentior:Inſolentiſſimus:Inſolentius. Inſolentiſſime. Item a ſoleo fit Solitus:cuius cōtrarium eſt Inſolitus:& Solitum:cōſuetum:vnde Plus ſolito:& minus ſolito dicimus. FLORALES. Intellige ludos: etenim adiectiuū eſt Florales. Nā noīa:quæ feſtos dies ſignificāt:neutralia ſunt:carētq; numero ſingulari:vt Cōpitalia:Bacchanalia: Vinalia:Agonalia:& floralia de qb9 iā diximus. ILLIS EPIGRAMATA SCRIBVNTVR QVI SOLENT SPECTARE FLORALES. Quaſi dicat:qui poſſunt floralibus intereſſe:non dedignabuntur epigrammata noſtra legere Floralibus enim nudæ mulieres:& laſciuis verbis:& obſcenis corporis moribus ſine aliqua verecundia vtebant᷑. Quāobrem Scipio Naſica Senatū caueam Theatri ad huiuſmodi ludos celebrandos facere molientem grauiſſima oratione compeſcuit: perſuaſitq; ne grecam luxuriam humilibus patriæ moribus paterentur: obrepere. Tantumque autoritas eius valuit: vt Senatores per id tempus etiam Subſellia: quibus ad breue hore ſpatiū cōgeſtis in ludorū ſpectaculo iā vti ciuitas coeperat:deiceps ꝓhiberet apponi:ꝗ̄uis paruo tp̄e ea continentia durauerit. SCRIBVNTVR. Componuntur:litteris mādantur. Scribere aliquādo exarare eſt:hoc eſt manu propria litteras fingere:quod etiā Librarii faciunt:ali/

Caſſius | Martialis | Virgilius | Suetonius | Martialis | Virgilius | Virgilius | Cicero | Varro | Idem | Apuleius | Terentius | Cicero

Litteratus | Illiteratus | Litteroſus | Litterula | Oblittero | Obblitteratio | Epiſtolium | Epiſtolaris | Vel | Velut | Veluti | Titulus | Titus | Tutulus | Intueor | Obtueor | Contueor | Obtutus | Tueor | Tutus | Tutela | Tutoriū | Tutanus de. | Tutilina | Tuto | Aſſolet | Inſolens | Solitum | Floralia | Sci. Naſica | Scribere

quando eſt cōponere litteris mandare: quod etiam vno dictante: & altero exarante fieri poteſt: Hinc Scriptores non Librarii: ſed ipſi: vt ita dicam: autores operum dicuntur. A Scribo fit Scripto frequētatiuū: A quo aliud frequētatiuū ſcriptito: & ſcriptū opus cōpoſitū: & Scriptura ipſa: vt ita dicā: exaratio: & Scriba q vel geſta: vel epiſtolas: vel tabellas: ſcribit: pręſertim iuſſu alterius: vnde Scribas pontificis maximi dicere poſſumus: qui litteras eius ſcribunt: Item Scribas librarios: qui libros a nobis æditos ſcribunt: Item Scribas tabularios: quos vocamus Tabelliones: & Scripturarius: qui tabellio etiā vocatur: quod ſcripturis omnia vel vrbium vel prouinciarum geſta publice computantur. Lucillius. Publicanus vero: vt aſiæ fiam Scripturarius: & Scriptio: hoc eſt ſcriptum: ſiue ſcriptura. Varro. Auarus fenerator ſpe lucri rem Scriptione duplicarat. Cicero. Impulſi ſumus ad Philoſophiæ ſcriptiones. & Scribello: quo veteres vſi fuerunt pro Scribo: A quo compoſitum fit Conſcribello. Varro. Aſtrologi non ſunt: qui conſcribella verrunt pingentes cælum. Præterea a ſcribo compoſita fiunt Aſcribo: quod aliquando ſignificat addo: adiungo: vnde Aſcripti dicebantur: qui in colonias nomina dediſſent: vt cæteris colonis adderentur. Itē Aſcripti milites dicebantur qui ſupplendis legionibus aſcribebantur: quos & Ferentarios: & Rorarios vocant. Aliquādo tribuo imputo. Cicero. Neq; enim mihi negligētiæ velim aſcribas. Circumſcribo deleo: quod cum delere ſcriptum aliquod volumus linea quadam circumſcribere ſolemus. Perſcribo in totum ſcribo. Tranſcribo: & exſcribo notæ ſignificationis. Deſcribo: quod eſt exprimo: & proprietatibus quibuſdam quaſi quadam pictura ante oculos pono. Interdum etiam Depingo: nam & ſcribere nonnunq̄ pro pingere vſurpamus. Plynius de Nichomacho pictore. Scripſit & Apollinem: & Dianam: deumq; Martem in leone ſedentē. Quare & picturas legere dicimus. Virgilius. Quin protinus omnes perlegerent oculis: quod ad imitationem græcorum factum eſt: apud quos γράφειν ſcribere: & pingere eſt: γραφάσ Pictor. Graphia pictura: & ſcriptura. Graphis penicillus. Plyni⁹. Graphidis veſtigia extāt in tabulis: ac membranis: ex quibus proficere dicuntur artifices. Graphium ſtilus: quo in pugillaribus ſcribit᷑: A quo Graphiarium: de quo alibi diximus. Item pugionis genus. Suetonius. Cæſar Caſſi brachium abrepto graphio traiecit. Zographos pictor animaliū. Zographia animaliū pictura. Anthropographos hominū pictor. Plynius. Dionyſius nihil aliud: q̄ homines pinxit: ob quod Anthropographos cognominatus eſt. Rhyparographos ſordidarum rerum pictor. Sic enim cognominatus eſt Pyreicus pictor excellens quidem: ſed qui Tonſtrinas: ac Sutrinas: aſellos: obſonia: aliaq; huiuſmodi humilia ſecutus eſt: q̄uis hæc pluris veniere q̄ maximæ multorum picturæ: ῥύπαρον græci ſordidum dicūt. A grapho etiam Gramma dicitur: quod litteram ſignificat: a quo grāmatice ars litteraria: hoc eſt quæ in emendate loquendo: ſcribendoq; conſiſtit: vt litteræ ſuas cuſtodiant voces: & velut depoſitum reddant legentibus: & Grammaticus notæ ſignificationis: & Grammatocyphon: qui capite ſummiſſo: & ingenibus papyrum tenens ſcribit. Item a Grapho Syngraphū ſcriptura: quæ fit in alicuius rei fidem: & ab aliquibus ſimul conſcribitur. Suetonius. Dubitauit a q buſdam iuſiurādum: ac etiam Syngrapha rogare: & Autographum ſcriptura ſimilis manu propria facta: & Autographus adiectiuum: vnde libros Ciceronis ſcriptos dicimus. Gramma etiam lineam ſignificat: A quo linearis pictura Monogrāmos dicta eſt. Item Monogrāmi apud nos dicuntur: homines macie pertenues: ac decolores tractū a pictura: quæ priuſq̄ coloribus corporetur: lineis adumbram fingebatur. Lucillius. Monogrammi quinq; adducti pietatem inuocant. Item a deſcribo Deſcriptio deriuatur: quæ ita a diffinitione diſtinguitur: quod diffinitio ex genere: & differentiis conſtat. Deſcriptio certis proprietatibus cōtēta eſt. Præſcribo: quod modo ſignificat ante ſcribo: modo Præſtituo: legem impono. Varro. Quoniam præſcriptum erat: ne quis angiportum tranſgrederetur. Interdum adiudico: ſiue præiudico: A quo Præſcriptio: de qua ſuperius diximus. Proſcribo: quod ſignificat damno: vnde Proſcripti damnati dicunt᷑. Plynius de Sylla. Age nō exitus vitæ eius omnium præſcriptorum ab illo calamitate crudelior fuit. Tractum autem eſt ab eo: quod ii proprie proſcribi dicuntur: vt Vlpianus teſtatur: quorum nomina claris litteris: vt de plano recte legi poſſint: ante tabernam: vel ante eum locum: in quo negociatio exercetur: non in loco remoto: ſed ineuidenti ſcribuntur. Ab hoc etiam. Proſcriptio: hoc eſt damnatio deducitur. Inſcribo modo titulum appono. Virgilius. Dic quibus in terris inſcripti nomina regum Naſcuntur flores: modo dilacero: noto: vnde inſcripti dicuntur ſerui Stigmata habētes. Plautus. Corpus tuum vulneribus inſcribam. Virgilius. Et verſa puluis inſcribitur haſta. Ab hoc Inſcriptio: modo titulus: modo nota. Subſcribo ſubnoto: A quo Subſcriptio. Reſcribo ad eum: qui ad me ſcripſit: vel in eum: qui in me ſcripſit ſcribo: vel re; ſcriptā rurſus ſcribo. Cōſcribo multa ſimul Scribo ab his Reſcriptio & Conſcriptio deducuntur: & a conſcribo Conſcripti patres appellati: de quibus diximus. NON INTRET CA

Left margin: Scriptores | Scriba | Scripturarius | Scriptio | Scribello | Aſcripti | Rhyparographus | Pyreicus | Gramma | Grāmatocyphō | Syngraphum | Autographum | Monogrāmos | Deſcriptio | præſcribo (handwritten) | Proſcriptio | Inſcribo

Right margin: Varro | Cicero | Cicero | Plynius | Virgilius | Plynius | Suetonius | Plynius | Suetonius | Varro | Plynius | Vlpianus | Virgilius | Plautus | Virgilius

TO THEATRVM MEVM AVT SI INTRAVERIT SPECTET. hoc eſt non ſumant ſeueriores libros meos: aut ſi ſumpſerint: legant. Alluſit autem ad Catonis hiſtoriam: qui quum aliquando theatrum: in quo floralia celebrantur: ſpectandi gratia ingreſſus fuiſſet: erubeſceretq̨ populus petere: vt eo præſente mimæ nudarentur: re ex Fauonio ſibi amiciſſimo vna ſedente cognita: ſurrexit: atq̨ ex theatro diſceſſit: ne præſentia ſua ſpectaculi conſuetudinem interrumperet. Abeuntem itaq̨ ingenti plauſu populus perſecutus priſcum morem iocorum in ſcenam reuocauit: confeſſus plus ſe maieſtatis illi: Quam ſibi vniuerſo tribuere?

Cato.

IN CATONEM EPIG. XXVIIII.

NOSSES IOCOSAE hoc eſt Tetraſtichon: quo Epiſtolam claudit: in quo arguit leuitatem Catonis: qui ſi nolebat ſpectare floralia: non debebat theatrū intrare. Carmen eſt trimetrum Iambicum hippodiactum: quod in vltimo pede ſemper ſpondeum: aut Throcheum habet. Nouiſſimi duo tragici ſunt: quia pedem vnū triſyllabum habent. SEVERE. Grauis. Seuerus enim aliquando grauem: & cenſorium ſignificat quaſi ſemper verus: & nulla gratia: nullis illecebris mutabilis. Virgilius. Romulidis: Tatioq̨ ſeni: curibuſq̨ ſeueris. Aliquando aſperum: trucem. Idem. Qui tetricæ horrentis rupes: montemq̨ ſeuerum: Nonnunq̨ ſæuum: implacidum: vitabilem: Idem. Inuidia infœlix furias: amnemq̨ ſeuerum. Nonnunq̨ triſtem: ſollicitum. Varro. Tertia pœnarum infamia ſtans nexa in vulgi pectore fluctuanti intonſa coma: ſordido veſtitu: ore ſeuero. Hic Seueritas deducitur: hoc eſt grauitas: conſtantia: aſperitas: triſtitia: quæ a Veteribus Seueritudo dicta eſt. Plautus. Quod illud eſt: quod illi caperat frons ſeueritudine. hoc eſt triſtitia animi ſolicitudine: & Seuere aduerbium: A quo Seuerus: Seueriſſime: ſicut a Seuerus: Seuerior: Seueriſſimus: & Aſſeuero verbum: quod eſt cum vi quadam: ac motu animi quaſi cum ſeueritate aliquid affirmo: A quo Diſſeueratio deriuatur. Quintilianus. Altera ex aſſeueratione probatio eſt. Ego hoc feci tu mihi hoc dixiſti: & o facinus indignum: & Perſeuero: quod eſt cum quadam conſtantia: & quaſi pertinatia duro. Cicero. Et mea voluntate ad extremum vſq̨ vitæ diem perſeuerandum eſt. Ab hoc Perſeuerantia deducitur: hoc eſt conſtantia: Pertinatia. Et Perſeueranter aduerbium. IOCOSE. Cuius ſacrificia obſcenis iocis plena ſunt. AN. Nunquid. An enim interrogandi aduerbium eſt. Cicero. An vero Romulus ille: aut paſtores: aut conuenas congregraſſe: aut Sabinorum connubia coniunxiſſe: aut finitimorum vim repreſſiſſe eloquentia videtur. Sed aliquādo tranſit in vim coniunctionis: quum ſermo dubitatiuus eſt: & tūc fere Subiunctiuo adiungitur: vt neſcio an viuat pater. Dubio an vera loquatur ſeruus. Nam quando ſermo opinionis: aut ſcientiæ eſt per indicatiuum potius loquimur: non cum An: ſed cum quod: & aut: vt opinor: quod pater aut mortuus eſt: aut grauiter ægrotat: vel per infinitum: vt opinor patrem aut mortuum eſſe: aut grauiter ægrotare: quod autem de An: id de Ne quoq̨ præcipitur: quæ plerunq̨ vna ſolaq̨ eſt: & ſemper in parte prima locatur: vt bonus Ne eſt: An malus. Aliquando alteram habet: ſed id ſæpius apud poetas. Virgilius. Qui teneant homines ne: Fere ne Quærere conſtituit. Quandoq̨ etiam hoc modo. Eundum mihi nec ne ſit ignoro: & per interrogationem. Cicero. Verum vultis prætori flacco necne: hoc eſt an non. Quidam ſuperuacuo addunt alterum: an hoc modo. Neſcio an bene faciam: nec ne. An vero quandoq̨ præpoſitio ſignificat circum: vt anterminum ideſt circum terminum: & in cōpoſitione Amputata circumputataq̨: Annus quia in ſe reuoluitur. Nam Amphitapæ veſtes ex vtraq̨ parte villos habentes non ab an: ſed ab Ampho deducitur: quod ſignificat ambo: & Ampedices dicebantur ab antiquis: quod circum penderent: quæ nunc Appendices dicuntur: & Anſegetes: quarum ager viam tangebat: & Anquirere circum quærere.

Seuerus — Virgilius — Idem — Idem — Varro — Seueritas — Seueritudo — Plautus — Quintilia. — Cicero — Aſſeuero — Aſſeueratio — Perſeuero — Cato — Perſeuerantia — An — Ne — Cicero — Amputatum — Amphitapæ — Ampedices — Appendices — Anſegetes — Annus

TITVLVS LIBRI EPIGR. XXX.

HIC EST QVEM LEGIS. Hoc epigramma pro indice libri: hoc eſt pro titulo ponitur. Indicat enim autoris nomen: & qualitatem operis: captatq̨ beniuolentiam a lectoribus agens eis gratias: quod ſe viuo legant epigrammata: quod raro cæteris poetis ſolet contingere. Carmē eſt Phalecium a Phaleco inuētore vocitatū: cōſtās ſpondeo: Dactylo: & tribus Throcheis. QVEM REQVIRIS. Quē cupis habere. ARGVTIS. Salſis: Acumē habētibus. Arguere ꝓprie oſtēdere eſt. Virg. Degeneres animos timor arguit. Ab hoc fit Argumētū: quod modo ſignificat rē factā: quæ tñ ſecundū naturam ſit: vt ſupra diximus: hoc eſt veriſimilis: qualia ſunt argumēta comoediarum: vnde ꝑ Metaphoram argumētum aliquādo pro materia ponimus. Cicero. Quoniā nullū ſcribēdi argumētum mihi relictum eſt: modo rationē: quæ rei dubiæ facit fidē: vt ē Syllogiſmus: idu-

Phaleciū carmē — Virgilius — Arguo — Argumētum — Cicero

Argumentor
Argumentatio
Argutus
Argutia
Argute
Argutor
Coarguo
Redarguo
Studiū
Studioſus
Studioſe
Studeo
Rarum
Raro
Raritas
Retæ
Rarefacio
Rareſco
Rarefio
Perraro
Rarenter
Ralla
Cinis
Sepultus
Humatus
Sepelio
Sepulchrum
Sepultura
Cinis
Cinereus
Cinericius
Subcinericius panis
Cinefacio
Cinefactum
Ciniflones
Cinelones
Cinerarii
Cinaſones

ctio:exemplum: vnde Argumentari dicimus rationibus niti ad aliquid probandum & Argumētatio eſt ipſa argumentorum explicatio. Itē ab Arguo deducit̃ Argutus: hoc eſt ſalſus: acutus: & cum lepore quodam: quæ cupit: dicēs: faciens ve quaſi acute arguens: vnde Acute: & malitioſe dicta: vel facta: Argutiæ vocant̃. Plautus. Exi e culina ſis foras Maſtigia: qui in tus mihi exhibes argutias. Interdum tamen pro canoro: ac reſonanti accipitur. Virgilius. forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis: Interdum pro breui: exili: & quaſi acuto. Idem Argutūq; caput: breuis aluus: obæſaq; terga. Ab hoc fit aduerbiū Argute: qđ mō acute mō ſonore ſignificat: & Argutor verbū: quod aliquādo ſignificat loquacius loquor: & quaſi ſonum ore reddo. Neuius. Quādo ad ludos venit: alii cum tacent: totum diem argutat̃ quaſi Cicada Quandoq; accipitur pro Subſilio: quia: & pedibus ſonus quidam fieri videtur. Titinius. Terra hæc eſt noua: quaſi vbi tu ſolitus argutari pedibus. Aliquando etiam Arguo ꝑ reprehendo accipit̃: a quo fit Coarguo: & Redarguo eiuſdē ſignificationis. EPIGRAMMATON. Epigrāmatū: græcus genitiuus pluratiui numeri. STVDIOSE. Diligēter: aſſidue: Studium proprie diffinitur vehemens animi applicatio ad aliquid agendum: vnde pro exercitatione aliquando ponitur: vt qum dicimus ſtudia litterarum: hinc fit Studioſus quod modo aſſiduum: ac perſeuerantem ſignificat: vt vir ſtudioſus: ac diligens: modo pro cupido: & alicui rei dedito: atq; addicto accipit̃: vt Studioſus laudis: ſtudioſus gloriæ: ideſt cupidus laudis: & gloriæ: & Studioſus Cæſaris. Item Studioſe aduerbium: hoc eſt cupide: diligenter: & Studeo verbum: hoc eſt do operam incumbo. RARI. Pauci. Rarum enim proprie dicimus: quod non eſt denſum: A quo fit raro aduerbium. Cicero. Sic ad hoc genus caſtigandi raro: inuitiq; veniamus. Interdum etiam rarum ponitur pro præſtanti: quoniam omnia præclara rara ſunt. Virgilius. Hic rarum tamē vidimus olus. A Rarus fit Raritas: A quo Retæ: vt ſupra diximus: & Rarefacio verbum. Et Rareſco Rarus fio: quod & Rarefio dicitur. Et Rarior: Rariſſimus. Item aduerbia Rarius: Rariſſime: & aliud aduerbium compoſitum Perraro. Item Rarenter. Pomponius. Longe ab urbe Villicari: quo herus rarenter venit nonuilli cari: ſed dominari eſt mea ſententia: & Ralla, veſtis: de qua diximus. POST CINERES. Poſt mortem: quo tempore non obeſt inuidia: quæ a legendis viuorum operibus homines ſæpe numero retrahit. Ouidius. Paſcitur in uiuis liuor poſt fata queſcit. Cineres ideo pro morte ponimus: quia veteribus mortuorum corpora cremare: & in cinerem redigere mos fuit. Antiquiſſimi tamen Romani terræ ſua cadauera cōdebant: Sed poſtq̃ longinquis bellis obrutos erui cognouere: tunc inſtitutum: vt corpora cremarentur. Nemo ante Syllam dictatorem in Cornelia domo traditur eſſe crematus. Id autem ipſe iuſſit fieri: talionem metuens: qm̃ Caii Marii cadauer eruerat. Adhibere aūt rogo mos fuit varios odores: & inſumere Sylle tantā a matronis vim odorum oblatum fuiſſe cōmemorant: vt præter eos: qui in lecticis decem & ducentis fuiſſe tradūt̃: quædam iuſtæ magnitudinis imago Sylle formata ſit: & thure: cinnamoq; admirandi pretii lictor compactus Sepulti dicebant̃ quocunq; modo conditi eſſent: Humati non niſi Humo cōtecti. Sepultū quidam dictum volunt quaſi ſine pulſu: ſed falſum eſt: etenim a ſepeliendo dicit̃ ſepultus. Sepelio vero a ſepiēdo deducitur: quia Cadauer terra: vel lapide: vel alio genere materie circumſepitur. Inde Sepulchꝝ deriuat̃ locus: vt Vlpianus inquit: in quo corpus: oſſaq; hominis cōdita ſunt: & Sepultura quæ mō ſepulchꝝ mō ipm̄ ſepeliēdi actū ſignificat. Ply. Poſt ſepulturam aliæ manium ambages ſunt. Sepultum aliquando per trāſlationem pro eo accipimus: qui mortuo ſimilis quaſi ſine ſenſu iacet. Virgilius. Inuadunt vrbem ſomno: vinoq; ſepultam. Cinis puluis eſt: in quem materia vſta redigitur: A quo Cinereus deducitur: quod Cineris eſt: vt Cinereus color: & Cinereæ aues: quæ habent colorem Cineris. Item Cineritius: vnde Subcinericius panis vocatur: qui ſub Cineribus coctus ē. Veteres. Cinefacio vſurparunt pro eo: quod eſt in cinerem redigo: & Cinefactum dixerunt in cinerem diſſolutum. Ciniflones quoq; a cinere dicti ſunt: & Cinelones: & Cinerarii in eadē ſignificatiōe propa raſitis ab officio calamiſtrorum in cinere calfaciendorum: quibus matronæ capillos criſpabant. Horatius. Cuſtodes: lecticæ Ciniflones: paraſiti. Cinaſonas vero acus vocant: quibus mulieres ſcalpunt?

Plautus
Virgilius
Idem
Neuius
Titinnius
Cicero
Virgilius
Pompo.
Ouidius
Vlpianus
Plynius
Virgilius
Horatius

AD EMPTOREM LIBRI EPIG. XXXI.

VITE CVM CVPIS ESSE MEOS. Docet ſtudioſos librorū ſuorū vbi & a quo eos emere poſſunt. Q. VOS MEMBRANA ARTAT BREVIBVS TABELLIS. Qui exiguo volumine ſunt compacti. Tabulis enī libri tegūt̃. Quondā aūt & ceratis tabulis: hoc ē pugillaribus ſcribebāt. Vñ Tabulæ numero plurali: ſiue ꝑ diminutionem Tabellæ dicebant̃ teſtamenta: ſiue aliæ publicæ ſcripturæ: ex quacūq; materia eſſent: quod initio ceratis tabulis ſcribi cōſueuerāt: hinc Tabelliones appellati: qui & Libelliones aliquādo dicti ſunt: & Tabularia: in q̄bus Tabulæ: hoc ē actus publici cō

Tabulæ
Tabellæ
Tabellio
Libellio
Tabularia

Virgilius
Plynius
Idem
Virgilius

tinentur. Virgilius. Nec ferrea iura. Inſanũq; forum: aut populi tabularia vidit A tabula ẽt fit verbũ Tabulo: a quo Cõtabulo: vnde Tabulata loca dicimus Coaxata. Plyni. Verniſq; axibus contabulare. Tabulata etiã in arboribus ſunt rami effuſiores in plana tẽdentes non in altiora creſcentes. Plynius. Et vlmus detruncata a media inter ramorũ ſcãna digerit̃ nul la fere viginti pedũ altiore arbore: Tabulata earum ab octauo pede altitudinis dilatant̃ in collibus: ſicciſq; agris. Virgilius. Sũmaq; ſequi tabulata p̱ vlmos. Itẽ a tabula Taberna: qd̃ ex tabulis fieri tabernæ principio ſoleret: vt ſupra diximus: & Tablinũ locus a trio p̱ximus quod fere ex tabulis cõſtaret. A taberna Tabernacula vocitatæ ſunt tecta caſtrenſia: quod ve luti tabernæ quædam eſſent: licet pellibus cõtegerent̃: & Aitibernalis dictus tabernæ conti/ nuus habitator: & Cõturberniũ quaſi cõtaberniũ: cohabitatio ſub eodem Tecto: & Cõtu/ bernales: qui ſub eodem tecto habitant. Tabula luſoria dicit̃: qua teſſeris: vel ſcrupis ludi/ mus: interdum etiã vtroq;. Martialis. Hic mihi biſſeno numerat̃ teſſera pũcto. Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit. Scrupus proprie calculus: hoc eſt breuis lapillus: qui Calce preſ ſus offendit. Vtrumq; ponit̃ pro eo: cum quo in tabula ludimus: p̱rælii ſimilitudinẽ effin/ gentes. Quintilianus. An vero Sceuola in luſu duodecim ſcruporũ: qum prior calculũ pro/ mouiſſet: eſſetq; victus: dum rus petit: repetitio totius certaminis ordine: quo dato erraſſet recordatus redeiit ad eum: q cum luſerat: iſq; ita factũ eſſe: cõfeſſus eſt. A ſcrupus fit diminu tiuum Scrupulus: quod proprie paruũ calculũ ſignificat: metaphorice tamẽ pro difficulta/ te accipit̃. Seneca. Sed mihi aduerſarius ſcrupulum iniecerat: A quo Scrupuloſam rem dici mus: quæ in ſe difficultatem habet: item ſcrupuloſum aſperũ: quod & Scrupeũ dicit̃. Virgi/ lius. Spelunca alta fuit: vaſtoq; imanis hiatu Scrupea. Ennius. Scrupea inueſtita ſaxo. Quo niam vero calculis facere rationem ſolemus. calculum aliquãdo pro ratione accipimus. Ci/ cero. Itaq; tibi cõcedo: vt ſi te alicuius dati pœnitet: ad calculum reducas. Vnde fit Calculo verbũ: A quo Calculator: Calculatrix: Calculatio. SCRINIA. Diximus ſupius Scriniũ a ſecernẽdo dictũ: arcam eſſe: in qua pretioſæ res: ac ſecretæ recondunt̃: vt ſunt libri: tabellæ: vnguẽta: & ſimilia. Alexander magnus inter ſpolia Darii perſarum regis vnguentorũ ſcri/ nio capto: quod erat auro: gemmiſq;: ac margaritis pretioſum: qum varios eius vſus amici demõſtrarẽt: pudebat enim principem bellatorem: & militia ſordidum: vnguentis vacare: imo Hercule inquit librorum homeri cuſtodiæ detur Vt pretioſiſſimum humani ingeniis opus ditiſſimo opere conſeruetur. A ſcrinio fit Scriniolum diminutiuum: Et Scrinarius: q publicarum tabularum curam gerit: quæ in ſcrinio reponi ſolent. CAPIT. Continet: de quo ſuperius diximus. VAGVS. Diſcurrens. Vagi proprie dicuntur: qui ſine negocio modo huc: modo illuc inutiliter diſcurrunt: dicti quod vacui: hoc eſt ſine negociis agantur. Hinc Vagari dicimus inutiliter peragrare: & Vagabundi vocantur: qui modo huc: modo illuc diſcurrentes tempus inutiliter abſumunt. ERRES. Huc atq; illuc eas. Errare p̱prie vagari eſt. Virgilius. Inter quas phoeniſſa recenſa vulnere Dido Errabat ſilua in magna: ſed quoniam pecudes errando: hoc eſt vagando paſcuntur. Errare aliquando pro paſci vſur/ patur. Virgilius. Mille meæ ſiculis errãt in montibus agnæ. Item quia vagando ſæpe a re/ cta via deflectitur: errare aliquando pro peccare: & delinquere accipimus: A quo fit Error: quod modo delictum ſignificat. & Erratum etiam dicitur: modo vagationem: quæ & Er/ ratio proprie apppellatur. Si quidem doctiores errorem ab Erratione ita diſtingũt: vt Er/ ror amini ſit: erratio pedum. Terentius. Sane hac multo propius ibis: & minor eſt Erratio: hoc eſt minus eſt ſpatii: per quod erretur. Hinc Errabundi dicuntur: hoc eſt vagabundi: Et Errones: vt Vlpianus inquit: appellantur ſerui: qui non quidem fugiunt: ſed frequenter ſine cauſa vagantur: & temporibus in res nugatorias comſumptis ſerius ad dominum re/ deunt. Virgilius. Erronem pro dolo poſuit ab eo: quod præcedit id quod ſequitur. Aut aliquis latet Error: equo ne credite teucri. Ab erro etiam Erraticus deducitur: Vnde Cico/ rium herbam: quia paſſim naſcitur: & ex intubi genere eſt: Intubum erraticum vocant & cõ poſitum Pererro: quod ſignificat vagor: ſiue peragro. CERTVS ERIS. Abuſiue cer/ tus eris poſuit pro eo: quod eſt Certior eris: de quibus ſuperius diximus. SECVNDVM. Secundus ſcriba fuit Othonis: Hic mortuo principe: cum ad Domitiani tempora perueniſ ſet: Familiaris fuit Valerii Martialis: & Carmina eius priuſq; ærderentur legenda quaſi Cẽ/ ſor accipiebat. Martialis. Quod ſi legeris iſta cum Diſerto (Sed nunquid ſumus improbi) Secundo Deinde in varia exemplaria tranſcripta vendebat. Hic enim mos apud veteres fu it: vt bibliopolæ eruditi eſſent: & Libros nouos ab autoribus exigerẽt: quos veluti cenſores legebãt deinde tráſcriptos venũdabat. LIBERTVM. Litteræ apud veteres in libertis ma xime floruerũt: vt in hoc Secũdo Lucenſis cuiuſdã Liberto: & prius in Tirone Tulio liber to Ciceronis. Item in Laurea altero eiuſdem liberto: qui viuentis poſt Ciceronis mortem in illius villa: quam Academiã vocauerat: & tũc ab Antiſtio vetere poſſidebat̃: aq̃s calidis

Tabulo
Contabulo
Tabulata
Taberna
Tablinũ
Tabernacula
Aitibernalis
Contuberniũ
Cõtubernalis
Tabula luſoria
Scrupus
Scrupulus
Scrupeus
Calculo
Calculator
Calculatrix
Calculatio
Scriniũ
Scriniolum
Scrinarius
Vagus
Vagor
Vagabundus
Erro
Error
Erratum
Erratio
Errabundus
Errones
Erraticus
Intubũ Erraticũ
Pererro
Secundus

Martialis
Quintilia.
Seneca
Ennius
Cicero
Virgilius
Idem
Terentius
Vlpianus
Virgilius
Martialis
Tiro
Tullius
Laurea

quæ oculis ſaluberrimæ erant præclarum illud carmé fecit: dignum quod vbiq; legeretur.

Quod tua Romanæ vindex clariſſime linguæ
Silua loco melius ſurgere iuſſa viret
Atq; Achademiæ celebratam nomine villam
Nunc reparat cultu ſub potiore vetus
Hic etiã apparét Lymphæ nõ añ repertæ:
Languidaq; infuſo Lumina rore leuát
Ni mirum locus ipſe ſui Ciceronis honori
Hoc dedit: hac fõtes qum pateſecit ope.
Vt quoniam totum legit᷑ ſine fine p orbem
Sint plures oculis quæ medeant᷑ aquæ.

POSTLIMINA PACIS. Poſt téplum Pacis: qđ Veſpaſianus pater & Titus filius ædi
ficauerũt foro proximũ: & in eo vaſa tépli hieroſolymitani: & vniuerſa denaria conſtitue/
runt. Item veneris imaginé: antiquorum digna fama q̃uis artifex eius ignoraret᷑. LIMI/
Limé NA. Aditus. Limé enim dicit᷑ omnis ingreſſus. Virgilius. Limen erat: cecæq; fores & per/ Virgilius
uius vſus. Nec ſolum inferiorem partem ſignificat: quæ ſub pedibus eſt: & calcari in ingreſſu
domus: a noua nupta ſine ſcelere non poterat: qm̃ ſacra exiſtimabat᷑: ſed etiam ſuperiorem.
Neuius exime limé ſuperum: quod mihi miſero ſæpe confregit caput: inferum quoq;: vbi Neui.
ego omnis defregi digitos. Plautus. Senſim ſup attolle pedem limé noua nupta. Interdum
etiam limé ponit᷑ pro interiore parte domus. Virgilius. Penetrant aulas: & limina regũ. A Plautus
Liminaris Limine fit Liminaris: vnde Liminaré lapidé dicimus: qui eſt in domus ingreſſu: & Limé ti/ Virgilius
Limétinus nus deus: qui liminibus præeſſe putabat᷑: & Elimino: hoc eſt excludo: expello: & quaſi extra
Elimino limen eiicio. Cicero. Expellite hunc vrbe: vel potius ex omni Italia liminate. Pomponius. Cicero
Iſtic maneto eliminabo extra ædes cõiugem. Actius. Egredere: exi: effer te: elimina vrbe Et Pompo.
Poſtliminiũ Poſtliminiũ: de quo ſupra diximꝰ: & Sublimis ĩ altitudiné eleuatus a limine ſupiore: A quo Actius.
Sublimis ſublimo verbum exalto: & Sublimitas exaltatio: & Sublimiter aduerbiũ alte. Deriuat᷑ auté
Sublimo limé a Limus: quod tranſuerſum ſignificat: nam limina in hoſtio tranſuerſa locant᷑: etenim
Sublimitas qum diſſimulant ſe homines uidere: quod vidét: & non recta facie: ſed tranſuerſa intuentur
Sublimiter Limi dicunt᷑ aſpicere. Terétius. Ego Limus aſpecto ſic p flabellum clanculum. A Limus Li Terétius
mes quoq; deducit᷑: quod modo tráſuerſam viam ſignificat: modo terminũ Vñ Limitatus
Limus ager dr̃ in céturias diuiſus: & Limitare terminare eſt. Limites in agris duo maximi ſunt: Car
Limes do: & Decumanus. Limes Decumanus eſt: qui ab oriéte in occidenté ſpectat. Cardo autẽ
Limitatus ager a Meridie ad Septétrioné. Reliqui limites anguſtiores ſunt: diſtantq; inter ſeſe paribus in/
Limito teruallis. Quando vero limus ſubſtantiuum eſt: coenũ illud mollius ſignificat: quod ab aq̃s
Cardo limes deferri ſolet: vnde Limoſam paludem dicimus: hoc eſt coenoſam. Hinc deriuat᷑ Limax: de
Decumanus li/ qua ſupra diximus. At lima feminino genere inſtrumentũ eſt fabrile vulgo notũ: a quo Li/
mes mo verbum: quod proprie ſignificat polio: & ſupflua detraho: a quo Elimo: & Delimo cõ
Limus poſita: & Limatio: & Limatura: quæ ſcobem: hoc eſt puluiſculum illum limando detractũ
Limoſa palus ſignificat. Veteres limo aliquando pro delimo vſurparũt. Apuleius. Anus muneribus deli/
Limax mata cõſenſit. Nõnunq̃; pro cõiungo. Plautus. Nam pater tuus nunq̃ cum illa limabit ca/ Plautus
Lima put. Cecilius. Hoc a te poſtulo: ne cum meo gnato poſt hac limaſſis caput. Turpilius. Veri/ Cecilius
Limo tus ſum ne amoris cauſa cũ illa limaſſes caput. Eſt etiã quando pro erado: & aufero capitur Turp.
Elimo a quo Limaces dicunt᷑: qui exquirunt: vt aliquid auferant. Plautus. Limaces viri: quod atte Plautus
Delimo rant: & cõſumant. Scobina maior eſt q̃ lima quoſdam déticulos habés: qbus erodit: A quo
Limatio Scobes puluiſculus dicit᷑: qui ex lignis fit: aut alia huiuſmodi materia. Plynius. Proxima Sy Plynius
Limatura ria ſupra phoenicé Styracé gignit: circa Caſſium Seleucie monté. Arbor eſt eodem nomi/
Limaces ne Cotoneo malo ſilis. Lachrymæ ex auſtero iucũdioris: Intus ſilitudinis: harũdinis ſucco p
Scobina gnans: in hac circa Canis ortum aduolant pennati vermiculi erodétes ob id in ſcobe ſorde
Scobes ſcit. Ité Scobino verbũ: qđ eſt ſaucio: ab rado: a quo deſcobino: & paſſiua eorũ Scobinor:
Scobino ac Deſcobinor. Varro. Si nauté delectationis cauſa venamini quanto ſatius eſt ſaluis cruri/ Varro
Deſcobino bus in circo expectare: q̃ hic deſcobinatis in ſilua currere. Scobem etiã p metaphorã pro qua
Scobinor cunq; immũdiciæ accipiunt: vnde Scopa dicta eſt quaſi Scoba inſtrumentum: quo domum
Deſcobinor verrimus: hoc eſt quo ſcobé educimus. Martialis. In pretio ſcopas teſtat᷑ palma fuiſſe. Hinc Martialis
Scopa Scopa regia dicit᷑ frutex palme ſimilis: & Scopa amerina ſimilis geniſtæ: niſi qđ folia mi/
Scopa regia nutiora habet: & virgas létiores. Scopas etiã dicimus virgas: ſeu putamina ĩutilia cuiuſcũq;
Scopa amerina herbæ: vel fruticis foliis ſcilicet: floribuſq;: & fructibus detractis: quod his aduerrédũ vta/
Scopa manua/ mur: vnde Manuales ſcopas Chamæmeli dicimus: quos medici recétiores dicunt Manipu/
lis los camemille. FORVM PALLADIVM. Forum latium: in quo Domitiani coloſſus
Forum latiũ erat: ad cuius ſiniſtram erat templum palladis: ſicut ad Dextram templum pacis. Papinius. Papinius
Fora tria Quæ ſuper impoſito moles gemmata coloſſo Stat latium complexa forũ. Idem paulopoſt Idem
Forũ romanũ Dextra leuat pugnas: leuam tritonia virgo Non grauat. Tria enim fora iudiciaria tépore
Forũ Cæſaris Martialis Romæ fuiſſe manifeſtum eſt: Forum latium: ſiue Romanum: omnium antiquiſ/
Forum Auguſti ſimum: forum Cæſaris dictatoris: in quo loricatam ſibi fieri ſtatuam paſſus eſt: & Forũ Au
guſti: quod cum æde Martis vltoris extruxit: & in eo Caſtorem: & Pollucem cũ Victoria:

& Alexādro magno. Item belli imaginē reſtrictis a tergo manibus Alexādro incurru triū
Martialis phante: inſignia Apellis opera dicauit. Martialis. Cauſas inquit agam Cicerone diſertius
Nerua ipſo: Atq; erit intriplici par mihi nemo foro Aedificauit deinde aliud forum Nerua impe/
Traianus rator. Ite; aliud diuus Traianus ſtructura mirabili: in quo columna adhuc integra cernitur
cētum quadraginta cubitorum altitudine: in qua res geſtæ eius principis admirabili opere in
ſculptæ cernuntur.

AD LIBRVM SVVM EPI. XXXII.

RGILETANAS ..Monet libellum ſuum Iam properantem exire ne feſti/
net: præſtare enim vt domi maneat: & lituras domini patiat': q̃ in aliorum cen/
ſuram veniat: In quo nos inſtruit ne æditio operum noſtrorum præcipitet' De/
Horatius cimumq; (vt inquit Horatius) prematur in annū. SCRINIA NOSTRA. Arcæ in qui/
Martialis bus libri: vt diximus recōdi ſolent. Martial'. De ſcrinio. Cōſtrictos niſi das mihi libellos. Ad
mittā tineas: truceſq; blattas. ARGILETANAS. Quæ in Argileto erāt: de quo ſupra di/
Horatius ximus: in quibus tenebātur libri venales. Horatius. Nulla tabella meos habeat: vel pila libel
los. NESCIS. Ignoras. Hoc tamē intereſt iter Neſcire: & ignorare: quod ſi huic verbo ne Neſcio
ſcit præponatur vox vniuerſalis affirmatiua: fit propoſitio particularis negatiua: etenim qū Ignoro
dicimus oīs hō neſcit legere. idem eſt ac ſi diceremus aliquis homo neſcit legere Si vero præ/
ponatur vox vniuerſalis negatiua: fit oratio vniuerſalis affirmatiua. Nā qum dicimus. Nul
lus homo neſcit deum eſſe: idem eſt ac ſi diceremus: Omnis homo ſcit deū eſſe. Quod ſi poſt
verbum neſcit ponatur vox particularis affirmatiua: fit propoſitio vniuerſalis negatiua. Vt
ſi dicamus. Neſcit aliquis diem mortis ſuæ. Idem Eſt enim ac ſi diceremus. Nullus ſcit diem
mortis ſuæ. Econtrario vero ſi huic verbo ignorat vox vniuerſalis affirmatiua: fit vniuerſa
lis negatiua. Idem eſt enim: Omnis homo ignorat diem mortis ſuæ: & nullus homo ſcit diē
mortis ſuæ. Si vero præponatur vox vniuerſalis negatiua: fit propoſitio vniuerſalis affirma
tiua. Idem nāq; eſt. Nullus homo ignorat ſe mortalem eſſe: & omnis homo ſcit ſe mortalē
eſſe: Si aūt poſt Ignorat ponatur vox particularis affirmatiua: fit ꝓpoſitio particularis ne/
gatiua: etenim ſi dicamus. Ignorat aliquis diem mortis ſuæ: Idē eſt ac ſi diceremus. Aliqs nō
ſcit diem mortis ſuæ. Neſcio aūt ex ne & ſcio componitur Scire aūt proprie eſt: rem ratiōe:
& p cauſam cognoſcere: a quo Sciētia dicitur rerum: quæ ſūt immutabili ratiōe comprehē/ Sciētia
Cicero ſio. Cicero. Ars enim eorum eſt: quæ ſciunt'. Oratoris aūt omnis actio opinionibus nō ſciē/
tia cōtinetur. Ponitur tamen frequēter Scio ꝑ cognoſco: intelligo: a quo fit Sciſco inchoa/ Scio
tiuum: & participiū Sciēs: & Sciēter aduerbium. Differt autē nō parū Sciēs feci: ab eo: qd' Sciēs
eſt Sciēter feci. Nam Sciēs feci: Idem eſt: quod qum facerem: ſciui me facere illud: at Sciēter Sciēter
feci idem eſt quod qum doctrina: & Scientia feci: hoc in laudem ſemper accipit' illud prius Sciēs feci
modo in laudem: modo in vituperatiōem: quemadmodum ſi dicamus prudēs feci: & pru/ Sciēter feci
dēter feci. Item Inſciēs Imprudēs: Ignorās feci: Inſciēter: Imprudēter: Ignoranter feci. Hæc
enim poſteriora ſemper in vituperatiōem accipiūtur: ſicut Sciēter feci ſemper in laudem il/
la vero propria modo in laudem modo in vituperationem. Item a ſcio Scitus: quod modo Scitus
actiuæ ſignificatiōis eſt: & idē eſt: quod ſciēs: argutus: Vnde Scitæ Platonis iterogationes
Terentius dicūtur: modo paſſiuæ. Terētius. Scitus puer natus eſt Pamphilo: quaſi Scite: & docte fac9
hoc eſt elegans: placens. Sicut econtrario Inſcitum dicimus inceptum: & minime Placētem
Idem Idem Inſcitum afferre iniuriam me tibi immerēti. Hinc Scite perite: & eleganter dicimus: Inſcitus
& Inſcite: imperite incompte: Item a Scio Sciolus: qui putat ſe multa ſcire: & Scius qui ſcit: Scite
a quo Inſcius: qui neſcit: & Neſcius quoq; dicitur: & Inſcitia ignorātia: & Sciſcitor: quod ē Inſcite
Idem ſciendi cauſa interrogo. Terentius. Procul hinc libet quid ſit ſciſcitari. Hoc & Scitor dicit'. Sciolus
Virgilius Virgilius. Scitatum oracula phoebi Mittimus: & Scilicet quaſi ſciret licet: de quo ſuperius Scius
diximus: & Reſcio: a quo Reſciſco: de quibus ſuperius diximus: & Cōſciſco: quod fere ad Inſcius
mortem pertinet. Plerunq; enim ſic legimus. Mortem ſibi ipſi cōſciuit: mortem tibi ipſi cō/ Neſcius
ſciſces. Mortem mihi ipſi cōſciſcam. Cogam te ad mortem tibi ipſi cōſciſcendam: hoc eſt ſe Inſcitia
ipſum interfecit: te ipſum interficiēs: me ipſum interficiam: cogam ad te ipſum interficiēdū. Sciſcitor
Quod ex eo tractum eſt: quod qui interficere ſeſe deliberāt: ſibi ipſi cōſcii ſunt: nec rem cum
aliis communicāt: ne ſint ſibi impedimēto: & Conſcius: modo is: qui cum aliis aliquam rē Cōſciſco
cognitam habet: modo idem: quod ſcius: a quo fit Conſcientia: quæ ſimiliter de pluribus: Cōſcius
Salluſtius modo de vno dicitur de pluribus. Saluſtius. Tum ſcelerum ſuorum: in primiſq; conſpiratio Cōſcientia
Seneca nis conſcientia ſoliciti: quo ſe verterent: non videbant. De vno Seneca. Sed hii certe fœlicio Præſcio
res: qui ante actæ vitæ conſcientia poſſunt eſſe contenti: & Præſcio ante ſcio: Præuideo: A Præſcius
quo Præſcius: hoc eſt præcognitor rerum futurarum: vnde præſcientia: hoc eſt præcognitio Præſcientia
& Prouidentia: quamuis aliqui prouidentiam a præſentia ita diſtinguant: vt prouidētiam Prouidentia
in deo eſſe dicant: cognitionem futuræ beatitudinis hominum: quam & Prædeſtinationē Prædeſtinatio

vocant: Præſcientiam vero econtrario cognitionem futuræ damnationis: & Scibile: quod
ſciri poteſt: hoc eſt intelligi: & cognoſci. HEV. Interiectio dolentis eſt: & interdum ge/
minatur Heuheu: Aliquando etiam Heheu dicitur: & quandoq; eſt aduerbium reſponden
tis: ſicut Heus vocantis. Virgilius. Ac prior Heus inquit iuuenes monſtrate mearum Vidi/
ſtis ſi quam hic errantem forte ſororum. Nonnunꝗ tamen Heus quoq; interiectio dolẽtis
eſt. Idem. Heus etiã menſas cõſumimus inqt Iulus Heuoe interiectio eſt metuentis. Ouidius.
Heuoe Bacche ſonat. DOMINAE. Epitheton eſt Vrbis Romæ: quod regina ſit orbis
terrarum. FASTIDIA. Quam facile faſtidit & ſtomachatur opera autorum. MAR/
TIA TVRBA. Multitudo romanorum: qui a marte originem ducunt. Aeneas Aſca/
nium genuit: qui ſub albano monte Albam ædificauit: quæ ab ſitu porrectæ in dorſo Vrbis
longa Alba appellata eſt. Lauinium Nouercæ reliquit. Poſthunc Siluius eius filius regnauit
caſu quodam in ſiluis genitus. Siluius Aeneam Siluium creat. Is Latinum Siluium: A quo
Coloniæ aliquot deductæ priſci Latini appellati. Manſit poſtea Siluii cognomen omni/
bus: qui Albæ regnarunt. Latino ortus eſt Alba. Alba Atys. Atye Capis Cape Capetus:
Capeto Tyberinus: qui in traiectu Albulæ Amnis ſubmerſus celebre fluuio nomẽ dedit. Ty
berino Agrippa filius ſucceſſit. Agrippæ Romulus Siluius: qui fulmine ictus regnum ꝑ ma
nus Auentino filio tradidit. Auentinus in eo colle ſepultus: qui nunc eſt pars Romanæ vr/
bis cognomen colli fecit. Regni ſucceſſorem procam reliquit: Proca Numitorẽ: atq; Amu
lium genuit. Regnum Numitori legauit: quod natu maior eſſet: Sed Amulius pulſo fratre
regnauit. Hic ſtirpem omnem fratris virilem necat. Fratris quoq; filiæ Rheæ Siluiæ per ſpe
tiem honoris: qum veſtalem eam legiſſet: perpetua virginitate ſpem partus adimit. Sed vi
compreſſa Veſtalis: qum geminum partum ædidiſſet: ſeu ita rata: ſeu quod deus autor cul/
pæ honeſtior videretur. Martem in certæ prolis patrem nuncupat ipſa in cuſtodiam a rege
datur: pueri in profluentem aquam mitti iubentur. Erat tũ forte Tyberis leuibus ſtagnis ſuꝑ
ripas effuſus: nec adiri vſq; ad iuſti amnis curſum poterat: & infantes ꝗuis languida aqua
mergi poſſe videbantur. Itaq; ii quibus datum eiuſmodi negocium fuerat: tanꝗ defuncti re
gis iperio in proxima illuuiæ: vbi Ficus Ruminalis fuit. Romularem antea dictam perhi/
bent: pueros exponunt. Mox alueum fluitantem tenuis in ſicco aqua relinquit. Eo qum lu/
pa ſitiens e proximis montibus deſcendiſſet: ad puerilem vagitum accurrens ſubmiſſas in/
fantibus adeo mitis præbuit mammas: vt a magiſtro regii pecoris lingua lambens pueros
inuenta fuerit. Fauſtulo huic nomen erat. Ab eo ad ſtabula delati pueri Laurẽtiæ vxori edu
candi traduntur. Sunt qui Laurentiam vulgato corpore lupam vocatam inter paſtores pu
tent: atq; ita locum fabulæ datum: Ita geniti: atq; educati: qum adoleuiſſent primo venan/
do peragrare ſaltus: deinde animis: atq; corporibus robore ſumpto iam non feras tantũ ꝑ/
ſequi: ſed in latrones præda honuſtos impetum facere: rapta paſtoribus diuidere cœperunt
Qua propter die quadã iis inſidiati latrones: qum alter: qui vocabatur Romulus: vi ſe de/
fendiſſet: alterum Remum appellatum ceperunt: captumq; Amulio regi tradiderunt: hoc
maxime crimini dantes: quod in Numitoris agrum impetum facerent: indeq; hoſtilem in
modum collecta iuuenum manu prædas agerent. Sic Numitori ad ſupplicium deditur Re
mus. Fuerat ab initio ſpes Fauſtulo regiam penes ſe ſtirpem educari. Nam & expoſitos iuſ/
ſu regis infantes ſciebat; & tempus: quo ipſos ſuſtuliſſet: ad id ipſum congruere. Sed rem
niſi per occaſionem: aut neceſſitatem aperire noluerat: Hac itaque neceſſitate coactus rem
Romulo indicat. Forte & Numitori: qum in cuſtodia Remum haberet: audiſſetque ge/
minos eſſe fratres: comparando ætatem eorum: & ipſam minime ſeruilem indolem orta
ſuſpitio fuerat nepotes hos ſuos eſſe: & ſciſcitando eo peruenerat: vt ferme Remum agno/
ſceret. Ita vndique Amulio regi dolus nectitur. Romulus aliis alio itinere miſſis paſtori/
bus: certo tempore ad regiam impetum facit: & a domo Numitoris alia comparata ma/
nu adiuuat Remus: ita regem obtruncant. Numitorem auum regem ſalutant: Sic Numi/
tori Albana re permiſſa Romulum: Remumque cupido inceſſit vrbis in iis locis: in qui/
bus expoſiti: atque educati forent: condendæ. Erat cum iis multitudo Albanorum: Latino
rumq; ad id multitudo paſtorum accreuerat. Sed quoniã Gemini eſſent: nec ætas diſcrimen
facere poſſet: orta inter eos contentio eſt: vter nomen dare nouæ vrbi deberet. Conueniunt
igitur: vt dii in quorum tutela ea loca eſſent: auguriis eum eligeret: qui vrbi nomen daret: cõ
ditamque imperio regeret. Palatinum Romulus: Remus Auentinum ad inaugurandum
templa capiunt. Priori Remo augurium fertur ſex vulturũ nuntiatur id Romulo: cui qum
mox duplex numerus ſeſe oſtendiſſet: vterque rex a ſua multitudine conſalutatur: tempore
illi præcepto: at Hi numero auium regnum ſibi portendi aſſeuerant. Res in certamen ver/
titur. Ictus in turba Remus cecidit. Vulgatior fama eſt. Ludibrio fratris Remum nouos
muros tranſiliiſſe: & ob id Ab irato Romulo occiſu; additis verbis: vt in poſterũ qſqs alius

Scibile
Heu
Heuheu
Heheu
Heus
Heuoe
Aeneas
Aſcanius
Albanus mons
Alba
Longa alba
Lauinium
Siluius
Aeneas ſiluius
Latinus ſiluius
Alba
Atys
Capis
Capetus
Tyberinus
Agrippa
Romulus ſiluius
Auentinus
Procas
Numitor
Amulius
Rhea ſiluia
Ficus Rumina/
lis
Romularis
Fauſtulus
Laurentia
Romulus
Remus

Virgilius
Idem
Ouidius

moenia tranſiſſet: eodem modo puniretur. Sic potius imperio Romulus vrbem condidit: conditamq́ꝫ e ſuo nomine Romam appellauit. A roma Romani: & Romanenſes appellati: & Romana porta: de quibus diximus. A romulo Romulide: & Romulia tribus: a remo Remulinus ager dictus: quod ab eo poſſeſſus fuit & Remoria locus in ſummo Auentino: vbi Remus de vrbe condita fuerat auſpicatus. NIMIVM SAPIT. Acrioris cenſuræ eſt: plus intelligit: q̃ oportet. Sapere ꝓprie ad ſenſum corporis pertinet: ſignificatq́ꝫ ſaporẽ habere: capiturque fere in bonam partem: hinc ſapor deducitur: & Sapidus: hoc eſt gratũ ſaporem habens: a quo aduerbium Sapide: quorum contraria ſunt Inſipidus & Inſipide: hoc eſt ſine ſapore: a quibus comparatiua: & ſuperlatiua fiunt Sapidior: Sapidiſſimus: Sapidius: Sapidiſſime: Inſipidior: Inſipidiſſimus: Inſipidius: Inſipidiſſime. Item Sapa: de qua ſupra diximus: a ſuauitate Saporis. Tranſfertur tamen ad animum quoque Sapio: & idem eſt: quod recte ſentio. Ab hoc fit Sapientia: quæ diffinitur rerum diuinarum: atq́ꝫ humanarum ſcientia. Græce Sophia dicitur: & qui eam profitentur: Sophi: hoc eſt ſapientes appellantur: quod nomen ſeptem illis clariſſimis viris inditum fuit Thaleti Mileſio: Soloni Salaminio: Chiloni Lacedæmonio: Pittaco mityleneo: Bianti Prieneo: Cleobulo lyndio: Periandro Corinthio. Sed poſtea Pythagoras primus non Sophum ſe: ſed Philoſophum appellauit: hoc eſt non ſapientem: ſed ſapientiæ amatorem: & ſcientiam ipſam non Sophiam amplius: ſed Philoſophiam nuncupandam exiſtimauit: quod nullus hominum: ſed ſolus deus ſapiens eſſet: quem omnes poſtea ſecuti non Sophos ſe amplius: ſed Philoſophos dici voluerunt: quorum alii ab oppidis nomen ſumpſere: vt helienſes. Megarenſes Cyrenaici: Alii a locis: vt Academici: Stoici: non nulli ab euentibus: vt Peri patetici: quidam a probris: vt Cynici: plerique ab effectibus: vt Eudæmones. Aliqui ab elatione & faſtu: vt qui ſe Philatethes: hoc eſt veritatis ſtudioſos nuncuparunt. Sunt item qui a præceptoribus: vt Socratici: & Epicurei. Præterea alii: quod de natura rerum ſcripſerunt: quæ græce φύσισ dicitur: Phyſici ſunt appellati: alii quia circa mores verſati Ethici: Græci enim ἤθη mores vocant: alii ἀπὸ τοῦ διαλέγειν hoc eſt a diſſerendo Dialectici: ii qui ſcilicet verborum: ac rationum acuminibus confligantur. Quippe Philoſophia omnis intris partes diuiſa eſt Phyſicen: Ethicen: & Dialecticen: Phyſices proprium eſt de mundo: & iis: quæ in eo ſunt: diſſerere: Ethices de moribus: vitaq́ꝫ hominum tractare. Dialectices ambarum partium afferre rationes. Nam ea: quæ de iis: quæ ſupra naturam ſunt: tractat: caret nomine. Ariſtoteles μετὰ τὰ φυσικά Meta Phyſica: hoc eſt ſuper naturalia vocat. A phyſice Phyſicus deducitur. Et Phyſiognomus: qui in ex inſpectione formæ naturam cuiuſq́ꝫ prædicit: cuius ars Phyſiognomia dicitur. Nam qui ex facie tantum hominis iudicat: Metopoſcopus vocatur ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν τὸ μέτωπον hoc eſt ab inſpicienda: ac conſyderanda fronte.

Plynius Plynius. Alexander imaginum ſimilitudines adeo indiſcrete pinxit: vt incredibile dictu Appion grammaticus ſcriptum reliquerit quendam ex facie hominum addiuinantem: quos metopoſcopos vocant: ex iis dixiſſe aut futuræ mortis annos: aut Præteritæ.

Pythago. Phytagoras adoleſcentes qui ſeſe ad diſcendum offerebant: ἐφυσιογνώμει ideſt mores: naturaſq́ꝫ eorum coniectatione quadam de oris: & vultus ingenio: deq́ꝫ totius corporis filo: atq́ꝫ habitu ſciſcitabatur. Tum qui idoneus videbatur: recipi in diſciplinam iubebat: & tempus certum tacere. Is autem qui tacebat: quæ dicebantur: ab aliis audiebat: neq́ꝫ percontari: ſi parum intellexerat: neque commentari: quæ audierat: fas erat: nec minus quiſquã tacebat q̃ biennium: hi prorſus intra tempus tacendi: audiendiq́ꝫ ἀκουστικοί ideſt auditores dicebantur: At vbi res didicerant: omnium rerum difficillimas tacere audireque: atque eſſe iam cœperant ſilentio eruditi: cui erat nomen ἐχεμυθία hoc eſt taciturnitas: tum verba facere: & quærere: quæque audiſſent ſcribere: & quæ ipſi opinarentur: expromere licebat: hi dicebantur μαθηματικοί hoc eſt Mathematici: ab iis ſcilicet artibus: quas diſcere: atq́ꝫ meditari inceperant: quoniam Geometriam: muſicam: cæteraſque diſciplinas altiores μαθήματα hoc eſt diſciplinas veteres græci appellabant. Vulgus autem Caldeos q̃ magos Mathematicos vocat Exinde autem his ſcientiis ornati ad perdiſcenda mũdi opera: & principia naturæ procedebant: ac tunc deniq́ꝫ nominabantur φυσικοί hoc eſt Phyſici ideſt naturales. Omnes autem: qui a Pythagora in cohortem illam diſciplinarum recepti erant: quicquid familiæ: pecuniæque habebant: in medium dabant & coibatur ſocietas inſeparabilis: tanq̃ illud fuerit antiquum conſortium: quod re: atq́ꝫ verbo Romano cœnobiũ: hoc eſt contubernium appellatur. Ab Ethice Ethicus: & Ethia: hoc eſt moralia: A Dialectice Dialecticus. A ſapiens vero Sapientior: Sapientiſſimus: Sapienter: Sapientius: Sapientiſſime. Item Contrarium eius Inſipiens: hoc eſt ſtultus: A quo Inſipientior: Inſipientiſſimus: Inſipienter: Inſipientius: Inſipientiſſime: & Inſipientia ſtultitia. Item a ſapio Saperdæ: hoc

Varro eſt ſapientes elegantes. Varro. Omnes videmur nobis eſſe belli: feſtiui: ſaperdæ: qum ſumus

Romanus
Romanenſis
Romana porta
Romulia tribus
Remulinus
Remoria
Sapio
Sapor
Sapidus
Inſipidus
Sapa Sapio
Sapientia
Sophia
Sophi
Thales
Solon
Chilon
Pittacus
Bias
Cleobolus
Periander
Helyenſes
Megarenſes
Cyrenaici
Academici
Stoici
Peripatetici
Cynici
Eudaemones
Philaletes
Socratici
Epicurei. Phiſici
Dialectiti
Phiſice. Ethice
Dialectice
Metaphyſica
Phyſicus
Phyſiognomus
Phiſiognomia
Metopoſcopus
Acuſtici
Echemithia
Mathematici
Mathemata
Phyſici
Coenobiũ
Ethicus Ethia
Dialecticus
Inſipiens
Saperdæ

Canopi.Nam quod Feſtus Pompeius ſcribit Saperdam genus eſſe peſſimi piſcis: vbi lege/ — Feſtus
Deſipio — rit: ipſe dicat. Item compoſitum Deſipio: quod eſt inſanio: ſiue quod aliquid a communi
Deſipiſco — ſenſu ſapientiaq; minus habeo: ſiue quod a meo ſenſu deſtituor: quod vitium fere aut ætate
Reſipiſco — prouenit: aut morbo: aut amore: aut timore: aut ebrietate: aut nimia ira: aut aliquo ſim li af
Nimis — fectu: ab hoc fit Deſipiſco: cuius contrarium eſt alterum eius compoſitum Reſipiſco: quod
eſt ad priorem mentis ſtatum: vel ad meliorem mentem redeo. Terentius. Multo me om/ — Terentius
nium fortunatiſſimum puto eſſe gnate: qum te intelligo reſipiſcere. NIMIVM. Nimis:
Puer — & Nimium aduerbia ſunt augendi: ſignificantque: quod græce dicitur ἄγαν hoc eſt plus
ſatis. Reperitur & Nimius: a um. vt Nimia lectio viſum reddit Hebetiorem: nimio labore
exhauriuntur vires. Quidam etiam recentiores nimietatem pro ſuperfluitate vſurpant.
RONCHI. Deriſiones vt ſupra diximus. PVERI. Non ſolum inquit Iuuenes: & ſe/
nes: ſed etiam pueri ad irridendum prōpti ſunt: Puer: vt Plautus. Iuriſconſultus affirmat: — Plautus
tres ſignificationes habet. Vnam qum omnes ſeruos pueros appellamus: aliā qum puerū cō
trario nomine puellæ dicimus: hoc eſt qum mares ſignificamus: Tertiam qum ætatem pue/
rilem demonſtramus. Ponitur etiam interdum puer pro filio more græco. Virgilius. Aſca
Puerpera — niuſque puer. Vnde Puerpera: quæ recens peperit ſiue marem: ſiue feminam: a qua Puerpe/
Puerperium — rium: de quibus ſuperius diximus. A puer fit diminutiuum Puellus: hoc eſt paruus puer: ſiue
Puellus — paruus filius. Lucillius. Qumq; hic tam formoſus tibi: ac te dignus puellus. Ennius. Diuis — Lucillius
Puella — vos ſolui veſtros ſacrare puellos. Sicut fœmininum Puella: A puera: quod apud veteres in — Ennius
vſu erat. Varro. Properate viuere pueræ: & dum ſinit ætatula: ludere eſſe: amare: & Vene/ — Varro
Puellaris — ris tenere leges. Idem. Sic in priuatis domibus pueri liberi: & pueræ miniſtrabant: & Puel/ — Idem
laris. Pro puerili. Quintilianus. De filia defuncta. Tum ætate tam puellari præſertim meæ — Quintilia.
Puellaſco — comparata. Et Puellaſco: Quod ſignificat effeminor. Pacuuius. Puellaſcunt laſciuia adole — Pacuuius
ſcentes: aliquando Refloreo: & quaſi ad pueritiam redeo. Varro. Quod non ſolum in/ — Varro
Pullus — nubæ fiunt communes: verum etiam veteres puellaſcunt. Item per ſyncopen Pullus: quod
proprie ſignificat paruum puerum: & paruum filium: vnde paruos fœtus quorumcunque
animalium: quinetiam arborum: atq; plantarum pullos dicimus: vt pullus hirundinis: pul/
Pullulus — lus equi: pullus aſini. Pulluli Plantariorum: per diminutionem enim Pullulus: A pullus de
Pullulo — ducitur: a quo fit verbum Pullulo: quaſi fœtifico: A quo Pullulatio. Plynius. Natura & — Plynius
Pullulatio — Plantaria demonſtrauit multarum radicibus pullulante ſobole denſa: & pariente matre:
quos enecet: eius quippe vmbra turba indigeſta premitur: & in lauris punicis: platanis: ce/
raſis: prunis: paucorum in hoc genere rami parcunt ſoboli: vt vlmorum palmarumq;. Nul/
lis vero tales pulluli proueniunt: niſi quarum radices amore ſolis: atq; imbris in ſumma tel
lure ſpatiantur. Idem. Sed pullulatio plerūq; nutricibus obeſt. Valla vir noſtra ætate doctiſ — Idem
ſimus: Pulli inquit ſunt pecudum. Catuli ferarum: ſiue immanium: ſiue mitiū: fœtus auium — Valla
& piſcium: Sed nos vi veritatis impulſi diſſentire in hoc ab eo: vt in pleriſq; aliis cogimur.
Nam fœtus non auium tantum: & Piſcium: Sed generaliter omnium animalium etiam ra
Fenum — tionalium eſt: qum & rerum quoque inanimatarum: vt Fœnum terræ fœtum dicimus: A
Fœnus — quo nomen habet: & fœnus Fœtum pecuniæ: A quo ſimili modo ita vocatur. Plynius. De — Plynius
homine Legimus mulierem ægyptiam binos Fœtus quater enixam. Idem. De feris. Totus — Idem
tygridis Fœtus: qui ſemper numeroſus eſt ab inſidiatore rapitur equo. Idē. De terra. Quod — Idem
ſi immunerabiles terræ fœtus conſyderemus: nulla eſt naturæ tanta benignitas. Pullus vero
Pullaſter — non tantum de pecudibus dicitur: ſed etiam de auibus: maximeque gallinis: vnde Pullaſter
Pullaſtra — fit & Pullaſtra: quæ dumtaxat gallinacei generis ſunt. Plynius. Antequam Gallina pullos — Plynius
excludat. Idem. Inter columbarum pullos ſæpe oua inueniuntur: & alii prouolant: alii erū/ — Idem
punt. Ipſi deinde pulli quinquemeſtres fœtificant. Item de apibus. Idem. Apes qum incu/ — Idem
bant: maxime murmurant: caloris vt putant: faciendi gratia: neceſſarii excludendis pullis. — Idem
Item de equis. Idem. Quapropter ſubreptos ſtatim pullos in tenebris equarum vberibus ad — Idem
mouent: & de aſinis Idem. Pullos aſinarum epulari Mecenas inſtituit: multum eo tempo/
re prælatos onagris: & de plantis: vt paulo ante oſtendimus. Catulos autem de canibus: fe/
ris: muribus piſcibus: lacertis: ſerpentibus dici late ſuperius diſſeruimus: Manifeſtum eſt igi
tur pullū generale nomē eſſe teneræ: atq; imbecillæ ætatis. Vnde apud Veteres dicebatur: qs
Pullus Iouis — pullus eius eſſe: A quo obſcene amabatur. Hinc. Q. Fabius cui propter candorem eburno — Q. Fab.
Pullinus — cognomē fuit: Pullus Iouis vocitatus eſt: quod eius natis fulmine tacta fuiſſet: A pullus Pul
Pullus — linus deducitur: vnde Pullini dentes vocantur: quos primum equi iaciunt. Item Pullus ad/
Pullatus — iectiuum: quod ſignificat natiui coloris: A quo Pullatus: & Pulligo deriuantur: de quibus
Pulligo — abunde ſuperius diximus: Itē Puls: quia potiſſimū dabat pullis in auſpiciis: quod ex ea ne/
Puls — ceſſe eſſet aliquid decidere: quod tripudium faceret Hac longo tempore vſi ſunt Romani
Pulmentum — pro pane: vnde Pulmentaria appellata: de quibus inferius dicemus: & ſacra priſca: atq; na/

talium pulte fritilla longo tempore confecta ſunt A puer etiam Puerilis deducitur: & Pue/ — Puerilis
riliter aduerbium: & Pueritia: quod modo ætatem puerilem ſignificat: modo pro puritate — Pueriliter
Varro — accipitur. Varro. Ea erat matronæ ſimplicitas: & Pueritia: & Honeſtas. Item Puerilitas: — Pueritia
Seneca — quod non ætatem: ſed actum aliquem puerilem ſignificat. Seneca. Qui pueritiam eius: ſiue — Puerilitas
potius puerilitatem ludibrio habuit Et Pueraſco puer fio: A quo Repueraſco: quaſi in pue — Pueraſco
rilem ætatem reuertor: quod de ſenibus fere dicitur: quum deſipere vitio ætatis incipiũt. Quo — Repueraſco
niam vero de pullis: catulis: & fœtibus diximus: illud obiter addendum videtur: Ceruorum — Hinnulus
Capreolorum: Damarum: Leporum: aliorumq; Huiuſmodi animalium filios hinnulos vo — Hinnio
cari: a voce: quam reddunt: equinæ ſimili. Nam Hinire proprie equorum eſt: vnde hinnitus — Hinnitus
Claudius — equina vox: & Hinnibunde pro Hinniter. Claudius. In annalibus. Equæ Hinnibunde — Hinnibunde
inter ſe pergentes terram calcibus pulſant. Himus vero: & Hima: & Himulus: & Himula — Hinniter
vocant: qui ex equo: & aſina naſcũtur: quos quidam Burdones appellant. Nam qui ex aſi/ — Himus
no: & equa oriũtur: Muli: & Mulæ dicũtur: a quibus Muliones appellati: qui mulos Cli/ — Hima
tellarios: ſiue quadrigarios ducũt. Muli non generant nec fere vllum animal: quod ex duo — Himulus
bus generibus natum tertii generis factum ſit. Legitur tamen in annalibus mulas aliquan/ — Himula
Theophra — do peperiſſe: ſed ad prodigii loco habitum eſt. Theophraſtus vulgo parere in Cappadocia — Burdo
ſtus — affirmat: ſed eſſe ibi hoc animal ſui generis. Mulum octoginta annis vixiſſe Athenis me/ — Mulus
morant. Hunc: quum Athenienſes templum in arce facerent ob ſenectam derelictum: cadẽ — Mula
tia iumenta comitatu: nixuq; exhortari ſolitum: proptereaq; decretum ab Athenienſibus — Mulio
ne frumentarii negociatores ab incernibulis eum arcerent. Aſini in Achaia optimi ſunt
Varro — Arcades. In Italia Reatini Scribit. Varro. Aſinum quadringentis nummis a. Q. Axio
ſenatore emptum fuiſſe: quod & gerendo oneri: & arando optimus eſſet: ſed mularum — Aſini Arcades
Mecenas — maxime pro generationi aptiſſimus. Pullos aſininos eſſe inconuiuiis Mecenas docuit — Aſini Reatini
multum prælatos eo tempore onagris: Sed illo moriente: autoritas quoque Interiit ſapo/ — Aſellus
ris. Ab Aſino Aſellus diminutiuum fit: & Aſininus adiectiuum: & Aſinius viri cognomẽ — Aſininus
Aſinus vero a græco deducitur: quod eſt Onos: vnde Onager dictus quaſi Onos agrios: — Aſinius
hoc eſt Aſinus agreſtis Onagri in phrygia: & Lycaonia præcipui ſunt: ſed pullis eorum
Martialis — tanquam ſapore præſtantibus Africa gloriatur: hos Laliſiones appellant. Martialis. Dum — Onager
tener eſt Onager: ſolaq; Laliſio matre paſcitur: hoc infans: ſed breue nomen habet. Gene — Laliſio
rantur ex equa: & Onagris manſuefactis mulæ veloces in curſum: duritia eximia pedum:
verum rugoſo corpore: in domito animo: ſed generoſo Onagro: & aſina genitus omnes
antecellit. Vincit Aſinus aurium magnitudine reliqua animalia: vnde deriſuri aliquẽ pro
Perſius — tendere manum ſolemus: illos imitantes. Perſius. O Iane a tergo quem nulla Ciconia pin
ſit Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas. Præterea a Puer Puſio deducitur: quod
proprie paruum puerum ſignificat: Nam veteres Puſum: & Puſam pro Puerum: & Puel — Puſio
Iuuenalis — lam vſurpabant. Capitur tamen Puſio fere ſemper pro maſculo ſcorto. Iuuenalis. Non — Puſo
ne putas melius ſi tecum puſio dormit: Puſio qui noctu non litigat. Ab hoc fit Puſillus: — Puſa
hoc eſt paruulus. A quo aliud diminutiuum Puſillulus: & compoſitum Puſillanimis: quẽ — Puſillus
græci Micropſychon dicunt: A quo Puſillanimitas: & Puſillanimiter. Item a puer Pu/ — Puſillulus
Varro — pus: & a puera Pupa: eiuſdem cum ſuis ſimplicibus ſignificationis. Varro. Mammam la/ — Puſillanimis
Pompo. — ctis ſugentem paſcere pupum: Hinc Pupillus deriuatur: quem Pomponius diffinit eſſe eũ: — Micropſychos
qui impubes eſt: & deſiit in patris poteſtate eſſe vel morte: vel emancipatione: A quo Pu/
pillaris: vt Pupillaris ætas: pupillare negocium. Item pupilla pars oculi illa parua in me/
dia cornea ſita: in qua ita abſoluta vis ſpeculi redditur: vt tam exiguum ſpatiũ totam ima — Pupus
ginem hominis reddat: quæ cauſa eſt: vt plæreq; aues e manibus hominum oculos potiſſi/ — Pupa
mum appetant: quod effigiem ſuam in iis cernentes velut ad cognata deſyderia tendant. — Pupillus
hæc nobis adeo cara eſt: vt locum prouerbio dederit: quum dicimus aliquid Pupilla Oculi — Pupillaris
nobis carius eſſe. Pupæ etiam ab hoc appellatæ ſunt Puerorum: & Puellarum laneæ effi/ — Pupilla
Varro — gies paruæ: quas dicare olim virgines Veneri ſolebant. Varro. Itaq; breui tempore magna — Prouerbium
Perſius — pars in deſyderium puparum: & Sigillorum Veniebat. Perſius. Dicite pontifices in ſancto — Pupæ
quid facit aurum. Nempe hoc: quod Veneri donatæ a virgine pupæ NASVM RHI/
NO CEROTIS. Longum ſcilicet ad ſimilitudinem r Hinocerotii Cornu: quod id
animal: vt ſupra diximus: in naribus habet. Vetus eſt prouerbium. Naſus Rhinocerotis:
de his qui facile quemuis irrident: quod homines: quo longiore naſo ſunt: eo maiores ron — Prouerbium
chos edant: propter quod & Naſuti dicuntur: a quo Naſutior: Naſutiſſimus. Item ad/ — Naſutus
Martialis — uerbia Naſute: Naſutius: & Naſutiſſime deducuntur. Martialis. Nil Naſutius hoc: ma/ — Naſutior
Plautus — ligniuſq; eſt. A naſus etiam fit Denaſo: quod ſignificat naſum aufero. Plautus. Os denaſa/ — Denaſo
bit tibi mordicus AVDIERIS DVM GRANDE SOPHOS. Poſtq̃ ſumme — Sophos
laudatus fueris. Mos eſt græcorum: dum ſcripta alicuius vel legerint: vel audierint: aſſentã/

Sophiſta do dicere σόφος Sophos:hoc eſt:ſapiens:doctus:Vnde Sophiſtæ dicuntur:de quibus ali
Gymnoſophiſta bi dicemus:A quo Gymnoſophiſtæ appellati ſunt indorum ſapiẽtes ꝙ nudi incederent: nã
Gymnici ludi γυμνὸν græci nudum dicunt.Hinc Gymnici ludi dicti ſunt: quia in iis ſeſe nudi: atq; vn
Gymnaſium cti exercebant:& Gymnaſium locus:in quo exercebantur: quamuis poſtea Gymnaſium &
Gymnaſiarches pro ludo litterario:& pro omni loco:in quo fiat aliquod genus exercitationis: ſumi cœpe/
Progymnaſinata rit.Et Gymnaſiarches Gymnaſii:ſiue exercitationis princeps:& apud Rhetoras Progym/
naſinata:hoc eſt præexercitamenta dicuntur: exercitationes quædam indicendo diſcipulo
rum anteꝗ̃ ad declamationes:aut veras actiones deſcendant. Neutro autem genere dixit
poeta grande Sophos ideſt grandem illam & adulatoriam vocem tot hominum claman/
tium Sophos.Sic alibi.Quod tam grande Sophos clamet tibi turba togata.Non tu pom/
poni:coena diſerta tua eſt. Sic autem neutro genere Grande Sophos inquit: quemadmo/
dum Perſius. Pegaſeum melos. GRANDE. Magnum.Veteres grandem non ad cor/ Perſius
Grande pus:ſed dumtaxat ad ætatem rettulerunt iam pene adultam. Terentius. An ſedere oportuit
Grandis natu domi virginem tam grandem.Quod ſi natu addatur: prouectiorem ætatem ſignificat: &
Granditas iam pene ſenilem. Plynius. Iunior. Mulier natu grandior: & tot liberorum partus Hinc Plynius
Grandio Granditatem dixerunt maiorem ætatem Siſenna.Neq; granditatem:neq; merita:neq; or/ Siſenna
dinis honeſtatem:aut dignitatem tibi eſſe excuſationi. Nunc tamen grandem pro magno
ponimus. Ab hoc fit Grandio verbum:quod eſt grandem facio.Plautus. Teſtudineum iſtũ Plautus
Grandiloquus tibi ego grandibo gradum:& Grandiloquus eloquens: & cumquadam verborum magni
Grãdiloquentia ficentia loquens: A quo grandiloquentia.Cicero. Nam & Grandiloqui: vt ita dicam fue/ Cicero
Grãdæuus runt:qum ampla ſententia:tum grauitate:& maieſtate verborum.Idem.Quid tam iſti Grã Idem
Grãdeſco diloqui contra hæc duo:quæ maxime angunt: & Grandæuus prouectioris ætatis: hoc eſt
Grando grandis æui:& Grandeſco creſco. Plynius.Inſita grandeſcunt facilius: & Grando: gutta Plynius
Grandino aquæ congelata:quod ſolito grandior fit:a quo fit verbum Grandino:& Grandinoſus ad/
Grãdinoſus iectiuum: vnde Grandinoſa loca dicimus:in quibus frequentes ſunt grãdines.Grãdo:Nix
Nix & Pruina ita differunt:quod grando congelato firmius imbre gignitur: nix humore mol/
Pruina lius coacto. Pruina autem exrore gelido. Per hyemem niues cadunt. Grandines aliis tẽpo/
Ros ribus & interdiu magis quã noctu:& multo celerius ꝗ̃ niues reſoluuntur: non aduerſante
Niueus frigore. Rores neque gelu ſunt:neq; ardoribus:neq; ventis:nec niſi ſerena nocte. Eſt autem
Niualis Ros humor:qui ſereno tempore e cælo fluit. A Niue Niueum dicimus candidum: & Ni/
Niuoſus ualem: vt Niualis aqua:& Niuoſum:in quo ſunt frequentes Niues:& Ningo verbum ſi/
Ningo cut Pluo:& Grandino:quod tamen non a Niue:ſed a ningue deductum volunt: quod Ve
Ningues teres pro niue vſurpabant.Lucretius.Albas effundere ningues. Niuem quaſi nouam dictã Lucretius
Pruinoſus nonnulli opinantur.Græci enim νέον nouum dicunt. A pruina Pruinoſa loca dicimus
Roſidus in quibus frequentes ſunt pruinæ.Dicta eſt autem pruina quaſi perurina: quod fruges: &
virgulta perurat. A rore Roſidus deducitur:hoc eſt rore perfuſus Vnde Roſida mala dici/
mus:quæ matutino rore humecta ſunt. Virgilius. Sepibus in noſtris paruam te Roſida ma Virgilius
Roro la:Dux ego veſter eram: vidi cum matre legentem:& Roro verbum:quod eſt humorem in/
Irroro ſtar roris paulatim demitto: A quo Irroro:aſpergo:& Rorarii milites:qui anteꝗ̃ acies cõ
Rorarii grediantur raris iaculis prælium paulatim incipiũt:tractum ab eo:quod ante maximas plu
uias cælum rorare incipit: Vel quod coirent in prelium in modum rorantis tempeſtatis: hi
Ferentarii ſunt:quos ſuperius diximus Ferentarios appellari:hinc Rorarium vinum appellatũ:quod
Rorariũ vinum dari Rorariis ſolebat.Et Roſea in agro Reatino Campus: quod in eo arua rore humida
ſemper feruntur. Roſcius vero nomen fuit hiſtrionis omnium nobiliſſimi: Pro quo extat
Ciceronis illa præclara oratio: A quo omnes in aliqua re perfecti Roſcii appellantur. IA/
CTAS Oſcula ab iis: qui te legerunt: vel audierunt ſuſcepta. IBIS ABEXCVSSO
Roſcius MISSVS IN ASTRA SAGO. Excuſſo ſago:in altum iactaberis:qđ deriſionis gra/
Roſii tia fieri ſolebat: vt abunde ſuperius diximus. PER AVRAS AETEREAS.
Per flatus aereos. PATIARE. Suſtineas. Patior a græco deducitur παθεῖν.n.apud
græcos pati eſt:& eſt cõmune verbum.Nam & Patior hoc eſt ſuſtineo te:& Patior hoc eſt
Patior ſuſtineor abſte dicimus. Terentius. Deniq; vbi non quit Pati ſignificat autem patior modo Terentius
Paſſio ſuſtineo:premor:modo tolero & equo animo fero:quod & παθεῖν apud græcos facit:
Perturbatio vnde eſt trita illa vulgo ſententia εἰ μὲν ἦν μαθεῖν ἃ δεῖ παθεῖν καὶ μὴ παθεῖν
Affectus καλὸν ἦν τὸ μαθεῖν εἰ δὲ δεῖ παθεῖν τί δεῖ μαθεῖν παθεῖν γὰρ χρή.
Affectio Hoc eſt quod ſi eſſet diſcere Pati & non pati optimum quidem eſſet Id diſcere Si vero pa/
Gaudere ti oportet:Quid neceſſe eſt diſcere pati enim oportet. A Patior fit Paſſio:quæ & perturba
Cupere tio:& affectus:& affectio vocatur. Quattuor enim ſunt præcipuæ paſſiones:duæ a bonis:
Dolere Gaudere ſcilicet & Cupere:ſiue ſperare:He enim duæ ſunt opiniones bonæ: vna præſen/
Timere tis:altera futuri. Lætitia de præſenti ẽ Spes de futuro bono. Duæ a malis. Dolere:& Time

re:vña ſimiliter præſentis:altera futuri.Dolor enim eſt de præſenti:timor de futuro malo.
Item a Patior Paſſiuum verbum apud grammaticos:quod paſſionem ſignificat ſicut acti/ Paſſiuum
uum:quod actionem:A quo fit aduerbium Paſſiue. Item Patientia tolerantia cum equani Paſſiue
mitate:& Patienter æquo animo.Item compoſita Perpetior:hoc eſt vehementer patior:& Patientia
Compatior miſereor:a quo compaſſio:quæ & cordolium a dolore cordis appellatur.Paſ/ Patienter
Virgilius ſus a tribus verbis deducitur.Patior:Pando:& Pateo.A patior ſignificat perpeſſum. Vir/ Perpetior
gilius.O paſſi grauiora:dabit deus his quoq; finem:Vnde vuam paſſam dicimus:quæ in ſic Compatior
Plynius cando paſſa eſt ſolem.Plynius.Quin & a patiētia nomen acinis datur paſſis.Hinc & vino Compaſſio
nomen datum:quod Paſſum vocatur:Fit ex vua:quam ſupra diximus a græcis Sticā: a no/ Cordolium
bis Apianam vocari vuis in vitæ diutius ſole aduſtis:aut feruente oleo:donec paulo ampli/ Paſſus
us dimidium pondus ſuperſit.Tuſaſq; leniter vuas exprimunt:Quod ſi quantum muſti ex/ Vua paſſa
preſſere:tantum aquæ puteanæ adiiciant vinaceis:fit ſecundarium paſſum. Sunt etiam qui Stica
paſſerem hinc dictum exiſtiment:cuius diminutium eſt Paſſerculus:quod ob nimiam ſala/ Apiana
citatem comitialem morbum patiatur:ſitq; ob id breuiſſimæ vitæ:mares vix vnq̄ biennium Paſſer
excedunt:feminis longiuſculum ſpatium.Paſſer ſolitarius ex eo genere:ſed aliquanto gran/ Paſſerculus
dior eſt:ac ſubnigrior ſolus per domorum culmina incedens:cantu ſuauis:& ob id ſæpe de Paſſer ſolitarius
dita opera educatus.Eſt & paſſer marinus alia auis: quam vulgo Stritomellum vocant. A Paſſer marinus
Plautus pateo ſignificat Patentem:extenſum.Plautus.In portum vento ſecundo velo paſſo perue/ Stritomellus
nit.Hinc Paſſus appellamus greſſus mutuos:quia ſic pedes pateſcunt. A pando ſignificat Paſſus
Terentius deductum:porrectum:diſperſum.Terentius.Capillus paſſus:nudus pes:ipſaq; horrida: qđ Expaſſus
& expaſſum aliquando dicimus:non autem expanſum:& mutatione vnius litteræ Diſpeſ/ Diſpeſſus
Plautus ſum.Plautus.Credo ego iſto exemplo tibi eſſe eundum extra portam diſpeſſis manibus. Paſſim
Terentius Depeſſum vero ſiue a patior:ſiue a pando fiat.Laceratum dicimus. Terentius.Ego ne ſi vi Paticus
uo adeo exornatum dabo:adeo depeſſum:vt vſq; dum viuat meminerit ſemper mei.Quod Paticiſſimus
ſi Depexum legamus:ſignificabit cultum:& pexas veſtes indutū dictūq; erit a cōtrario ſen/
ſu Hinc paſſim aduerbium deriuatur:quod proprie ſignificat ſparſim:non vt pleriq; falſo
exiſtimant vbiq;.Nam in prato vbiq; ſunt herbæ non paſſim.Contra: Grex paſſim paſcit̄
potius q̄ vbiq;.Aliquando tamen paſſim pro vbiq; accipitur.Firmianus.Creditur ei paſſi;
tanq̄ cognitæ veritati:quinetia; quod mirabilius eſt pro vndiq;.Idem.Quumq; is numerus
condendæ vrbi parum idoneus videretur conſtituit aſilum. Eo Paſſim confugerunt ex fini
Virgilius timis locis.Item pro quomodolibet.Virgilius.Paſſimq; in littore ſicco corpora curamus.
Paſſim inquit pro eo quod eſt:pro vt quiſq; vult:ſiue ſine vllo conditionis diſcrimine. Pati
cus vero non a patior deflectitur: ſed a græco πατεῖν aſpiratione detracta eſt autem Pa/
ticus:qui iniri ſe turpi libidine patitur.Vnde pueri patici:& puellæ paticæ:& per ſuperlati/
uum paticiſſimæ dicuntur.Item grandiores natu:ſeniſq;:qui ſe magna voluptate iuuenibus
Iuuenalis proſtituunt Iuuenalis.Ille tenet ſpeculum patici geſtamen Othonis:quemadmodum Drau
cus appellatur:qui non propria voluptate:ſed alterius:alterum init:ita a faciēdo dictus:quē
admodum Paticus a patiendo.Quippe Δράω apud græcos facio ſignificat.Qui autem
a Draucis ſubigi delectantur:ſeq; eis ſponte proſtituunt. Cinædi vocantur ἀπὸ τοῦ κι- Draucus.
νεῖν τὰ αἰδοῖα: hoc eſt a virilibus manutractandis appellati.Solent enim ad excitandā Cinædi
in ſe adoleſcentium:ac iuuenum libidinem pudenda eorū manibus agitare.Quærentes eti/
am ſummo ſtudio qui magnitudine virilis membri cæteris antecellant:& tā obſceno:ac de/
Martialis teſtando ſpectaculo:tanq̄ ſpetie aliqua pulcherrima: ſæpe numero oculos paſcentes.Mar/
tialis.De Cinædo. Vna lauamur aſpicit nihil ſurſu;:ſed ſuſpectat oculis deuorātibus Drau
Hoſtius cos.Talis fuit Hoſtius:vt Seneca refert quadra libidinis:non modo mulierū:ſed etiā viro/
Seneca rū appetens:nec tam agendi auidus q̄ patiendi.Hic omnibus balneis agere delectum eorū
ſolebat:qui membri magnitudine cæteros anteibant.Fecit quoq; ſpecula concaua redden/
tia maiorem iuſto imaginem.Si quidē digitus in iis brachii craſſitudinē reddebat.Hoc au/
tem ita diſponebat:vt dum Draucum pateretur auerſus omnes admiſſarii ſui motus:vide/
ret:& Falſa membri magnitudine:quaſi vera oblectaretur.In alterum huic obſcenitati ſimi
Martialis lem inuehitur Martialis.Vnus ſæpe tibi eſt tota denarius arca. Qum ſit & hic culo tritior
ipſe tuo:Non tamen hunc pictor:non aufert hunc tibi copo.Sed ſi quis nimio pene ſuper/
bus erit Infœlix venter ſpectat conuiuia culi:& ſemper miſer hic eſurit:ille vorat. Huius tā
Ariſtoteles deteſtandæ libidinis rationem Ariſtoteles.Philoſophus a conſuetudine trahit cuius tanta
vis eſt:vt ſæpe in naturam cōuertat̄.Quibus enim vſu venit:vt nō ante pubē:ſed in ea patiē
di vitiū ſuſtulerint:iis recordatio eius rei:dum deſyderant orit̄:& vna cum recordatiōe vo
luptas:ꝓpter quā geſtiunt:dū patiuntur non minus:q̄ qū agunt:& ſæpe patiēdo ipſi quoq;
genituram emittunt:qua propter mouent̄ veluti nati ad patiendum.Quod ſi cum mollicie
accedat naturalis ſalacitas:hæc omnia expeditius neceſſe eſt euenire.Eſt & aliud ſordidiſſi/

Felo mæ voluptatis genus: quo Cinædi oblectantur Draucorum virilia felãtes hoc est sugẽtes Felare
Felito enim sugere est: cuius frequẽtatiuũ est felitare: A quo Felatores dicti. Martialis. Si Felas & aquã Martialis
Felator bibis: nil Lesbia peccas. Qua tibi parte opus est Lesbia: sumis aquam. Idem. Corue saluta/ Idem
Irrumo tor: quare Felator haberis: In caput intrauit mentula nulla tuum: Huius contrarium est Ir/
rumare: de quo supra diximus: quasi penem in rumen immittere. Felant Cinædi Drauci
irrũmant Item alii: qui hoc genere turpissimi coitus delectatur: quod fere Senibus: & iam
effetis solet accidere. A felare: & Irrumare Fellari: & Irrumari passiua fiunt: & Fellatio
& Irrumatio: Mulieribus etiam hoc vitium accidit: A quo Felatrices dicuntur. Paticus
aliquando etiam ad inanimata transfertur: vnde. Martialis. Paticissimos libellos appellat
lasciuos: & in quibus de rebus obscenissimis tractatur. Item a πάσχω græco: quod signifi/ Martialis
cat patior: Pasca deducitur: quod significat solennẽ diem: quo agnus primo: deinde Iesus:
Pasca hoc est saluator humani generis: qui & Christus: hoc est vnctus vocatur: passus est: Eũ diem
Phase Iudei Phasen: boc est transitum nominant: quia tunc ex ægypto in patriam remigrauere.
Arundo TRISTIS ARVNDO. Seuerus: & asper calamus. Quamuis Arũdo proprie sit: quæ
Calamus crassior: ac longior est: seriturque ad vsum præcipue vinearum: calamus gracilis: tenuisque: &
Canno tibiis fere: ac scripture aptus. Canna maior Calamo: sed minor arundine: & semper fere sua
sponte proueniens. Columella. Ea est autem senectus: quum vel exaruit situ: & inertia pluriũ Columella
Canalis anorum: vel ita densatum est: vt gracilis:: & Canne similis Arundo prodeat a Canna Ca/
nalis deducitur vna littera detracta: quod significat lignum ad cannæ similitudinem cauatũ
Canalibolæ quo aqua deducitur: & est generis feminini. Virgilius. Currentem ilignis potare Canalibꝰ Virgilius
vndam. Ab hoc Canalibolæ dicti sunt forenses homines pauperes: quod circa canales fo/
ri consisterent.

AD CAESAREM EPIG. XXXIII.

ONTIGERIS NOSTROS. Hortatur Cæsarem: vt si forte libros suos in
manus sumpserit: deponat grauitatem: quod de industria facit: ne videatur con
scius morum illius: reprehẽdẽdi gratia lasciua scripsisse. Est enim ꝑiculosum ap/
te Tyrannum arguere. Itaque insinuatione quadam vtendum: vt sine suspitione reprehensio
Tango nis: scripta nostra perlegant. CONTIGERIS. Tetigeris. Tangere enim: & continge/
Contingo re idem significant. Lucretius. Tangere enim: & tangi nisi corpus nulla potest res. Sed quo Lucretius
niam tangendo quodãmodo moueri videntur ea: quæ tanguntur: tangere aliquando pro
commouere: ac ferire accipimus. Virgilius. Nec solos tangit atridas Iste dolor. Idem. De cæ Virgilius
lo tactas memini prædicere quercus: hoc est fulmine ictas. Varro. Nunquam tuarum me cura Idem
fortunarum: cogitatioque tanget. Lucretius. Nec bene pro meritis capitur: nec tangitur ira. Varro
Item quoniam ea: quæ tangimus: videmus fere: atque sentimus. Tãgere pro cernere: & itelligere vsur/ Lucretius
pamus. Lucillius. Neque prius quam venas hominis tetigit: ac præcordia. Cicero. Postquam autem Lucillius
consilia eius omnia tetigi. Est etiã quando tangere sumitur pro circumuenire. Turpilius. At Cicero
etiã ineptus meus est mihi pater iratus: quia eum talẽto argẽti tetigi veteri exẽplo amantis. Turpilius
Pomponius. At ego rusticatim tangã: vrbanatim nescio. Itẽ pro peruenire: quoniam loca ea con Pompo.
Tactus tingimus: ad quæ peruenimus. Cicero. Verres simul ac tetigit prouinciã A tango fit Tactus Cicero
Intactus quartæ declinationis vnus ex quinque sensibus: & Tactus adiectiuum: cuius contrarium est
Taxo Intactus: quod est intemeratus: inuiolatus: nõ tactus: & Taxo frequentatiuũ: quod significat
Taxatio æstimo: appretio: A quo Taxatio æstimatio: hoc enim tangendo: hoc est ponderando fie/
Taxator ri solet: & Taxatores a scenicis dicuntur: qui alterutrũ maledictis tangũt. Taxis veteres pro teti
Taxis geris scripsere. Varro. Sed caue ne meũ taxis liberũ. Taxim etiã pro sensim vsurparũt. Põpo/ Varro
Taxim nius: Adoptate clãdestino tacitus taxim prospectaui: Itẽ a tango composita fiũt Attingo: quod Pompo.
Attingo est leuiter tango. Terẽtius. Si attigisses: ferres infortuniũ. Veteres etiã Attingo dixerunt si q Terentius
Attigo dem & Tago simpliciter protulere. Turpilius. Nõ me attigas: atque aufer manũ. Eia quam fero/ Turpilius
Tago cula est. Actius. Age age amolire: caue vestẽ attigas. Plautus. Ne attigas puerum ista causa: Actius
quãdo fecit strenue. Obtingo euenio: Pertingo valde tãgo: Prætingo ante tango. Contingo Plautus
modo tãgo: vt superius diximus. Virgilius. Funẽ cõtingere gaudẽt: modo euenio. Cicero. Virgilius
Quod non mõ singulis hoĩbus: sed potẽtissimis populis sæpe contingit. SVPERCILI Cicero
VM. Grauitatem imperatoriam: quæ præcipue supercilio dignoscitur. Supercilia data
Supercilium sunt homini pilis breuibus adornata quæ quasi geminis aggeribus munimentũ oculis præ
starent: ne quid superne incideret: & simul speciem præberẽt. Hæc & pariter: & alterne mo
uentur: parteque animi in se sitam habẽt. His enim negamus: & annuimus: Grauitas: Fastus su
perbia: ira alibi quidem concipiuntur: sed hic sedem habẽt. Nascuntur incorde: huc subeũt: hic pẽ/
dẽt. DOMINVM TERRARVM. Imperiũ gerens in orbem terrarũ. CONSVE
VERE IOCOS VESTRI QVOQVE FERRE TRIVMPHI. Vos impato/
res in triũphis etiã vestris: quibus nullus maior ẽ honor: soletis multa æquo aĩo audire: quæ in vos

laſciue: obſcœneq; dicūt eadē igit frōte: & iocos nros legere poteſtis fuit ſane apd veteres cōſuetudo: vt milites currum triūphātis imꝑatoris ꝓſequētes incōdito carmine multa iocu lariter canerent: Quemadmodū triūphante Cæſare. Ecce Cæſar nunc triūphat: qui ſubegit galliam. Nicomedes non triumphat: qui ſubegit Cæſarem. & auguſto. Impia dum phœbi Cæſar mendacia ludit. Dum noua diuorum cœnat adulteria. Omnia ſe a terris tunc numi na declinarunt. Fugit & auratos iuppiter ipſe toros. Item Claudio græce και συ γέρων ει παι μωρὸσ. hoc eſt. Et tu ſenex es: atq; inſanus. FERRE. Aequo animo pati. MATE RIAM DICTIS NEC PVDET ESSE DVCEM. Senſus eſt: q̄uis multa obſce ne dicantur in triumphis: non pudet tamen imperatorem etiam a ſe ipſo dictorum materiā ſumi DVCEM. Imperatorem MATERIAM. Subiectum: quod a græcis hypotheſis dicitur PRECOR. Oro. Precari enim: qum accuſatiuum tantum habet. orare eſt adiū cto autem adiectiuo: idem eſt quod imprecari: hoc eſt optare alicui bonā: malam ue fortu nam precando deos. Quintilianus. Sed ſi tantopere efflagitantur: q̄ tū affirmas: permitta mus uela ventis: & oram ſoluentibus bene precemur. Imprecari tamen: quod ab eo compō nitur. frequentius in malam partem accipitur. Quintilianus Non imprecamur debilitatem naufragia morbos: pauper ſit: & amet q̄cunq; meretricem: & amare non deſinat. Ab eodē fit ēt aliud cōpoſitū Depcari qd mō ſignificat uehemēter pcari. Cicero. Quā mltoꝝ hic vi tā ſit a Sylla depcatꝰ. Idē. Si qd deliqro: mllæ ſūt imagines: q ꝓ nobis deprecētur. Modo deteſtari pro pulſare: & quaſi precando depellere. Idem. Inuidiam deprecabatur. ideſt pro pulſabat. idem. Nunc uero quid faciat hortenſius auaritiæ ne crimina frugalitatis laudibus deprecetur. Ouidius. Sæpe precor mortem. mortem quoq; deprecor idem. Ne mea ſarma ticum contegat oſſa ſolum. Ab his Precabundus: & Imprecabundus deducuntur. Item a p cor Preces: & Precarium: quod vt Vlpianus inquit: ē id quod precibus petentis vtendum conceditur tandiu q̄diu is: qui conceſſit: patitur & diſtat a donatiōne: eo: quod qui do nat: ſic dat: ne recipiat: qui precario concedit ſic dat: quaſi tunc recepturus: qum ſibi libuerit precarium ſoluere: et eſt ſimile commodato. Nam & qui commodat rem ſuam: ſic commo dat: vt non faciat rem accipientis: ſed vt ei vti re commodata permittat. Paulus Iuriſconſul tus. Precario habere uidetur: qui poſſeſſionem uel corporis: vel iuris adeptus eſt ex hac ſolū modo cauſa: quod adhibuit preces: & impetrauit ILLA FRONTE. illa animi hylarita te. Frons enim ut ſupra diximus: hylaritatis: clementiæ ſeueritatis index eſt. THYME LEM. Mulierē ſaltātē & hiſtrionicā exercētē. Thymele prima ſaltationē in ſcena docuit præterea græci θυμέλην. ſcenam uocant: & θυμελικὸν: ſcenicum hiſtrionem. hinc & vxori Latini Thymeles nomen inditum eſt: Latinus Mimus fuit Domitiani tempore: prin cipi gratus: quod vel recitandis in cœna diei fabulis: uel iocorum ſuauitate: interdum etiam pulſatione Thymeles. riſum excitare ille ſolebat. Hic inter alias fabulas diſceptum a canibꝰ Aſcletarionem mathematicum imperatori nuntiauit: qui ſibi hoc venturum prædixerat. ꝓ ptereaq; iuſſu Domitiani fuerat interfectus: & acuratiſſime ſepeliri iuſſus: ut uanitas eius ar tis redargueretur: Sed repentina tempeſtate diſiecto funere ſemi uſtum canes diſcerpſere. DERISOREM. Deriſor dicitur: qui cum alterius irriſione: & contemptu ſiue ipſe ridet ſiue aliis riſum mouet. Ridere enim eſt: quod græci dicunt γελᾶν: A quo Gellius propriū nomen. Vnde fit riſus quod greci dicunt γέλωσ: & ridiculus: quando adiectiuum eſt con temptu: & deriſione dignus. Ridiculum uero ſubſtātiuum ſignificat dictum: Quod riſum potius q̄ deriſionē excitat. A rideo cōpoſita fiūt arrideo: qd eſt applaudo: & lætitiam ani mi ridendo oſtendo. Ouidius. Arriſit paries adueniente dea: A quo Arriſio. Obrideo idē quod rideo: a quo Obriſio. Perrideo vehementer rideo a quo Perriſio. Derideo illudo. cō tenno: & de aliquo rideo: ſiue riſum moueo: a quo Deriſor: & Deriſio: & Deriſus quartæ declinationis: & deridiculus. hoc eſt deriſione dignus. Prorideo procul rideo. Prærideo an te rideo: a quo Prærisor. Irrideo idem: quod derido. a quo Irriſor: & Irriſio: & Irriſus quartæ declinationis. Subrideo parum rideo. A quo Subriſio: & ſubriſus: Corrideo ſimul rideo. Ridiculi campus Romæ dictus ē: in quo coruus ſepultus fuit. de quo alibi diximus. Ridiculoſus idem ſignificat: quod ridiculus. Ridicule: aut Ridiculoſe dictum: ſiue factum quid dicimus: quod irriſione dignum eſt. CENSVRA. Cenſoris officium. ad quem cu ra morum ſpectat. Cenſores initio duo creati ſunt. C. Papyrius. & A. Sempronius. Qum propter diuturna bella cenſus factus non eſſet: & Conſules id præſtare non poſſent uariis bellis impliciti. Cura itaq; data Cenſoribus: vt cenſum agerent: inſtitutūque: ut quinto quo que anno Crearentur. & a cenſu agendo ſunt Cenſores appellati. Quinquennale id ſpatiū luſtrum: vt ſupra diximus. appellatum. Poſtea hic magiſtratus annuus factus ē. a Mamertio Aemilio dictatore. Iunio Virginio. Marco Appio Conſulibus. Curaque deinde morum ac diſciplinæ Romanæ huic magiſtratui tradita: Iutantumque auctoritas eorum Creuit

Quintilia. Idem Cicero Idem Idem Idem Ouidius Vlpianus Paulus Ouidius C. Papy A. Sempr. Mamertius Iuni Vir. M. Appius

Hypotheſis Precor Imprecor Deprecor Precabundus Preces Precarium Donatio Commodatum Frons Thymele Thymelicus Latinus Aſcletario Deriſor Rideo Gellius Ridiculus. a. um Prærisor Irriſor Irriſio Irriſus Subrideo Subriſus Ridicule Ridiculoſe Cenſura Cenſor Luſtrum

vt ſub poteſtate cenſoria eſſet ius priuatorum:publicorumque locorum. Vectigalia popu/
li Romani in Senatum legere. Senatus principē deſcribere:cenſū agere luſtrū cōdere equm
adimere:& quos putaſſent parum dignos ſenatu amouer.a Cēſore Cenſura deducit̄ ſicut
a prætore prætura:quoniam autem Cenſores in corrigendis moribus ſeueriores erant:Cen
Cenſorius | ſura interdum pro ſeueritate:Interdum pro correctiōne:decreto:lege accipitur. Item a Cen
Cēſoriū officiū | ſore Cenſorius. Vnde Cenſorium officium:cenſoriam auctoritatem dicimus:item Cen/
ſorium virum:qui Cenſuram geſſit:hoc ēſt qui Cenſor fuit:ſicut prætorium:qui fuit præ/
tor. Cenſores autem a cenſendo vocitati ſunt:quod rem ſuam quiſq̄ tāti æſtimare ſolitus ſit
quantum illi cenſuiſſent:Cenſere enim exiſtimare eſt. Neuius. Cenſent eo venturum obuiā | Neuiūs
pœni caſſius. Cenſuit ſe ſe regem porſenam occidere. Interdum etiam pro deliberare:& cō | Caſſius
ſtituere accipitur. Vnde Senatum aliquid cenſuiſſe dicimus: nonnunq̄ pro ſuccenſere Var | Varro
ro. Ne uobis cenſeam:ſi ad me referetis. Ab hoc Cenſus deducitur:Hoc eſt æſtimatio rerum
ac bonōrum facta:ſecundum quam tributa pendebantur: Vnde cenſum agere:eſt recenſere
Cenſus | hominum facultates:& cenſio:hoc eſt caſtigatio. Hinc etiam aliquando ꝑ eo accipitur: qđ
Cenſio | eſt in extimatione:ac pretio habere:& cenſeri pro eo:quod eſt in extimatione eſſe. Marti | Martialis
Cēſeor | alis:Cenſetur Appona liuio ſuo tellus. Item Cenſionem facere dicebantur:qum multā equi
Cēſionē facerē | ti irrogabant:& Cenſio haſtaria vocabatur:qum militi multæ nomine ob delictum milita
Cēſio haſtaria | re indicebatur:vt haſtas daret:& cenſuus. Cenſui enim agri appellabantur:qui emi:& ueni
Cenſuus | re iure ciuili poterant.& accenſus præco:qui iuſſu Cenſorum ad cenſum uocabat:de quo ſu
Accenſus | pra diximus. Quamuis aliqui abacciendo hoc eſt uocando appellatum malint. Cenſus etiā
Capitecenſus | adiectiuum eſt:& ſignificat eum de cuius bonis cenſus ēſt factus. Vnde Capitecenſi dicti:&
Succenſeo | quibus ſuperius diſſeruimus. A cenſeo etiam compoſita ſiunt Succenſeo: quod proprie eſt
Recenſeo | in re graui:& iuſta iraſcor:& quaſi cenſuram exerceo. Terentius. Nam iam adoleſcenti ni/ | Terentius
hil eſt:quod ſuccenſeat.& recenſeo:quod eſt recognoſco:reuideo. Liuius. Inter hæc recenſet | Liuius
exercitum.militem inſtruit. INNOCVOS. Qui neminem lædunt: quales ſunt noſtri.qui
de uitiis agunt:ſed parcunt perſonis:

AD MARCVM EPIG.XXXIIII.

O TIBI NAVMACHIAM. Facetū diſtichō fictum ex perſona Cæſaris reſ/
pondentes Martiali:qui ſibi Naumachiam ædenti librum ſuum parum tempe/
ſtiue miſerat. Eo inquit forte conſilio hoc feciſti:vt ſimul cum libro tuo in aquā | Martialis
mergereris huiuſmodi ioco utitur ſæpe Martialis:qum vult oſtendere carmina ſua indigna
eſſe:quæ legantur. Sic libro tertio. Curſorem Sexta tibi Rufe remiſimus hora. Carmina
quem madidum noſtra tuliſſe reor Imbribus immodicis cælum nam forte ruebat Non ali
ter mitti debuit iſte liber:

DE LEPORE LVDENTE CVM LEONE EPIG.XXXV.

ETHEREAS AQVILA. Blanditur Cæſari quod non minori miraculo le/ | Virgilius
pus in ore leonis eius intus fuerit:q̄ puer in unguibus aquilæ Iouis ILLESVM
Hæreo | ſine nocumento. HAESIT. Inſedit Hærere enim proprie eſt arcte alicui rei inſidere. Virgi
Hæſio | lius. Hærent parietibus ſcalæ. Quoniam vero qui in aliqua re dubitant:non mouentur. Et
Hæſitabundus | ideo hærere:ac ſuſpenſi eſſe uidetur:ponitur aliquādo hæreo pro dubito: anceps ſum:ſimi
Hæres | literq̄ frequentatiuum eius hæſito. Ab hæreo fit Hæſio:ab Hæſito Hæſitatio.& Hæſitabū/
Bihæres | dus. Item ab hæreo hæres hæredis. Quia qui hæres eſt: hæret:hoc eſt proximus eſt ei: cuius ē
hæres. Licet quidam hæredem dictum putent:quod dominus fiat bonorum quæ ad eum ꝑ
ueniunt. Apud ueteres enim hæres dominus dicebatur. Hinc fit Bihæres:qui bis factus eſt
hæres:& hæreditas:Quæ nihil aliud eſt:q̄ ſucceſſio in vniuerſum ius:quod defunctus habē
bat:Et ideo hoc nomine etiam damnoſa hæreditas continetur:diuiditurq̄ in duodecim vn
cias:quæ vt ſupra diximus. Aſſis appellatione continetur:hæreditatis nomine neque legata
neq̄ fideicommiſſa cōphenduntur. Adire hæreditatem:& immiſcere ſe hæreditati qnidā
do vellus dicebatur. A Laniando Lanii dicti:qui carnes vendunt:quod lanient pecora. Vñ
Lanium Lanium Laniena:Lanionia mẽſa:Laniſta:de quibus ſuperius diximus:& Dilanio:quod
Laniena eſt diſcindo. A lana vero ſit Lanicium pro ipſa lana. Virgilius. Si tibi Lanicium curæ:& la Virgilius
Laniſta neum:quod ex lana eſt:& Lanificium:lanæ opificium:et Lanificus:qui lanæ artem exercet
& lanugo a lane ſimilitudine:a quo Lanuginoſus:plenus lanugine:& Laneolus: Qui la/
na oculi uitium tegit:& Lanerum ueſtimentum e lana ſuccidã factum: & Leniſci faſciole:
de quibus locuti ſumus:e coronis dependẽtes:& Delanico uerbum:quod eſt diſcedo a pe/
cudum diſceſſu IVBE. Capilli metaphorice. n. hoc verbo vſus eſt: FVSAE. Sparſæ:
LACTEA. Candida. LONGVM Longo tempoꝛ vt ſuperius diximus. TONSVM
Sine capillis. Tondere proprie abſcindere:& decurere eſt. Hinc Tõſus homo dicit̃:cui co/
Tonſi montes ma abſciſſa eſt:& e contrario intonſus capillatus. Hinc etiam Tonſi montes:& Tonſæ val
les dicunt̃ qum ſiluis carent. & e cõtrario intonſi ſiluoſi. Virgilius. Tõſis in vallibꝰ. Varro Virgilius
Intonſi mõtes:& feris pleni. Aliquando ẽt tonſus pro minutus ponit̃. Virg. Tõſiſq; ferũt Varro
Tonſa oliua mantilia villis:& Tonſa oliua dicitur:quæ minutis frondibus conpta eſt:quaſi a tõſore cõ/ Virgilius
Tonſus. poſita. Tonſus etiam quandoq; quartæ declinationis eſt:& tõſuram ſignificat. Actius. Sed Actius

quæ nam hæc eſt mulier funeſta veſte: tonſu lugubri. Item a tondeo Tonſor deducitur notæ ſignificationis: cuius femininum eſt Tonſtrix: a quo diminutiuum eſt Tonſtricula: & Tonſtrina officina tonſoris: Et Tonſa remus vel a tondendis: hoc eſt decutiendis fluctibus: vel quod ferro tondeatur. Virgilius. Et in lento luctantur marmore tonſæ: & Tonſilla palus dolatus: Et in acumen: & cuſpidem p̃ferratus: qui nauis cauſa in littore figitur de quo ſuperius diximus: toles: tamẽ & etiam tonſille in homine ſunt: quæ in ſuæ glandulæ dicunt: hoc eſt tumor quidam in gutture maxime proueniens inſtar glandis: & interdum mouens ſe: interdum prorſus immobilis: Sed hæc a tollo potius deduci nonnulli arbitrantur: vt ſuperius diſſeruimus. Item a tondeo Tonſorius: vnde culter Tonſorius: & Ferramenta Tonſoria dicuntur. Et Compoſita Circumtondeo: pertondeo: detondeo: prætondeo: Subtondeo: retõdeo notæ ſignificationis. SERO VIRVM. Vt ſero barbatus ſit.

Virgilius

Tonſor · Tonſtrix · Tonſtricula · Tonſtrina · Tonſa remus · Tonſilla · Toles · Tonſille · Glandulæ · Tõſorius Culter · Tõſoria fe

IN SABIDIVM EPIG. LXI.

ON AMOTE SABIDI. Graui aculeo pungit Sabidium. Hic Gulæ deditus plus vorabat q̃ poſſet concoquere: Quo circa ita ferebat eius anima: vt nemo poſſet cum eo loqui. Eſt igitur ſenſus poetæ: non amare ſe Sabidium nec poſſe ſe ob graue olentiam oris tam diu cũ eo manere: vt cauſam cur nõ amet: poſſit exprimere. Voracitatem eius: & fetorem animæ altero epigrammatæ non minus ſalſe indicat. Martialis. Circumlata diu menſis ſcriblita: ſecundis Vrebat nimio ſæua calore manus Sed magis ardebat Sabidi gula: protinus ergo Sufflauit buccis: terq; quaterq; ſuis. Illa quidẽ tepuit: digitoſq; admittere viſa eſt. Sed nemo potuit tangere: merda fuit. HOC TANTVM. Vix tantum poſſum tecum manere: vt hæc tria verba exprimam. Non amote.

Martialis

DE GELLIA EPIG. LXII.

MMISSVM NON FLET. Gelliam carpit: quæ vt pietatem in defunctũ patrem ſimularet: præſentibus teſtibus illius mortem deflebat: alioquin nullo defuncti deſyderio mouebatur. NON FLET. Non emittit Lachrymas Flere enim eſt Lachrymas fundere: ideoq; ſolius hominis &: a græco deducitur: quod eſt κλαίω. A Fleo fit Fletus: quod aliquando ſubſtantiuum eſt quartæ declinationis. Ennius. Nemo me lachrymis decoret: nec funera fletu. Interdũ adiectiuũ quãſ. participiũ eſt: Virgilius. Hic multum fleti ad ſuperos: belloq; caduci: Multũ fletos pro nobilibus: atq; cõſpicuis poſuit: quorum mortẽ magna lamentatio ſequitur. Item Flebilis dignus: qui fleatur: & Flebiliter aduerbium cum fletu. Item a fleo fit compoſitum Defleo eiuſdem cum ſuo ſimplici ſignificationis. LACHRYME. Humor ex oculis flentium manãs Lachryma dicitur: deriuaturq; a græco δάκρυον: vnde frequentiſſime apud Liuium Dacronas pro Lachrymas legimus. Vſus tamen obtinuit: vt Lachryma cum aſpiratione ſcribatur. A Lachryma fit diminutiuum Lachrymula: & Lachrymor verbum: a quo Illachrymor: & Collachrymor: & Lachrymabilis Flebilis: & Lachrymabundus flens: & Lachrymabiliter Flebiliter. Item Illachrymabile: quod ſignificat fletu indignum. IVSSAE. Non ſponte fluẽtes: hoc eſt nõ prouenietes ex animi dolore: ſed vi extortæ. Eſt enim pleriſq; ac p̃ſertim mulieribus humor ille tam fecundus: ſemperq; impromptu: vt vbertim quotiens libuerit: defluat. NON LVGET. Non dolet. Lugere proprie eſt dolorem animi cum voce proferre: qđ quia in obitu defunctorum: qui nobis cari ſunt: facere ſolemus: introductũ eſt: vt luctus capiatur pro habitu illo: & vultu: & veſte: quibus eo tempore vti conſueuimus. Vnde poſt cladem illam Cannenſem conſtituerunt patres: ne femine vltra triginta dies in luctu eſſent. A Lugeo fit Lugubre: vnde Lugubrem habitum: Lugubrem orationem: lugubres veſtes dicimus: a quo Lugubriter aduerbium: & Luſcinia: de qua ſuperius diximus: quod lugẽs canat: & A luctu Luctifer: qui alicui luctum affert: & Luctuoſum plenum luctu: a quo Luctuoſe aduerbium cum luctu: Et Prolugeo compoſitum: quod ſignificat ſolito diutius lugeo. Lucta vero genus ludi eſt: qum duo ſeſe mutuo apprehendentes ad terram nituntur affligere: quod luctari: & Colluctari dicitur: a quibus Luctatio: & Colluctatio deducũt: quo ludi genere in paleſtra vtebantur athletæ: & qui ſe ita exercebant: Luctatores vocabantur: a luẽdo: hoc eſt ſoluendo: quod vterq; ſeſe ab altero ſoluere niteretur: Luctare quoque: & Luctari pro contendere vſurpamus.

Ennius · Virgilius · Liuius

Fleo · Fletus · Multũ fleti · Flebilis · Flebiliter · Defleo · Lachryma · Lachrymula · Collachrymor · Flebiliter · Illachrymabile · Lugeo · Lugubre · Luſcinia · Luctifer · Luctuoſum · Prolugeo · Lucta · Luctor · Colluctor · Luctatio · Colluctatio · Luctatores · Lucto · Pecco

N LESBIAM EPIG. LXIII.

N CVSTODITIS. In leſbiam inuehitur: cui nõ ſatis erat adulterari: niſi id etiam in propatulo faceret: gauderetq; in adulterio dephendi: ac cõſpici: in quo tpoꝝ ſuoꝝ laſciuiã notat: qbus nullus pudori: aut verecũdiæ locus erat relictus:

PECCAS. Cū adultero coīs. Peccare enī ꝑprie eſt adulterū cōmittere: dictū quaſi pellica/
Peccatus re: Hoc eſt cum pellice coire: & Peccatus ipſum adulterum: quaſi pellicatus. A veteribus eni
non peccatum neutro genere: & ſecunda declinatione: ſed peccatus maſculino genere: & q̄r
ta declinatione proferebat᷑: quod vſq; ad Ciceronis ætatem durauit. Cicero. Nemo ita vi/
uebat: vt nulla eius vitæ pars ſummæ turpitudinis eſſet expers: nemo ita in manifeſto pecca/
Peccatum tu tenebatur: vt qum impudens fuiſſet in facto: tum impudentior videretur: ſi negaret. Po/
ſtea inualuit vſus: vt peccatum tantum neutro genere proferatur: & tam peccatum q̄ pec/
co generaliter de omnibus delictis: atq; erroribus dicantur. A pecco fit Peccator: & femini/
num eius Peccatrix. LIMINIBVS. Hoſtiis. Limen enim omnem ingreſſum ſignificat:
Limen vt ſuperius diximus. INCVSTODITIS. In quibus nemo obſeruat: ne quis repētein/
grediatur: aut videat quæ Intus gerūtur. FVRTA. Adulteria. VELOQVE SERA
QVE. In lupanaribus mos eſt poſtq̄ fornicator introiit: hoſtium cludere: & poſt hoc ve
lum extēdere: ne quid per rimulas etiam videri extrinſecus poſſit. RIMA. Fiſſura. Pro/
Rime prie Rimæ dicuntur exiguæ diſtātie tabularum in iunctūris: a quo tractum eſt: vt omnes fiſ/
Agere Rimas ſuræ rimæ dicantur: vnde Rimas agere eſt findi. Ab hoc Rimula parua fiſſura: & Rimoſus
Rimula plenus rimis: & Rimari quod eſt diligēter quærere & ſcrutari: & quaſi Rimulas quaſq; per
Rimoſus quirere: quod nōnulli a ſuibus tractum putant: qui glandes per rimas terræ perquirūt. Virgi Virgilius
Rimor lius. Dulcibus in ſtagnis rimant᷑ prata Cayſtri: hoc eſt paſcūtur in pratis: & cibum per om/
nes rimas terræ perquirūt. Idem. Et partes rimātur apertas: hoc eſt inueſtigant. Aliquando Idem
tamen Rimari pro explicari accipitur. Idem. Rimaturq; epulis: habitatq; ſubalto pectore. Idem
Item pro eo: quod eſt ſcindere: & quaſi in rimas agere. Idem. Ergo ægre raſtris terram rimā Virgilius
Rimator tur. A rimor Rimator: & Rimatrix verbalia nomina deducuntur. FORNICE. Arcu:
Fornix teſtudine. Fornix proprie arcum ſignificat: & quodcunq; opus cōcameratum: a furuo hoc
eſt obſcuro: quod eiuſmodi opera obſcura ſint. Virgilius. Cyclopum obducta caminis
Moenia conſpicio: atq; aduerſo fornice portas. Cicero. Videt ad ipſum fornicem fania/
num. Quoniam vero Meretrices in huiuſmodi locis: hoc ē ſub fornicibus habitare cōſue/
uerunt. Fornicariæ ſunt appellatæ: & Fornicari eſt cum meretrice coire: quod & Meretrica
Fornicator ri dicitur: & Fornicator: qui fornicatur: & Fornicatio ipſa congreſſio. A Furuo etiam hoc
Fornicatio eſt obſcuro Furnus deducitur: locus: in quo panis decoquitur: differtq; a Clibano: quod Cli
Furnus banus mobilis eſt: & quaſi paruus furnus: teſtuq; aliquādo tegit᷑: & fere e metallo fit: interdū
Clibanus tamen & lapide conſtat: non tam pani q̄ aliis dapibus coquendis ſeruiens: furnus vero ex
cemento: & calce conſtat: magnuſq;: & immobilis eſt: ad vſum fere panis coquendi. Plyniꝰ. Plynius
Summenium Cortices quoq; decuſſi lini Clibanis: & Furnis præbent vſum. SVMMENI. Summe/
Summeniana niū dicebat᷑ locus Lupanaris: quod fere ſub moenibus eſſet: quaſi Summeniū. Hinc Sum/
menianæ vxores: meretrices dicūtur. Martialis. Conuiuia quiſquis Zoili poteſt eſſe: Sūme/ Martialis
Diſco nianas coenet inter vxores. DISCE. Apprehende: aſſequere. Diſcere enim proprie eſt rē
Doctor ignotam aſſequi: quod vel meditando fit: vel ab alio docendo: vnde qui docet: doctor: qui
Diſcipulus diſcit: diſcipulus dicitur: a quo Diſciplinæ ipſæ artes appellantur. Et Diſciplinoſi: qui tam
Diſciplina ars bonas q̄ malas artes facile diſcunt. Cato. Ipſe gladiator diſciplinoſus. A Diſco compoſita Cato
Diſciplinoſus fiunt Ediſco: quod eſt memoria complector. Adiſco perfecte diſco: Condiſco ſimul diſco
Ediſco Dediſco: quod didici: obliuiſcor. ACHIONE SALTEM VEL AB LAIDE. Auul.
gatiſſimis meretricibus. CHIONE. Nobile ſcortum fuit nomen habens a Candore ni/
Condiſco uis: quæ græci Χιων dicitur: qum tamen fuſca eſſet. Martialis. Alba es: & fuſca es: es & Martialis
Dediſco non es Chione. Iuuenalis. Et dubitas alta Chionem deducere ſella. LAIDE. Hæc quoq;
Chione nobiliſſima meretrix fuit: Corinthia: quæ ob elegantiam: ac venuſtatem formæ grādem pe/
Lais cuniam demerebat: conuentuſq; ad eam ditiorum hominum ex omni græcia celebres erant
nec admittebantur: niſi qui daret: quod illa popoſciſſet. Poſcebat autem nimis grandem pe
cuniam. Vnde natum eſt frequens illud apud græcos prouerbium: οὐ παντὸσ ἀνδρὸσ
ἐσ κόρινθον ἐσθόπλοῦσ: quod apud nos ita interpretatur Horatius. Nō cuiuis homini
contingit adire Corinthum: quaſi fruſtra adiret Corinthum: qui non poſſet dare: qđ poſce
retur. Ad hanc fertur Demoſthenes aliquando ſe clanculum contuliſſe: & vt ſui copiam face
ret: petiiſſe: a quo qū Lais petiiſſet μυρίασ δραχμάσ quod faciebat nummi noſtratis
denarium: decem milia mulieris petulātia ac pecuniæ magnitudine obſtupefactus retroceſ/
ſiſſe: & inter diſcedendum dixiſſe οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμε
λεῖν: hoc eſt. Equidem poenitere decem Drachmarum milibus nō emo. Drachmam tres
oboli: hoc eſt ſiliquæ decem: & octo cōſtituebant. Singuli enim oboli ſex ſiliquas habebāt:
vnde duodecim oboli tres denarios: hoc eſt quattuor drachmas cōſtituebant: qū eſſent q̄t/
tuor: & ſeptuaginta ſiliquæ. Erat enim denarius minimus argēteus vnius libræ: hoc ē vigin
tiquattuor ſiliquarū. Sex vero oboli hoc ē denarius vnus & dimidius Drachmā faciebant.

Ab Obolo Diobolares meretrices dictæ ſunt: quæ duobus obolis cõducebant. MONV/
MENTA. Cellæ meretricum: quod ad ſepulchrorum ſimilitudinem factæ ſunt. LV/
PAS. Meretrices quemadmodum ſuperius diximus. NVNQVID. An forte. Nũ idẽ
pene ſignificat: quod an: vt ſubintelligitur negatio. Vt num ego te ſpoliaui? quaſi dicat nõ
ſpoliaui: ſicut quotiens per negationẽ interrogamus: ſubintelligitur affirmatio: vt non ego
Plynius te ſpoliaui: quaſi dicat ego te ſpoliaui. Affirmatiua reſponſio eſt proprie: etiam. Plynius. Iu
nior. Studes inq̃? Reſpondit etiam: Vbi? Mediolani. Vulgo autem reſpondemus ita: qđ
Terentius etiam non caret auctoritate. Terẽtius. Mihi ne reſpondit? ita. A num fit nunqd conpoſitũ.
Item aliud compoſitũ Nunquidnam: Non vero proprie negandi aduerbium eſt: quemad
modũ eſt haud: Haud q̃q̃: nequaq̃ nec ne minus: & ſimilia. Duæ negationes plerũq; affir/
mant: vt ſi dicam Nemo non legit: idem eſt: quod omnis homo legit: & nonnullus ideſt ali
quis. Tres vero negationes aliquando non plus faciunt: q̃ duæ: vt Nunq̃ mihi: nec profui/
ſti: nec obfuiſti: quod idem plane eſt: ac ſi dicamus. Mihi quidem nec profuiſti: nec obfuiſti.
Item Neſcis nec domi: nec foris viuere: Idem ẽ quod nec domi: nec foris ſcis viuere. Timeo
vereor: metuo: & ſimilia idem cum negatione: quod ſine negatiõe ſignificat. Vt Vereor ne
veniant & vereor: vt veniat. Et Timeo ne moriatur: & Timeo vt moriatur: & more Cice/
Terentius ronis: ac probatiſſimorum veterum Metuo: vt ne moriatur. Terentius. Apprime in vita eẽ
vtile: vt ne quid nimis. Illud præterea animaduertendum: vbi debeat geminari negatio: vbi
non debeat: quod hoc exemplo demonſtratur. Non modo ſtellæ: ſed ne luna quidem ad ſo
lem ſeruat ſplendorem ſuum: recte dicitur. Item hoc modo Nonnullę ſtellæ: ſed ne luna qui
dem. At quotiens dictionibus adeſt quædam contrarietas non poteſt altera negatio tolli: vt
hoc modo. Nõ modo ſtellæ non apparent: ſed etiam luna ad ſolem obſcuratur. Sine nega
tione geminata non recte loquaris. Item nõ modo non abſoluo hunc: ſed ne leui quidẽ poe
na cum eo tranſgrediendum puto. Errant ediuerſo quidam: qui ad illud non modo: appli/
cant: ſed etiam: qum deberent applicare ſed ſaltẽ: aut: ſed certe: aut: ſed vel: vt eſt illud. Quis
enim mentis emotæ non modo futura prædicere: ſed etiam cohærentia loqui poſſit? Dicẽ/
dum erat: ſed vel cohærentia: aut Sed certe cohærentia: aut Sed ſaltem cohærentia loqui poſ
ſit. Illud vero de negatione ad ſolam elegantiam pertinet: quod ſubiectis exemplis adducã.
Quintilia. Quintilianus: Non eſt difficile: vt maritum vxor occidat: ſi non eſt difficilius: vt filius pa/
Idem trem. Idem. Atq; eo cauſam dimittimus: vt ſit abſoluendus adoleſcens: niſi etiam laudãdus:
quare non petit: vt miſerum putetis niſi etiam innocẽs fuerit: non petit: vt afflictum alleue/
Saluſtius tis: niſi & probauerit ſeſe infœliciorem: quod patrem ammiſit: q̃ quod oculos. Saluſtius.
Parcite dignitati Lentuli: ſi ipſe pudicitiæ: ſi famæ ſuæ: ſi diis: aut hominibus vnq̃ pepercit
Lucillius Veteres pro non Noenon dixere. Lucillius. Sed tamen hoc dicas ſi Noenon quidem mole Noenon
Varro ſtum eſt. Varro. Si hodie noenon venis: cras quidem ſi veneris: dies eſt natalis fortis fortu/
næ. Cognatio vocabuli nos admonet: vt hæc ſubiungamus. Noes fluuius eſt Thraciæ in Noes
Liuius Iſtrum fluens. Noegeum amiculi genus candidi. Item Noegeum pro cãdido ponimus. Li/ Noegeum
uius. Lachrymas de ore noegeo terſit. Noeale ſunt papillæ: quæ ex faucibus caprarum depẽ Noeale
dent. Noricũ vrbs eſt Macedoniæ finitima illyrio vnde fit adiectiuũ Noricus.a.um. Nor/ Noricum
mam vocant fabri: ad quam opus dirigunt: quæ & Regula a quibuſdam dicit᷑: eius dimi/ Noricus.a.um.
nutiuum eſt Normula. Notior vrbs eſt Etoliæ. CENSVRA. Lex: decretum: de quo ſu Norma
perius diximus: vel Cenſura reprehenſio: correctio. Regula

AD CORNELIVM EPIG.LXIIII.

Normula

ERSVS SCRIBERE. Excuſat laſciuiã carminis: ſimulq; tempora ſua no/ Cenſura
tat: in quibus libri nihil laſciui habentes nõ poterant placere. Qua cauſa indu/
ctum fuiſſe hunc poetam exiſtimandum eſt: vt laſciua operi ſuo frequenter inſe
reret: quo ſcilicet libentius legeretur: & lectores pudore ducti: a vitiis ſe retrahe/
rent. SCHOLA. Ludo litterario. Schola enim græca vox eſt: & ſignificat locũ: in quo Shola
bonæ artes diſcuntur: dicta ἀπὸ τοῦ σχολάζειν: quod vacare eſt: quod omiſſis cæte/
ris rebus vacare pueri bonis artibus debent. A ſchola Scholaſticus dicitur: quod ad ſcho/ Scholaſticus
lam attinet. Vnde Scholaſticam diſciplinam dicimus: Scholaſticos etiam vocamus diſci/ Scholaſtica diſci
pulos: qui diſcendi gratia ſcholas frequentant. Eundem locum etiam Gymnaſiũ vocamus: plina
q̃uis proprie Gymnaſium ſchola ſit Paleſtritarum: hoc eſt locus: in quo Atletæ nudi exerce Gymnaſium
bantur græci enim γυμνὸν nudum dicunt: a Gymnaſio Gymnaſiarches dicit᷑: qui Gym Gymnaſiarches
naſio præeſt. MARITI. Viri Maritus enim: & Vxor relatiua ſunt. Deducitur autem ma Maritus
ritus ab eo: quod eſt mas maris: cuius diminutiuum eſt Maſculus: a quo apud grammaticos Maſculus
Maſculinum genus: & Maſculeſco: hoc eſt Maſculus fio. A maritus vero Marito verbum Marito
deriuatur: quod eſt viro trado. Iuuenalis tamen feminino genere. Marita. Quippe Ma/ Marita
ritam vlmum dicimus: cui vitis iungitur: & quaſi matrimonio copulatur. Maſculum aliqũ Maſculus

pro forti:ac magnanimo vſurpamus. Varro. Si non Plus teſticulorum offenderis:q̃ in ca Varro
ſtrato pecore in apulia:vincor non eſſe maſculum ad rem. Item a mas Marius deducit᷑ pro
prium viri nomen:cuius femininum eſt Maria: quod penultima correpta cum accentu in
Marius antepenultima. Claudianus. Præparat & pulchros Mariæ:ſed luce minores Eligit ornatus. Claudian⁹
Maria Quemadmodum e contrario Iacobus proprium nomen cum accentu in penultima pro/
nuntiandum eſt:qum quadriſyllaba dicto ſit:& primas duas ſyllabas breuis: tertiam pro/
ductam habeat. Idem. Ne laceres verſus dux Iacobe meos. Sic Idolum pronuntiandum eſt Idem
nō Idolum: Idolatria non Idolatria: Heremus heremi:nō heremus heremi. SINE MEN
Idolum TVLA. Sine verborum laſciuia:quæ propria eſt ſcribentium epigrammata:hoc autē in/
Idolaria ſtitutum fuit:quo libentius legerent᷑. QVID SI ME IVBEAS THALIASSIO/
Heremus NEM VERBIS DICERE NON THALASSIONIS. Senſus eſt:Quemad/
modum abſurdum videretur:ſi me iuberes Nuptiales hymnos aliis verbis: q̃ Nuptialibus
exprimere:ita eſſet abſurdum:epigrammata aliis verbis:q̃ ſuis cantare. THALASSIO/
NEM. Carmen nuptiale ita dictum a voce:q̃ in nuptiis efferebant:quæ erat Thalaſſius:
quemadmodum Hymen quoq; dicit᷑:a voce qua græci vtebant᷑:quæ erat Hymenæus. Idem
Thalaſſio carmen & Feſcēninum appellat᷑:quod primum ex vrbe Feſcenina Romam allatum fuit ſi
Thalaſſius ue quia Faſcinum putabat᷑ arcere. Ita enim ad arcendum Faſcinum inſtitutum quidam exi/
Hymen ſtimant:vt Feſcenini verſus canerentur in nuptiis:quemadmodum vt nuces ſpargerent᷑:nō
Hymeneus quia cadendo tripudium facerent:vt vulgus putat:ſed quod bonum omen viderentur affer/
Feſceninū carmē re:qum munere quodam naturæ gemino protectæ ſint operimento:puluinati primum cali/
cis:deinde lignei putaminis. Erat autem Talaſſio:ſiue Feſcēninum carmen:ſiue hymen:qua
le ſcripſit Catullus Veronenſis. Io hymen Hymenee Io: Ite concinite in nodum. Nediu ta/
ceat procax: Feſcēnina locutio Ne nuces pueris neget: Deſertum domini audiens Concubi
nus amorem. Da nuces pueris iners: Io hymen Hymenee io: Io hymen hymenee io. De ratō
ne autem huius nominis diuerſi diuerſa ſenſerunt. T. Liuius ſcribit Romæ in raptu Sabina/ T.Liuius
rum virginem vnam longe ante alias ſpecie:& pulchritudine inſignem a globo Talaſſii cu/
dam raptam fuiſſe:multiſq; ſciſcitantibus:cui nam eā ducerent:identidem ne quis eam viola
ret: Talaſſio ferri clamitatum:propter quod nuptialem hanc vocem factam. Plutarchus ve Platarchus
ro eandem puellam refert:qum a cœtu viliſſimorum hominum duceret᷑:motos pulchritu/
dine illius quoſdam ingenuos adoleſcentes rapere uoluiſſe:ſed qum illi Talaſſio duci affir/
maſſent:qui tum & generis claritate:& virtutis præſtantia inſignis habebatur: abſtinuiſſe:
Talaſſius illius ad quem ducebat᷑:fortunam laudantes:quoſdam etiam vſq; ad illius ædes proſecutos
puellam fuiſſe. Talaſſio nomen alta voce proclamantes:hinc ortam conſuetudinē in memo
riā tantæ fœlicitatis:vt Romani ſemper in nuptiis Talaſſium. quemadmodū græci hymena
vocarent. Alii hoc nomen p̄ ſigno rapiendarū virginū datum a Romulo exiſtimant:propē
quod puellas deinde ducentes Talaſſium clamabant ex quo eam conſuetudinem putant ad
poſteros emanaſſe. Sunt qui in nuptiis hanc vocem primo vſurpatam cenſeant nō alia ratō
ne niſi:vt nuptæ ad opera:& labores:in primiſq; ad lanificia prouocarent᷑. Quippe. Var/ Varro
ro. Talaſſionem in nuptiis ſcribit ſignu; lanificii eſſe. Ita enim vocabant Calathū:vas vtiq;
lanificiis aptū vnde & græci Ταλάσιουργίαν Lanificiū vocant propter quod nō defue
Talaſſio runt:qui hanc conſuetudinem ex eo potius bello fluxiſſe voluerūt:quod poſtea cum Roma
nis Sabini geſſere. Nam qum ſedato tandem belli furore pacē inter ſe feciſſent:hoc inter ſe
fœdus pcuſſiſſe memorantur:vt raptæ mulieres nullā aliā operā q̃ lanificii tenerent᷑ viris i/
pēdere:ex quo conſuetudo emanauit:vt in nuptiis quoq; ruſticorum Talaſſius vocaret᷑. Ve
rū vtcunq; ſe res habeat:certum eſt hanc conſuetudinē a raptu Sabinarū ortū habuiſſe: quē
admodū illæ quoq; habuerunt:vt nouæ nuptæ maritalis domus limen nō attingerēt:ſed ſub
latæ a preſentibus repente intromitterent᷑ ad teſtificandā vim:quæ Sabinis fuerat illata: itē
vt ſtilo acuto ad diſcriminandos crines vterentur:quo tale inſtrumentum acerbiſſime illius:
pugnæ monumētum poſteris foret. Hymenis vero nomē apud græcos ex eo defluxit:quod
hymenæus deus nuptiarum eſſe exiſtimatur dictus ἀπὸ τῆσ ὑμένοσ hoc eſt a mem/
brana:quæ qum ſit clauſtrum virginitatis:in nuptiis rumpitur. Alii dicunt hymeneum quē/
Hymeneus deus dam Iuuenē fuiſſe:qui die nuptiarū ruina op̄pſſus interiit:vnde poſtea inſtitutum: vt expia
tionis gratia noīaret᷑ in nuptiis. Illud nobis magis placet hoc nomē ab hymeneo quodā de
ductū:q apud Athenas īter ſæuiſſima bella virgines liberauit:q̃ ob cām nubentes eū inuoca
re cœperūt:tandēq; quaſi deum nuptiis p̄ſidentem coluere. Sunt tamen qui hymeneum Ve
neris:& Bacchi filium fuiſſe affirment: cuius officium ſit pſallere in nuptiis:cātare ad thala
mos:& limina ſertis coronare. QVIS FLORALIA VESTIT. Quis in floralibus
Florales ludi nudas meretrices velare nitit᷑? Celebrant᷑ apud Veteres ludi florales cū omni laſciuia:& p̄/
ter verborū licentiam nudabant᷑ flagitante populo meretrices:quæ mimarū functæ officio

in cōſpectu multitudinis ad ſatietatē vſq; ipudicis motibus detinebant. STOLATVM.
Matronalem:quemadmodū ſuperius diximus. IVVARE. Delectare:voluptatem affer
re. PRVRIANT. Laſciuiant:& quaſi libidine ardere videant:quemadmodū paulo ſu
perius declarauimus. CASTRARE. Detrahere laſciuiā verborū. Ideo autem vſus eſt hoc
vocabulo:quia ſuperius dixerat:ne poſſint ſine mentula placere. GALLO TVRPIVS
EST NIHIL PRIAPO. Priapus ſola fere virilis membri magnitudine cōmendatur — Turpe
Virgilius — quapropter nihil turpius eſſet eo caſtrato. TVRPIVS. Deformius. Turpe enim ꝓprie in
Idem — decorum:ac deforme ſignificat. Virgilius. Et Turpis egeſtas. Idem. Scabiemq; ferat:turpeq;
Idem — podagrā. Aliquando tamen turpe pro grandi accipit. Idem. Optima toruæ Forma bouis: — Fœdum
Cicero — cui turpe caput: Fœdum & turpe quidam ita diſtingunt:vt fœdus plus ſit ꝙ turpis. Cicero. — Turpor
Luxuria vero cum omni ætati turpis:tum ſenectuti fœdiſſima eſt:a turpis fit Turpior: Tur — Turpius
Cicero — piſſimus: Turpiter: Turpius: Turpiſſime Turpitudo deformitas:fœditas: obſcenitas: Tur/ — Turpo
po verbum:cuius paſſiuum eſt Turpor. Cicero. Iouis aram ſanguine turpari. Et ab hoc cō/ — Turpor
poſitum Deturpo:ac paſſiuum Deturpor. PRIAPO. Priapus Lampſacenus fuit Lam
pſacum oppidum nobile helleſponti:ante pityuſa dictum ſitū iuxta mare:& portū optimū
habens:inter:quod & Abydum alterū helleſponti oppidū practius amnis fluit. Lampſace — Priapus
ni:qum Priapus ob virilis membri magnitudinē ſolatium mulieribus afferret:ciuitate eum — Lampſacum
expulere: Procedente tamen tempore etiā externis mulieribus gratus:tandē inter numina re
Heſyodus — latus:& hortorū deus creditus eſt:finxeruntq; eum liberi patris:& Nymphæ cuiuſdā filium — Priapum vrbs
eſſe. Heſiodus eo antiquior hunc deū nō nouit. Myleſii ſub eius nomine Priapū vrbem cō/
diderunt:& portum etiam eodem nomine vocauere. A Lampſacenis deinde & Priapenis
inſtitutum:vt aſellus Pryapo imolaret ob eam:quā ſuperius expoſuimus:cauſam: ꝙuis alii
hanc potius rationem reddant:ꝙ qum dii omnes ad matris magnæ feſtum cōueniſſent:ēpu
Silenus — liſq; ſatiati noctem ludendo ducerent quieuiſſe humi Veſtam affirmant:eamq; Priapū: vbi
ſoporatam animaduertit:inire voluiſſe:ſed in tempeſtiuo clamore Aſelli:quo Silenus Vehe
batur:excitatam: Libidinem inſidiatoris detexiſſe: Propter quod Lampſacenos in vltionē
facinoris Aſellum priapo imolaſſe:& vt idem impoſterum fieret:inſtituiſſe. Eūdem apud
Romanos veſtalibus ſacris in honorem pudicitiæ conſeruatæ: panibus coronari ſolitum
Virgilius — tradunt. Huius dei ſimulachrum porrecto virili membro ac nullis veſtibus tecto fingebant.
Virgilius. Sed ruber hortorum cuſtos membroſior æquo: Qui tectum nullis veſtibus inguē
habet. A priapo idem poeta opus ſuum:quod de rebus laſciuis ædidit:ſi tamen is autor fuit — Priapea
Priapea inſcripſit. GALLO. Caſtrato: Tractū a ſacerdotibus Cybeles:qui Caſtrati erāt: — Galli
& Galli vocabantur:a Gallo flumine phrygiæ:cuius aquam qui guſtaſſent:reddebantur in — Gallus flu.
ſani. Cauſam autem cur ſacerdotes huius deæ virilia amputarent:hanc tradunt. Cybele deo — Cybele
Ouidius — rum mater Atyn phrygium puerum caſto ſibi amore deuinxerat:iuſſeratq; vt caſtitatem ſer — Atys
uaret:& templa ſua tueretur:quod ille fide data facturum ſe promiſit. Ouidius. Ille fidem iuſ
ſis dedit. Et ſi mentiat inquit: Vltima qua fallam ſit Venus illa mihi. Sed qum tādem & iuſ/ — Sagaritis
ſorum & fidei deæ oblitus eſſet:ſeſe cum Sagarytide Nympha miſcuiſſet:indignata Cybe/
Ouidius — le furorem ei iniecit:quo maiorem in modum agitatus per iuga montis phrygiæ deæ ſacri:
quem Dindima vocāt:aliquādiu diſcurrēs:tandē lapideo cultro virilia ſibi amputauit. Oui
dius. Ille etiā ſaxo corpus laniauit acuto: Lōgaq; nō mūdo puluere tracta coma eſt: Voxq;
fuit:merui:meritas do ſanguine poenas. Ah pereāt partes:quæ nocuere mihi. Tradunt ſan/
guine eius Porphyriten lapidē:qum prius candidus eſſet:purpureis maculis conſperſum cō
lorē mutaſſe. Papinius. Sola nitet flauis nomadū deciſa metallis purpura:ſola cauo Phry/
giæ quā Sinnados antro Ipſe cruentauit maculis lucētibus Atys Alii hūc ſcribūt:qum ꝑ ma
re Phygium nauigaret:ad Gallum amnem peruiſſe:guſtatuq; eius aquæ in inſaniā verſum:
ſilice ſibi virilia amputaſſe. Sunt & qui tradant matrē deum Hūc ob pulchritudinē ada/
Iuuenalis — maſſe:& cum pellice dephenſum exectis virilibus reddidiſſe. Hinc igitur inſtitutum eſt:vt
Ouidius — eius deæ ſacerdotes caſtrarentur. Iuuenalis. Semiuir obſceno facies reuerenda minori. Mol
lia qui rapta ſecuit genitalia teſta. Ouidius. Molleſq; miniſtri Cædunt iactatis vilia mēbra — Atys
comis. Fuit & alius Atys Crœſi Lydorū regis filius natu maior:qui nulla arte cuſtodiri po
tuit:quin ferro:quemadmodū ei prædictum fuerat:necaret. Item alius huius frater: ꝗ qum
longo tempore elinguis fuiſſet:tādem timore paternæ cædis vocalis redditus in hæc verba — Gallo verbum
Varro — repēte prorupit O homo ne Crœſum interfice. A Gallis fit Gallo verbū:quod ſignificat in — Baccho
ſanio:quemadmodum a bacchus Baccho:a quo Debaccor. Varro. Et deam Gallātes vario — Debacchor
retinebant ſtudio. Et glaber ſecundum quoſdā:quaſi Gallaber:qui ſine pilis eſt:quod Galli — Glaber
imberbes:ac minime piloſi ſint. Nos a greco potius hoc vocabulum deductū exiſtimamus: — Glabellus
nam græci γλαφυρὸν delicatum dicūt. A glaber fit Glabellus diminutiuū:& Glabrio: — Glabrio
quod ſignificat delicatū:& ſine pilis. Gallulo vero veteres vſurparūt ꝓ eo:quod eſt pubeo. Et — Gallulo

Galulaſco pro pubeſco:qđ pubeſcentes vocē grādiorē ad galli gallinacei ſiītudinē faciant
Neuius.Cuius vox gallulaſcit:cuius ramos roboraſcit.Gallus gallinaceus notus vulgo eſt:
nocturnus vigil quē excitādis in opa mortalibus:rūpendoq; ſonno genuiſſe ꝓuidētia videt᷑
Norūt ſydera:& ternas iterdiu horas cātu diſtigūt:cū ſole eūt cubitū:q̄rtaq; caſtrēſi vigilia
ad curas:ac laborē reuocāt:vñ Gallicinū ea pars noctis appellata.Diē deinde venientē ſi/
mili cantu denunciāt cātu plauſum alarū addunt.Imperāt ſuo generi:quæ Gallinæ appellā/
tur:a qbus ipſe Gallinaceus dr̄:& regnum in quacūq; domo ſint:exercent. Dimicatione hoc
conſequunt᷑ ꝓpter id ingenita cruribus ſuis tela intelligentes:Qui palmā cōſecuti ſunt:ſtatī
veluti triūphantes canunt:ſeq; principes teſtant᷑:victi obmuteſcentes ſe occultāt:ægræq; ſer/
uitiū patiunt᷑:Gradiunt᷑ ardua ceruice:criſtis celſa:celum:quod nulla alia volucris facit:cre
bro aſpicientes:caudam quoq; falcatam erigētes in ſublime.Itaq; terrori etiā ſunt Leonibus
Præpoſteri eorū:ac veſpertini cantus oſtētū facere dicunt᷑.Namq; totis noctibus canendo
boetiis nobilē illā aduerſus Lacedæmōios ꝑſagiuere victoriā:hoc iō interꝑtati ſunt augures
quod auis illa victa ſilere ſolet:canere ſi viciſſet.Deſinunt canere caſtrati:quod duobus mo/
dis apud veteres fiebat lumbis aduſtis candēte ferro:aut imis calcaribus:quæ cū ignea vi cō
ſumpta ſunt:facta vlcera:vt conſaneſcant:figulari creta illinunt᷑.Nunc etiā teſtes auelluntur
quod fit libidinis abolendæ cauſa:vt magis pingueſcāt.Capi vocant᷑:quim merito galli a ſi/
militudine ſacerdotū matris deum dici poſſe viderent᷑.Itaq; Gallos a cōtrario ſenſu appel/
latos quidam exiſtimant.Martialis.Ne nimis ex hauſto macreſceret inguine gallus Dimi/
ſit teſtes:nūc mihi gallus erit.Idem.Succumbit ſterili fruſtra gallina marito hanc matris Cy
beles eſſe decebat auē.Pergami omnibus annis ſpectaculū gallorū ædi ſolebat:ceu gladiato
rum.Inuenit᷑ in annalibus.M.Lepido.&.Q.Catulo cōſulibus in ariminēſi agro locutū
Gallinaceū fuiſſe.In gallinis vero illud mirandū:quod ædito ouo excutiunt ſeſe:& circum/
acte purificant aut feſtuca aliqua ſeſe:& oua luſtrant:a Gallus Gallina:Gallinacinū:Galli/
pes:de quibus ſuperius diximus:deducunt᷑.Gallinarū inteſtina:& quæ cum iis coquebant᷑
Gigeria antiqui vocabant Lucillius Gigeria ſunt ſine aleo:his veſcamur alacriter:Gallinæ
pipare dicunt᷑:dum naturalem vocem emittunt:ſicut glutire:ſiue glocidare:dum oua emiſe
runt.Varro.Mugit bos:ouis balat:equi hinnunt:gallina pipat.Pipatio oſcorū lingua vox
plorantis appellat᷑.Pipulū veteres pro cōuitio poſuere.Plautus.Ita me bñ amet Lauerna:
te iam niſi reddi mihi vaſa iubes:pipulo hic differā ante ædes.Piper barbara vox eſt:nomē
arboris iunipo ſimilis.Gignit᷑ in fronte caucaſi ſolibus oppoſita:Semē eius a Iunipo diſtat
paruis ſiliqs:quales ſunt Paſilorū:quos & phaſilos:& Paſeolos:& Phaſeolos dicimus:vul
go notū legumē:hoc eſt exiles:& teretes.Hæ priuſq̄ dehiſcant decerptæ:& ſole toſtæ faciūt
quod vocat᷑ piper longū paulatim vero dehiſcētes ꝑ maturitatē oñdunt cādidum piper:qđ
deinde toſtum ſolibus colore:rugiſq; mutat᷑:Carbunculatur aliquādo intēperie cæli fiūtq;
ſemina caſſa:& inania:Brecmaſſin id vocant:quod indorum lingua ſignificat abortū.Nō
eſt piperis radix:vt quidam putauere:quam aliqui Gingiuerim:alii Gingiberim vocāt:q̄q̄
ſimili ſit ſapore.Id enim in arabia:atq; Troglodytica in villis naſcit᷑ paruæ herbæ radice cā
dida:cōditur ſacaro:quem viridem Gingiberim vocant:ſtomacho mirifice vtilem.Eſt etiā
in india piperis granis fere ſimile:quod vocat᷑ Garyophilon grandius fragiliuſq;:Tradunt
in Indico luco gigni:aduehit᷑ odoris gratia:variis etiā condimentis miſcetur.Fert etiā ge/
nus ſpinæ piperis ſimilitudinem:præcipua amaritudine.Eradice eius in aqua cum ſemine
excepta fit medicamentum:quod vocatur Lycium.Ea ſpina & in Pelio monte naſcit᷑:quæ
adulterat medicamentum:Eam ſpinā græci Pixacanthum Chironium vocāt.A pipere Pi/
peratū vinū dicit᷑:quod Pipere:& melle cōdit᷑.Item Piperites herba:quæ & ſiliquaſtrū vo
catur:caule rubro:& longo denſis geniculis:foliis lauri:ſemine albo tenui:guſtu piperis:vti
lis gingiuis:dētibus:oris ſuauitate:ructibus.Succus eius cōtra morbos comitiales bibit᷑ Gal
li etiam populi ſunt Galliarum:Eſt aūt Gallia altera Ciſalpina altera tranſalpina.Ciſalpi/
na:quæ ab vſu toge Togita gallia dicit᷑:in tranſpadanam:& Ciſpadanā diuidit᷑.Trāſalpi/
na:quæ vno noīe comata vocata in tria populorū genera ſecat᷑:amnibus maxime diſtincta
a Scalde ad Sequanā Belgica:a q̄ Belgi:ab eo ad Garrunā Celtica:a q̄ Celte:& q finitimi iis
hiſpani ſunt:Celtiberi.Eadē etiā Lugdunēſis a Lugduno inſigni oppido.Inde ad pyrenei
mōtis excurſum Aqtania:quæ añ Aremotica dicebat᷑:a qua Aqtani:& Aqtanica regio.A
gallus Gallicus deducit᷑:vñ arma Gallica:& Gallicū ſinū & Gallicos mores dicimus.Item
Gallicanus:vñ Gallicanæ veſtes:& Galatia regio aſiæ minoris cōtermina phrygiæ:q̄ olim
galli ex Europa veniētes habitarunt:A q̄ Galate appellati:hæc & Gallogræcia dr̄:a q̄ Gallo
græci:nā qū a rege Bithiniæ galli ſil:ac græci i auxiliū vocati veniſſent:partē regni tenuerūt:
& a græcis:galliſq; Gallogræci ſunt dicti.Itē Callaici:ſiue Galleci hiſpaniæ ppl̄i gallis finiti
mi dicti q̄ſi Gallaici.Mart.Nec q̄ Callaico linunt᷑ auro.Gallos a cādore appellatos nōnul

Gallulaſco
Gallus gallina/ceus
Gallicinium
Gallinæ
Gallinaceus
Capi
Galli
Gallina
Gallinacinum
Gallipes
Gigeria
Gallinæ pipare
Piper
Paſillus
Phaſillus
Phaſeolus
Piper longum
Brecmaſis
Gingiberis viri/dis
Gariophilon
Lycium
Pixacanthum
Piperatum vinū
Piperites
Galli
Ciſalpina Gallia
Trāſalpina Gal.
Togata Gal.
Belgica
Belgi
Celtica
Celte
Celtiberi
Lugdunenſes
Aquitania
Aremotica
Aquitani
Gallicus
Gallicanus
Gallicanæ veſtes
Gallatia regio
Gallate
Gallogræcia
Gallogræci
Gallaici
Galleci

Neuiu
Martialis
Idem
M.Lepido
Q.Catu.
Varro
Plautus
Martialis

li exiſtimãt qſi lactos. Gala eni græci lac nominãt. Galla feminino genere qd ſit ſupius dixi
mus. Gallam bibere: ac rugas conducere ventri, qum ait Lucillius. Præmonet parſimonia eẽ Galla
Lucillius vtendũ: neq; gulæ indulgendũ: ventremq; coartandũ. Galeola vas ẽ ſinuoſum: ſed hoc a Ga Galleola
lee ſimilitudine potius dicit: Galea munimentum capitis eſt: e corio quodã fieri ſolita nũc Galea
e ferro fit: a qua Galeati milites dicunt: qui Galeis armati ſunt. Item Galerus: quod & neu Galeati milites
tro genere Galerum dicit: operimentũ capitis. Statius. Et temperat aſtra Galero. Idẽ. Nec Galerum
Statius arcadii bene protegit vmbra Galeri. Ab hoc Galerita auis: de q ſupius diximus. Galeſus flu Galeſus flu.
uius eſt in agro Tarentino. Martialis. Alibi: qui ſuperas Oues galeſi. Galilea pars ẽ Iudææ: Galilea
Martialis quæ Syriæ arabiæ: atq; ægypto coniungitur.

AD LVCANVM ET TVLLVM EPIG. LXV.

I LVCANE TIBI. Incredibilẽ beniuolentiam: ac pietatem Lucani: & Tul
li fratrum exponit: quorũ vterq; pro altero mori voluiſſet: vt alter viueret. DA
RENTVR. FATA. Subaudi talia. LACONES LAEDAEI. Ca
ſtor: & pollux Lacedæmonii: Lædæ: vt ſuperius diximus: filii: qbus in fatis erat:
vt vno moriente alter viueret. NOBILIS. Digna excellens. RIXA. Contentio: de
qua ſuperius diximus.

IN BASSAM EPIG. LXVI.

ENTRIS ONVS. Baſſæ luxuriã execratur: quod aureis vaſis cibi: & potus
excrementa colligeret. EXCIPIS Colligis. MISERO AVRO. Miſerabi Baſſa
li vaſe aureo. Miſerũ enim: ſiue miſerabile videt: qd tã nobile metallũ tam fœdæ
rei ſeruiat. Scribit Meſſalla Antoniũ Triũuirũ aureis vaſis vſum fuiſſe in oĩbus
Meſſalla obſcenis opibus: etiã in Cleopatræ pudendis mẽſibus colligẽdis: In quo certe cõtumeliã na
Antonius ture: vilitatem auro fecit: Mirũ e quãta caritate in quãtam luxuriã Aurũ venerit: Sũmæ olim
Cleopatra licẽtiæ fuiſſe putabat poculo aureo puluio ſubdito Philippũ regẽ dormire ſolitũ. At Nero Aurum
Pompeii theatrũ operuit auro in vnũ diem: quo Tiridati regi Armeniæ oſtẽdit. Statuã ex au
ro ſolidã ſibi poſuit Gorgias Leontinus in Delphico tẽplo ſeptuageſima circiter Olympia
Gorgias le. de: ex quo facere cõiecturã licet: quãtus eſſet eo tpe quæſtus eorũ: q artem oratoriã docebant
Aurũ omniũ metallorũ ptioſiſſimum putat: nõ colore: q in argento clarior eſt: & Lõgius
fulget nõ pondere: aut facilitate materiæ: qũ in vtroq; cedat plũbo: ſed qa ſolũ ex oĩbus me
tallis igne nõ deperit: imo quo ſepius ardet: fit pfectius: Vñ Obrizũ vocant aurũ: qd ſæpe
numero igne cãdefactũ: & exuſtũ eſt: ideoq; puriſſimũ. Eſt & altera cauſa ptii: quod vſu nõ Obrizum aurũ
deterit: qũ ex argẽto: ære plũbo ducat lineæ manuſq; decidẽte eorũ materia ſordeſcat. Du
cit pterea in tenuiſſimas bratteas quaternũ vtrinq; digitorũ Cõtra ſalis: & aceti omniũ re
rũ domitores ſuccos reſiſtit: net ac texit lanæ mõ: Poſtremo nõ rubigo vlla: nõ erugo: non
aliud ex ipſo inceſſit: qd minuat bonitatẽ. Inuenit in fluminibus: quæ ob hoc Aurifera di
cunt: Tago hyſpaniæ. Pado Italiæ: Hebro Thraciæ: Pactolo aſiæ: Gange indiæ multis p Aurifera flumia
terea montibus: ac locis aliis. Tradit apud Scythas a formicis: ac Gryphibus erui: de quibus Tagus
ſuperius diſſeruimus. A Gryphe Gryphi dicunt: qui naſũ Recuruũ habẽt: a roſtri eius auis Padus
ſimilitudine. Aurũ q qrunt añ oĩa Segullũ tollũt: ita vocat indiciũ: qd puteis fodit Canali Hebrus
ciũ appellat: qd venarũ canales p ſaxa vagant: huc: atq; illuc: & p latera puteorũ. Catini ad Pactolus
purgandũ aurũ fiunt ex Taſconio: hæc eſt terra alba ſimilis argyllæ: neq; eni alia afflatum: Ganges
igneq;: & ardẽtẽ materiã tolerat: Quod vero Cunicul p magna ſpatia actis extrahit: ad lu Gryphus
cernarũ lumina maiore piculo quærit: Arrugias eiuſmodi cuniculos vocãt. Aurũ arugia q Segullum
ſitũ nõ coquit: ſed ſtatim ſuũ eſt. Aquas eiugis montiũ ad lauandũ aurũ ductas a corriuatio Canaliciũ auruq;
ne corrugos vocãt. Vlex vocat frutex roris marini ſimilis: aſper aurũ retinens: hic ſiccatus Taſconium
vrit: & cinis eius lauat: ſubtracto ceſpite herboſo: vt ſidat aurũ. Vicena milia põdo ad hũc Arrugia
modũ annis ſingulis Aſturiã: atq; Galatiã & Luſitaniã quodã præſtaſſe prodiderunt. Om Vlex
ni auro ineſt argẽtũ vario põdere alibi dena: alibi nona: alibi octaua parte. Vbicũq; quinta
argenti portio eſt: Electrum vocat. Fit & cura Electrum argento addito. Electri natura eſt
ad lucernarũ lumina clarius argento ſplendere: Venena etiã: quod eſt natiuũ: dephendit ge Electrum
mina ratione. Nam & diſcurrunt in calicibus arquus cæleſtibus ſimiles: & igneũ ſtridorem
ædunt. Propter hoc magna auctoritas electro apud Veteres fuit Homero Teſte: q Mene
Homerus lai regiã auro electro: argento: ebore: fulgere tradit. Mineruæ tẽplum habuit lindos inſula
Rhodiorũ: in quo helena ſacrauit calicẽ ex Electro mamme ſuæ menſura. Aurũ græce Xpi
σòσ dicitur: a quo Chryſocola appellatur humor per venam auri defluẽs craſſeſcente limo Chryſocola
rigoribus hibernis vſq; induriciam pumicis. Inuenitur etiam in ærariis: & argẽtariis: & plũ Vua
bariis metallis. Fit & cura multum infra naturalem: Natiuam Vuã vocant. Omnes quaſi Lutea
lanæ tinguntur: illa herba: quam luteam appellant. Niſi capiat colorem: adduntur Scita Scitanum
nũ: & Turbyſtum: ita vocant medicamẽta ſorbere cogentia: Sic pingitur: vt pingat: Qum Turbyſtum

Oobytis
Aceſis
Saterna
Chryſocomæ
Chryſolitus
Chryſopaſſus
Chryſoberillus
Chryſoteros
Chryſolampis
Chryſes
Chryſes
Chryſoptemis
Chryſoſtomus
Chryſogonus
Bibo
Bibolus
Bibax
Bibacitas
Bibaculus
Bibacior
Ebibo
Imbibo
Vitrum
Vitreũ
Vitroſum
Phoenicæ
Candebea
Belus amnis

Homerus
Aurelius

tincta eſt. Orobitin pictores vocant: Quæ non eſt tincta: Aceſis a medicis vocat̃: Aurifices quoq; ſibi Chryſocollam vendicant a glutinando auro: & inde ei nomen impoſitũ putant: Temperatur e Cypria ærugine: & pueri impubis vrina addito intro: teritur in æreis mortariis. Santernam vocant noſtri. Ita aurum feruminatur. Item a Chryſos Chryſocomæ deducitur: quod nos auricomã dicere poſſumus & Chryſolithus: Chryſopaſſus: Chryſoberillus Chryſoteros: Chryſolãpis: de qbus ſupius diximus: & Chryſes propriũ nomen Sacerdotis apud Homerũ: A quo filia eius Chryſeis vocitata eſt: & Chryſoptemis filia Agamenõis: & Clytemneſtræ: & Chryſoſtomus: & Chryſogonus: quorum illud os aureũ: hoc aureus fœtus itei pretari poteſt. BIBIS. Potas: hauris: quod nõ modo de animalibus dicit̃ quæ hauſtũ habent: ſed etiã de inanimatis: quæ carent hauſtu. Virg. Bibit haſta cruorem: Vnde Bibula papyrus dicit̃: quæ haurit atramentũ: nã a bibo Bibulus deducit̃: quod & viri cognomẽtum fuit: & Bibax: ſicut ab Edo Edax: qui multum bibit: ab eo Bibacitas: Bibaculus: Bibacior: Bibaciſſimus: & Compoſita Ebibo: quod eſt totũ haurio: & Imbibo haurio: quod etiam ad mentẽ refertur. Aurelius. Vt poeta optimus maximus teneris imbibitus annis nõ facile memoria laberet̃. VITRO. Poculo vitreo. Vitrũ nota materia eſt: a quo Vitreũ: qđ ex vitro eſt: & interdũ pro fragili: interdũ pro lucido ponit̃. Item Vitroſum: quod vitro habundat: vel vitrũ habet. Vt Vitroſa regio: vitroſa harena. Vitrũ principio hoc modo repertũ fuiſſe prodiderunt. Pars eſt Syriæ: quæ Phoenicæ vocatur: finitima Iudææ intra montis Carmeli radices: Paludem habẽs: quæ vocat̃ Cãdebea: Ex ea naſcit̃ Belus amnis quiq; milliũ paſſuũ ſpatio in mare ꝓfluens iuxta Ptolemaidẽ. Quingentorũ paſſuũ eſt littoris ſpatiũ vbi harenæ mari volutatæ ac reiectæ cogunt̃. Appulſa quondã ad eum locum naue mercatorũ nitri: qum ſparſi ꝑ littus homines epulas pararẽt: nec eſſet ad attollẽdas cortinas occaſio lapidũ: glebas nitri e naue ſubdiderũt: qbus accenſis pmiſta harena littoris: trãſlucẽtes nobiliſſimi liquoris riui fluxere: & hæc origo vitri fuit. Mox magnetẽ quoq; addere hominũ ingenia cœperunt: quoniã liquorẽ in ſe vitri: vt ferrum trahit: tum aliæ quoq; artes inuentæ. Multa & varia ex vitro opa fiunt: fundit̃: tingiturq;: & aliud flãdo figurat̃: aliud torno teritur: aliud metalli modo celat̃. Sidon quondã huiuſmodi operibus nobilis fuit: nũc Italia excellit: præſertimq; Venetiæ. Sub Tiberio principe inuentũ vitri temperamẽtũ fuiſſe nõnulli ꝓdiderunt: quod flexibile fiebat: ſed totã eam officinã fuiſſe extinctã: ne argenti: atq; auri metalla vileſcerẽt. Id verũ ne fuerit: incertũ habeo. Vitro nunc nobiliores pro poculis vtunt̃: ad Cryſtalli ſimilitudinẽ purefacto: itẽ variis tĩcto coloribus: qle apud veteres quoq; in vſu quondã fuiſſe ꝓhibet̃ illud certe cõſtat Neronis tpibus tantã in eo laborãdo artẽ fuiſſe: vt duo perexigui calices ſexmilibus ſeſtertiũ venierint. Vitrum græci ὕαλον vocãt: hoc eſt Hyalum: qua voce etiã Latini vtuntur. Virgi. Mileſia vellera Nymphæ Carpebãt hyali ſaturo fucata colore vitri: q naturaliter hoc eſt colore viridis ẽ. Ab hyalus fit Hyalinus: hoc eſt vitreus: & Hyalurgus vitrearius. CARIVS. Maiori pretio. Carũ enim dicit̃ ꝓprie qđ vili cõtrarium eſt: vnde Caritas ꝓ penuria accipit̃. Quidã tñ ſic caritatẽ a penuria ſeparant vt Caritas ꝓpria ſit annonæ: penuria aũt cæterarũ rerũ: vt Vini: olei: mellis: & Huiuſmodi Verũ tñ Caritas pro eo accipit̃: deriuat̃ aũt a Careo: qđ ſignificat nõ habeo: deficio: a quo Caro: quod anima careat: vt ſupius diximus: & Caſſum inane vacuũ: quaſi omni re carens. Lucanus. Caſſa fraude parat. Plautus. Virginẽ habeo grãdem: dote caſſam: atq; illocabilẽ Vñ fit Incaſſum: quod ſignificat fruſtra: & Caſſes. i. retia: qđ vacuas habẽt maculas vñ & a raritate retia dicunt̃. Ab hoc vero ꝑ diminutionẽ fit Caſſiculũ: quod ſignificat Reticulũ: & Caſſis Galea: qđ vacua ſit ad caput recipiendũ. Veteres Caſſidã dixere: & Caſſius nomẽ ꝓpriũ: a quo via ab ipſo ſtrata Caſſia appellata: Itẽ a Careo Caries: hoc eſt vetuſtas: vel putredo: quod iã vigore careat: a quo Carioſus vetuſtus: putreſcẽs. Neuius. Nemo illa viuit carie Carioſior Carus etiã aliqñ pro grato accipit̃: & tũc deducit̃ a græco χάρισ: quod ſignificat gratiã: vñ Caritas: quæ ita ab Amore differt: quod amor genus ẽ. Caritas ſpẽs. Illud ad omnia pertinet: hoc tantũ ad homines: & qdem pro dignitate: ac qualitate perſonarũ maior enim caritas debet̃ parentibus: proxima liberis: & deinceps reliquis.

Hyalus
Hyalinus
Hyalurgus
Carum
Caritas
Careo
Caro
Caſſum
Incaſſum
Caſſes
Caſſiculum
Caſſis
Caſſida
Caſſius
Caſſia via
Caries
Carioſus
Caritas
Amor

Virgilius
Lucanus
Plautus
Neuius

AD FIDENTINVM EPIG. LXVII.

Martialis

VEM RECITAS. Facete rurſus fidentinum irridet: qui Epigrãmata Martialis. Quaſi a ſe edita recitabat Libellus inquit quem recitas: meus eſt: ſed qum ob ignorantiam male: hoc eſt inepte & barbare recitas: tuus eſſe incipit.

AD DECIANVM EPIG. LXVIII.

Auus

I QVIS ERIT. Laudat Decianum: & ex perſona eius cæteros doctrina: ac virtute præſtantes.. PRISCA FIDES. Credulitas priſcarũ rerũ. AVOS. Maiores noſtros: etenim tam patres q̃ auos aliquando pro maioribus ponimꝰ vt ſuperius diximus. Proprie tamen Auus eſt patris: vel matris pater: cuius rela/

tiuũ eſt Nepos:hoc ẽ ex filio:vel filia natus.Deduciturq́ a græco vocabulo:quod apud eos Nepos
πάππος quibuſdam litteris immutatis: a quo pappous auitus deducit̃: & Papae dicti Pappous
ſunt ſacerdotes:qm̃ admodum preſbyteri quoq́ hoc eſt ſeniores appellant̃.Hinc Papæ in/ Papae
teriectio admirantis:& Papaeus apud Scythas Iuppiter appellatur:vel vt alii volũt ab alia Pape
græca voce αὔωσ quod magnum ſignificat:quaſi auus ſit magnus pater.Sũt etiam q̃ pu/ Papeus Iuppiter
tant Auum dictum eſſe:quia ad duos attineat:quaſi ad duũ:vel quia ad patrẽ ſit additus.Ab Auia
Auus fit femininũ Auia:patris vel matris mater:& Auunculus frater matris:quod æquæ ter Auunculus
tius a nobis ſicut auus ſit:vel quod Aui locum teneat:& proximiate tueat̃ ſororis filios quẽ Patruus
admodum frater patris:a patre Patruus appellatur:quod ſit quaſi alter pr̃ vñ & ipſi fratrũ Nepotes ex frẽ
ac ſororum filii Nepotes ex fratre:& Nepotes ex ſorore appellantur:& Auitus:qd ad Auũ Nepotes ex ſoro
attinet:vnde paternos:atq́ auitos mores dicimus pro eo:quod ẽ patris:& aui:& Proauus: re
hoc eſt aui paterni:vel materni pater:Item Auiæ paternæ vel maternæ pater:cuius relatiuũ ẽ Auitus
Pronepos:a quo femininũ Proneptis:ſicut a Nepos Neptis:& a proauo femininũ Proa/ Proauus
uia:& Ab auus Proaui paterni:vel materni pater.Itẽ Proauiæ paternæ vel maternæ pater: Auiæ
a quo Abauia:Relatiuũq́ eius Abnepos:a quo Abneptis:& Attauus abaui vel Abauiæ pa/ Pronepos
ter:dictus quaſi tertius pater:a quo Tritauia:& Relatiuum Trinepos:a quo Trineptis. Ne Proneptis
potem autem:vt ſuperius diximus:dictum putant:quod natus poſt ſit patri q̃ filius: Poni/ Neptis
Virgilius muſq́ aliquando nepotes pro poſteris.Virgilius.Forte recenſebat numerũ:caroſq́ nepotes Proauia
hoc eſt poſteros:ac deſcendentes.Item pro luxurioſæ vitæ hominibus:quod nõ aliter iis rei Abauus
ſuæ familiaris cura ſit:q̃ iis quibus pater:& auus viuunt. Vnde Nepotare luxuriare eſt: & Abauia
Nepotatus vitæ luxuries:& Neptus Impurus:Nepa vero:vel more græco Nepos aphrorũ Abnepos
Plautus lingua ſcorpium ſignificat.Plautus.Dabo me ad parietem:imitabor nepam.Cicero. Serpe Abneptis
Cicero re anguiculos:natare anaticulas:volare merulas:cornibus vti videas boues: nepas aculeis: Attauus
ſuam deniq́ cuiq́ naturam eſſe aduiuendum ducem. QVALES PRISCA FIDES. Attauia
Senſus eſt quales amicos priſca fides:& fama nouit fuiſſe maiores noſtros:vtputa Oreſtem Atnepos
& Pyladẽ:q̃ tãta inter ſe beniuolẽtia cõiũcti fuere: vt Oreſtẽ etiã ĩ furorẽ verſum Pylades nõ Atneptis
Ouidius deſeruerit.Ouidius.Aſtitit inſano iuuenis Phocenſis Oreſti.Idem.Nõ ita vixerunt Stro/ Tritauus
Idem phio:atq́ Agamẽnone nati.Sed de his inferius latius differemus. MADIDVS. Infectus Tritauia
& vtrunq́ tam in bonam q̃ in malam partem accipitur.Infectum enim luto dicimus:infe/ Trinepos
ctum purpura:infectum vitiis:infectũ bonis artibus.Item Madidũ luto:madidũ purpura: Trineptis
Saluſtius madidum vitiis:madidũ bonis artibus.Ab hoc fit Mador:hoc eſt infuſio:humiditas.Salu/ Nepoto
ſtius.Quaſi par in oppido feſtinatio: & ingens terror erat:ne ex latere noua monumenta Nepotatus
madore infirmarent̃.Nam omnia ædificia oppidi ſtagnabant redundantibus cloacis ad/ Neptus
uerſo æſtu maris:& fit Madeo verbũ:quod ſignificat infectus ſum:plenus ſum:a quo Ma/ Nepa
deſco hoc eſt inficior:humeſco:& Madefacio inficio:& Madefio inficior:& Maduſſa he/
brius:quod ſatis vino madidus ſit. ARTIBVS CECROPIAE ET LATIAE MI/ Madidus
NERVAE. Artibus græce & latinæ linguæ.Mineruã enim:quæ diſciplinarũ dea eſt: ali/ Infectus
quãdo pro lingua:aliquãdo pro diſciplina ponimus:vnde extat illud prouerbiũ craſſa mi/ Minerua
nerua:hoc ẽ rudi lingua:Nã craſſum mõ pinguæ ſignificat:mõ groſſum:a quo Craſſitudo
Varro groſities:& Craſſeſco modo pingueſco:mõ groſſior fio:interdũ etiã hebes:ac ſtultum. Var
ro. Senibus craſſis homuli nõ vidimus quid fiat. VERA SIMPLICITATE. Non
ficta:hoc eſt ſine malitia:ſine dolo:quam alibi prudẽtẽ ſimplicitatem appellat.Simplices.n. Imitor
homines dicunt̃:boni:ingenui:aperti:nõ verſuti:fallaces:malicioſi:callidi:veteratores: va/
fri:quaſi ſine flexu:& aliqua plicatione. RECTI. Perfecti officii:de quo ſuperius diximus
IMITATOR. Imitari eſt mores:aut aliam rem ab aliquo geſtã effingere: qd̃ a græco de/
ducit̃ μιμοῦμαι.Vñ Mimi:hoc eſt imitatores dicunt̃ hiſtriones:qd̃ hominũ geſtus in
ſcena effingerẽt:quod ſi feminæ ſint:Mimæ dicunt̃. Ab imitor fit Imitator:Imitatrix:Imi
tatio. HONESTI. In quo Cauet̃:ne quid indecore:effeminate:libidinoſe: turpiter fiat.
ET NIHIL ARCANO Q VIROGET OREDEOS. Qui nihil optet:aut p̃/
cetur a diis niſi honeſtum:& ſanctum:hoc eſt qui omni ex parte abſolutus ſit.Rogãt̃ enim
Seneca palam dii:quũ honeſta petunt̃.Arcanæ vero fiũt p̃ces:quũ poſcimus aliqd turpe. Seneca. Tũ
ſcio te ab oĩbus cupiditatibus abſolutũ:quũ eo perueneris: vt nihil deũ roges:niſi qd̃ poſſis ro
gare palã:Nũc eni quãta dementia eſt? Turpiſſima vota diis inſuſurrãt:Si qs admouerit ãt
cõticeſcunt:& qd̃ ſcire hoĩes nolẽt:deo narrant:Itaq́ ſic viue cũ hoĩbus:tanq̃ deus videat:
ſic loquere cũ deo:tanq̃ hoĩes audiant.SVBNIXVS. Suffultus firmatus.Niti enim aliqũ Nitor
Plautus conari eſt.Virg.Poſt valido nitẽs ſub pondere faginus axis Increpat.Hinc adnitor:& Eni Adnitor
tor deducunt̃ eiuſdem cũ ſuo ſimplici ſignificationis.Aliqñ tñ adnitor eſt nitendo adhereo Enitor
& enitor:cũ conamine quodã abſoluor.Vñ Enixe dicunt̃ mulieres:quæ partus labore leua Enixæ
tæ ſunt:itẽ quæ nitẽdo pepererũt.Dicere etiã poſſumus enixas nõ in p̃tu ſolũ:ſed etiã quo/

cunq; labore exercitas. Virg. Stirpis Achilleæ faſtus: iuuenēq; ſuperbū Seruitio Enixæ tuli — Virgilius
Enixæ — mus. A quo fit aduerbiū Enixe: qđ & Enixum dicit. Cicero. Ego illos malos: & audaces — Cicero
tem mala.Quippe Appellinem pro Apolline Veteres dixiſſe manifeſtum eſt. Hinc Athe/ Appello
nienſes hunc deum Alexicacon vocabant:quod ſuperius diximus expulſorem malorum ſi/ Alexicacus
gnificare.Ob eam rationem Lyndii λοίμιον : hoc eſt Loemium Apollinem colebant: Loemiꝰ Apollo
quod ei cognomen finita peſtilentia impoſuerunt:& Virgines Veſtales Romæ in ſacris:ita Pæan
Apollinem vocabant.Apollo medice Apollo Pæan παιὰν enim ἀπὸ τοῦ παύειν
τὰς ἀνίας hoc eſt a ſedandis morbis nominauerunt.Eundem quoq; deum Vlion ap/
Homerus pellauere hoc eſt ſalubritatis autorẽ. Homerus οὖλέ τε καὶ μέγα χαῖρε Hinc The/
ſea ferũt:qũ in Cretã ad minotaurũ duceret:Apollini Vlio p ſalute:& reditũ ſuo votũ fe Vlius Apollo
ciſſe.Hinc & apud Pachinum Siciliæ promontorium: Apollo Libiſſinus eximia religio Libiſſinus Apol
ne colebatur:quod qũ libies aduerſus Siculos qũ claſſe profecti ad id promontorium lo
appulſi eſſent.Apollo qui ibi colebatur ab incolis inuocatus immiſſa hoſtibus peſte:& pe/
ne cunctis ſubita morte interemptis:cultores ſuos liberauit:Romæ quoq; qũ ludi primo
Apollini ex vaticinio Martii vatis: carmineq; Sibillino celebrarentur:repentino hoſtiũ ad
uentu excitatam ad arma plebem fuiſſe memorant:& hoſti occurriſſe.Sed mox imbrem ſa
gittarum in aduerſos ferri viſam:& hoſtes fugaſſe:& victores Romanos ad ſpectacula dei
ſoſpitalis reduxiſſe.Qui ludi inſtituti feruntur bello punico ex libris Sibillinis Cornelio Sibylla
Ruffo decemuiro:qui propterea Sibylla cognominatus ẽ:& poſtea corrupto nomine pri/ Sylla
mus cœpit Sylla vocitari.Ludi ipſi Apollinares vocati:dataq; in eam rem duodecim milia
æris prætori:& duæ hoſtiæ maiores:ac decem viris iuſſum:vt græco ritu his hoſtiis ſacrum
facerent Apollini boue aurato & capris duabus auratis. Latonæ boue femina aurata: lu/
doſq; ipſos in circo populus coronatus ſpectaret:quæ prima Apollinarium ludorum origo
fuit.Hic obiter docendum eſt Sibyllinos libros dictos fuiſſe:quos Romani ſumma religio
ne:atq; obſeruãtia cuſtodiebant:& ad eos quaſi ad oraculum quindecim viri adire ſolebãt
qũ dii immortales publice erant conſulendi:Horum inuẽtio talis memorat fuiſſe. Anus
Hoſpita:atque incognita Tarquinum Superbum regem adiit:nouem libros ferens:quos
eſſe dicebat diuina oracula:eos dixit velle venundare Petito a rege pretio trecentos Philip/
peos aureos poſtulauit:Riſit rex quaſi anus ætate deſiperet. Tum illa foculo coram rege cũ
igni appoſito tris libros ex nouem deuſſit:rurſuſq; regem an reliquos ſex eodem pretio emẽ
re vellet.Interrogauit.Id rex multo deriſit magis: dixitq; anum iam proculdubio delirare.
Mulier ibidẽ ſtatim tris alios libros exuſſit:atq; id ipſum denuo placide rogauit:vt tris reli/
quos eodẽ illo pretio emeret.Tarquinus ore iã ſerio attentiore animo factus cõſtantiã mu/
lieris haud negligendam putauit & tris reliquos libros: nihilo minori pretio: q̃ quod pro
omnibus fuerat a principio petitum:mercatus eſt.Mulier a rege digreſſa poſtea nunq̃ loci
viſa conſtitit.Propter quod Sibylla exiſtimata eſt:librique ipſi in ſacrarium conditi. Sibyl
lini appellati.Sibyllas autem veteres vocabant mulieres entheas:hoc eſt quarum pectus deũ

recepiſſent. Virgilius.Magnam cui mentem:animumq; Delius inſpirat vates. Dićte autē Virgilius
ſunt Sibyllæ:quod diuina conſilia noſſent.Aeoles enim: οςίοὺσ deos vocant: βὸὺλη
græce conſilium dicitur. Varro.In libris rerum diuinarum:quos ad.C. Cæſarem pontifi/ Varro
cem maximum ſcripſit:decem fuiſſe Sibyllas commemorat Prima de Perſis fuit:cuius mē/
tionem fecit Nicanor:qui res geſtas Alexandri Macedonis ſcripſit Secunda Lybica cuius
meminit Euripides.Terna Delphica:de qua loquutus eſt Chryſippus de diuinatiōe.Quar
ta Cumæa:quam Neuius in libro belli punici:Piſo in annalibus nominauit.Quinta Ery/
thræa:quam Apollodorus Erithræus ſuam Ciuem eſſe affirmauit graiiſque ilion petenti/
bus vaticinatam:& perituram eſſe troiam:& Homerum mendacia eſſe ſcripturum. Sexta
Samia:de qua ſcripſit Erathoſtenes.Septima Cumana noīe Amalthea: q̄ ab aliis Erophile:
ſeu Demophile nominatur.Hanc fuiſſe affirmant:quæ nouem quos diximus libros attulit
Tarquinio regi:& ſex exuſtis:tris tantum vendidit:quorum poſtea numerus auctus eſt capi
tolio refecto ſi quidē ex omnibus ciuitatibus & Italicis:& græcis precipueq; Erithræis coa/
cti:allatiq; ſunt Romam quicunq; libri ſub Sibyllarum nomine eſſent inuenti.Octaua Hel
leſpontia in agro Troiano nata:vico Marneſſo: circa oppidum Gergitheum: quam ſcri/
pſit Heraclides Pōticus Solonis:& Cyri fuiſſe temporibus.Nona Phrigia:quæ vaticinata
eſt Ancyræ.Decima Tyburs:quæ & Tyburtina dicta eſt:nomine Albunea: quæ Tyburi: vt
dea colitur:iuxta ripam Anienis:cuius ingurgite memorant ſimulachrum eius inuentum fu
iſſe tenens librum in manibus: Sunt tamen qui hunc deum Pæana appellatum velint ἀπὸ/
τοῦ παίω: quod eſt percutio:ferio: quoniam Phitonem percuſſit. Iuuenalis.Parce p̄/ Iuuenalis
Pæan cor Pæan:& tu depone Sagittas. Idem.Sed Pæan contrahit arcum. Quoniam vero de/ Idem
ſcerpto Phytone laudibus in numeris celebratus eſt Apollo:& victoria eius paſſim decan/
tata carminibus.Factum eſt:vt Pæan etiam pro laude capiatur:quæ in Apollinis honorem
decantatur.Interdum etiam aliorum deorum. Virgilius. Lætum Pæana canentes. Oui/ Virgilius
Peon dius.Dicite io Pæan & io bis dicite Pæan.Hinc aliqui Peon quoq; ab hōc deriuatum exi/ Ouidius
ſtimant:pedis genus quo eiuſcemodi carmen cōſtabat:tris ſyllabas breues habēs:& vnā pro
Loxias ductam.Dictus eſt idem Apollo Loxias ὅτι ἐκπορεύεται τὸν λοξὸν κύκλον
Delius ἀπὸ δυσμῶν κινούμενος:hoc eſt quod per obliquum circulum ab oriēte pergit ad
occaſum.Et Delius ἀπὸ τοῦ δῆλα καὶ φανερὰ πάντα ποιεῖν τῷ φωτί·
hoc eſt quod illuminando omnia dare demonſtret:vel a Delo inſula de qua ſuperius dixi/
Phaneta mus in qua natus eſſe affirmatur.Et Phaneta: ἐπειδὴ φαίνεται νέος: quia ſol quot
Argenetes tidie renouat ſeſe. Virgilius.Mane nouum.Et Argenetes ἀπὸ τοῦ τὸν αὐτὸν ἀεὶ Virgilius
γενιᾶσθαι καὶ γεννᾶν: ideſt quod ſemper exoriens gignitur:& ipſe gignit vniuerſa
Lycius Et Lycius ob varias cauſas:de quibus ſuperius late diſſeruimus. Et Nomius:hoc eſt paſtor:
Nomius non ex officio paſtolari:& fabula:per quam fingitur Admeti regis armenta pauiſſe: ſed qa
Eleleus ſol paſcit omnia:quæ terra gignuntur. Et Eleleus ἀπὸ τοῦ ἐλιλεᾶσθαι περὶ τὴν
Chryſocomus γῆν: hoc eſt quod æterno circa terram meatu volui videatur: & Chryſocomos a fulgore
Argirotoxus radiorum quos aureas comas ſolis appellant.Et Argyrotoxus:quod enaſcens per ſummū
Smyntheus orbis ambitum velut arcus quidam figuratur:qui græce τόξος dicitur alba: & argenti
Tymbræus ſpetie: quod ἀργύριον græci vocant Et Smyntheus:quod ζέων θεῖ: hoc eſt fer/
Saturea uens curat.Et Tymbreus quaſi τὰ ὄμβρα θεῖσ: hoc eſt himbres excitans q̄uis:aliq
Thymbra a Tymbra potius ita nominatum velint:herba hæc eſt:quæ & Satureia dicitur qua vicinus
Gryneus ilio ager mirum in modū abundabat. Vnde templo ibi Apollini cōſecrato Thymbrei no/
Grynia men ei deo impoſuerunt:quin amnis quoque ea tranſiens thymbra vocitatus eſt. Et Gry/
Myrinus neus a Gryneo nemore:quod eſt Apollini conſecratum: id autem a Grynia vrbe nomen
Myrini campi habet:quæ eſt in Aetolia: & confinibus Ioniæ:& Myrinus a myrina vrbe;a qua & my/
rini campi vocitati ſunt:in qua religioſiſſime colebatur. Et Cirrheus a Cirrha oppido
Criſeus phocidis in littore ſito iuxta Parnaſſum montem: quemadmodum Criſſa: & Anticyrra a
Cirrhaeus Criſſa Criſeus ſinus vocatus eſt: Et Phileſius:quod græci: φιλήσιον amabilem dicunt:
Anticyrra quia lumen eius exoriens amabili veneratione oculorum conſalutamus.Et Pythius ἀπὸ
Pythius τοῦ πύθειν: hoc eſt putreſcere:quod nunquā ſine vi caloris efficitur:quamuis aliqui a
nece potius Draconis inditum deo hoc nomen fabulentur: quæ tamen fabula nō omnino
Expers rationis uideri poteſt.Latonæ Apollinem.Dianāmq; parturienti fertur. Iuno im/
miſſo Phytonis terrore abſtitiſſe:ſed ubi partus tandem effuſus eſt:Draconem memorant.
qui Phyton uocabatur inuaſiſſe deorum cunas:Sed Apollinem in prima infantia ſagittis
beluam confeciſſe.Quod ita intelligendum eſſe naturalis ratio ſuadet.Poſt Chaos ubi pri
mum cœpit confuſa deformitas in rerum formas:atq; elementa niteſcere:terraq; adhuc hu/

midaſubſtantia:molli:atq; inſtabili ſede nutaret: conualeſcente paulatim æthereo calore: atq; inde ſeminibus igneis in eam defluentibus hæc duo ſydera ædita eſſe creduntur: & ſol quidem ingenti ui caloris in ſuperna raptus fuiſſe: Luna uero humidiore: & uelut femineo ſexu naturali quodam preſſa tepore inferiora tenuiſſe: tanq; ille magis ſubſtantia patris cõ/ ſtet: hæc matris. Quippe Latonam phiſici uolunt terram uideri: cui diu interuenit Iuno: ne duo: quæ diximus: numina æderentur: hoc eſt aer: q tunc humidus: grauiſq; obſtabat æther ne fulgor luminum per humoris aerei denſitatem tanq; ex cuiuſdam partus progreſſiõe ful geret. Sed diuinæ prouidentiæ uicit inſtantia quæ partum iuuaſſe exiſtimatur. Ideo in Inſu la Delo ad confirmandam fabulæ fidem ædes prouidentiæ: quam ΝΑΟΝ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ap/ Delos
pellant: ſumma religione celebrabatur. Propterea in inſula dicuntur nati: quod ex mari no bis oriri uidentur. Inſula uero ideo Delos uocatur quia ortus: & quaſi partus luminum De/ la: hoc ẽ manifeſta omnia facit. De nece uero Draconis ratio hæc eſt: Nã terræ adhuc humi dæ exhalatio meando in ſupiora uolubili impetu: atq; male in ſeſe poſtq; calefacta eſt: inſtar mortiferi ſerpentis in inferiora reuoluendo omnia ui putredinis corrumpebat: quæ non ni ſi ex calore: & humore generatur: ipſumq; ſolem denſitate caliginis obtegendo nebula quo/ damõ uidebatur lumen eius eximere. Sed diuino feruore radiorum tandem quaſi ſagittis in cedentibus extenuata interempti ab Apolline Draconis fabulam fecit. Eſt & alia ratio dra conis perempti. Nam ſolis meatus licet ab ecliptica linea nunq; recedat: ſurſum tamen: ac de orſum uentorum uices certa deflexione uariando iter ſuum uelut flexum Draconis inuolu it. Sub hac ergo appellatione celeſtis itineris cum confeciſſet curſum ſuum: Draconem con feciſſe dicebatur. Inde fabula e xorta eſt: de ſerpentis nece. Sagittarum autem nomine nõ ni ſi radiorum iactus oſtenditur. Sunt etiam qui hanc rationem huius appellationis afferant: quod qum ſol in ſigno cancri æſtiuum ſolſtitium facit: in quo longiſſimi diei terminus eſt: & inde retrogreſſum agit ad diminutionem dierum: Pythius eo tempore appellatur. ὡς ΠΥ/ Pythias
ΜΑΤΟΝ ΘΕΩΝ: hoc eſt quod vltimum curſum currat. Idem ei nomen conuenit: & qum ca/ pricornum rurſus ingreditur: ultimum breuiſſimi diei curſum intelligitur peregiſſe. Et ideõ in alterutro ſignorum peracto annuo ſpatio draconem Apollo ideſt flexuoſum iter ſuũ ibi confeciſſe memoratur. Ideo autem his duobus ſignis quæ portæ ſolis uocant: cancri: & Ca pricorni nomina cotingerunt. Quod cancer animal retro: atq; obliq; incedit: eademq; ra/ tione ſol in eo ſigno obliquum: ut ſolet incipit agere retrogreſſum. Capræ non hæc in paſtu conſuetudo uidetur: ut ſemprr altum paſcendo petat. At qui ſol quoq; in Capricorno inci/ pit ab imis in alta remeare. Apollinem Didymæum uocant: quod geminam ſpetiem ſui nu Didymeus
minis præfert illuminando: formandoq; lunam: & enim ex uno fonte lucis gemino ſyde/ re ſpatia diei: ac noctis illuſtrat. Græci ãt ΔΙΔΥΜΟΝ geminum uocant. Delphiũ nominãt quod ea: quæ obſcura ſunt: lucis claritate patefacit ἀπὸ τοῦ ΔΗΛΟΥΝ τὰ ἀφανῆ: uel quod vnus ſolus ſit. Siqdem priſci græci Delphũ vnum uocitabant á quo Adelphon fratrẽ dixere Delphius
qđ iam non unus eſſet. Agileũ uero dicunt: quod Agilei lingua attica uici uocantur. Apolli Adelphonq
nis autem ex reſponſo in uicis publicis urbis ſuæ ſtatutis altaribus ſacrificia inſtituerunt: eũ Agiieus
quẽ ob id Agileum nominauere. Lingua aũt ſcythica Apollo Oetoſcyros dicebat. A phœ Oetoſcyros
bus Phœbeus dicitur. Virgilius. Poſtera phœbea luſtrabat lãpade terras. ab apolline Apol Phœbeus
lineus: a ſole Solaris: Solanus: Subſolanus: & alia plurima de quibus ſuperius latiſſime diſſ Apollineus
uimus SORORES DOCTAE Nouem muſæ: De quibus ſuperius diximus: quas in A/ Solaris
pollinis tutela eſſe commemorant. In parnaſſo montr habitantes: qui Phœbo: & Baccho Parnaſſus
ſacer eſt. Vnde poetæ quoq; in vtriuſq; dei tutela eſſe dicuntur: ideoque non ſolum lauro Sed etiam hedera coronantur: quæ Bacco ſacra eſt. Vnde & Niſia dicitur. Virgilius. Pa ſtores hedera creſcentem ornate poetam. Rationes autem cur poetæ in Bacchi quoque tu/ tela ſint: preter eam quod in Parnaſſo ſpeluncæ Bacchicæ ſunt. Has quoq; tradunt: uel qđ ut Ariſtoteles inqt: Apollo & Liber pater unus idemq; deus ſit uel quod poetæ uaticinari dicunt. Ex quo uates appellati: Hoc autem optime fieri cõſtat plurimo mero ſũpto hinc ẽ: qđ & Apollini hederam & Baccho laurũ aliquando tradũt poetæ. Eurypides. ΔΕΣΠΟΤΑ ΦΙΛΟΔΑΦΝΕ ΒΑΚΧΕ ΠΑΙΑΝ ἌΠΟΛΛΟΝ ΕΥΛΥΡΕ. Aeſchylus. ὁ ΚΙΣΣΕΥΣ ἈΠΟΛ/ ΛΩΝ Ὁ ΒΑΚΧΕ Ὁ ΜΑΝΤΙΣ. qbus uerſibus uterq; poeta eundẽ eẽ: & Bacchũ & Apollinẽ indicant. qđ etiam facit Orpheus. ΕΙΣ ΖΕΥΣ ΕΙΣ ΑΙΔΗΣ. ΕΙΣ ἭΛΙΟΣ. ΕΙΣ ΔΙΟΝΥΣΟΣ. Propter qđ Dyoniſiũ nõ ea: quã ſupra diximus ratione dictum phiſici putãt: ſed uel ἀπὸ τοῦ ΔΙΝΕΥΩ: qđ ẽ pficio: qa ſol quotidiano curſu ab oriẽte ad occaſũ cõficit iter uel quia Dxoniſius
ſit ΔΙΟΣ ΝΟΥΣ: Hoc eſt iouis mentem: quia ſolem mundi mẽtem eſſe philoſophi dixerũt: Mundus autem uocatur cælum: quod appellant Iouem. Vnde Aratus de cælo dicturus ait. ΕΚ ΔΙΟΣ ἈΡΧΩΜΕΣΘΑ. eademq; ratione liberum patrem appellatum a latinis: quia ſol

liber & uagus eſt. Neuius. Hac qua ſol uagus igneas habenas immittit. SALVTATOR. In ſalutandis amicis occupatus. Neuius

AD SOMNVM EPIG. C.

AEVIA SEX CYATHIS. Iocus eſt in eos: qui potando ſcortando: dormiendo uitam traducunt inertem & turpem. Mos ueterum fuit ut paulo ante diximus: ſolutiorum aliquando potum exercere coronatos propinãtes amicis ſiue preſentibus: ſiue abſentibus: & quot in nominibus illorum litteræ erant: totiens merũ haurientes. Aegiptii quoq; ad coronas deuinciebãt auiculas: quas patrio ſermone Dagnades uocant uellicando: morſicãdo: cantitando. non paterentur dormire potãtes. NAEVIA BIBATVR SEX CYATHIS. Næuiæ ſex cyathis propinet: qm̃ nomen eius ſex litteris conſtat in quo notari poteſt hoc nomẽ cum diphthongo ſcribi debere. Dr̃ aũt a Næuo: quod corporis inſigne ſeu genitiua macula: a qua præpoſita. c. lr̃a Cnei cognomẽ eſt factũ & Næuoſus ẽ dictus: qui næuis plenus eſt. SEPTEM Quia Iuſtina ſeptẽ litteras habet. QVINQVE QVATVOR TRIBVS. Quia lycas qnq;: Lydæ quatuor: Ida tribus litteris conſtat. Sunt autem nomina meretricum. OMNIS AMICA. Nomina oĩum amicarum. Veteres Amecum: & Amecam p e litterã ſcribebant. SOMNE. Deum inuocat: qui quietem corporibus inducit: ut quãdo amicæ uocatæ nõ ueniũt: ipſe ueniat hũc deum Herebi: & no ctis filium fuiſſe. Cicero ſcribit. Ideo aũt ſomnum inuocat ut dormiendo uideat eas: quas uidere uigilans nõ põt. Ita. n. natura comparatum eſt: ut cogitatões ſermoneſq; nr̃i ſicut Cicero inqt. Pariant aliqd in ſomno talæ: quale de Homero ſcribit. Ennius. de quo uidelicet ſæpiſſime uigilans ſolebat cogitare: & loq. Claudianus. Omnia q̃ ſenſu uoluuntur uota diurno. Tempore nocturno reddit amica qes. Hunc deũ elegãter deſcribit Ouidius. Somne quies rer̃ placidiſſima: ſomne deorũ: Pax animi: quẽ cura fugit: q corpa duris feſſa miniſteriis mulces: reparaſq; labori. Sed nõ minus eleganter Seneca. Tuq; o domitor ſomne malorũ Reqes animi: pars humanæ melior uitæ Volucre matris genus Aſtreæ frater dure languidæ mortis Veris miſcens falſa futuri certus: & idem peſſimus auctor. Pater o rer̃: portuſq; uitæ: Luciſq; reqes: noctiſq; comes. Qui par regi: famuloq; uenis: Placidus feſſum leniſq; foues Pauidum læti genus humanũ Cogis lentam diſcere mortem.

Dagnades

Næuiã
Næuus
Cnæus
Næuoſus

Amecus
Ameca
Somnus

AD FIDENTVM EPIG. CI.

OSTRIS VERSIBVS ESSE TE POETAM. Facete rurſus deridet Fidẽtinũ. q Martialis uerſib9 ſe uideri poetã uolebat. EMPTIS OSSIBVS INDICOQVE CORNV. Emptis oſſibus: hoc ẽ ebore. Que. n. pro ideſt hoc loco accipit̃. Fiunt ex ebore dentes: inſerunturq; ori ubi naturales deſunt ad decorem duntaxat: & nullum alium uſum: q̃uis ſint qui ad prolationẽm quoq; uerborum cõferre aliquid exiſtiment: AEGLE Nomen proprium meretricis. CORNV. Dente: Quia Elephantorum dentes & forma & magnitudine pene cornua uidentur. INDICO Maximos enim Elephantos fert india: oriẽtis regio: Aſiæ terminus: quæ ab Indo amne nomen habet: qui in Cybiratarum iugis oritur: ſexaginta perennes fluuios: torrentes uero ſupra centũ recipiens: ferens crocodillos: ut Nilus. ab india Indus: & indicus adiectiua deducuntur: LYCORIS. Nomen alterius meretricis MORO CADENTE. Quando ob nimiam maturitatem decidit. Tunc enim nigerrima ſunt mora. Nam ut Theophraſtus: & Plynius ſcribunt. Moris ſuccus in carne uinoſus eſt: triniq; eis ſunt colores: principio candidus qum acerba ſunt: mox rubens: quando matureſcere incipiunt: maturis niger. Vnde mora ut quidam putant: q̃ſi maura appellata. μαυρον enim græce nigrũ dicitur: a quo Mauritania Africæ regio appellata: cuius incolæ Mauri dicuntur. Nos morum putamus a mora potius: hoc eſt tarditate deductum. Morus enim poſtrema omnium arborum floret propter quod prudentiſſima arbor dicitur: quia lædi ſe a frigore non ſinit. Matureſcunt Mora inter prima: Tangunt manus ſucco dum matura ſunt: acerba urunt. Naſcuntur mora et in rubis: ſed multũ ab iis differẽtia CERVSATA. Ceruſa infecta de qua ſupius diximꝰ COMATVS. longa coma facta ex alienis crinibus. CALVVS. Nudo capite ſine crinibus. Proprie enim Caluus dicitur: Qui Caluam crinibus nudam habet. Eſt enim Calua ſuperior pars capitis: unde huiuſmodi uitium Caluitium appellat̃. Caluitia uero totũ ſimſ os ſuperiuſ appellatur ex interiore parte concaua: exterius conuexa. vtrinq; leuis. & qua cerebri membranam cõtegit: & qua cute Capilum cingẽte contegit̃: eaq; ſimplex ab occipitio

India
Indus
Indicus

Morum
Maurus
Mauritania
Mauri
Prudentiſſima arbor

& temporibus duplex uſq; ad uerticem a fronte eſt:raro ſolida inuenitur:idq; caput firmiſſimum eſt:& a dolore tutiſſimum. Plynius terram ex caluaria pſilothrum tradunt. Caluicium uni homini accidit:niſi ſit innatum:ut coruis aquaticis: qui Phalacrocoraces:hoc ē Calui Corui appellantur. A caluus fit Calueo uerbum:quod eſt Caluus fio. Plynius. Quædam animalium naturaliter caluent:ſicut Struciocameli:& Corui aquatici. Ab hoc fit Recalueo qđ ē rurſus in caluitiū reuertor:ſiue idē:qđ Calueo:a q̄ Recaluaſter:ſicut a calueo caluaſter. Phalacrocoraces Calueo Caluaſter

AD CAECILIANVM EPIG.CII.

VLLVS IN VRBE FVIT. Ex perſona Cæciliani deridet eos:qui de pudicitia uxorum ſoliciti adhibēt eis cuſtodes:quod perinde ē:ac ſi lupos ouibus adhiberent. Sic Iuuenalis. Audio quid veteres olim moneatis amici: Pōne ferā: cohibe: ſed qs cuſtodiet ipſos Cuſtodes:cauta eſt:& ab illis incipit vxor. Tum ita comparatum eſt:ut in ea magis nitamur:quæ uetita ſunt. GRATIS. Etiam ſine pretio. INGENIOSVS HOMO ES. Per antiphraſin:dictum hoc eſt parum ingenii habuiſti. Nam dum uis pudicitiæ vxoris conſulere:dediſti illi adulteros:& maiorem auiditatem ſimul atq; oportunitatem peccandi conceſſiſti.

IN PAVLAM EPIG.CIII.

OECCHVS ERAT. Acerbum diſtichon in Paulam:quæ cum uiuēte uiro cōſuetudinem cum adultero habere:negabat adulterum eſſe. Secuta uero morte uiri:cum illum in coniugem duxiſſet & adulterii auxit fidem: Et ſuſpitionem præbuit machinatam ſe mortem in priorem uirū. MOECCVS ERAT Qui nunc uir ē. MOECCHVS. Adulter. Græci enim μοῖχον Adulterū dicūt μοιχαλὴν Mæcham:hoc eſt adulteram. μοιχεἱαν:mœchationem:hoc eſt adulterium. A mœchus fit uerbum Mechor:quod ſignificat adulterium commito. NVNQVID NEGARE POTES? Te ſcilicet hunc pro adultero habuiſſe:& uiro mortem machinatam eſſe ut hunc duceres. Mœcchus Mœccha Mœcchator

DE LINO EPIG.CIIII.

IMIDIVM DONARE. Lepidus iocus de Lino:qui ex diuitiis ad paupertatem erat redactus:ideoq; pecuniam mutuabatur. quam poſtea non poterat ſoluere creditori. Qui inquit mauult donare dimidium Lino q̄ totum credere:hic mauult dimidium perdere:q̄ totum. Ad hunc etiam ſcribit inferius dicens eum feciſſe rem difficilem:quod de diuite factus erat pauper:iocans in uerbis:difficilem quippe rem ſiue diffultatem:paupertatem uocamus:quemadmodū e cōtrario facultates diuitias.

Vale. Fla. Quintilia.

AD FLACCVM EPIG.CV.

MIHI CVRARVM PRETIVM. Cum Flacco queritur nullum eſſe præmium muſis:& bonarum artium ſtudiis. Cauſidicos tantum:& legum peritos: nummos lucrari. FLACCE. Hic eſt Valerius Flaccus poeta:cuius ſuperius mentionem fecit Gaudet Appona Liuio ſuo tellus: Stellaq; nec Flacco minus. De hoc ſcribens Quintilianus. Multum inquit in Flacco nuper amiſimus. Scripſit librum Argonauticon:imitatus Apollonium Rhodium:quod opus extat imperfectum. NON VILE Magnum CVRARVM MEARVM. Studiorum meorum. ALVMNVS ANTENOREI LARIS. Paduæ natus:educatuſq; Alumnus proprie dicitur:Qui ab aliquo alitus eſt:non qui alit. Cicero. Italia autem alumnum ſuum ſeruitutis extremo:ſummoque ſupplicio fixum uideret. Varro. Et ecce de improuiſo ad nos accedit cana ueritas atticæ philoſophiæ alumna. Hinc aliquando alumnus pro filio accipitur:quod a matre alitus ſit. Virgilius. Nec non & tytion terræ omnipotētis alumnum. Eſt etiam qn alūnus pro eo: qui alit:uſurpetur. Martianus. Vt Cygnos ad alumna ſtagna reuolantes uidemus. Ab alēdo autē alumnus deſcendit. Alere nutrire eſt:quod ab educare hoc modo diſtingunt: ut alere ſit uictu temporalem uitam ſuſtentare. Educare uero ad ſocietatem perpetuam educere. Itē alere aliquando ad incorporea transfertur:& ſignificat augere. Cicero. Sed nec illa extincta ſunt:aluntur q; potius:& augentur cogitatione & memoria mea. pro eodē poſuit aluntur. & augentur:quaſi ſecūdū exponat primū. ſæpe. n. q̄ ſimilia ſunt:cōiunctē ponūt ab autori

Alumnus

Virgilius

Alo Educo

bus:ut poſſum:& licet munus & officium:mẽs & animus.Ab alẽdo fit Alimentũ:hoceſt
nutrimentum:& Alimonia:hoc eſt victus neceſſarius:& Alebria quod ueteres uſurparunt
pro eo quod eſt bene alentia:& Alma:quæ nos alit:Qua propter & pro ſancta accipitur
Almicies — a quo Almicies:almarum rerum habitus dicit̃:& Aletudo piguedo corporis:& Altile pin
Aletudo — guefactũ alendo vnde Altilem gallinam:& altiles aues dicimus.Itẽ altile p metaphorã opu
Aluus — lentum:Plautus.Prohibet diuitiis maximis:dote altili:atq; opima.Et Aluus qđ in eam ci — Plautus
Alueus — bi qbus alimur:e uentre delabant̃.A cuius ſimilitudine alueus foſſa:p quam labitur flumen
Alueolum — Virgilius.Aſſuetæ ripis uolucres:& fluminis alueo:& Alueolũ tabula aleatoria:& Aluea/
Alica — ria:in qbus apes faciunt fauos:quemadmodũ ſuperius diximus.Itẽ ab Alendo Alica:quod
alat corpus:hæc fit e zea:de qua ſuperius diximus tundit̃ granum eius in pila lignea:u l lapi
dis duritia conteritur excuſſis inde tunicis cõciditur medula:ita fient alicae tria genera mi
Apherema — nimũ:& ſecundariũ:ac grandiſſimum:qđ Apherema appellatur poſtea mire admiſcet̃ cre
Alicarii — ta:que tranſit in corpus:coloremq; & teneritatẽ affert:Ab alica.Alicarii dicti:qui eam con
Alicariæ meretrices — ficiunt:uenduntq;:Itẽ Alicariæ meretrices in Campania appellatæ:qđ ſolitas eſſent circa pi
ſtrina Alicariorũ uerſari:Quando uero cum aſpiratione ſcribit̃:halo primæ coniugatiõis
eſt:& ſignificat ſpiro:a quo halitus ſpiritus:& Adhalo aſpiro:Exhalo expiro:a quo exha/
latio expiratio.Aliquãdo tamen halo capit̃ pro eo:quod ẽ odorem reddo:quemadmodũ
etiã ſpiro.Virgilius.Inuitent Croceis halantes floribus horti.Idem.Sertiſq; recentibꝰ halãt — Virgilius
Atqui Alam:qua aues uolant quidam ex eo dictam exiſtimant:quod ea auis leuetur:ab eiꝰ — Idem
Axilla — ſimilitudine & in hominibus alæ:ſiue per diminutionẽ Axillæ dicunt̃:ubi oriunt̃ brachia
Ales — Item Alæ in exercitu equitũ ordines:qui circa legionem dextra:atq; ſiniſtra tanq; alæ in aui
um corporibus locantur.Ab ala Ales deducitur:quod ſignificat uolucrem. Itẽ Alatus alas
Alacer — habens.Et Aliger eodem mõ:unde cupidinem Alatũ:& Aligerũ poetæ nuncupant:& Ala
cer:de quo diximus:quaſi alis acer.a quo alacriter & alacritas.Ab axilla uero fit uerbum Ef
faxillo qđ ſignificat exero:quod exerto brachio axilla oſtendat̃. ANTENORE ILA/ — Antenor
Effaxillo — RIS. Antenoreæ urbis:hoc eſt patauii ab Antenore conditi:quæ urbs & padua dicitur a
Padua — Padi uicinitate.Patauium autẽ uel ex eadem cauſa quaſi Padauium:uel a græco πέτα/
Patauium — σται:qđ uolare eſt:quia capto ex auium uolatu augurio cõdita fuerit:uel a petendo quod
telo auem petiiſſe dicit̃:eoq; in loco urbem cõdidiſſe.Antenor Troianus fuit patriam pro
didiſſe exiſtimatus:quia & legatos:q propter Helenam uenerãt:ſuſcepit hoſpitio:& Vly/
Antenorea — xem habitu falſo cognitum non indicauit Hic Venetiã uenit urbemq; ibi ea condidit An/
Antenoridæ — tenoream primo dictã:a qua Antenoridæ uocitati:poſtea Patauium deinde Paduã:a qbꝰ
Patauinus — patauini & paduani. Virgilius.Antenor potuit mediis elapſus achiuis Illiricos penetrare
ſinus:atq; intima tutus Regna liburnorũ:& fontẽ ſuperare timaui.Hic tamen ille urbẽ Pa
taui:ſedeſq; locauit teucrorũ:& genti nomen dedit CANTVS PIERIOS. Carmẽ mu
Cithara — ſarũ:de quo late ſuperius diſſeruimus.CITHARA κίθαρα: græca uox ẽ:ſignificatq; mu
Citharedus — ſicum inſtrumentum uulgo notum:quo uſus eſt Orpheus.Ad Citharã enim ſiue lyrã cãta
ri vatum carmina ſolebant:a cithara Citharedus dictus:qui Cithara canit:quod græci κι
θαρίζειν dicunt & femininum Citharistria:ſicut a Cymbalo Cymbaliſtria:& a Sambu/
Sambuca — co ſambuciſtria quuis Sambuca etiam machinæ militaris genus ſit:in quo ſic funes intendũ
Aſaltria — tur:ſicut in organo muſico chordæ:& a pſallẽdo hoc eſt canẽdo Pſaltria.Cytharã primus
inuenit Amphion:ut alii uolunt:Orpheus:quidam Lino tribuunt.Septẽ chordas addidit
Terpander octauam Simonides:nouã Timotheus.Cithara ſine uoce primus cecinit Tha/
myras:cum cantu amphion.SORORVM. Muſarum:de qbus ſuperius diximus AES
Nũmos. ARCA MINERVAE Propter forum palladium:in quo aſſidue ſonant aera
& pecuniæ numerant̃.nam mox ſubdit Phœbũ in helicone eſſe:nihilq; præter aquas fõtis
Caballini:& ſerta laurea:& Lyras:Citharaſq; habere.Mineruam uero:quæ ſapiens eſt:&
ſtultam gloriam ſine utilitate non quærit:priorem eſſe in foro palladio HAEC SAPIT
Dea ſapientiæ eſt:ex uertice patris nata .Ideoque utilia ſunt:quærit. HAEC FOENE/
RAT OMNIS DEOS. Hæc poteſt fœnori dare omnibus diis:quemadmodum ſupe/
rius declarauimus. HEDERE. Nyſiæ:ſiue Bacchicæ:Quibus ſuperius diximus poetas
Arbor palladis — coronari: ARBOR PALLADIS. Olea Palladi ſacra Alluſit ad fabulam.quam nos
ex Auieno in fabellas noſtras adoleſcentes Iambico carmine tranſtulimus.

Olim quas vellent eſſe in tutela ſua
Diui legerũt arbores.quercus Ioui
Et myrtus ueneri placuit:phœbo laurus
Pinus neptuno:populus celſa herculi
Minerua admirans:quare ſteriles ſumerent
Interogauit cauſam:dixit Iupiter
Honorem fructu ne uideantur uendere
At me Hercules inqt quod quiſq; uoluerit
Oliua nobis propter fructus eſt gratior
Tum ſic deorum genitor:atq; hominũ ſator
O nata merito ſapiens dicere omnibus
Niſi vtile eſt qđ facimus:ſtulta eſt gloria

Tradiderunt ueteres Cecropis tempore: quum poſt conditas Athenas: Oliue arbor repente illic apparuiſſet. & alio loco aqua erupiſſet: Cecrope eius rei cauſam ſciſcitante reſpondiſſe Apollinem olea Mineruam: unda Neptunum ſignificari. Itaq; Cecropem oraculo motum multitudinem conſuluiſſe: utrius dei nomine vrbs dedicanda uideretur. Itaq; mares omnes pro Neptuno: feminas pro minerua dediſſe ſuffragia. Quoniam uero una plus inuenta eſſet feminarum. Mineruam uiciſſe: & e nomine ſuo: Quæ græce Athene dicitur: Vrbem Athenas appellaſſe. Tuliſſe id ægre Neptunum: emiſſiſq; æquoreis fluctibus omnem Atheniensium agrum deuaſtaſſe. Qua propter Athenienſes: ut deum placarent: triplici ſupplicio afflixiſſe mulieres: Vt nulla poſt hac intereſſe publicis conſiliis poſſet: nullus earum filius maternum nomen acciperet. nullus eas Atheneas uocaret. hinc Atticæ ſemper: nunquam vl' Athenææ: uel Athenienſes eius ciuitatis mulieres nominatæ inueniuntur. NIGRA. Pallida. VARIAS Ob colorum diuerſitatem. Oliuæ enim incipientes uirides ſunt Quum incipiunt matureſcere albeſcunt: poſtea nigreſcere incipiunt MAGNVM SOPHOS Magnam gloriam: magnum nomen ſapientiæ. SED PER INANE. Nullius utilitatis. Nihil enim hinc habemus: præter aquæ potum: Et Corollas: & Cantus quum a Pallade & oleum habeamus: & nummos. PERMESSIDOS Permeſſis fluuius eſt ex helicone in Copardem lacum labens. Phebo & muſis ſacer. Quemadmodum fons Caballinus. Hic & permeſſus in ſecunda declinatione dicitur. Virgilius. Tum canit errantẽ Permeſſi ad flumina Gallum. ROMANVM FORVM Quod a Pallade Palladiũ uocatur. DIVITIVS Quia in eo non undæ: non ſerta: non Cithare: Sed æra & nũmi ſonant. SONANT Dum a Clientibus ſoluuntur Cauſidicis patronis aduocatis. BASIA SOLA. Erat enim mos quum a poetis aliquid dignum recitatum eſſet: eós baſiare. Sic ſuperius. Audieris dum grande ſophos: dum baſia iactas. PVLPITA. Pulpitum proſcenium dicebatur. Locus erat ante ſcenam æditior: in quo omnis comœdia recitabatur. Ponitur & pro Suggeſto: hoc eſt quocunque loco ædito. Vnde ſermo habeatur ad populum. CATHEDRAS. Subſellia. Horatius. Diſcipulorum inter uideo ſpectare cathedras. Græca enim uox eſt κατέδρα ἀπὸ τοῦ κατὰ καὶ τῆς ἕδρας ἕδρα: Sedes eſt. κατὰ uero prepoſitio: Quæ: di: dis: circum undique: ſub: iuxta: penſecũdum in compoſitione ſignificat. Vnde. Catadyſmus diluuium: ſiue inundatio dicitur Catarrytus irriguus Catarrus diſtillatio: Nam ῥέω fluo ſignificat. Cataphractus Circumquaque munitus. φράττειν enim munire eſt. Vnde Cataphracti equites dicuntur: qui ferro circumquaque muniti ſunt: & equos ſimiliter ita munitos habent. Cataſcopium nauiculæ genus exploratoriæ: quod circumquaq; ſpeculetur. σκόπειν enim ſpeculari eſt. Catorthoma: quod circumquaq; ὀρθὸν Hoc eſt rectum ſit. Quippe Cicero. Catorthoma recte factum interpretatur: & Catorthoſin rectam effectionem. Catholicus uniuerſalis: quaſi circa omnia uerſetur. ὅλον Quippe græci totum dicũt: Et Cathedra ſubſellium: & Categoria prædicamentum & Catamitus: puer meritorius. μισθὸν. Quippe græci mercedẽ μισθὸν Mercenarium dicunt. Vnde Catamitum pro Ganymede Veteres vſurpauere: qui fuit Iouis concubinus. Et Catapulta a depellendo genus iaculi celeris: ſiue ſagittæ. Item machina bellica. Plautus. Atque te ita neruo torquebo: vt Catapultæ ſolent. STERILES Nullum fructum ferentes. Sterile infœcundum dicimus: & fructum non ferens ἀπὸ τοῦ στερεῖσθαι: Quod eſt priuari: ſiue carere. Vnde & græci Sterinon ſterile dicunt: & Stereſin orbitatem. A ſterilis fit Sterilitas infœcunditas: & Steriliter infecunde. Veteres. Sterilam pro Sterilem dixere. Varro. Effœte mulieres & ſterilæ.

(Margin: Athena; Athenæ; Attica; Permeſſis; Copias; Permeſſu; Pulpitum; Cathedra; Catadyſmus; Catarytus; Catarrus; Cataphractus; Cataſcopium; Catorthoma; Catortoſis; Catholicus; Cathedra; Cathegoria; Catamitus; Plautus; Catapulta; Sterie; Sterinon; Stereſis)

DE CARINO EPIG. CVI.

VLCHRE VALET CARINVS. Acerbus iocus in Carinum Cũnilingum Hic uſq; adeo pallebat: ut nulla ratione poſſet colorem recuperare. Senſus eſt. Omnia experiri uoluit Carinus: & Genitalia: & muliebria lingere ne palleret: & tamẽ pallet PVLCHRE. Bene ſic. n. pulchrum pro bono: ſicut bonum ꝑ pulchro uſurpamus. Terentius. Forma bona fortaſſe: Et e contrario malum pro deformi. Virgilius. Haud illo ſegnior ibat Aeneas. i. deſt non deformior: Et enim ad pulchritudinem ea comperatio tendit: cum de Aenea amato loquatur. Eodẽ mõ & pro forti aliqñ pulcher accipitur. Idem. Satus hercule pulchro Pulcher Auentinus. Item fortis ꝑ pulchro. Plautus. Quid nam fortis eſt. i. deſt pulchra. A pulcher fit pulchre aduerbium: quod mõ decore: mõ fortiter ſignificat: & comparatiua: ſuperlatiuaq; eoꝝ. Pulchrior: pulcherrimus. Pulchrius: Pulcherrime: & Pulchritudo: & Perpulcher: ac Perpulchre & Pulchralis ꝑ pulchro. Ennius. Pulcralib⁹ ludis: & pulchritas ꝑ pulchritudie. Cecili9. Dii boni qd illud ẽ pulchritatis?

(Margin: Terentius; Virgilius; Plautus; Ennius; Cecilius; Pulcher; Pulchralis; Pulchritas)

NDIGNAS PREMERET.Laudatur Sextus:quod nõ imbecillitate animi
uictorem hoſtẽ non ſuſtinentis:vt Cato fecerat:ſed tedio fœdiſſimi morbi:et in
ſe curam non recipientis::& in alios periculoſi gladio ſibi mortem conſciuerat
Lichen TABIDA PESTIS.Putridus morbus impetiginem autem: ſiue Lichenas in
Impetigo telligit:de quibus ſuperius diximus.Quatuor eius morbi ſpeties ſunt.Prima minime mala
eſt:quæ ſimilitudine ſcabiẽ repreſentat. Secunda peior eſt:ſimilis papule:figuras uarias ha
bens ſquámulæ ex ſumma cute diſcedunt.Tertia eſt deterior:& magis in ſumma cute ſcin/
ditur:ac uehementius redit:ipſa quoq; ſquammoſa:ſed nigra procedit.Quarta cuius nunc
mentio fit.Curationem omnino non recipit:diſtat colore.Nam ſubalbida eſt:& recenti ci
Premo catrici ſimilis:ſquammaſq; habet pallidas:ſubalbidas:lenticulæ ſimilis. PREMERET
Vexaret:affligeret.Premere proprie initi alicui rei cum pondere.Virgilius.Et ſpirantia co Virgilius
gere preſſis:Mella fauis.Per metaphoram tamen modo pro eſfodere accipitur. Idem Sul Idem
cumq; ſibi premat ipſa Carina modo pro claudere.Idem.Preſſi uẽ oculos:aut lumina laui Idem
Aliquando pro inſequi inſiſtere.Idem hac fugerent graii:premeret troiana iuuentus.Non/ Idem
nunq̃ pro urgere.Idem .Ingentem clamore premes ad retia ceruum.Interdum pro cohibe Idem
re:Idem.Imperio premit:ac uinclis:& carcere frenat:Plerunq; pro tegere occultret.Idem
Spem uultu ſimulat.premit altum corde dolorem.Idem.Quos ſimois premit ille uiros.eſt
Simois enim Simois amnis:qui ex Ida Troiano monte defluens.iuxta Troiam labitur: & mari a
propinquans commiſcetur Xantho:ac in paludem cogitur:deinde exit in mare iuxta Sige
um promontorium.Quandoq; pro remouere:excitare.Idem.Et ruris opaci falce premes
umbram.Item pro occidere.Idem.Armigeramq; domi premit.Et pro calcare.Idem.Velu
ti qui ſentibus anguem preſſit.Et pro demergere infodere.Idem.Quod ſupereſt quæcunq;
premes uirgulta per agros.Sparge fimo pingui.Et pro uaſtare populari.Idem.Et pelago p̃
mit arua ſonanti.& pro prohibere expellere.Varro.Inuitamq; preſſit ab edibus.Et pro vi Varro
tiare.Idem.Qui totiens uillici tui vxorem abſente preſſiſti uiro.Item pro uexare:vt hoc lo Idem
Preſſio co:& apud Virgilium.Numina nulla premunt,mortali urgemur ab hoſte Ab hoc preſſio Virgilius
deducitur:& Preſſura:& preſſus quarte declinationis pro preſſione.Cicero.Valerium So Cicero
ranum lenitate faucis:atq; in ipſo vocis preſſu:& ſono facile uincat.Quando uero preſſus
adiectiuum eſt.aliquádo pro ſubtili ponitur.Idem.Quis autem eſt:aut fuit unq̃ in partien Idem
dis rebus:in definiendis:explicandis preſſior.Aliquando pro honuſto grauato.Virgilius. Virgilius
Prelum Ceu preſſe qum iam portum tetigere carinæ.Item a premo Prelum:Quo uuæ premuntur
Vt ſuperius diximus:& compoſita.Opprimo.quod interdum grauo ſignificat. Cicero. Cicero
Qui homini tot miſeriis.calamitatibuſque oppreſſo ſubueniret Interdum plus eſt q̃ extin Idem
guo Idem.Quamobrem danda opera eſt:ne qua amicorum excidia fiant.Sin tale aliquid
Oppreſſio euenerint:ut extinctæ potius amicitiæ:q̃ oppreſſe uideantur.Quandoq; etiam pro arcto
Oppreſſiuncula conſtringo.Vnde & oppreſſio arctatio:& conſtrictio dicitur:a quo Oppreſſuncula dimi/
Exprimo nutiuum.Plautus.Molles morſiunculæ papillarum horridularũ oppreſſiunculæ Exprimo Plautus
Expreſſio quod modo ſignificat premendo extraho.Plynius.Expreſſo uino infunditur aqua uinãce Plynius
is:modo declaro:manifeſto.Macrobius.Nihil unquã locutus fuit expreſſius.Ab hoc Ex Macrobiꝰ
preſſio:explicatio:Et expreſſe aduerbium manifeſte In primo premendo immito: modo
obſigno:vnde impreſſas litteras obſignatas dicimus:hoc eſt quibus impreſſus eſt anulus:a
quo impreſſio deducitur.Supprimo occulto:Abſcondo.Seneca.E cuius operibus quædam Seneca
ædita:alia ſuppreſſa ſunt:a quo ſuppreſſio:deprimo deiicio Varro ab eo depreſſus a quo e Varro
rigi:extolliq; ſperabam.Reprimo cohibeo. Cicero Reprime impetum.Comprimo mo/ Cicero
do cohibeo.compeſco.Plautus.Ne ſæui obſecro comprime iracundiam:modo uitio.Mar Plautus
tialis.Villica uel duri compreſſa eſt nupta coloni:Incaluit quotiens ſaucia uena mero.Vn Mártialis
de compreſſus pro cohitu accipitur.Plautus nunc ad amicam decimo die.Athenas uiſo:q̃
grauidã hic reliq compreſſu meo:quid ea agat.Compreſſio etiam in eadẽ ſignificatione ac
cipitur:a quo fit diminutiuum Compreſſiuncula Idem.Dulces amantium compreſſiuncu/
Fauces læ, FAVCES Mentum fauces enim uocamus ſuperiorem partem gulæ mento propin/
quam:ſed interiorẽ.Plynius.Summum gulæ fauces uocantur.poſtremũ ſtomachus:hic fa
uces p̃ mẽto poſuit:ubi ſemp fere hic morbus incipiebat:pp qđ a pricipio Mẽtagrã uoca/
uere.Mart.Nec triſte mẽtum:ſordidi ne lichenes.fauces etiã p metaphorã uocamus artos
ingreſſus:uallium:ſiue alterius cuiuſcunq; loci a ſimilitudine faucium animalis.A faucibus
Suffoco uerbum deducitur au diphthongum in o longam conuerſa.Eſt enim ſuffocare p̃/
cludere ſpiritum:& ueluti obſtrictis faucibus interimere. Ouidius.Suffocent animam di/
ra uenena tuam.Ab hoc fit ſuffocator:Suffocatrix:Suffocatio. Item Offuco:quod uete/

res uſurpabant pro eo:quod eſt aquam in fauces do ad ſorbendum.a quo Offucator offu/catrix : Offucatio Offudas uero a fuco fallacias dicebant. INDIGNAS Non meren/tes tale ſupplicium. ATRA. Nigra:quod quartum genus huius morbi eſt: & curam nō recipit. IN IPSOS VVLTVS Occupat enim hic morbus:ut ſuperius diximus pleriſ/que totos uultus oculis duntaxat immunibus: deſcenditq; in colla pectus: & manus cum fœdo cutis furfure:ſine dolore quidem:& uitæ pernicie:ſed tamen fœditate & faſtidio ſi/mul:ac periculo conuerſantium:ut quæcūq; mors præferenda uideatur. SICCIS GENIS Conſtanti animo:ſine lachrymis:ſine fletu. NON TAMEN OBSCVRO PIA PO LVIT ORA VENENO Non tamen ant ueneno mori uoluit. Vt Themiſtocles pu/ſto Tauri ſanguine:aut inedia:ut Sillius tedio morbi: Vt Portius latro declamator impa/tientia quartanæ:quæ genera mortis homines timidi:& ferrum horrentes quærere conſue/erunt :ſed gladio imperterritus occubuit. OBSCVRO. Quod extincti corpus facit ob ſcurum. Sic lætum diem dicimus:qui nos lætos facit:pigrum frigus: quod iertiam nobis ad ducit:foſſam cæcam:quam non uidemus:linguam politam:cuius compta & polita eſt ora tio:quietum tempus:in quo ab omnibus curis:atq; moleſtiis quieſcimus. TORSIT. Vi traxit:extorſit:de quo ſuperius diximus. TRISTIA FATA Solicitam:& amarā mor/tem:Quia morte ipſa grauior eſt mortis expectatio. FAME Inedia. LENTA Quia non ſtatim hominem conficit:ut ferrum SANCTAM: Integram:immaculatam .RO MANA MORTE. Quam ſoliti ſunt oppetere romani ſanguinis uiri : qualis fuit Sci/pionis mors. CN. Pompeii ſoceri:qum in Africam contrario uento relatus:teneri claſſem ſuam ab hoſtibus uidiſſet:qualis Mar. Catonis poſt pugnam pharſalicam: Ne in Cæſaris ui ctoris poteſtatem ueniret. Vterque enim ſtricto gladio occubuit ANIMAM. Sangui/nem:ſecundum quorundam philoſophorum opinionem: NOBILIORE VIA:Vul/nere ſcilicet:quæ nobilior uia fuit:quam ſi ueneno uel fame:aut per inferna emiſiſſet:aut pa ulatim contabuiſſet. FATIS. Morti. HVIVS CAESAR AMICVS ERAT. Si/mul blanditur principi. Simul feſtum laudat præferenda in quit mors huius eſt morti Ca/tonis:quod non odio:aut metu Cæſaris mori uoluit:quem habebat amicum : ſed fœditate morbi:& aliorum potius cauſa:q; ſua.

AD ATTALVM EPIG.CIII.

EMPER AGIS CAVSAS In Attalum iocatur ſemper aliquid agentem:& uimis curioſum. Tota vis ioci eſt:in hoc uerbo Ago:quod multa ſignificat: vt ſu pius latiſſime diſſeruim⁹. AGIS CAVSAS Tractas cāſ:i foro ac i iudiciis uer ſaris. AGIS RES Facis negotia .AGIS MVLAS. Ducis mulas. Clitella rias ſcilicet:hoc eſt uehendis oneribus uacas. AGAS ANIMAM emittas ſpiritum.

AD CANVM EPIG.CVIIII.

PORTVLA CANE TIBI. Facete cani intemperantiam notat qui extremo uitæ ſuæ die Sportulam petiit. Puto te inquit ob id cane defunctum eſſe : Quia una tantum ſportula fuit:hoc eſt quia cibum amplius capere nequiuiſti:perinde ac ſi dixiſſet:inedia periſti. Sic enim :omnes inedia moriuntur .SVPREMA Nouiſſima. QVOD VNA FVIT. Quod cibum amplius capere non potuiſti.

AD SOSIBIANVM EPIG.CX.

SERVO TE SCIS GENITVM .Iocus eſt in Soſibianum:Qui qum ſciret ſe ex ſeruo natum adulterio dominæ : uirum matris ſuæ putatiuum patrem ſuū blandiēdo dominum uocabat:quod nihil aliud erat:q; blande fateri ſe ex ſeruo natum:Notat autem hoc epigrammate uitium temporum ſuorum: quibus do minæ paſſim cum ſeruis miſcebantur SOSIBIANE. Haud diſſimile ueri eſt hunc Soſi/bianum Marullæ ex ſeruo filium fuiſſe:quæ Cinæ vxor erat. De quo ſcribit Martialis libro ſexto. Pater ex Marulla Cina factus es ſeptem non liberorum:nanq; nec tuus quiſq;. Nec ē amici filius:vel uicini:Sed ingrabatis:tegetibuſq; concepti maternaprodunt capitibus ſuis furta. Et paulo poſt. Quartus Cinæda fronte candido uultu ex concubino natus eſt tibi ly gdo Præcide ſi uis filium:nefas non eſt. FATERIS Te. ſ.e ſeruo genitum:qum eū qui pa/ter putabatur blandiendo appellas dominum

DE REGVLO EPIG.CXI.

AC:Q VAE PVLVERE DISSIPATA MVLTO .Rurſus blanditur re
gulo de porticu ſtatim eo inde diſcedente collapſa EXPLICAT.Oſtendit.AB
SOLVTA IN TANTO CASV. Purgata liberata a crimine itanti caſus
quia non cecidit niſi poſtquam Regulus in tuto fuit SECVRO DAMNO
Nullam curam:aut ſolicitudinem inferẽte poſtq̃ Regulus ſaluus fuit.CVRAM. Amorẽ.

IN MANEIAM EPIG.CXII.

SET LABRA TIBI. Acerbus Iocus in Maneiam:cui os grauiter fatebat:
Notat autem ex perſona huiꝰ fellatrices:NON MIROR.Quia non minus
tibi ob turpem fellandi conſuetudinem Olent:os & labra q̃ faciant hominis ex
crementa.ESSE.Comedere deuorare.MERDAS.Stercora Nomen habent
ex græco:latinoq; compoſitum:ſicut Epitogium:& Anticato:fit enim a meros:quod ẽ ps
Merda & edo comedo:quod eſt excrementum cibi:hoc eſt pars eorum:quæ edimus:Ab hoc fit ho
Merdo nor ſit audientium auribus.Merdo uerbum:a quo Permerdo compoſitum:quod eſt fœdo
Stercus conſpurco.Albinus.Vt faciunt pueri:qui omnia permingunt:atq; permerdant.Stercus ue
Stercoro ro ab extergendo deducitur:quod undique abſtergi ſoleat:ab eo fit Stercoro uerbum:quod
Stercutius fimum agris fœcunditatis gratia adhibeat:a quo Stercoror paſſiuum:& Stercorator :Ster
coratrix:Stercoratio.Item Stercutius.Ita enim romani uocauerunt Saturnum: quod pri/
mus ſtercorandi agri rationem inuenerit.

DE Q VIRINALI EPIG.CXIII.

XOREM HABENDAM.Quirinalem equitem Romanum facete carpit:q
qum cuperet filios habere:non ducebat uxorem:ſed cõprimebat ancillas.VXO
REM Coniugem:Vxores quemadmodum ſuperius diximus:ab ungẽdo q̃ſi
Vxor ũxores dictæ ſunt.Fuit enim mos ueterum romanornm:vt nouæ nuptæ mariti
domum intrantes axũgia poſtes ungerent.hanc enim religioſam habebant:& ea ſolenni/
tate putabãt mala omnia ab ea domo arceri ob in numeras:ut arbitror: axungiæ ut litates:
impreſſas ei a radicibus:quibus ſuẽs ueſcuntur.Vſus eius ad emolienda:excalefacienda:diſ/
cutienda.purganda.Sanat podagras:ambuſta:perniones:confricata membra.item laſſitu
dines:& fatigationes lẽuat:prodeſt tuſſi ueteri.phtiſi in Catapociis:hoc eſt pilulis ſũpta: tã
taq; eſt uis eius:vt genibus etiã ad alligata redeat in os ſapor:eaq; expui uideatur.e ſue: quæ
Axungia non peperit:aptiſſime ũtuntur ad cutem mulieris contra ſcabiem prodeſt:partus in abortũ
uergentes nutrit.Cicatrices concolóres facit:unguium ſcabricies emendat:medetur capillo
fluenti:& ulceribus capitis:& pilis oculorum.Sanat panos cum calce:Item furunculos:&
duritias mammarum.Ruptis & conuulſis:& ſpaſmatibus:& luxatis medeẽ.Clauos & ri
mas:colliq; uitia tollit cum eleboro albo.Parotidas admiſta farina e ſalſamentaria teſta.
Pruritus:& papulas in balneo ea quæ ſerpunt illita cum reſina.Antiqui maxime axibus ue
hiculorum perungendis ad faciliorem circumactum rotarum ea utebantur:vnde nomẽ ha/
bet impoſitum.Sic quoq; cum illa rotarum ferugine utilis ſedis:& uirilitatis uitiis.Maſſu/
rius tamẽn non axungiæ ſed lupino adipi palmam dediſſe ueteres ſcripſit:& eo nouas nup
tas perungere poſtes conſueuiſſe.Ab vxore Vxórius deducitur:quod mõ ſignificat ad vxo
rem pertinens:vnde dẽ re vxoria quoſdam ſcripſiſſe legimus modo vxoriꝰdeditus. Virgili
Vxorius us.Pulchramq; uxorius urbem Et truis.Vxorem pependiſſe dicebatur : qui quod vxorem
Filius non habuiſſet:rem populo dabat.FILIOS.Natos appellatione filiorum:vt iuriſconſulti
ſentiunt etiam filiæ continentur:ſed nõ e contrario filium ἀπο τοῦ φιλοῦ dictum uolũt
hoc eſt ab amore:quod ómnium conſtantiſſimus amor ſit parenturn in filios. EQ VI
Famelia TIBVS VERNIS.Sunt enim ex equite geniti:& tamen Vernæ:hoc eſt ſerui quia filii ute
Famulus ri conditionem ſequuntur:itaq; qum ſint ex ancillis nati:ſerui ſunt VERVS PATER
Famul FAMILIAS. Quaſi pater ſeruorum:familia enim proprie de ſeruis dicitur:qđ ab Oſcis
óriginem habuit:apud quos Famul ſeruus nominabatur:Vnde famulus dictus:qui & fa/
mul vocitatus eſt.Ennius.Mortalem ſumma fortuna reddidit ſummo regno famul ut ópti
Famulitas mus eſſet:& famulari ſeruire.Cicero.Eſt enim genus iniuſte ſeruitutis:qum ii ſunt alterius:
Famuletium qui ſui poſſunt eſſe:qum autem hi famulantur:& Famulitas ſeruitus. Actius. Nam poſtq̃
paruulos uos oppreſſit famulitas Pacuuius.Quos uexat famulitas:uis:egeſtas:fames: for/
mido:pauor.& Famuletium ſeruitium.Varro apud ignauum dominum duro famuletio
aſtrictuſ: Itẽ ſeruoꝝ copia .Macrobius.Vnus e famuletio:cui ꝓuincia erat admittere uo/
Eamulanter lentes dominum conuenire.& famulanter aduerbium pro eo:quod eſt ſuppliciter . Actius.
Semel affare:& famulanter pete.Ergo & famelia primo a famel:ꝰdeinde mutatione unius
litteræ familia dicta eſt:pro ipſis ſeruis.Deinde paulatim inualuit uſus:ut etiam liberi fami

liæ nomine comprehenderentur:& qcunq; in eadem domo uiuerent tam liberi q̃ ſerui:tam mares q̃ feminę unius poteſtati natura:ſeu iure ſubiecti una familia diceretur. Vñ paterfamilias ſiue familiæ:& Materfamilias ſiue familiæ appellati ſunt:de quibus ſuperius diſſeruimus. Poſthæc id ipſum nomen ad eos quoq; tranſlatum eſt:qui ex eadem ſunt cognatiõe Vnde fabiorũ lentulorum:ac Ciceronum familias dicimus. Eſt & qñ ad res refertur:ut in lege duodecim tabularum. Agnatus proximus familiam habeto. A familia deriuatur familiaris:quod modo adiectiuum eſt:ſignificatq; ad familiam pertinens. Vnde familiaria negotia dicimus:quæ ad familiam noſtram pertinent:& rem familiarem:rem noſtrã domeſticã Cicero. Et ſi negociis familiaribus impediti uix ſatis ocii ſuppeditare poſſumus: Quando uero eſt ſubſtantiuum amicũ ſignificat nobiſcum uerſantem & diuturna conſuetudine nobis aſtrictũ:quaſi in eadem familia nobis coniunctum:a quo eiuſmodi conſuetudo familiaritas appellatur:& in aduerbio familiariter dicitur pro eo:quod eſt ad ſimilitudinem familiarium:& ut ita dicam domeſtice.

DE PRAECONE AGRVM VENDENTE EPIG. CXIIII.

ENDERET EXCVLTOS COLLES Facetũ Præconis ingeniũ laudat: qui qum Marii agrum uenderet:deinde fingit ſe uelle oſtẽder Marium ad hoc non inopiæ neceſſitate aduci:ueram cauſam uenditionis expreſſit:hoc eſt loci inſalubritatem. Qua propter nullum inuenit emptorem. Notat eos:quos nõ pudet uenditione rerum noxiarum fraudare emptores. INDE Deinde poſthæc facta. FACERET PRETIVM. Aliquid promitteret. HAERET. Remanet nõ diſcedit ab eo.

DE NOVIO MICROPSYCHO EPIG. CXV.

ICINVS MEVS EST. Facetum epigramma de Nouio:quem licet vicinũ & domui ſuæ hærentem haberet:uidere tamen nunq̃ poterat Notat per eum: homines humilis animi:atq; præ parci:quos græci Micropſycos uocant ad oĩa timidos:& hominum etiam conſortia naturali quadam puſillanimitate deuitãtes. BEATVM. Fœlicem conſuetudine talis amici. Beatus ꝓprie eſt:qui rebus omnib⁹ ad uitæ vſum:ornatumq; ſpectantibus abundat:dictus ut quidam putant:quaſi bene auctus: Ideo locupletes homines aliquando beatos uocamus. Iuuenalis. Vetulæ ueſica beatæ. Item aliæ quoq; res beatæ dicuntur:qum plenæ:perfectæq; ſunt. Quintilianus. Ornata erat pronuntiatio cui ſuffragatur uox facilis:magna:beata:flexibilis. Ab hoc fit Beatitas:& beatitudo:de quibus ſuperius diximus. Item Beatæ aduerbiũ fœliciter:copioſe:& Beo uerbũ: qđ eſt conſolor:& beatum:ac fælicem facio:a quo Ebeo:quod ẽ beatitudine priuo:cuius paſſiuum eſt Ebeor:a quo Ebeati dicuntur:qui fœlicitate aliqua ceciderũt: Hebeo uero ſecũdæ coniugationis cũ aſpiratione ſcriptum fit ab Hebes Hebetis:quod proprie ſignificat obtuſum:hoc eſt carentem acumine. Cicero. Alias hebetiora:alias acutiora uideantur cornua vñ per tranſlationem & ingeniũ hebes dicimus:quemadmodũ etiam dicimus obtuſum. ab hebeo fit Hebeſco:quod ſignificat hebetior fio:nam hebeo proprie idem eſt:quod hebes ſum & Hebeto obtundo:a quo hebeteſco:qđ proprie de oculis & uiſu dicitur: qum oculorum acies minuitur:tolliturq; & hebetudo ipſa:ut ita dicam:obtuſitas: vel rei alicuius carẽtis acumine:vel mentis ingenii:uiſus:ſimiliumq; Hebenus uero:ſiue hebenum arbor eſt in India: atq; Aethiopia naſcẽs q̃uis ſcribat. Virgilius ſola india nigrum fert hebenum Romæ hanc magnus Pompeius in Triumpho Mithridatico primus oſtendit Accẽdi eam Fabianus negat: vritur tamẽ odore iucundo. Duo genera eius:rarum id:quod melius arboreum:trunco enodi:materiæ nigri ſplendoris:ac vel ſine arte protinus iucundi:alterum fruticoſum Cytiſi mõ:& tota India diſperſum eſt. Herodotus ſcribit Aethiopas uicenos dentes elephãtorum grandes & e materia he beni centenas phalãgas tertio quoq; anno tributi u ce regibus perſidis pendere ſolitos: Sunt autem Phalanges ligna teretia qualia ſunt:quæ nauigiis dum ſubducuntur ad litus:aut ad mare trahuntur:ſupponi ſolent. Latine Palangæ dicuntur:a quo fit Palangare uerbum:quod eſt onus aliquod huiuſmodi fuſtibus tranſuehere. Varro. Qum pœnus in fretum obuiam ueniſſet noſtris:& quoſdam cœpiſſet crudeliſſime pro palangis Carinis ſubiicere:quo metu debilitaret noſtros. Afranius. Et capream unã ſemilaceram quaterni ſimul palangabant. Phalanges etiam digitorum internodia dicunt̃. Itẽ Araneorum genus:quod & Phalangium nominatur. Item Regula continens lances: hoc eſt libram. Item ipſa libra:hoc eſt:quod latini Pondo dicunt. Item Phalanx agmen eſt militare quo macedones utebantur:quemadmodum legione romani. Continebat autẽ octomilia armatorum:nullumq; genus aciei apud macedones utebantur: quemadmodũ legione Romani ualidius erat dicta vel ἀπὸ τοῦ πέλασαι ἄγχι. hoc eſt a ꝓpius accedendo vel

Micropſycus

Beatus

Beatæ

Beo

Hebeo

Hebes

Hebenus

Phalanges

Palangæ

ἀπὸ τοῦ φαλὸν.quòd clarum ſignificat: Vnde & Phalagra caluicium.& Phaleræ orna
menta equorum dicuntur. Iuuenalis.Frangebat pocula miles:ut phaleris gauderet eques
Phaliſci populus erat Etruriæ:quorum oppidum Phalerii uocabatur.Ouidius.Adde ſenē Ouidius
Iunonicolaſq; phaliſcos.Phalaris uero Agrigentinorũ tyrãnus:cui Perillus Taurum ex ae
re fabricauit:quo impoſiti noxii ſubdito igni torquerentur Tauri mugitum reddẽtes:in eo
primus autor periit:añ vrbem conditam circa quatuor:& ſexaginta annos TERENTI/
ANVS. Hic Martialis familiaris erat:& tunc procõſulatum gerebat in ægypto SYE/
Syene NEM.Aegyptũ.pars pro toto.Syene enim vrbs eſt in finibus Aethiopiæ:vbi puteus eſt:q
æſtiuum indicat ſolſtitium:quoniam is locus circulo tropico ſubiectus eſt:itaq; apparet ſo/
lem illi loco ſupra uerticem eſſe:& puteum totum illuminari nullamq; prorſus umbram fi/
eri a ſole medio Solſtitii die.Lucanus.Vmbras nuſq̃ flectente Syene. CONVIVERE.
Simul uiuere.TAM PROPE.Quia domus noſtræ cõiunctæ ſunt. TAM PROCVL
Quia pinde nunq̃ nos uidemus:ac ſi eſſemus diſiunctiſſimi.MIGRANDVM. Abeun/
Migro dum longius:& hinc diſcedendum.Migrare enim proprie eſt domiciliũ mutare: & alio ſe
ad habitandum conferre propiore habitatione relicta.Quintilianus.ſeu ad infernas ſedes
anima migrauit.Animæ.n.eorum:qui moriuntur:tanq̃ domiciliũ corporis relinquentes:
alio ſe ad habitandum transferũt .Cicero.Anteq̃ ex hac uita migro:conſpicio ex meo re/
Remigro gno:& his tectis.P.Cornelium Scipionẽ.A migro fit Remigro:hoc eſt in priſtinum domi
ciliũ reuertor.Demigro:& Emigro:& Cõmigro.Idem fere:qđ migro.Transmigro in lon
ginquiorem locum domiciliũ:habitationemq; cõmuto: Immigro i locum aliquem habitã
Mihi di gratia eo.Ab iis Migratio:Tranſmigratio:Immigratio deducuntur.MIHI.Datiuus eſt
primæ perſonæ:& aliqñ figurate dicit̃ Mi.Virgilius Et mi genus ab Ioue ſũmo.In quo no Virgilius
tandum:ꝙ mihi & tibi aliquãdo ita ponunt̃ in orõne:ut neq; ad me:neq; ad te:neq; ad ali/
quem referant̃.Cicero.Mihi gloriatur hic ſe omnes honores ſine repulſa obtinuiſſe.Idem Cicero
Ecce tibi Pompeius.Apuleius:Dũ ita loquuntur:Ecce tibi amicus aduenit Alñ uero hæc duo Idem
pronomina ita ponuntur Vt ſub prima & ſecunda perſona ad omnes ſermo referatur: Virgilius
Meme Virgilius. Ne ue tibi ad ſolem uergant uineta cadentem.Cato.Mihipte pro mihipſi po/ Cato
Tete ſuit.In quo ſignificato ſolemus Hæc duo pronomina geminare:vt meme tete. Virgilius. Virgilius
Olli Meme adſum:q feci:in me conuertite ferrum. ILLI :Nouio ueteres Olli pro illi ſcri Idem
Ollic pſere. Virgilius.Olli dura quies oculos:& ferreus vrget Somnus:quẽadmodũ etiã Ollic
ꝑ illic.Ennius:Ollic hoſtes aderat aliqñ etiã olli pro tunc a poetis uſurpat̃.Virg.Olli ſubri
dens hominũ ſator atq; deorũ.INQVILINVS.Cohabitator de quo ſuperius diximꝰ.

AD FESENNIAM EPIG.CXVI.

EGRAVIS HAESTERNO .Feſcẽnie hebrietatẽ ſiml':ac ſtultitiã:dãnat
hæc.n.& potãdo traducebat noctes:& uĩo madida paſtillos odoratos deuora
Coſmus bat:putans:hoc mõ dꝑhendi uini odorem nõ poſſe.FASTIDIOSA.Faſtidi
um afferẽs iis cum qbus loqueris uino madida. PASTILLOS. Trochiſcos:
vt ſupius diximus COSMI Coſmus unguentarius fuit:& odorarius optimus.Vnguen/
Vnguentarii tarii enim dicuntur qui vnguenta conficiunt:uenduntq;.Odorarii:qui odores.Illi a græcis
Odorarii Myropolæ:hi Aromatopole uocitant̃:frequenter autem iidem utranq; exercent artẽ.Ve/
Myropolæ teres utebantur uariis odoribus:ut nunc quoq; pleriq; faciũt cõmendãdi halitus gratia: hoc
Aramatopolæ a parthis primo inuentum tradunt:vt ſic ingluuie:ac nimio potu conceptũ uirus extingue/
rent. Sunt qui eos etiam unguentorium inuentores fuiſſe exiſtiment .Illiacis certe tem
poribus nõ erant unguenta:nec thure ſacrificia faciebant.Cedri tantũ & Citri odoribus ac
earũ arborum ſuffitu vtebantur.Primus caſtris Darii expugnantis inter reliquã ſuppellecti
lem inuenit:& cœpit Alexander ſcriniũ unguentariũ.Poſtea ea voluptas agere radices cœ
pit:& in Italiã quoq; tranſlata etiam ad defunctorꝫ corpa adhibita eſt.GRAVIS. Mole/
ſta FRAGRES. Oleas. LINVNT Complanant:poliunt. AB EXTREMO BA/
RATHRO Afundo ſtomachi:vnde peruenire paſtillorum odor non poteſt.Barathrũ
græci appellant locum profundum.ex quo emergi non poſſit dictum ab eo:quod ſit βα/
θίστρυ ἀθρέιν: Hoc eſt profundus aſpectu RVTVS Rutationes quemadmodum
ſuperius diximus.Lucilius.Rutantur iuuenes & fœdant omnia ſputis. VIRVS. Graui
tas odoris:fœtor:de quo diximus DIAPASMATE. Puluiſculi odorati: quemadmo
dum iã docuimus. DVPLEX Bonus:& malus odor:nam malus bono commiſtus gra
uius olet:ſicut que amara ſunt ſi dulcibus in cibis commiſta ſummantur:uidentur amariora
SIMPLICITER Aperte nullo adhibito fuco: Non diſſimulando odorem temeti.

AD ALCIMVM EPIG.CXVII.

LCIME Q. VEM RAPTVM. Epitaphium Alcimi adoleſcentis:Quem ob ingenii dotes:& miram indolem maiorem in modum amauerat:defuncto/que tumulum cõſecrauerat in uirentibus pratis:inter buxos:& palmites.Epita/
Virgilius phium enim proprie dicit̃ inſcriptio:quæ fit ſupra ſepulchrum.Virgilius & tu/mulum facite:& tumulo ſuper addite carmen.Daphnis ego in ſiluis hinc uſq; ad ſydera notus.Nam quod in laudem defuncti ante cadauer ſepultum cani ſolet:a noſtris Nenia a græcis Epicedium:ſiue Monodia appellatur LAVI CANA HVMVS. Lauici multitud Lauici
nis numero oppidũ eſt uia latina ad dextram ſiluæ Algidæ.Liuius.Thuſculanis negocium datum aduerterent animos :ne quid tumultus lauicis oriretur. Nuntiarunt legati lauica/nos arma cœpiſſe : & cum equorum exercitu depopulatos agrum Thuſculanum caſtra in Algido poſuiſſe. Quintus Sulp.Priſcus dictator captis:direptiſq; illorum caſtris lauicos corona circumdatum:ſcalis captam diripuit:cenſuitq; ſenatus frequentem coloniam laui/cos deducendam.Coloni ab vrbe mille quingenti miſſi bina iugera cœperunt VELAT. Tegit. LEVI.Non graui:qualia ſunt ſepulchrorum ſaxa:quæ ſuo pondere conficiuntur: & ruunt CESPITE. Gleba cum ſua herba euulſa:de quo ſupius diximus.RAPTVM Sublatum ante legittimam ætatem.Hi enim rapi proprie dicuntur:qui immatura morte p̃
Plynius ripiuntur.Plynius Iunior.Nuper imatura morte nobis indigniſſime raptus.CRESCEN Crēſco
TIBVS ANNIS. In ipſo adoleſcentiæ principio:ideo paulo poſt etiam puerum nominat. CRESCENTIBVS. Quibus adoleſcere:hoc eſt creſcere cœperat.Creſcere augeri
Horatius eſt.Horatius.Creſcit amor nummi:quantum ipſa pecunia creſcit.Facit præteritum creui. Quemadmodum Cerno.Vnde Creui modo ſignificat auctus ſum:modo hereditatẽ adii: modo iudicaui:modo diuiſi :quæ omnia a duobus verbis Creſco:& Cerno trahunt̃.a creſco Crementum deducitur:hoc eſt augumentum:& Creta:de qua ſupra diximus:a quo Cre Cteta
teum dicimus:quod ex Creta eſt.Cretoſum creta plenum.Cretatum:creta infectum:& craſ Craſſus
ſus pinguis:groſſus:a quo Craſſitudo:Craſicies:Craſſe aduerbium:& eorum comparatiua ſuperlatiuaq;.& Craſſeſco uerbum:quod ſignificat pingueſco:ſiue groſſior fio : & Creber frequens:q̃ſi creſcens numero:a quo Crebro aduerbium:frequenter:& comparatiua:ac ſuperlatiua eorum:& Crebreſco.ſpiſſor:multiplicor:& Crebriſurus:de quo ſuperius dixim⁹ & Crebritas ſpiſſitudo frequentia:pro qua ueteres etiam crebritudinem vſurparunt. Silenna.Nam Clandeſtina uerborum crebritudine tranſigi:apud notos cogitata dici debent nõ explanari.Item a Creſco fiunt compoſita Accreſco:quod eſt adaugeor Excreſco:creſco de/creſco diminuor.Increſco creſco:a quo incremẽtum augumentum.Virgilius.Increuit vſus eſt pro reuiruit:dum de haſtis loquitur in tumulo Polydori:Succeſco inferius creſco.vel paulatim creſco.Supercreſco notæ ſignificationis.Recreſco iterum creſco Concreſco modo ſimul creſco:modo coniungor.conglutinor a quo Concreta coniuncta:& conglutinata dicimus.Virgilius.Multa diu concreta modis inoleſcere miris.Idem concretã exemit labem idelt affixam:& inherentem.Idem.Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine Cruſtæ: hoc eſt congelaſcunt. PONDERA NVTANTIA:Lapides pondere ſuo nutantes:hoc eſt va/cillantes. PARIO SAXO. Ex marmore pario: qd̃ candidiſſimũ fuiſſe conſtat:& vſq; Paruis lapis
adeo celebre: Vt Dipœnus & Scylus : qui in ſculpendo tantopere claruerunt : & poſt eos Melas Micciades:Anthermus:Bupalus: Anthermus Alter.Hipponax excellentes artifices in ſtatuis ſepulchris:cæteriſq; operibus faciendis candido tantum marmor vſi fuerint:e Paro inſula.vnde nomen habet una ex cicladibus:quæ ob hoc niuea a poetis:hoc eſt candida nuncupatur.Lapidem ipſum Lychniten appellauerunt:quoniam ad lucernarum lumina ĩ Lychnites
cuniculis cædi ſoleret. VANVS LABOR. Irritus:quia huiuſmodi opera uetuſtate fatiſcunt CINERI. Cadaueri. FRAGILES BVXOS. Quæ facile franguntur.Buxus Buxus
græca uox eſt. πύξον :Quippe dicunt græci: Arbor eſt exigua:natura ſolida:& quadam ligni duricia:ac frondium pallore commendabilis:fractu facilis:& ad topiaria opera commodiſſima:uirens ſemper:ac tonſilis.Semen eius cunctis animantibus propter amaritudi/nem inuiſum:mel in corſica amarum reddit:amat frigida : quæ ſint aprica:in igne duricia ei eſt:quæ ferro:nec flãmma nec carbone vtilis.A buxo Buxeum dicimus:quod ex buxo eſt A Pyxo autem græca uoce Pyxidem:quoniam primo ex eo ligno fieri cœpit :uaſculum eſt Pyxis
exiguum:quod vulgo non inepte nec ineleganter a buxo Buxulum nuncupamus. OPA/CAS. Obſcuras ab operiendo enim opacum obſcurum dicimus: A quo Opaco uerbum: hoc eſt obſcuro contego. PALMITIS.Vitium Palmites uitium :& aliarum arborum: Palmes
ut ita dicam Sarmenta appellantur:quæ in modum palmarum humanarum uirgulas quaſi digitos habent.Palma uero planum:& ex parte concauum manus appellatur:quod in di/gitos deſinens decore pateat.Ab huius ſimilitudine Arbor quoq; illa nobis palma uocatur

quam græci φοίνικα:hoc eſt fœnicem uocant:quod comam in cacumine hãt circum extenſam:& ramos in digitorum modum protenſos:unde & genus earum Dactylos:hoc eſt digitos uocamus. Multa enim palmarum genera ſunt. Prima ſterilis eſt:nec fruticis magnitudinem excedit. Paſſim in Sicilia:& Genuæ ac Caietæ naſcens:ex qua incolæ ſcopas faciunt Sunt & Proceriores ſilueſtres foliorum aculeis ex ipſa arbore fruticantibus. Reliquæ tereti bus ramis in orbem ſparſis:folia habentibus cultrato mucrone lateribus bifidatis: ex quib⁹ & fiſcellas:vt funes:& leuia capilum umbracula componunt. Coma omnis: vt diximus in cacumine eſt:non inter folia vt in cæteris:ſed ſuos inter remos palmitibus racemoſum. In nulla magis arbore uterq; ſexus diſcernit᷑. Mas in palmite floret: Femina circa florem germinat tantum ſpinæ modo. Vtriſq; prima naſcitur pomi caro:poſtea lignum intus:hoc eſt ſemen eius. Eſt autem longum:ceſumq; adorſo puluinato:& in alio media fiſſura pleriſque vmbilicatum. Vnde primum ſpargitur radix. Certum eſt ſine maribus nõ gignere feminas ſponte ædito nemore:hoc oſtendente:in quo & circa ſingulos mares plures nutare feminæ uidentur blandiorib⁹ comis. Quin & exciſo mare ſterileſcere feminæ comperiuntur:tant⁹ eſt huic arbori Veneris intellectus. Iuba Arabicas palmas apud ſcenitas omnibus præfert: quas vocant dabulas. Quamdiu nouellæ ſunt:pomum ferunt ſine aliquo intus ligno:propter quod Spadones appellant: Quæ in Creta:& Sicilia naſcuntur folio latiore: ac molli: & ad uitilia utiliſſimo Chamærepes appellantur:quod græca lingua ſignificat ad humũ uergentes. Χαμαὶ enim humi dicunt ῥέπον:uergens. Clariſſimæ omnium palmæ ex fructiferis habitæ ſunt:quas regias appellauere:quoniam regibus tantum perfidis ſeruarentur. Babiloniæ natæ uno in horto:qui ſemper dominãtis fuit: Bagoo appellato:q᷑ apud eos Spadonem ſignificat. Poſthanc nobilitatem optinet Syagri:habentes neſcio quid ſaporis ferini:qualem in apris nouimus:unde nomen iis inditum. σῦς enim ſus ẽ:ἄγριος ſilueſtris. Poſthac Margaridæ a Margaritis nomen habentes:quoniam breues:& candide & rotundæ ſunt acinis q̃ balanis ſimiliores. Quarta autoritas eſt ſcandalidum a Scandularum ſimilitudine appellatarum. In Aethiopia Caryotæ maxime celebrantur optimæ cibo:ſed & ſucco uberrimo ex quibus præcipua uina faciunt:iniqua capiti propter quod ἀπὸ τῆς κάρας:hoc eſt a capitæ Cariotæ uocitantur. in Iudæa uero:& præſertim in Hiericuntæ nobiliſſimæ ſunt:quibus dos præcipua pinguis ſuccus quodam vini ſapore in melle prædulci: Inter quas ſicciores Nicolai uocantur amplitudinis præcipue minus ſpecioſæ: Sed ſapore Caryotarum ſorores:quæ ob hoc Delphides dicuntur. Suum genus Dactyli habent prælõga gracilitate curuati in terram:ex quibus honori deorum dicati Idæi appellati ſunt:a iudæis:numinum multitudinem irridentibus A longitudine autem Digitali Dactyli appellati ſunt:nam Δάκτυλον Græci digitum uocant. Vñ & Dactylus ẽ dict⁹ pes cõſtans ex vna longa:& duabus breuibus ſyllabis a ſimilitudine uidelicet digitorum:qui ex tribus partibus conſtant:una longiore:duabus breuioribus. Alexandri milites palmis uiridibus ſtrangulati leguntur:uel pomi genere:vel copia:eſt enim tanta muſteis ſuauitas ut finis mandendi:non niſi periculo fiat. A Palma arbore Palmetum dicitur locus palmis conſitus:& palmifer:palmas ferens:qui & Palmiger dicitur. Item Palma victoria:quoniam apud ueteres in certaminibus victoriæ ſignum palma erat: Quod ideo inſtitutum cõſtat:quoniam ingenium huius ligni eſt: vt urgentibus:prementibus quæ non cedat. Namq; ut ſcribit Ariſtoteles:ſi ſuper palmæ arboris lignum magna pondera imponantur:& adeo urgeatur: onere toq; ligno:ut magnitudo oneris ſuſtineri non poſſit:non deorſum palma cædit:ut cæte re arbores faciunt:ſed aduerſus pondus ſurgit:& ſurſum nititur:recuruaturq; ut pondus re

Syene iiciat: A palma uero:qum uictoriam ſignificat:palmata:ſiue Palmaris toga dicta eſt: Qua triumphantes:vt ſuperius diximus:& qui palmam meruerant:utebantur. Item a palma manus extrema pars remi palmula dicitur i palmæ modum protẽta. Virgilius. Et læuas ſtringat ſine palmula cautes. Item Palmus menſure genus vulgo notum: A græco uero huius arboris nomine:quod eſt Phœnix Phœniceus deducit᷑:quod eſt purpureus:quoniam eo colore ſunt palmarum fructus anteq̃ ſole coquantur. Et Phœnice prouincia:a qua Phœnice ſydus: Phœnicia: Phœnicium mare: Phœnix auis: Phœnicopterus:de quibus ſuperius diſſeruimus. Sed illud obiter addendum hoc loco uidetur non defuiſſe claros autores: qui Phœnicem auem non a purpureo alarum colore nominatam uelint:ſed a Phœnice hoc ẽ palmæ arbore:quam paulo ante Syagron appellari diximus:cuius generis unicam eſſe prodiderunt:quæ cum phœnice aue moritur:ac renaſcitur ex ſe ipſa pomis referta: ROSIDA Humore oculorum meorum quaſi rore perfuſa. Peruenerit. Finguntur enim parcæ

Neo lanificæ eſſe:& uitam hominum nendo ducere:vt ſuperius diximus. Neo eſt ſilum torqueo a quo Perneo:& necto frequentatiuum:quod eſt ligo:quia torquendo ligamus:& nodus

quo ligato firmatur. Et Nodoſus nodis plenus: Enodus ſine nodo: & Nodo uerbũ: hoc eſt nodum adhibeo: a quo Innodo compoſitum. & contraria eius Denodo: Enodo atque Renodo: quæ ſignificãt nodum ſoluo: & ſubnodo nodum ſubterfacio: & Connodo ſimul nodo: & Nodoſe aduerbium cum nodis: Et internodia ligaturæ: quæ in medio ſunt Plynius. Harundinum internodia. A necto vero fit Nexus: Nexio: & alia ab eo deriuata: atque compoſita: de quibus ſuperius diſſeruimus IACERE. Sepultũ eſſe: quemadmodum ſuperius diximus

Plynius

AD CINNAM EPIG. CXVIII.

ARRIS IN AVREM. Facete in Cinnam inuehitur: qui quadam maledicendi conſuetudine loqui ſemper in auribus ſolebat etiam ſi Cæſarem laudaret Hic Cinnamus uocabatur: Sed detracta ultima ſyllaba Cinna dici uolebat. Vnde lepide cum eo alibi iocatur poeta Cynnam Cynãme te iubes uocari. Non eſt hic rogo Cinna barbariſmus Tu ſi furius ante dictus eſſes: Fur iſta ratione diceteris: Alibi quoque maledicentiam eius hoc diſticho exprimit. Verſiculos in me narratur ſcribere Cinna. Non ſcribit cuius carmina nemo legit GARRIS. In ſuſurras: inepte obſtrepis: de quo ſuperius diximus. Hoc genus hominum proprie ſuſurrones vocamus: hoc eſt maledicos: & linguaces: quia non aperte loquuntur: ſed uoce demiſſa in aures hominũ obſtrepunt potius ꝙ loquantur: quod facticium uerbum eſt: & ſimiliter alio facticio uerbo Suſurrare dicitur: a quo in ſuſurrare: i aures hominum obſtrepere: & talis vox ſuſurrus & in neutro Suſurrum appellatur. & Suſurrator: atq; Inſuſurrator pro eo vſurpatur: qui occulte maledicendo odium in aliquem: aut diſſenſionem mollitur: & Suſurratio: atq; Inſuſurratio ꝓ maledicentia. Idem alio quoq; facticio uerbo quidam Gannire dicunt. Sed hoc proprie uulpium eſt: vſurpatur aliquando ꝓ eo: quod eſt obſtrepere: & veluti uapulantis vocem emittere Terentius. Quid ille gannit? quid vult ab eo fit compoſitum Obgannio. ET ILLVD: Etiam illud. quod liceret loqui populo audiente. PLORAS Fles. Hinc ploratus dicit: quod fletum ſignificat. A ploro compoſita fiunt Deploro Defleo: Exploro: quod ueteres vſurpabant: pro Exclamo & cum fletu quodam uocifero. Varro. Gemit: explorat turbam omnem: concitat. A quo tractum eſt vt explorare capiatur pro eo: quod eſt intentius: ac etiã cum voce inquirere. Virgilius. Exire: locoſq; explorare nouos. Itaq; ſpeculatorẽ ab exploratore ita diſtinguebant: ut ſpeculator eſſet: qui hoſtilia cum ſilentio proſpiceret. Explorator uero: qui acta clamore cognoſceret: Inualuit tamen vſus: vt exploratores dicantur tam ii: qui hoſtium noſtrorum ſecreta inueſtigant: & referant nobis: ꝙ & ii: qui ſecreta noſtra hoſtibus nunciant: quos pro proditoribus haberi leges diffiniunt: & pœna capitis damnant. Explorare etiam interdum pro obſeruare accipitur. Virgilius. Trepidi formidine portas Explorant. Interdum pro comperire Cicero. Quis eſt tam ſtultus ꝙuis adoleſcens: cui ſit exploratum ſe aduesperum eſſe uicturum. Nonnunꝙ pro ſiccare quaſi ploratum: atq; humorẽ omnem extrahere. Virgilius. Et ſuſpenſa focis explorat robora fumus. Quandoq; pro deliberare. Idem. Tuus o regina quid optes Explorare labor: mihi iuſſa capeſſere fas eſt Imploro quod eſt auxilium cum miſericordia: & quaſi cum lachrymis poſco. Virgilius. Namq; aliud quid ſit: quod iam implorare queamus: Comploro ſimul fleo. Ab iis deploratio: Exploratio: Imploratio: & Comploratio deducuntur. Quidam ploro: & Plango ita diſtingũt vt plorare ſit uoce flebili: & offuſa dolorem ſuum aperire plangere uero percuſſione: ac uerberatione pectoris: capitis uultus: aliorum ue membrorum ſe in dolore afficere: vnde plangere aliquando pro percutere accipitur. Lucillius. Plangunt littora fluctus. Ab eo fit Plangor: & planctus hoc eſt fletus impatiens cum corporis percuſſione. Eiulare uero eſt uoce in altum ſublata plorare: a quo Eiulatio: ſiue Eiulatus dicitur ploratus rationis expers: eſtque verbum facticium: quemadmodum leſſus. Ita enim a ueteribus dicebatur lugubris eiulatio Vnde eſt lex illa apud Ciceronem. Mulieris genas ne radunt: o ne ve leſſũ funeris ergo faciant. SEDET placet: ut ſupius diximus. Virgilius. Idq; pio ſedet Aeneæ ꝓbat autor Aceſtes.

Ploro & compoſita

Blango

Eiulare

AD BASSAM EPIG. CXVIIII.

VOD NVNQVAM MARIBVS. In Baſſam inuehitur: quæ portentoſo coitus genere: in ſexum ſuum libidinem exercebat huiuſmodi mulieres ἀπὸ Τοῦ Τρίβειν Quod fricare eſt. Tribades dicuntur: hoc eſt fricatrices. Notat eas Iuuenalis: qum inquit frictum Criſſãtis adorat. & Martialis alibi. Ipſarũ Tribadum tribas philenis. NVLLA FABVLA. Nullus Sermo: nulla confabulatio: OBIBAT Exequebatur. VIRO Mare. LVCRECIA Lucretiæ ſimilis caſtitate hæc Collatini vxor fuit. Mulier vt pulchritudine corporis. ita pudicitia: & animi magnitudine inſignis cenabat Aliquando apud Sextum Tarquinuim in caſtris Tarquinius Egerii filius

Tribápes

Lucretia

& vna Collatinus Lucretiæ vir: inter quos orto forte de eorum vxoribus ſermone: dum ſuam quiſq; laudaret: Collatinus nullam ſuæ præferri oportere affirmabat. Facile hoc iudicari poſſe: ſi inopinato ſeſe illarum oculis exibeant. Communi itaq; conſilio equos conſcendunt: & citato curſu aduolant Romam: quo qum primis tenebris perueniſſent: offendunt regias nurus in conuiuio: luxuq; cum æqualibus tempus terentes. Pergunt inde Collatiam oppidum Romæ propinquum: vbi Lucretia erat: hāc nocte ſera deditam lanæ inter lucubrantes Ancillas in medio ædium ſedentem inueniunt. Muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. A qua adueniente uiro Tarquiniis benigne ſuſceptis. Victor maritus regios iuuenes inuitat. Ibi Sextus Tarquinius libidine ſtuprandæ per uim Lucretiæ incēditur: ad qđ cum tum forma: tum ſpectata caſtitas magis: atq; magis ſtimulat: Ac tum quidem e nocturno ludo in caſtra rediere. Paucis uero interiectis diebus. Sextus Tarquinius inſcio Collatino uno tantum comitatus Collatiam uenit: ubi benigne ab ignaris conſilii ſuſceptus: qum poſt cœnam ductus in cubiculum hoſpitale fuiſſet: amore ardens: poſtq; ſopiti omnes uidebantur: ſtricto gladio iam dormientem Lucretiā adit: ſiniſtraq; manu mulieris pectore oppreſſo. Tace Lucretia inquit. Sextus Tarquinius ſum: ferrum in manu eſt: morieris: Si vocē emiſeris. Qum pauida e ſomno mulier mortem ſibi imminentem uideret Tarquinius fateri amorē orare miſcere precibus minas: uerſare in omnes partes muliebrē animum cœpit vbi obſtinatam: & ne metu quidem mortis inclinari poſſe animaduertit: addidit ad mortē dedecus: & iugulaturum ſe ſeruum: & mortuum apud eam mortuam poſiturum ait: vt in ſordido adulterio necata uideretur. Quo terrore qum tandem obſtinatam pudicitiam uiciſſet ferox inde quaſi expugnato muliebri decore reuerſus eſt: Lucretia mœſta miſſis nūtiis e Roma uirum: ex Ardea patrem aduocat: ut cum ſingulis amicis eo ſtatim ueniant. Sp. Lucretius: cum. P. Valerio: & Collatinus cum. L. Iunio Bruto ſtatim ueniunt. Aduentu ſuorū cōtinere lachrymas non potuit: qumq; eius rei cauſam quæreret Collatinus: & ſalue ne res eſſent interrogarent. Ecquid inquit ſalui eē mulieri poteſt ammiſſa pudicitia. Veſtigia viri alieni Collatine in lecto tuo ſunt: Sed corpus tantum violatum eſt: animus inſons: mors teſtis erit. Verum date dextras: fidemq; haud impune adultero fore. Tum rem ordine geſtam memorat. Illi dant fidem: conſolantur ægram: noxam a coacta in auctorem delicti auertūt: addunt mentem eſſe: quæ peccat non corpus: & unde conſilium abfuerit. Culpam abeſſe. Tū Lucretia quid illi inquit debeant vos videbitis. Ego me q̄uis peccato abſoluo: ſupplicio nō libero: nec vlla poſthac impudica Lucretiæ exemplo viuet: ſtatimq; cultrum: quem ſub veſte habebat: in corde defixit: prolapſaq; inuulnus moribunda cecidit. COMMITERE. Coniungere PRODIGIOSA. Contra naturam eſt mulierem cum muliere concūbere VENVS Libido: unde maſcula Venus dicitur libido in mares MENTITVR VIRVM Quoniam facit: facere autem viri proprium eſt: ſicut pati mulieris THEBANO AENIGMATE Quæſtione a Sphinge propoſita: quam ſoluit Oedipus de quo ſuperius diximꝰ. ADVLTERIVM: Quia concubitus cū aliena ſiue nō ſua vxore adulteriū eſt Baſſa autem cum aliena vxore concumbebat.

AD LAELIVM EPIG.CXX.

VM TVA NON AEDAS. Apertum diſtichon ad Lælium Martialis carmina carpentem: hortatur eum: vt vel ſua ædat: vel deſinat aliena reprehendere CARPIS. Reprehendis. Carpere proprie eſt auferre. Virgilius. Inſere Daphni piros: carpent tua poma nepotes: per metaphoram tamen ꝓ varietate rei patientis varia habet ſignificata. Nam carpere viam eſt ambulare. Papinius: Sed iam carpe viam

Carpere

Carpere linum eſt euellere. Plynius. Herbaſq; cum ſemine: & radicibus carpunt. Carpere uitales auras haurire. Virgilius. Vitales carpimus auras. Carpere lanam attenuare. Idem Nec nocturna quidem carpentes penſa puellæ Neſciuere hyemem. Carpere agrum: celeriter præterire. Idem & aari carpere prata fuga. Carpere hominem reprehendere quaſi dentibus lacerare. Martialis. Carpere vel noli noſtra: vel æde tua. Carpere cibum paſci. Virgilius Carpamꝰ dū mane nouū: dū gramina canēt. A carpo Caper & Capra deducunt cū eorum deriuatiuis: atq; compoſitis: de quibus ſuperius locuti ſumus. & Carptim aduerbium qđ ſignificat hinc: atq; hinc carpendo: nō ipſam ſeriē ſequendo & cōpoſita Decerpo: qđ eſt aliquid ex aliqua re detraho: vnde decermina dicuntur: que decerpunt purgādi gratia. Excerpo ſecernēdo extraho: vn̄ Excerpta dicimus: q̄ ex libris: quos legimꝰ: veluti floſculos quoſdā extrahimus: priuatimq; cōſcribimus. qdā excerptiões: & exceprti vnculas nomināt

Carpis
Carpathus

Diſcerpo: qđ ē diſtraho diſcindo. Varro. Duabuſq; admotis quadrigis alligatū corpus eqs in diuerſum iter cōcitatis diſcerpſere. Carpis Scythiæ fluuiꝰ eſt Carpathus inſula int Aegy

tum:& Rhodum:quæ nomen dedit mari Carpathio.Carpophorus proprium nomen:cu/
ius ſuperius mentionem fecimus:non a carpendo:ſed απὸ τοῦ φέρειν τον καρ/
πον: hoc eſt a ferendo fructu appellatus:qui dici latine ad verbum fructifer poteſt.

AD MAMVRIANVM EPIG.CXXI.

AEPE MIHI Q VERITVR. Lepidum Epigramma plurimum tamē
fellis habens in Mamurianum:qui ad extremam calamitatem redactus: laſciui/
Martialis re tamen cum puero Martialis Nō erubeſcebat. NON SICCIS. Lachry
mantibus. TANGI DIGITO. Mos laſciuientium eſt puerorum Clunes:
Ouidius anumque:& feminum pubem digitis contrectare. Ouidius. Inueniunt digiti quid agant
in partibus illis:In quibus occulte ſpicula figit amor. NEC SPONDA NVDI GRA
BATI. Nec lecti quidem fragmētum ſine culcitra.Sic inferius:Nulla tegit fractos nec ina
nis culcitra lectos. SPONDA. Latus Spondæ enim tabulæ ſunt:quæ vtrinque ſuſtinent Sponda
lectum. NVDI. Sine Culcitra. GRABATI. Lecti.Grabatum proprie vocamus exi
guum lectum:in quo meridiari ſolemus:dictū q̄ſi Carabatum:quod in eo Capite recumba/ Grabatus
mus καρον enim caput: βατον peruium græci appellant.Ab eo fit diminutiuum Gra
batulus. NEC CVRTVS CHIONES ANTIOPESQ VE CALIX. Et ne
fractus quidem:ac meretricius Calix.Chione:& Antiope meretricularū nomina ſunt:qua/
rum mos eſt immunda:ac fracta pocula menſæ apponere. CALIX. Vas potorium Ca/ Calix
lix eſt rotunda ſpetie:quod vocabulum a græcis mutuati ſumus:apud quos κύλιξ voca/
Cicero tur απο τοῦ κυλίω: quod eſt voluo:roto. Cicero.Quid hic Calix mulſi impingen/
Varro dus eſt:vt plorare ſe deſinat. Varro.Tamen a Calido vocatum Calicem putat:quod Cali/
da eo haurire ſolebant. CVRTVS. Fractus:non integer dictus:vt quidam putant:qua/
Ouidius ſi carens toto. Ouidius.Ara fit huc ignem curta fert ruſtica teſta. Iuuenalis. Qum curta:
Iuuenalis & ſciſſa feneſtris Vaſa cadunt. CEREA. Vncta:vt ſuperius diximus. LVMBIS. Ter Lumbi
go.Lumbi enim ſunt:qui ſpinæ adhærent:in quibus eſt pruritus libidinis. Spina ipſa oſſea
eſt tereti ſtructura per media foramina a cerebro medulla deſcendente:cui eandem:quā Ce
rebro:naturam eſſe exiſtimant:quoniam pretenui eius membrana inciſa ſtatim expiretur.
A lumbis Lumbago deducitur:quæ eſt vitium:& debilitas lumborum.Et Elumbis:ſiue E/ Lumbago
lumbus:qui lumbos debilitatos habet:ita vt ægre ingrediatur:ac ſe erigat. Et Delumbo ver
bum:quod ſignificat lumbos debilito.Quandoq; etiam lumbos extraho:vnde & Delum/
batum ſiue Elumbem aprum decimus:cui lumbi ſunt extracti. GALLICA PALLA. Nidor
Veſtis genus:de quo ſupius diximus. NIDORE. Odore. Nidor ꝓprie dicit̃ odor cu/
iuſcunq; rei aduſtæ:a nitore ignis. Vnde & Nidere:& Renidere:aliquādo odorem aliquā/
Iuuenalis do fulgorem reddere ſignificant. Iuuenalis.Captum te nidore ſuæ putat eſſe Culinæ.Plau
Plautus tus.Tota renidet domus.Quidam Nidum hinc deductum volunt:qđ fœdi:& mali odo/ Nidus
ris ſint auium cubilia.Nidi pennatorum cubilia dicunt:q̄uis interdū nidus: & ꝓ ipſis aui/
Virgilius bus vſurpatur:quaſi continens pro contento. Virgilius.Ipſæq; volantes Ore ferunt dulcē
nidis immitibus eſcam.Hinc fit Nidifico verbum a quo Nidificatio. Item Nidulor idem
Varro quod nidifico. Varro.Quibus temporibus Halcyones in mari nidulantur. Nidus etiam
vaſis genus eſt a Nidorum ſimilitudine ita appellatus. Idem.Nymphaq; e lacuna fontiū
allata nidos implent.Item Nidos dicimus:in quibus merces in tabernis ſeperatim:ac diſtin
Martialis ctæ tenentur. Martialis.De primo dabit:altero ve nido Raſum pumice:purpuraq; culteū.
PRONVS.Incuruatus:de quo ſuperius diximus. FODIAM CVLVM DIGITO Digitus
Vt tu puero meo facis.Digitus:vt nonnulli putant a digerendo deducitur:quod natura mi
ro:ac decentiſſimo ordine digitos digeſſerit:hoc eſt diſpoſuerit:vno a cæteris ita ſeperato:
vt & cum ipſa manu oriatur:& in diuerſum ipſius manus findatur:qui ſe veluti obuium cæ
teris præbens:omnem tenendi faciendiq; rationem vel ſolus:vel præcipuæ poſſidet tanq̄ re
ctor omnium:atq; moderator:Cæteris deinde ſequentibus digitis quibuſdam longioribus:
quibuſdam breuioribus:item aliis craſſioribus:aliis tenuioribus: de quibus ſuperius locuti
Ariſtoteles ſumus.Prælongos digitos ſcribit Ariſtotiles vitæ breuioris argumētū eſſe quēmadmodū
dētes raros:plūbeum colorē pluresq; in manu inciſuras nec ꝑpetuas.Cōtra vero lōgæ eſſe vi
tæ in curuos humeris:& in manu vna dua inciſuras lōgas habētes:& plures q̄ triginta duos
dētes habētes:amplis auribus. Mirū certe friuola hæc tantū autorem perſecutum eſſe. At
Trogus & ipſe autor ſeueriſſimus morum quoq; argumenta addidit.Magnam frontem ſe
gnem animum ſignificare: paruam mobilem:rotundam iracundum: porrecta in rectum
ſupercilia mollem:iuxta naſum flexa auſterum:iuxta tempora inflexa deriſorem:in totum

demiſſa maleuolum:atq; inuidum.Longos oculos maleficum. Carnoſos a naribus angu/
los malitioſum:Parte candidi extenta impudentem. Auricularum deniq; magnitudinem
loquacitatis:& ſtultitiæ notam eſſe.A digitus fit Indigito verbum:& Digitellus:herba: de
quibus ſuperius locuti ſumus. OLIM. Iam longo tempore ꝑterito. Olim enim aliquan/
do tempus preteritum ſignificat. Virgilius.Temidis quod fluctibus olim Tunditur.Aliqñ Virgilius
futurum. Idem.Progenié ſed enim troiano a ſanguine duci Audierat Tirios olim quæ ver
teret arces. OCVLVM QVI SVPERAT. Luſcus enim erat:hoc eſt altero lumine
orbus. ZELOTYPVM. Sollicitum de pueri amore:ne a quoquam tangatur. Zeloty/
Zelotypus pus æmulator formæ interpretari poteſt. Nam ζῆλοσ æmulatio eſt: τύποσ forma
qui igitur ita amat vt ſolicitus ſit:ne quis amore ſuo perfruatur.Zelotypus eſt:& Zelotypia
diffinitur a Chryſippo ægritudo animi ex eo proueniens:quod timeas ne aſſit alteri:quod
cum nemine velis habere commune. MALIGNVM. Inuidum: de quo ſuperius dixi/
mus. SATVR. Quando non deerit tibi:quod edas. Nam ſine Cerere: & Libero fri/
get Venus.

DE AQVINO ET FABRITIO EPIG.CXXII.

ABRITIO IVNCTVS. Epitaphium Aquini:& Fabritii:qui & ſi ambo
primi pilares eſſent tanta tamen inter ſe:quod raro:dignitate paribus accidit:b
niuolentia coniuncti fuere: vt vterq; præmori voluiſſet:ne ſuperſtitem flenté vi/
Elyſium deret. FABRITIO. Prius mortuo. QVI. Fabritius. ELYSIAS DO
MOS. Habitacula Elyſii campi.Elyſium campum veteres putauerunt eſſe in medio infe/
rorum:in quo piorum animæ quieſcerent poſt diſſolutionem earum a corpore: Virgilius. Virgilius
Solemq; ſuum ſua ſydera norunt Philoſophi Elyſum eſſe dixerunt in inſulis fortunatis.
Horatius.Nos manet Oceanus circũuagus arua beata Petamus arua diuites:& inſulas Red
dit vbi Cererem tellus inarata quotannis. Et imputata floret vſq; vinea:has Saluſtius.Scri Saluſtius
pſit carminibus Homeri inclitas eſſe.Fuerunt etiam:qui Elyſcum ſcriberent eſſe circa luna
rem circulum:vbi purior eſt aer. Virgilius.Aeris in campis. Græci ἠλύσιον πεδίον: Virgilius
vocant ἀπὸ τῆσ ἠλύσεωσ: hoc eſt a profectione:quod qui ſancte:& iuſte vixerunt: ad
eos proficiſcantur. ARA DVPLEX. Vtriq; ſua ara poſita erat:& inutraq; nomẽ de/
functi:cum titulo primipilatus inſcriptum. MVNERA. Officium. FEDERE. Cõ
iunctiõe officii:hoc eſt primipilatus.Fœdus enim licet proprie pactionem illam ſignificet:
quæ fit inter hoſtes:dum a bello diſceditur:abuſiue tamen pro quacunq; coniunctione acci/
pitur:vnde fœdus amoris:fœdus beniuolentiæ:fœdus amicitiæ:fœdus officii dicimus. SA
CRO. Epitheton fœderis ſacrum eſt:quia porca infaciendo fœdere ſacrabatur: & ſacra
verba addebantur vt ſuperius diximus. IVNCTVS VTERQVE SACRO. Sen/
ſus eſt.Vterq; primipilaris fuit:& tamen vterq; ſi inuicem amicus: quod fama raro nouit:
quia inter eos:qui dignitate ſunt pares:ſolet eſſe inuidia.

IN AEGLEN EPIG.CXXIII.

ANTASTI MALE. Ridiculum Diſtichon in Aeglen fellatricem cuius ſupe
rius mentionem fecit.Sic dentata ſibi videtur Aegle. Iniuuentute inquit quoni/
am nimio coitu rauca eras:male cantaſti.Nunc vero quando ætate confecta nõ
habes cum quo coeas:ideoq; rauceſcere deſiuiſti: bene quidem cantas: ſed fœtet
tibi anima ex frequenti fellatione.

IN HELIVM EPIG.CXXIIII.

VOD CLAMAS SEMPER .Lepidũ Diſtichon in Helium:qui qum eſſet
Cauſidicus:Clamore:& ſtrepitu complere forum ſolebat:propter quod aduer/
ſarii ſæpe pecunia cum clam ſubornabant:vt taceret Notat præuaricatores: hoc
eſt eos:qui cum aduerſariis colludũt: Quod feciſſe aliquando Demoſthenem
ſuperius diximus:quando pecunia a Mileſiorum legatis corruptus multa lana circa collum
inuoluta in forum proceſſit: & ſe loqui non poſſe affirmauit:quoniam Synanchen hoc
eſt anginam pateretur:propter quod reſponſum ei a quodam per contumeliam fuit:nõ Sy
nanchen:quam patiebatur:ſed Argyranchen:hoc eſt non morbum gutturis: ſed anginam
Strepitus argentariam eſſe. OBSTREPIS. Strepitum facis:eſt autem proprie ſtrepitus ſonus am
bulantiũ pedũ manuũq; aliqd ꝑtractátiũ.Sed abuſiue ponit̃ ꝑ omni ſono:q fit ex corporũ
tractu:& q̃rũcũq; rerũ colliſiõe:& ẽ facticiũ vocabulũ:quẽadmodũ fremitus:ſtridor: & ſi/
milia.Aliqñ tñ ſtrepitus accipit̃ pro faſtu:& põpa diuitiarũ:qđ ſit q̃ſi ſtrepitus comitátiũ.
Quintilia.Hic qum me euocaſſet:trepidũ toto fortunæ ſtrepitu circũſtetiſſet.Ab hoc fit ſtre Quintilia.

po verbū: & ab eo frequētatiuū Strepito. Itē compoſita interſtrepo: Inſtrepo: Conſtrepo: Obſtrepo: Subſtrepo omnia fere eiuſdem ſignificationis. GRATIS. Sine mercede. Inſtrepo Conſtrepo

AD SCAZONEM SVVM EPIG.CXXV.

I NON EST MOLESTVM. Rurſu in Cinædum inuehitur: qui habitu corporis: & auſteritate quadam verborum volebat Socraticus videri. Alloquitur autem carmen ſuum: quod eſt trimetrum Iambicum: Id quotiens penultimā ſyllabam breuem habet: rectum eſt: & integrum Iambicum Vt Vos iſtec intro auferte abite: Soſia. Quando vero penultima eſt producta: Delumbe eſt: & Claudum: & huiuſmodi verſus vocant Scazones: ſiue Choliambos. Scazonas ἀπὸ τοῦ σκάζειν: quod claudicare eſt. Priſcianus. Hunc timetrum veteres Graii cognomine dicunt. Quod pedibus iunctis hunc ſcandere ſæpe ſolebant. Ponitur aut Scazon: Spondæum finis habebit. Scazones ſunt illi apud Perſium. Nec fonte labra prolui Caballino: Nec imbicipiti ſomniaſſe parnaſo Memini: ve repente ſic poeta prodirem. Et iſti. Si non eſt moleſtum: teq; non piget Scazon. Choliambos vero nominant quaſi claudos Iambos: nam græci χωλὸν Claudum dicunt. MATERNO. Maternus vir doctiſſimus fuit. Martialis. Tēpore. Cuius & Plynius. Iunior: & Cornelius tacitus ſæpe faciunt mentionem. TRISTIVM. Viliū horridarum: quales decent homines auſteros: & triſtes. BETICATVS. Pullo colore natiuo indutus: qui & beticus: & impluuiatus dicitur: vt ſupius oſtendimus. LEVCOPEATVS. Albo natiuo veſtitus: de quo ſimilter diſſeruimus. COCCINATOS. Eos: qui Coccineas hn̄t veſtes. AMET HYSTINAS. Violaceas: vt ſupra. MVLIERVM. Muliebres: molles: nō viriles. NATIVA. Natiui coloris: qualis eſt beticus: & leucophus FVSCOS. Atros horridos: quos ſuperius dixit triſtes: fuſcus proprie ſignificat nigrum: a quo fit Offuſco verbum: quod eſt obumbro: obſcuro: denigro: a quo Offuſcator: Offuſcatrix: & Offuſcatio. GALBINOS. Molles: laſciuos: effeminatos: de quo ſuperius diximus. VIRVM MOLLEM. Cinœdum. SVSVM. Surſum vtroq; eni modo dicimus: ſignificant in ſuperiorem partem. SVSPECTAT. Deorſum ſpectat quemadmodū ſuperius diximus. DEVORANTIBVS. Tota acie in mentulas intentis: & iam animo felitantibus: Ideo ſubiunxit. NEC OCIOSIS LABRIS. Quia iam mouebat labra Quaſi in felando eſſet.

Plynius

AD NEVOLVM EPIG.CXXVI.

VM CLAMANT OMNES. Facete deridet Neuolum ineptum Cauſidicum: qui nunq̄ niſi cæteris clamantibus loquebatur: ne quis eum audiret: & tamen videretur aliquid agere. NEMO NON. Conſtat enim negationem quādo alicui ſigno præponitur Sic enim Dialectici vocant vniuerſales: ac particulares voces: reddere ſenſum contradictori. Si vero poſt ponatur: ſenſum contrarii: vnde non omnis idem eſt: quod aliquis non. Sed omnis non idem eſt: quod nullus. Et econtrario nō nullus ſignificat aliquem: Nullus non ſignificat omnem: Eodem modo. Non aliquis nullus eſt: Aliquis non ſimplicem ſuam habet ſignificationē.

Martialis

AD FLACCVM EPIG.CXXVII

ITIGAT ET PODAGRA. Lepidus iocus in diodori auaritiam: qui nihil patrono ſuo porrigebat. Hic podagra vexabatur. Martialis. Per Iocum Chiragram hanc eſſe dicit: quod nihil Patrono porrigat. Quid Podagra: qd Chiragra ſit: & quæ horum vocabulorum ratio: ſuperius diximus.

AD CALEMVM EPIG.CXXVIII.

ON PLENVM MODO. Lepidiſſimum Epigrammā in Caleni auaritiam hic qum pauper: munificus eſſet: ac liberalis: oēs ei diuitias optabant. Factus vero morte ꝓpinquorū diues: auariſſimus euaſit. Quapropter imꝓcatur ei. Martia. vt ex diuite ditiſſimus fiat: quo creſcēte in ſummū auaritia: tandē ob nimiā parſimoniā fame moriatur. NON PLENVM. Nō plene hoc eſt nō perfecte nō integre. Plenū proprie dicimus: quod vacuo cōtrariū eſt: hoc eſt illud: in quo nihil eſt vacui ſi integrū: atq; ꝑfectum eſt: & a græco deducitur. Mam greci πλήρη plenum dicunt: & πληρῶ Im- Plenum

pleo:quod ab in præpoſitione:& ipſa voce componitur requiritq; ablatiuum ſine præpoſitione: vt impleui nauem frumento:interdum etiam ablatiuum cum præpoſitiõe de: vt Impleui nauem de omni genere frumenti:quo modo etiam Refertio vſurpat. Cicero. Quod ſi tantam vim rerum maximarum arte ſua rhetorici amplecterentur: quærebat cur de prohemiis:& Epilogis: & de huiuſmodi nugis:ſic enim appellat referti eſſent eorum libri:Hic nequaq; licuiſſet ſine præpoſitione loqui. Non enim libri illi referti ſunt prohœmiis:& epilogis: ſed præceptis prohœmiorum:& epilogorũ. Item ab eodem Oppleo eiuſdem ſignificationis. Expleo quod modo pro impleo capitur. Varro. Mœroreq;:& lachrymis domum expleuit. Modo pro ſatio. Virgilius. Improbus illuuiem:raniſq; loquacibus explet. Hoc tamen expleri & ſatiari differunt:quod expleri ſine faſtidio eſt:ſatiari vero cum faſtidio. Eſt etiam quando expleo pro minuo vſurpatur. Nam ex præpoſitio aliquando priuatiua eſt. Ennius. Nauibus explebant ſeſe:terriſq; replebant. Virgilius. Diſcedam:Explebo numerum:reddarq; tenebris. Veteres Explenunt pro explent ſcripſere. Suppleo:quod eſt in deficientis locum aliud pono:a quo ſupplementum. Curtius. Miſſo illuc militum ſupplemento:ad ſe vocat. Compleo impleo:perficio. Virgilius. Vtreũq; armato milite complet Item a plenus plene:& Plenum aduerbia:& comparatiua:ſuplatiuaq; eorum: & quod a quibuſdam vſurpatur plenitudo. VICIES. Suple Seſtertium. CENTIES. Seſtertium SEPTIMAS KALENDAS Septem menſes:quorum initia Kalendæ ſunt: de quibus ſuperius diximus. Q VATTVOR MORTES. Quattuor hæreditates:quas tuorum morte conſecutus es. CENTIES. Seſtertium. IN TANTAM ESVRATIONEM. In tantam parcitatem:atq; auaritiam. NIGRAE. Aeneæ:in qua non ſit admiſtum argentum. SELIBRA. Dimidia libra Aſſis minima pars Sextula erat:hoc eſt ſexta pars vnciæ. Semuncia media pars: vt ſelibra media libra:hæc nomina ideo monetis impoſita fuere: vt ſuperius diximus:quia populus Romanus ante Pirrhum regem deuictum non eſt vſus nummo ſignato:ſed tantum penſo acre. PLVMBEA. Non explumbo:nunquã enim ex eo metallo factæ ſunt monetæ:ſed plumbea nigra:liuida ad ſimilitudinem plumbi: de quo ſuperius diximus. MILIES. Seſtertium. HOC SI CONTIGERIT FAME PERIBIS. Si tantum creſcet auaritia a centum Seſtertiis ad mille:quantum creuit a viginti ad centum:neceſſe erit te fame perire.

Cicero · Expleo · Varro · Virgilius · Virgilius · Ennius · Virgilius

DE AFRA VETVLA EPIG. CXXVIIII.

AMMAS ATQ VE TATAS. Afram deridet:quod iam ætate cõfecta: puerilibus verbis quaſi tum primum fari inciperet: vteretur: matrem Mammam patrem Tatam appellans:putanſq; ſe hoc modo puellam ad huc cenſeri poſſe.

MAMMAS ATQ VE TATAS. Matres:& patres. Sic enim pueri: dum primum incipiunt fari:parentes appellant. Cato. Qum cibum:ac potionem buas:ac papas docent:& matrem Mammam:patrem Tatam. MAXIMA MAMMA. Ab auia nam patrum:& matrum appellatione:aui:Proaui:abaui. Item Auiæ:Proauiæ:Abauiæ cõtinentur. itaq; magnus pater auus eſt maior pater proauus;maximus pater abauus. Itẽ magna mater Auia:maior mater Proauia: maxima mater Abauia. Proprie autem Mamma papillam ſignificat:quæ & vber dicitur vnde Mammoſa:ſiue Mammeata mulier dicitur: quæ magna habet vbera. Plautus. Cuius amicam Mammeatam vidimus a mamma etiam fit Mamilla diminutiuum:quæ primam ſyllabam corripit. Iuuenalis. Illa loqui recta facie ſtrictiſq; mamillis:& Mamillare amiculi genus:quo vbera mulieres tegere conſueuerunt. Martialis. De mamillari. Taurino poteras pectus cõſtringere tergo. Nam pellis mammas non capit iſta tuas. Item mamilia nomen proprium mulieris. Mamiliorum familia a Mamilia Telogeni filia:qua Thuſculi procreati ferunt:eſt appellata. Mamilia turris intra Suburræ regionem a Mamilio nomen accepit.

Mamma · Cato · Plautus · Mamillare · Iuuenalis · Martialis · Mamilii

DE DEMETRIO EPIG. CXXX.

LLA MANVS Q VONDAM. Dulce Epitaphium Demetrii:qui ſeruus:ac notarius fuit. Martialis. Et pauloante mortẽ ab eo manumiſſus. MANVS FIDA STVDIORVM MEORVM. Quæ a me lucubrata fideliter conſcribebat:& ſine mẽdis. FOELIX DOMINO. Propter quã dñs erat fœlix: vel fœlix hoc ẽ vtilis:& cõmoda domino. NOTA CAESARIBVS. Qui Epigrãmata mea manu illius ſcripta ſæpe legerũt. VIRIDES ANNOS. Adoleſcentiæ annos

Martialis

tractum a plantis:& ſatis:quæ tum maxime virent: qum nondum deſiuerunt creſcere: hæc
enim ætas:vt Cato inquit:viuiſſima eſt. QVARTA TRIBVS LVSTRIS AD-
DITA MESSIS ERAT. Duodevigeſimum ætatis annnnm agebat: quod tempus
maxime floridum putatur. MESSIS. Annus Poetæ enim meſſem ariſtã: æſtatẽ:conſulẽ — Meſſis
frequentiſſime pro anno vſurpant:quoniam hæc ſemel ſingulis quibuſq; annis contingunt
Sic ſolem pro Die:lunam pro menſe accipiunt:quia ſol ſingulis diebus curſum ad motũ cæ-
li peragit:Luna ſingulis menſibus proprium.Eſt aũt ꝓprie meſſis decerptio fructuũ:& ali-
quãdo ipſa ſeges iã matura nec ſolum de frugibus dr̃:ſed etiam de vua vnde & metere quoq;
Virgilius — tam de ſegetibus:q̃ de vua dicimus. Virgilius.Poſtremo metito:ideſt:vindemiato.A me-
to fit Meſſor:& Meſſio pro ipſa meſſe:& compoſitũ Demeto idem:quod meto.Metor ve
ro quando quartæ coniugationis eſt:ſignificat menſuro:& a græco deducitur:quod eſt μέ
τρῶ:Vnde & metrum apud eos menſura vocatur:& qm̃ menſurant verſus:a noſtris dicũ
tur metra.Metreta vas eſt admenſurandum:quod & Sextarium dicit Metiri etiam aliquã- — Metreta
Virgilius — do pro tranſmeare accipitur. Virgilius.Inuicto bipedum curſu metitur equorum.Facitq; — Metiri
in ſupino menſum:a quo Menſores appellantur agrorum diffinitores:& Demenſum æſti-
matum:vel æquatum:ac menſuratum dicimus.Cicero.Quæ non inſidiis:ſed aperte:& pa-
lam laborat:vt verba verbis quaſi demenſa:& paria reſpondeant. Terẽtius.Quod ille vn
ciatim vix demenſo ſuo ſuum defraudans genium comparſit miſer.Hinc Menſuro verbũ
deriuatur eiuſdem ſignificationis:Et menſura:& ſecundum quoſdã medius q̃uis nos a græ
co potius dici medium putamus:quod græci μέσον dicunt eſt autem proprie medium: — Medium
quod menſuratum æqualiter diſtat ab extremis:q̃uis medium vocamus quicquid inter duo
extrema eſt:etiã ſi non æqualiter diſtet. Virgilius.Iam medium tenuere rates. Itẽ medium
cõmune.Vt in medium venit:in medium quærebant:in medio ſunt:e medio diſceſſerunt.
Item manifeſtum. Idem.Medioq; ex hoſte recepi.Aliquando intercedentem: incongruũ:
importunum.Idem.Ne quis ſcire dolos:medius ve occurre poſſit.Hic media vocabula ap
pellamus:quæ in bonam:& in malam partem accipi poſſunt. Meſſa a græcis dicuntur:vt
tempeſtas:valitudo:facinus:dolus:gratia:induſtria:periculum:venenum: cõtagiũ: & apud
veteres honor:nam etiam malus honor dicebatur:& ſignificabat Iniuriã.A medius fit Di- — Dimidium
midius eiuſdem ſignificationis quaſi per medium diuiſus.Et Dimidio per verbum per me-
dium diuido.Et Medietas:ac Dimidietas hoc eſt media pars. Et Dimidiatum quaſi Diſme — Dimidiatum
diatum:hoc eſt in duas partes diuiſum.Nam dimidiatũ dici recte niſi quod diuiſum eſt:non
poteſt:Itaq; a dimidio differt.Nam dimidium eſt:non quod ipſum dimidiatum:ſed quod
ex dimidiato pars altera eſt:& ita qum partem dimidiam libri legiſſe volumus dicere:aut
partem dimidiam fabulæ audiſſe:dimidiatum librum:aut dimidiatam fabulam dicemus.
Totum enim ipſum:quod dimidiatum:atq; diuiſum eſt:dimidium dicimus:ita & dimidia
tam horam:vel dimidiam partem horæ.Contra autem dimidium auri:dimidium obſonii:
& qui ex mille denariis qui ei debebantur:quingentos recepit: dimidium ſe recepiſſe dicet:
non dimidiatum.Et ſi cui argenteus Scyphus cum alio:communis in partes duas diuiſus ſit
dimidiatum dicemus non dimidium Scyphum.Argenti autem:quod in Scypho ineſt dimi
dium dicemus.Et Mediaſtimus Balneorum ædiumq; miniſter:& curator. Lucillius.Villi — Mediaſtimus
cum Ariſtocratem:mediaſtimum:atq; bubulcum.Cato.Ille imperator:tu illi:ac cæteris Me
diaſtinus:& medioximus medius proximus:a quo Medioxime aduerbium.Et Mediterra — Mediaximus
neus a mari remotus:quaſi in media terra.Et Medeſcuticus magiſtratus:qui obiri in Cam- — Medeſcuticus
pania ſummus habebatur.Et Mediocris:medium tenens:Modeſtus a quo Mediocriter ad
uerbium:Modeſtæ.Et Mediocritas:medium:Modeſtia:moderatio. Cicero.Eadem ratio
eſt habenda veſtibus.Sic impleriſq; rebus mediocritas optima eſt.Lucillius.Paulo hoc me
lius q̃ mediocre:hoc minus multum q̃ quod peſſimum. Terentius. Et tamen hæc omnia
mediocriter.Et Medulla quod in oſſibus media ſit:a quo fit aduerbium: Medullitus:quod — Medulla
ſignificat ex intimo:vel intime. Plautus.Oſtendit ſe iam mihi medullitus infidelem nunq̃
dum viuam fore. Varro.Medullitus aquiloniam itus ſeruat frigedinem. Et Emedullo ver
bum:quod proprie eſt medullam extraho. Plynius.De Limonio.Item graueolentiam ala
rum emendat radicis emedullatæ vncia in vini falerni ennius tribus decocta.Aliquando ta
men per tranſlationem capitur pro declaro. Plautus.Narra iam rem nobis omnem: atq;
emedulla.Et medeor:quia mediis quibuſdam hoc eſt temperatis rebus hoc fieri oportet: a — Medeor
quo Medicor:Medicus:Medicina:Medicamentum: Medicamen:Medela notæ ſignifica
tionis.Itẽ Medicabilis cui adhiberi medicina põt. Ouidius.Hei mihi qđ nullis amor ẽ me
dicabilis herbis:& Remediũ medicamentũ:cura medicina:& Protomedicus:q. princeps ẽ
medicoꝝ:& græca voce:ſed apud nr̃os quoq; vſitata Architatrus dr̃ medicamentũ tñ aliqñ — Medicamentum
pro veneno accipit:ſicut venenũ ꝓ medicamẽto:qm̃ græci vtrũq; Pharmacõ vocant:a quo

pharmacopolæ:qui medicinas conficiunt:ac vendunt.Caius Iuriſconſultus Qui venenum
dicit:adiicere debet bonum vel malum.Nam & mendicamenta venena ſunt:quia eo nomi
ne omne continetur:quod adhibitum naturam eius: Cui adhibitum eſt mutat:cum id qđ
nos venenum appellamus: græci Pharmacum dicunt:& apud illos quoq; tam medicamen
ta:q̃ quæ nocent:hoc nomine continentur:Et meditor ſecundum quoſdã quaſi medio ani/
Meditari mo verſo.Meditari enim proprie eſt cogitare. Plautus.Prius ipſe mecum volo hic medita Plautus
ri. Terentius.Venit meditandus alicunde.Aliquando tamen meditari pro exercere acci/ Terentius
pitur. Virgilius. Nec iam furtiuum Dido meditatur amorem. Idem. Siluestrem tenui Virgilius.
muſam meditaris auena. Vnde Meditatio fit:quæ modo cogitationem:modo exercitatio/ Idem
nem ſignificat.Nos meditor a græco potius deductum exiſtimamus.L.littera in.d.cõuerſa
etenim græci μελετῶ meditor dicunt:& μελετην meditationem exercitationem
declamationem. A meditor etiam Meditabundus deducitur:hoc eſt cogitabundus:& me/
Meditullum ditabunde aduerbium cogitabunde:& Meditullum locus meditationis:& exercitii: & Me
ditatiuum cogitatiuum:a quo Meditatiua verba a grammaticis appellantur: quod ſenſum
quendam meditandi videntur habere.Medica herba non a medendo: ſed a Medis nomen
habet:quod a Medis in græciam tranſlata fuit:quo tempore eam prouinciam inuaſerunt.
Plena hac eſt Venetiæ regio:trium foliorum:& ſemper virens cuius natura eſt: vt vbi ſemel
ſeratur pluribus poſtea annis ſponte proueniat. Virgilius. Qum te quoq; medica putres Virgilius
Accipiunt ſulci.Medi autem a media prouincia appellati ſunt:quæ in Aſia eſt contermina
Aſſiriæ:Perſiæ:& Mari hyrcano a Medo Medeæ filio ita nominata.Item a metior Meta
deducitur:quod proprie terminum ſignificat:quo agrorum menſores vtebantur.Hinc per/
Meta ueniſſe ad metam dicimus:qui iter:aut aliquid aliud opus perfecerunt Accipitur tamen Me
Catillus ta etiam pro inferiore parte molæ:vt ſuperius diximus:ſicut Catillus pro ſuperiore.Et Py/
ramidem quoq; ſignificat:quod agrorũ terminos Pyramidali forma effigiari mos fuerit.
A meta fit verbum Metor primæ coniugationis.Eſt autem ꝓprie metari metas in agris ter/
minandi gratia diſponere:hinc vſus inualuit:vt ſimpliciter pro diſponere:ac parare vſurpe
tur. Virgilius.Si pinguis agros metabere campi.Denſa ſere. Cecilius.Omnes ſimul ad ter Virgilius
Commetaculum ram cum Claſſe accedunt:nauibus:atq; Scaphis egrediuntur locorum diſpoſitores.Et Cõ Cecilius
metaculum virga ſiue baculus:quo agros metiuntur Abuſiue tamen Commetacula dicunt
etiam virgæ:quas homines portare ſoliti ſunt ad ſacrificia per gẽtes:vt a ſe homines ammo/
ueant.Meta vero cum in fine acuitur: græca præpoſitio eſt: quæ aliquando cum: aliquando
Metapontus trans ſignificat:a quo Metapontum quaſi tranſpontum dictum Italiæ oppidũ in ſinu Ta/
Metaplaſmus rentino:Et Metaplaſmus:quod dici ad uerbum tranſformatio poteſt: eſt autem tranſlatio
quedam recti:ſolitiq; ſermonis in alteram ſpetiem: vel metri: vel ornatus: vel neceſſitatis gra
Metatheſis tia.Et Metatheſis hoc eſt tranſpoſitio:& metamorphoſis tranſfiguratio:& metalepſis figũ
gura:quam modo tranſumptiuam:modo tranſpoſitiuam:modo Tranſlatiuam vocamus.
Metaphora Virgilius.Poſt aliquot mea regna videns mirabor ariſtas:hoc eſt ſegetes. Et Metaphora:
quæ a Cicerone tranſlatio dicitur: fitq; qum nomen:aut verbum ex proprio loco in eũ trãſ
fertur:in quo aut proprium deeſt:aut tranſlatum proprio melius eſt vt Claſſiq; immittit ha
benas:Et ferrumq; armare veneno:& in hoc vltimo Metaphora hoc eſt tranſlatio duplex
eſt.Nam & venenum armare:& ferrum armare tranſlatio eſt. TRIBVS LVSTRIS.
Cauere Tribus quinquenniis. CAVIMVS. Vitauimus:Cauere enim vitare eſt:& aliquando cũ
negatione:& aliquando ſine negatione ponitur eadem manente ſignificatione. Vt Caue
cuiq; hoc dicas.Et Caue ne cuiq; hoc dicas. Interdum etiam cauere ponitur pro eo: quod
eſt animaduertere & diligenter attendere. Plautus.Caue nemo id intelligat. Hinc cautus Plautus
dicitur prudens:& qui ſibi ſcit cauere Sæpe tamen & pro eo:cui cauetur:accipitur.Et p ſin/
copen dicitur Catus:a quo Catones vocitati.Item Cautio:& Cautela.Veteres tamen Ca/
uitionem dicebant:quam nunc dicimus Cautionem:& Cauſa:de qua cum eius deriuatis ſu
perius diximus.Et Caute aduerbium:hoc eſt prudenter:callide:& Cõparatiua:ac ſuperlati
ua eorũ Cautior:Cautiſſimus:Cautius:Cautiſſime:& Cauillor verbum:de quo ſuperius lo
cuti ſumus:quod id ſine aſtu:ac calliditate fieri nõ poſſit:a quo Cauillator:Cauillatrix:Ca/
uillatio:& Præcaueo compoſitum:quod eſt ante Caueo. FAMVLVS. Seruus de quo
paulo ſuperius diximus. SCELERATA LVES. Grauis:& peſtilens morbus. IM/
PLICITVM. Infeſtum morbo. IVS DOMINI. Imperium:quod in eum habebã
REMISIMVS. Condonauimus. PATRONVM. hoc:vt ſuperius diximus: eſt re/
latiuum liberti.

AD LYCORIVM EPIG.CXXXI.

VI PINXIT VENEREM. Facetum diſtichon de tabella Lycorii:in qua venus picta erat deformi facie. BLANDITVS EST MINERVAE. Quoniam ſcilicet hanc pinxit deformem. Nam Minerua alias ægre tulerat Venerem Iudicio Paridis ſibi inpulchritudine fuiſſe prælatã. Nota eſt fabula; Orta olim inter Iunonem:Mineruam:& Venerem de pomo aureo:quod inter illas diſcordia iactauerat:contentione:quoniam in eo ſcriptum erat:Pulchriori detur. Iudicium a Ioue paridi delegatum fuiſſe: Cui qum pallas ſi pro ſe iudicaret:rerum omnium ſcientiam:Iuno ingentes diuitias:ac regna Venus vero pulcherrimam mulierem promiſit:Paridem tandem ſententiam pro Venere tuliſſe:quod duæ reliquæ deæ graui:& iniquo animo tulerunt Virgilius. Virgilius
Manet alta mente repoſtum Iudicium Paridis Spretæq; iniuria formæ.

AD SCEVOLAM EPIG.CXXXII.

I DEDERINT SVPERI. Scæuolæ auaritiam carpit:qui qum pauperta te vexaretur:iactare vulgo ſolebat ſe ſi quando diues foret:ſplendidiſſime lautiſſimeq; victurum. Poſtea vero diues factus omnium auariſſimus fuit. NONDVM IVSTVS EQ VES. Quia nondum poterat eſſe verus eques. Statutum quippe erat:ne quis pro equite haberet̃:cuius cenſus non aſcenderet ad quadraginta ſeſtertia. DECIES CENTVM MILLIA. Seſtertium ſcilicet. Veteres:vt ſuperius diximus:non numerabant vltra centum millia. Itaq; hic numerus & hodie multiplicatur. Dicimus enim bis centena millia:decies centena millia:ac etiam ſæpius: A centum fit Ducenti: Trecenti:Quadringenti:Quingenti:Sexcenti:Septingenti:Octingenti:Noningenti. Item Centies:Ducenties:Trecenties: Quadringenties:Quingenties:Sexcenties:Septingenties: Octingenties:Noningenties. Item Centeſimus: Ducenteſimus:Trecenteſimus:Quadringenteſimus: Quingenteſimus: Sexcenteſimus:Septingenteſimus:Octingēteſimus: Noningenteſimus. Item Centenus:Ducentenus:Trecentenus:Quadringentenus:Quingentenus: Sexcentenus: Septingentenus:Octingentenus:Noningentenus. Item. Centuplus:Decentuplus:Tricentuplus:Quadringētuplus:Quingētuplus:Sexcētuplus:Septingētuplus: Octingētuplus:Noningētuplus. Præterea Centimanus:qui centum manus habet. Cētipes:qui cētum pedes Centipeda Vermis:qui & Scolopendra:& Multipeda dicitur:& Centurio:de quo ſupius locuti ſumus:qui & Cēturionus dictus eſt:ſicut Decurio Decurionus: & ab eo Succenturio verbum:a quo Succenturiatus:& Succenturia:& Centuria:quæ ſub vno Cen Succēturio
turione erat:quarũ Centenarius iuſtus erat numerus. Item Centuria in agris ducēta iugera: Centuria
quia Romulus cētenis Ciuibus ducēta iugera tribuit. Et Cēturiatus ager in ducenta iugera Cēturiatus ager
definitus & Cēturiata comitia qa populus Romanus p cētenas turmas diuiſus erat:& Cētumuiri magiſtratus:q ad iudicandũ preerãt:a quibus Cētum uiralia iudicia appellata. Nã Cētenariæ cœnæ
qum eſſent Romæ. xxxv. tribus:quæ & curiæ vocitatæ ſunt:terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicandũ:& licet quinq; amplius q̃ cētum fuerũt tñ quo facilius nominaret̃:Cētũuiri ſunt nominati:& Cētenariæ cœnæ:in qbus lege licinia non plus centuſſibus: hoc eſt centũ aſſibus impendebat̃:qui erant nũmi breues ex aere:& Cētones a villorum multitudine:quoniã finitus numerus pro infinito ponit̃. Sunt enim Stragula groſſiora villis paſſim pendētibus:quibus & lecti villiſſimarum perſonarum ſternunt̃:& tabernacula omniſq; caſtrenſis ſuppellex pluuioſo tempore velant̃. Macrobius. Tremellius vero Scropha cognominatus eſt euentu tali. Erat enim cum omni familia:ac liberis in villa. Serui eius qum de vicino Scropha erraret:ſubreptam cõficiunt. Vicinus aduocatis cuſtodibus:omnia circumuenit ne qua efferri poſſit. Iſq; ad dominum appellat reſtitui ſibi pecudem. Tremellius:qui ex villico rem comperiſſet:Scrophæ cadauer ſub cētonibus collocat ſuper quos vxor cubabat quæſtionem vicino pmittit. Qum vētũ eſt ad cubiculum verba iurationis concipit nullam eſſe in ſua villa ſcropham niſi iſtam inquit:quæ in centonibus iacet lectũ monſtrat. Et facetiſſima iuratio Tremellio ſcrophæ cognomentum dedit. Item Cētones agrãmaticis noſtræ ætatis dicunt̃:qui ex operibus Homeri apud græcos:apud noſtros Virgilii carmina hinc inde delecta ſumpſere:& nouum aliquod opus compoſuerunt:& Centumcapita herba:de qua ſupius diximus. LARGE. Profuſe:liberaliter. Largiri enim profuſe donare a quo largitio expenſa:quæ fit ad aucupandum fauorem in petitione magiſtratuum:& Largitas profuſio. Turpilius. O dic mihi an oblita es eius crebras manſiones ad amicam:& ſũpti largitatem:& lārge aduerbium:a quo fit diminutium Largiuſcule. Item Largior Largiſſimus: Largior Centones
Largius Largiſſime. CALCEVS. Indumentum pedis:quod fit ex pellibus animalium A Calce autem calceus deducitur. Calx poſtrema pars pedis eſt:qui & pes imus appellatur Calx
Virgilius Virgilius. Ecce volat:calcemq; terit iam calce Diores. Vnde etiam pro Extremo: & fine ſæpenumero vſurpatur: vt cum dicimus a vertice ad Calcem:hoc eſt a principio ad finem: quod perinde eſt:ac ſi diceretur a capite ad Pedes:ab hoc fit Calcaneum poſterior pars imi

Calciatus pedis globoſa:& Calcio:a quo Calciamentum:& Calciamen:& Calciatus quartæ declina tionis pro calciamento. Plynius.Itaq; longo itinere ſine calciatu atteruntur pedes:& Calcar Martialis
Calcar equorum ac iumentorum ſtimulus:quod ad Calcem alligetur. Et Calcitro verbum:
Calcitro quod eſt pede percutio:a quo Recalcitro:& Calcitratus:& Calcitratio:& Calcitro Calcitronis:qui calcibus infeſtat. Gellius.Equus mordax:& calcitro.Plautus.Clamat procul ſi quem videt ire ad ſe Calcitroné.Et Calco verbum:quod proprie eſt pede comprimo.Ponitur tamen pro comprimo ſimpliciter:a quo Calculus breuis:ac politus lapillus terræ admiſtus ita dictus quod ob paruitaté ſine moleſtia calcetur.Ouidius.Per quas numerabilis alte
Calculus Calculus omnis erat.Vnde & pro ſcrupo ponitur.Martialis.Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit:& pro minima parte ponderis:quæ continet dua grana.Ab hoc fit Calculator:hoc eſt computator:a quo Calculatrix:& computatrix:& Calculatio computatio: qđ calculos manu tenentes numeros componamus.Item a calco Inculco:quod eſt infarcio,: inſpiſſo: a quo inculcator:inculcatrix:inculcatio:& Conculcor:a quo cóculcatio:& cul
Culcitula citra:qđ tomentum:ſiue pluma ſiue aliud quid ſimile in ea calcetur:Culcitula uero faſciculus
Calx quidam ligneus in ſacris dicebatur:& Calx feminini generis qua veluti glutino ungũtur cementa:quod in ædificiis calcetur:a quo Calcata ædificia dicunt Calce polita.Et fornax calcaria:in qua calx decoquitur. SARCTA. Reſarcta redintegrata CVTE Pelle:ex qua
Menſa fiunt calcei EXPLICAT ET COENAS VNICA MENSA DVAS .Quia pars eorum quæ appoſita ſunt:ſeruantur in alteram cœná:menſa a mandendo dicta eſt:ſiue qđ manditur:nam modo diſcum ſignificat. Virgilius.Poſtq̃ exempta fames epulis:menſæq; remotæ:modo ipſa cibaria.Vnde ſecundæ menſæ dicuntur cibi.qui ſecundo loco apponũtur.Idem.Non,ego te diis:& menſis accepta ſecundis Tranſierim Rhodia.Aliquando etiã capitur pro quadra:ſiue orbe de quibus ſuperius diximus.Idem:Heus etiam menſas conſumimus inquit Iulus.Item menſa per tranſlationem etiam pro aliis diſcis accipitur:nam nũmulariorum diſci menſæ uocantur:a quo Nummularii appellantur menſarii.Dicitur etiam abacus vocabulo a græcis ſumpto:apud quos ἄβαξ nuncupatur FEX CRASSA VE
Veii IENTANI RVBELLI Veii vrbs fuit inſignis:maxime bellorum frequentia cum romanis:quam tandem cepit Camilus:& ad quam tranſferre ſe aliquando Romani cogitauerũt.Vnde Neronem domum illam ampliſſimam Romæ ædificante æditi in eius cótumeliam fuerunt illi uerſus Roma domus fiet:Veios migrare Quirites:Si nó & Veios occupat iſta domus.A Veis Veientes:& Veientanus deducuntur.Hinc Veientana uina appellata:quæ peſſima erant:& dilutum ruborem:ac fecis plurimum habebát.Perſius.Veientanũque rubellum exhalet Vapida læſum pice ſeſſilis obba.Horatius.Qui Veientanũ feſtis potare diebus. ASSE.Vili moneta ex aere.ſi quidem decem:& aliquãdo ſexdecim aſſibus denarius permutabatur. VENVS Coitus meretricis. INFICIATOR. Qui debitum negas:de quo ſuperius diximus. IN IVS. In forum:ubi ius dicitur. VIVE. Indulge uitæ hoc eſt enim uiuere apud Martialé.Sic alibi frange toros:pete uina:roſas cape:tingere Nardo:Ipſe iubet mortis te meminiſſe deus.Virgilius Pone mero:& talos:pereat qui craſtina curat:Mors aurem uellens:uiuite ait uenio: DECIES. Centum milia ſcilicet quia nó obſeruas:quod diis promiſiſti.

DE VENATIONE LEONVM ET LEPORVM EPIG.CXXXIII

ICTO QVOD IVGA DELICATA BOLLO Rurſus Leporum ac Leonum luſus admiratur anteponens Hoc ſpectaculum Cæteris venatibus & Clæmentiæ:ac manſuetudini Cæſaris Hoc tribuens:quam feræ quoq; conentur imitari. INDVLGENT: Concedunt:præſtant: exhibent de quo ſuperius diximus CALYDON: Vrbs Aetoliæ:de qua ſupra dictum eſt: Vbi Mele
Eſſedum ager Aprum interfecit. ESSEDA. Vehicula.Eſſedum Vehiculi genus eſt:quo Galli utebantur apud Belgas Galliæ ciuitatem repertum:quemadmodum etiam petoritum:qđ Gallicum vocabulum eſt:vt Varro ſcribit:quamuis ſunt:qui ex Græco uocabulo:ac latino compoſitum uelint:Dictumq; a uoluendis rotis vt Gellius teſtatur NIGRA BELVA Elephantus. MOLLES CHOREAS .Laſciuas ſaltationes.Diximus ſuperius q̃ docile animal ſit Elephantus:& vt ſub Germanici principatu munere gladiatorio:quoſdã incóditos motus ædere uiſus ſit ſaltantium mó. TIMOR VELOX LEPORVM .Timor velociũ leporum. LAXOS RICTVS Patentia ora: PERVIOS. Per quos poſſunt tuto ire:& redire. TIMIDOS. Timentes ne noceant:hoc eſt ipſi timidi SED NORVNT CVI SERVI ANT LEONES ingens laus Domitiani.Leones inquit non arte aſſequuntur hoc:ut tam benigni ſint:& clementes.Sed:faciunt hoc:Quia intelligunt principi placere.

AD OVIDIVM EPIG.CXXXIIII.

N NOMENTANIS. Laudat vina Nomentani agri in quo uilla erat Oui
dii familiaris ſui. Senſus eſt: Nomentanum uinum uetuſtate fit præſtãs: ita ut q͂d
uis vinum appellari poſſit: vt puta Chium: aut falernum: aut aliud huiuſmodi.
Nomentum oppidum fuit Sabinorum: cuius ager quondam nimis ſterilis fuit: Nomentū
poſtea cura colonorum factus eſt fertilitate celeberrimus: vbi præſertim campos habuit Se
neca excellentis, Vir ingenii: cuius in prædiis ſingula iugera culeos vini octonos reddidiſ-
Martialis ſe plerunq; compertum eſt. Hic Palæmon grãmaticus & Q. Ouidius & Martialis. Villas
habuere. TESTA ANVS. Dolium inueteratum. Nam in mitioribus plagis doliis fi-
gulinis vtebantur: in quibus vina condebant: infodiebantq; terræ tota aut ad portionem ſi
tus. Circa Alpes vero ligneis vaſis vtebant̃: circuliſq; cingebant. VOCATVR QVIC
QVID VOLVIT. Aſſumit quodcũq; placet nomen. Ratio autem cur Nomentana vi
Columella na vetuſtate meliora fierent: hæc erat: quod craſſitudo fecis ea optime tuebatur. Columella
Nomentanæ vineæ nobilitate ſequunt̃ Amineas: fecunditate vero etiam præueniunt.
Quippe qum ſe frequenter impleant: & quod ediderunt optime tueantur. Feracior eſt mi-
nor: nec ita rubet: vt maior: a quo colore Rubellæ nuncupant̃: eædemq; fecineæ: quod plus Rubellæ
Martialis q̃ cæteræ fecis afferant. Martialis. Nomentana meũ tibi dat vindemia bacchum Si te qn Fecineæ
tus amat cõmodiora bibas. Quoniam ſcilicet Quintus vetuſtoria habet: vñ alibi ad Quin
tum ſcribens inquit. Quod ſub rege Numa condita vina bibis.

AD RVFVM EPIG. CXXXV.

NTERPONIS AQVAM. Ruffum rurſus deridet: qui qum ſciret Næuiã
amicam nequaq; ad ſe venturã tam ſobrie tamen potabat: quaſi eam expectaret
SVBINDE. Frequẽter. SI COGERIS. Senſus eſt Semp fere potas aquã
& ſi Cogeris a ſodale vinũ ſũmere: raro potas pauxillum Falerni lymphati. Si
Virgilius dubitatiua cõiũctio eſt. Virgilius. Si me fata meis paterentur ducere vitam Auſpiciis: aliqñ Si
Idem pro cõfirmatiua accipit̃. Idem. Veſtro ſi munere tellus Chaoniam pingui glãdem mutauit
ariſta. Aliquãdo vtimur ſi in rebus certis verumtamẽ quaſi dubitatiua: qum ſcilicet preſtiti-
Terentius mus aliqd: quod nolumus exprobrare. Terẽtius. Si te ingermani fratris dilexi loco. A ſi de
ducit̃ Sic aduerbium affirmantis: & O ſi q͂d ſignificat vtinã: & Sin q͂d ex ſi: & ne cõponit̃ Sin
abiecta .e. & ſignificat Si vero: Nũq; enĩ in prima pte collocat̃: ſed in ſecũda: vbi fere duoꝝ
Terentius eſt oppoſitõ. Terentius. Si illum relinquo: eius vitæ timeo: Sin opitulor: huius minas: ha-
bet enim quandam vim negationis perinde ac ſi diceret̃. Si aũt nõ relinquo ſed opitulor.
Saluſtius Aliqñ Sin ſolum reperit̃: ſed quod ſecundi loci vim obtinet. Saluſtius. Impat vt ꝑtio: ſicu
ti multa confecerat: Inſidiatores maxime paret: ac maxime occulte: Sin id parum procedat:
quo uis modo Numidam interficiat. I. deſt ſi poteſt: occulte ſi nõ poteſt: utcũq;: & ſiquidẽ Siquidem
q͂d ex ſi: & quidem componitur: tamen primam ſyllabã breuem habet: qum ſi producta
ſit ſignificat nam Quintilianus. Atq; natura ipſa uidetur ad tolerandos facilius labores mu
ſicam nobis dediſſe ſiquidem remigem cantus hortatur. Aliquando tamen ſiquidem pro ſi
Cicero dubitatiua coniunctione inuenitur: quod internoſcere facile eſt. Cicero deinde profectus ẽ
id temporis: Qum iam Clodius ſiquidem eo die Romam venturus erat: redire potuiſſet.
Ouidius Ouidius. Quæ mihi uentura eſt: ſiquidem ventura ſenectus. Item Etſi: & Tametſi quæ pro
quamuis accipiuntur: Quemadmodum ſuperius diximus: & Sine præpoſitiõ: quæ ſigni-
ficat abſq;: Et ſiquis: Siquid: de quibus diſſeruimus DILVTI Lymphati NEQVITI
AS. Luſus: Laſciuias SOBRIAS: Hominis ſobrii: temperato enim potu Venus iuuat̃
nimio elangueſcit CERTAE. Exploratæ. SVSPIRAS. Spiritum a pectore imo tra Suſpiro
his: hoc eſt enim ſuſpirare: quod eſt ſolicitudinis: ac doloris argumentum. Ab hoc ſuſpiriũ
deducitur: Quod modo ipſam: quam diximus: ab imo pectore ſpirationem ſignificat:
modo ſpirandi difficultatem: de qua ſuperius diximus. Vnde qui eam difficultatem pa-
tiuntur: appellantur Suſpirioſi: Suſpiro autem a Spiro compoſitum eſt: Quod ſignificat Suſpirioſus
Virgilius exhalo. Virgilius. Ambroſiæq; comæ diuinum urtice odorem Spirauere. ab hoc fit Spi Spiro & deriua.
rabile quod uitale ſignificat: & Spiraculum Spiramentum: per quod exit ſpiritus. Et Spi- Spiritus
ritus: halitus: Nam ſpiritus: halitus anima pro eodem uſurpantur. Plynius. Animæ Le-
onis uirus graue. Vrſi peſtilens hominis tantum anima infici uoluit pluribus modis: & ci-
borum: ac dentium uitiis ſed maxime ſenio: ut ne id ipſum quidem: quo uiuitur: in uita iuua
ret. Parthorum populis hoc præcipue accidit: & a iuuentã pp indiſcretos cibos: nanq; & ui
no fœtent ora nimio. Sed ſibi proceres medentur grano Aſſirii mali cuius eſt ſuauitas præ-
cipua Ineſculenta addito. Spiritus etiam pro aura: & uento ponitur quemadmodum ani-
ma. A ſpiritu fit Spiritalis: vñ Spiritales auras dicimus hoc eſt uitales. Item aſpiro compoſi Aſpiro
ta fiunt Aſpiro: quod ſignificat faueo: tractum a nauigantibus: quibus ſpirantes auræ fauẽt
Virgilius Virgilius Aſpirant auræ in noctem. Idem. Aſpirat primo fortuna labori: quod ſi poſt ſe ac

cuſatiuum habeat cum præpoſitione ad ſignificat modo Incumbo:& q̄ſi toto ſpiritu inten
tus ſum.vt Scipio aſpirat ad conſuiatum:modo accedo peruenio:Cicero.Nunq̄ aſpirant Cicero
ad curiam. Expiro:ſpiritum reddo: morior. Lucretius. Expirans animam pulmonibus Lucretius
æger agebat. Ab hoc Expiratio.Inſpiro diuino quodā ſpiritu in mētē in iicio. Vnde Inſpi/
Reſpiratio ratio Reſpiro reciprocum ſpiritum capio:a quo Reſpiratio:Conſpiro:cōiuro:a quo Con
Cōſpiro ſpirator:Cōſpiratrix:& Cōſpiratio de quo ſuperius locuti ſumus. GEMIS. Ploras Ge/
mere ꝓprie pectoris:qum pangustia in ſonū prorumpit Ideo:& Iumēta ſub nimio ponde/
Gemo re gemere dicunt̄.Item etiā inanimata:qum nimis honuſta ſunt. Virgilius.Gemuit ſub pon Virgilius
dere cimba ſutilis.Ponit̄ tamē gemere pro flere.Itē pro Cauere de iis duntaxat auibus:quæ
flebilē quendā habēt cantum: vt eſt turtur:& Columba. Virgilius.Nec gemere ærea ceſſa/ Virgilius
Gemmo bit turtur ab vlmo.A gemo fit Ingemo compoſitum eiuſdē ſignificationis.Et Gemitus plo
ratus:ſeu vox illa:quam diximus:pectoris:& Gemibundus plorās:& Gēma:quod emitte/
re primū planta incipit. Ouidius.Et noua de nitido cortice gēma tumet:quod ſimilis ſit la Ouidius
chryme:a quo Gēmo verbū:quod eſt gemmam emitto Columella.Qum primū gēmare vi Columella
tes incipiūt. A quo Gemmaſo. Plynius.Atq̄ vt gēmaſcere incipiens liget̄ calamus: & ab Plynius
Gemmatus huius gēmæ ſimilitudine gēma etiā lapillus vocat̄: cuius diminutiuū eſt Gēmilla:a quo Gē
matus ſplendens: ſeu gēmis ornatus. Papinius. Hic vbi ſydereo moles gemmata coloſſo.
Gemurſa Item a Gemo Gemurſa tuberculum ſub minimo digito pedis:quod gēmere faciat eūq̄ qui id
gerit. TRIENTES. Triēs modo nūmi genus eſt:mō mēſura q̄ttuor vncias capiēs. ME/
RO. Vino puro:nō diluto. PARCIS TIBI. Parcis vitæ tuæ cōſulere. DORMIEN
DVM EST. Larga potatio non impedit ſomnum:ſed iuuat.

AD LVCIVM EPIG.CXXXVI.

AEPE MIHI DICIS. Reſpōdet lucio ſodali ſuo:q ſæpe eum hortatus fue
rat:vt ſcriberet aliqd memoria dignū:& taciturnitatis ſuæ cauſam affert: quod
nullū ſit virtuti:ac doctrinæ p̄miū:in quo temporum ſuorū infœlicitatē notat.
CARISSIME IVLI. Verba ſunt Lucii Cariſſime Martialis. DA NO/
BIS OCIA. Reſpōſio eſt Martialis. OCIA. Quietē:ac vocationem a curis:atq̄ ne/
Mecenas gociis. MECENAS. Hic ex hetruſcorū regibus ortus:magnæ apud Auguſtum autorita
tis fuit:mire fauit ingeniis p̄ſertimq̄ Horatio:& Virgilio:quorū:alterū: q Bruti ptes ſecut⁹
& ab Octauio captus fuerat:nō mō ſeruauit:ſed Cæſari caris ſimū reddidit: alteri agros in
mantuano a militibus direptos reſtitui fecit:& Octaui gratiā:ac beniuolētiā cōciliauit. Sic
Flaccus vtriq̄ datū eſt ociū ad ſcribēdū. FLACCO. Horatius Flaccus poeta lyricus fuit liberti/ Horatius
no patre natus patria Venuſinus dubiū Apulus ne an Lucanus Vt ipſe fatet̄. Nā Venuſi/
nus arat ſinē ſubutrunq̄ colonus puer:admodū cū parente migrauit:& difficultatē inopiæ
paternæ vicit ingenio. Athenas Iuuenis petiit:& bello Ciuili Bruti partes ſecutus eſt:& Tri
bunatus honorē:adept⁹ ſ; Bruto deuicto ad Cæſarē cōuerſus fauēte Mecēatæ in eius amici
P.Virgilius tiam receptus eſt. VIRGILIO.P.Virgilius Maro poeta Mantuanuo Omniū a græcoꝝ
& latinorū poetarū Homero proximus fuit etiā Domitii afri autoritate:q cum īterrogatus
fuiſſet:quē Homero ꝓximū eſſe exiſtimaret:Secūdus inqt ē. Virgilius.Propior tn̄ primo
Mantua q̄ tertio.Mātua vrbs Galliæ eſt Ciſalpinæ ab Ocno Mātus filio cōdita.Māto Tireſiæ Va
Manto tis Thebani filia fuit:q Peneto patre genitus eſt:& mutatus quondā:vt poetæ tradūt:in fœ
minā poſt ſeptem annos in virilē formam rediit. Manto poſt thebanorum ſeruitutē primo
ſub Creōte:poſtea ſub Theſeo:defuncto iā patre ad diuerſa loca fert̄ fugiſſe: & primo in
Aſiā veniſſe in cuius littore Clarii Apollinis fanum ædificauit:deinde in Italiā: vbi oppidū
Ocnus ſociis ſuis græcis cōdidit.Qumq̄ interea ex Thyberino thuſcorū rege Ocnus ei filius natus
eſſet:q deinde Bianor cognominatus fuit:& ipm oppidū thuſcoꝝ quoq̄:& Venetoꝝ mul
titudo cōfluxiſſet:Circūdedit Ocnus oppidū muris:& in aliā formā redactū in matris noīe
Mantuā appellauit. Virgilius.Ille etiā patris agmen ciet Ocnus ab oris Fatidicæ Mantus:
& Thuſci filius amnis Qui muros matriſq̄ dedit tibi Mātua nomē. CONDERE. Cō/
ponere.CVRAS. Opa. FLAMMIS. Morte.Si qdē mortuorū Cadauera Vrebant̄:vt
ſupius diximus.LASSAT. Fatigat: laſſum reddit.IVVAT. Delectat pp fructū q ſequit̄.

AD GALLVM EPIG.CXXXVII.

ST TIBI SITQVE PRECOR. Lepidū Epigrāma ad Gallū:in quo
eodē fere argumēto vtit̄:quo ſupius vſus fuit ad Proculū mittere.ſ.ſe librū:vt eū
ſalutet:qm̄ ipſe ſalutādi officiū obire nō poſſit.MEA COENACVLA.Mea
Vipſana portic⁹ domus pars pro toto. VIPSANAS LAVRVS.Lauros Vipſanæ porticus
quæ a Vipſano Cōſule ædificata eſt fontei Collega.Erat aūt hæc porticus a Galli domo re/
motiſſima.Laurus nō mō ſecūdæ:ſed etiā quartæ declinationis inuenit̄. Plynius.ex ea lau
ru:quæ miſſa e cælo minima eſt altitudine. FACTVS IN HAC EGO SVMIAM

REGIONE SENEX. Idcirco indecens eſſet me domum mutare: quo tibi fierem propinquior. MIGRANDVM. Mutandū domiciliū. EST TANTI. Tantum apud me valet officium ſalutādi: vt mihi veniendum eſſet: etiā ſi lōgius abeſſem. VNVM TOGATVM. Me ſcilicet. MVLTVM EST HVNC VNVM SI MIHI GALLE NEGO. Multum eſt ſi me mihi aufero: & ſalutādi grātia deſero ſcribēdi ꝓuinciā. DECIMA HORA. Poſt cœnā ſcilicet. Prima enim: & ſecūda horā ſalutabāt Veteres Romani. Tertia in cauſis: ac iudiciis verſabanť. Quarta: & qnta incūbebāt familiaribus negotiis. Sexta & ſeptima partim meridiabanť: partim ocio indulgebant. Octaua exercebantur paleſtris: ac lauabantur. Nona cœnabant.

DE ISSA CATELLA ET PVBLIO PICTORE EPIG. CXXXVIII.

SSA EST PASSERE. Iocať de Iſſa Catella in laudem Publii pictoris: qui eam in deliciis habebat: & in tabella: quo eā īmortalē redderet: ita exp̄ſſerat: vt vera videreť: de hoc etiā alibi Publius exiguæ ſuſſlagrat amore Catellæ. ISSA. Nomē eſt ꝓpriū Catellæ de qua ſcribit. Fideliſſimū omniū animaliū homini canis ē: & pugnaſſe aduerſus latrones ꝓ dn̄o aliqn̄ legiť. Garamātum regē canes ducenti ab exilio reduxere ꝑliantes cōtra reſiſtētes. Colophonii: & Caſtabalēſes cohortes canū habuere: quæ primæ in acie dimicabāt. Canes defendere Cimbros cæſis dominis eorū plauſtris impoſitis. Canis Iaſone lycio īterfecto capere cibū noluit: inediaq̄ cōſūptus ē. Volcatiū Romæ nobilē q̄ Ceſeliū ius ciuile docuit: Aſturcone e ſuburbano redeūtē: qum aduesſpauiſſet: canis e craſſatore defendit. Itē Celium Senatorē ægrū Placētiæ ab armatis opp̄ſſum: nec prius ille vulneratus eſt: q̄ȝ cane interēpto. Itē Romæ qum animaduerteretť ex cā Neronis Germanici filii in. T. Sabinū: & ſeruitia eius vnius ex iis canis nec a carcere abigi potuit: nec a corpore receſſit: abiecto in gradibus gemoniis mœſtos ædens vlulatus magna populi Romani corona circūſtante: ex qua qum qdā ei cibū obieciſſet: ad os defuncti tulit. Deīde cadauere in Tyberim abiecto innatauit ad illud ſūmo nixu ſuſtētare conatus multitudine ad ſpectādā animalis fidē vndiq̄ cōfluēte. Soli dominū nouere: ſoli vocē: ſoli nomīa ſua agnoſcūt. Itinera q̄uis lōga meminere nec vlli p̄ter hominem memoria maior. In venatu ſolertia: & ſagacitas p̄cipua eſt: Scrutať veſtigia atq̄ pſequiť. Veteres ſenecta feſſos ac debiles ſinu ferre aliqn̄ viſi ſunt: vētos: & odorē captātes: ꝓdēteſq̄: roſtro cubilia. Indi e tigribus eos volūt concipi: & ob id in ſiluis coitus tempore feminas alligant primo: & ſecundo fœtu tanquā nimis feroces abiiciūt: tertio demū educāt. Hoc idē e lupis faciūt Galli. Optimū eſſe in fœtu canem dicunt: q̄ nouiſſimus cernere incipit: aut quē primū fert incubile fera. Rabies canū Syrio ardēte homini peſtifera eſt. Item morſis lætalis aquæ metus. Quamobrem obuiā itur p. xxx. cos dies gallinaceo ſimo cibis canū admiſto: aut ſi ꝑuenerit morbus: veratro. Admorſum vero vnicū remediū oraculo quodā repertū Plynius Scripſit: radicē ſcilicet ſilueſtris roſæ: q̄ Cynorhoda appellať Columella ſcribit ſi quadrageſimo die: q̄ȝ ſit natus: caſtreť morſu cauda: ſummuſq̄ eius articulus auferať: ſequēti neruo exēpto: nec caudā creſcere: nec canes rabidos fieri. NEQVIOR. Laſciuior Iocoſior. PASSERE CATVLLI. Quē Cecinit Catullus de quo ſupius diximus. PVRIOR OSCVLO COLVMBAE. Laudať in colūbis ſimplicitas pudicitiā ſeruāt: Cōnubii fidē nō violāt: Suſpicio tn̄ in iis eſt adulterii: tūc plenū gutť murmure: tunc ſæui roſtris ictus: tūc in recōciliatiōe frequēs exoſculatio. Lucillius. Vincit colūbos oſculis. CN. Martius. Sinuq̄ amicā reficere frigidā caldo colūbatim labra cōferens labris. INDICIS LAPILLIS. Margaritis: quas indicus maxime mittit Oceanus: q̄uis: & de aliis gemmis poſſit intelligi. Quod ſi qs obiiciat margaritas nec lapillos nec gēmas dici: Nō videť plyniū legiſſe: q̄ & Succina: & Murina: & Margaritas inter gēmas: ac lapillos cōmemorat: nec Varronē q̄ vniones ſcribit lapillos: eſſe: q̄ in cōnchis repeririunť: nec Horatiū: qum ſcribit: Nec magis huic ītra niueos: virideſq̄ lapillos: vbi nemo dubitat de margaritis: ac Smaragdis intelligi. VENTRIS. Purgādi. ſ. NON FEFELLIT Nō decepit fœdando ſcilicet. LVX SVPREMA. Mors.

Canis

Cynorhoda

Colmubæ

AD VELOCEM EPIG. CXXXXVIIII.

CRIBERE ME QVERERIS. Facete Velocem arguit: reprehendentem ſe qd̄ lōgiora epigrāmata faceret. Tu inquit breuiora facis: quoniā nihil ſcribis.

AD REGVLVM EPIG. CXL.

VM TIBI SIT SOPHIAE. Facete cū regulo ludit: ne videať libros ſuos ad eū mittēs intempeſtiue forenſibus negociis occupatū interpellare. Qum inq̄t par fama ſit: & doctrinæ tuæ: & negociorū nō debet mirari q̄ & iura Clientū tibi porrigi videt: quæ defendas & libros quos legas SOPHIAE PAR FORMA ET CVRA LABORVM. Ordo eſt. Qum in te forma: hoc eſt decor ſapiētiæ: & cura laborū ſit par: hoc eſt qum & doctrina: & forēſium negociorū exercitatiōe pariter ex

cellas.SOPHIAE.Sapientiæ:queadmodũ aũt Sophon:hoc eſt ſapientẽ pro docto:ita Sophian:hoc eſt Sapientiã pro doctrina vſurpamus Vñ & Sophiſtem vocamus mõ eũ:qui in arte rethorica ꝑponit:quæ imitari debeamus:Sic enim oratorẽ:rhetoreq́ȝ: & Sophiſtã diſtingunt:vt Orator ſit:qui cauſas agit:Rhetor qui artẽ oratoriã docet.Sophiſtes:qui imitationes ꝑponit:modo Cauillatorem:vnde ea pars Dialectices nomẽ ſumpſit:quæ Sophiſtice appellat̃:& Sophiſma dicit̃ cõmentum:& oratio ita compoſita:vt vera eſſe videatur. LABORVM. Quos in cauſis defendendis ſuſtines.

Orator Rhetor Sophiſtes

AD PRISCVM EPIG.CXLI.

VM TE NON NOSSEM. Facete Priſci fauſeii ambitionẽ carpit. Hic vt nomen patroni ſibi vendicaret:pecuniã fœnore capiebat:vt cultus incederet:ac diues videret̃:turba togatorũ eum comicante.Quapropter Maternũ inferius admonet:ne illũ hoc modo incedẽtẽ vidẽs:falſa opiniõe ducat̃. Eſt ergo ſenſus Anteq̃ȝ te noſſem putãs te diuitem eſſe:ac liberalem ſalutabam te:& dominum:ac regem vocabam.Iam vero poſtq̃ȝ te noui:non exiſtimabo aut dicam te alium eſſe q̃ȝ priſcum.

AD LECTOREM EPIG.CXLII.

VAECVNQVE LVSI.Admonet lectorem:a quo emere libellos ſuos poſſit:ſi in iis lẽgẽdis tẽpus terere voluerit.APINAS.Nugas:ineptias:de quo ſupius diximus.MALE COLLOCARE. Legẽdo.ſ.quæ vana:& inutilia ſunt. INVIDEBIS OCIO TVO.Terendo tẽps in nugis meis lectitandis. PER QVEM NON LICET PERIRE MEIS NVGIS.Qui epigrãmata mea colligit:vẽditq́ȝ:nec ſinit ea perire:honeſtus loquẽdi modus.Per me nõ licebit hominẽ occidere.Per me nõ licebit homini abire:hoc ẽ ꝑmittã quãtum vires meæ ſufficient hominẽ abire.

AD FAVSTINVM EPIG.CXLIII.

OS TIBI VICINOS. Feniũ Theleſporũ laudat:q̃d in prato ſuo Anthillã filiam defunctam mira pietate ſepeliuerit: & Epitaphiũ poſuerit. DIGNIOR IPSE LEGI. Quia mori ante filiã debuit:Vnde mox ſubdit. At Stygias æquum fuerat patrem iſſe ſub umbras.

AD PROCILLVM EPIG.CXLIIII.

VAEDAM ME CVPIT. Facete Procilli inuidiam carpit formoſiſſima inquit me mulier petit:ex inuidia moreris At ego volo turpiſſimam:iã incipit reſpirare.ARGENTO.Candidum enim eſt argentum vnde:a græcis αργύρι ον:a nobis argentum vocat̃:quod græci αργον. album dicunt.Homerus κυρ
Argema — ασ αργουσ.Hic Argema:morb⁹ oculorũ dictus ẽ:qum vlcus circulũ oculi ĩfeſtat:quẽ græci Irim dicunt:latine Albugo nuncupatur.Argentũm in puteis reperitur:excoqui non poteſt:niſi cum plumbo nigro:aut cum vena plumbi:quæ iuxta argenti venas plerunq́ȝ reperit̃ Gallenam vocant.Inuenitur fere in omnibus prouinciis & vbicunq́ȝ vna inuenta eſt vena:
Metalla — non procul inueni t̃ & alia:quod in õmni fere materia accidit:vnde græci Metalla appellarunt αϖοτου μετα τα αλλα αρειαλαι: hoc eſt quod alia poſt alia inueniatur.A
Metalli — Metallo vero Metalli dicti ſunt in re militari quaſi mercenarii Actius.Calones:famulique: metalli:caulæq́ȝ a quo nomine Ceciliæ familiæ metelli cognomen datum putat̃. Argenti ve
Crudaria — na:quæ in ſummo reperta eſt:Crudaria appellatur.Odor ex argẽti fodinis inimicus eſt om
Stimi — nibus animalibus:ſed maxime canibus:Mirum eſt qum album ſit argentum lineas ex eo ni
Stibia — gras produci.Eſt lapis in eius venis:ex quo fluit argentum viuũ:quod omnium rerum vene
Alabaſtrum — num eſt.Item lapis ſpumæ candidæ:nitentiſq́ȝ non tamen tranſlucentis:quod Stimi appel
Turbaſis — lant:alii Stibiam:alii Alabaſtrum:aliqui Turbaſin nonnulli etiam Platyophtalmon: quaſi
Calliblepharum — dilatans oculos.ϖλάτισ enim latus:οφθαλμοσ:oculus dicit̃:quoniam in Caliblepha
Scoria — ris dilatet oculos:& eorum fluctiones.exulcerationeſq́ȝ inhibent. Caliblepharum medica
Helcyſma — mentum eſt accommodatum vitiis oculorum:præſertim qum palpebræ cohæreſcunt:& vl
Argyritis — cera oculorum male ſunt curata.Nomen habet a pulchritudine genarum. καλλοσ enim
Chryſitis — pulchritudo:βλέφαρα genæ dicunt̃.Scoria in argẽto ẽ:quã græci vocãt helcyſma Spuma
Molibditis — argẽti Argyritis vocat̃:ſicut auri Chryſitis:plũbi Molibditis:oĩs aũt fit excocta ſua mate
Minium — ria ex ſupiori catino deflũẽs in inferiorẽ Diſtat ſpuma a Scoria tãq̃ȝ a fecẽ. Alterũ purgãtis
Hidrargyrum — ſe materiæ:alterũ purgatæ vitiũ ẽ.Inuenit̃ & in Argẽtariis metallis miniũ:& hidrargyꝝ &
Coticula — coticula lapis:de qb⁹ ſupi⁹ dixim⁹.Ab argẽtũ Argẽtarius deducit̃ hĩ ẽ Trapezeta:q & mẽ

ſarius:& numularius vocatur:& argentaria argenti fodinã:& argentarius adiectiuum: Vñ fabrum argentarium dicimus:& argẽteus ex argento:& Philargirus amicus anulus argẽti & Litargirus lapis argenteus:& Argyrondes Aetoliæ fluuius pp argenteum aquæ cando rem.vt quidam exiſtimant:& Argyranche:de qua ſuperius diximus LILIO Lilium flos eſt candidiſſimus:nobilitate proximus Roſæ:& quadam cognatione vnguenti: oleiq; qđ ab eo Liliron appellatur. Nulli florum excelſitas maior:foliis foris ſtriatis:& ab anguſto in latum paulatim ſe laxantibus effigiæ Calathi:reſupinis per ambitum labris:tenuiq; filo: & ſeminibus croceis in medio ſtantibus:Eſt & rubens Lilium:quod græci Crinon uocant eſt & purpureum:quem vocant Narciſum:de quo ſupius diximus. Liliũ a græcis nomẽ traxit.quippe græci λείριον uocãt. PICE. Pix eſt:que ſit ex arborum reſinis ad ignem decoctis. Nam reſina liquor eſt craſſus ex arboribus fluens:& ſæpe ſua ſpõte ſiccatus ad ſolẽ Pix liquida & Teda coquitᷣ ad nauiũ & multos alios vſus. Lignum eius cõciſum furnis im mittitur undiq; igni extra circũdato: vt primus ſudor aquæ mõ fluat in canali: hoc Cedrum uocatᷣ:quod ſit aqua ignis ardẽtis. καείν .n. vrere: ὕδωρ aqua Tãtaq; eius uis ẽ: vt i ægypto corpa hominũ defunctoꝝ eo pfuſa ſeruentur. Sequens liquor Craſſior picẽ fundit hæc rurſus in cortinas aereas coniecta aceto ſpiſſatᷣ. Cætera genera picis ex aliis arboribꝰ fiunt & maxime picea. flos crudus picæ reſinæ cũ multa paſtula tenui: breuiq; auulſus cõciditur. ad Cribrũ minuta deinde feruenti aqua pfunditur: donec coquatᷣ: huius expreſſum pinguæ ꝑcipua Pix eſt: datq; vino odorẽ:& acumẽ quodã ſaporis. E contrario vitia Reſinæ: corticiſq; eam picẽ faciunt: quæ dicitᷣ Crapula: qua vini virus frangitur: cõpeſcitᷣq; illius nimia feritas. Reſina a pice hoc differt: ꝙ Pix nihil aliud eſt: ꝙ̃ cõbuſte reſinæ fluxus. Terebinthina reſina hoc ẽ: quæ fit ex arbore Terebintho: ꝑfertur oĩbus. Proxima ẽ: quæ fit ex lentiſco:& maſtice dicitᷣ. Poſtea cupreſſi accerrima ſapore. Picea arbor mõtes amat. feralis apđ Veteres habita: nitens rogis:& in funeribus dũtaxat ante fores poni ſolita poſtea etiã in do mos recepta facilitate tondendi: hæc plurimã reſinã fundit. Teda ꝓprie dicta ſucco abũdat parcior tamẽ eſt: liquidiorq; ꝙ̃ picea flammis: ac lumini ſacrorũ grata. Laricis morbus eſt: vt Teda fiat. Eſt aũt Larix arbor ſimilis abieti materia ꝑſtantior: incorrupta uis: humori cõ tumax: pluſculũ huic erumpit: liquoris: melleo colore: nunꝙ̃ dureſcentis. Pix ex arbore Picea omnium nigerrima eſt. A pice Piceus deducitur. Pix uero a græco fit. Nam græci piſſam dicũt: a quo piſſelæõ oleum: quod ex pice fit. Et Piſſaſphaltus miſta bitumini: pix naturaliter: quæ in apoloniatarum agro reperitur: Quidã & ipſi miſcẽt ꝑcipuũ ad ſcabiẽ pecorũ remedium & Palimpiſſa pix liqda iterum decocta:& Zopiſſa pix q̃ e nauibꝰ tradi tur: admiſta cera:& marino ſale macerata multõ ad omnia efficatior ꝙ̃ aliæ pices.

Lilium · Pix · Reſina · Cedrum · Crapula · Maſtice

EPITAPHIVM ANTHILLAE EPIG.CXLV.

HOC NEMVS AETERNO Dulce Epitaphiũ Anthillæ cuius paulõ ante mentionem fecit FENNIVS Theleſporus Fennius pater Anthillæ.

AD LVPERCVM EPIG.CXLVI.

CCVRRIS QVOTIENS LVPERCE NOBIS. Lepidiſſimum Epigramma ad Lupercum ita petentem Epigrammata Martialis quaſi remiſſurus Monet eum poeta: vt a propinquo ſibi Bibliopola emat: in quo ſalſe hominis auaritiam carpit PVERVM. Seruum. EPIGRAMMATON. Græcus genitiuus pluratiui numeri LONGVM EST. Iter ſcilicet. AD PIRVM: Regio ĩ qua Martialis habitabat: Adpirum dicebatur. Frequẽnter quippe arbores nomĩa regionibus dabãt Vt ad pinum quod ẽ apud Senecam ad malum punicum: qđ eſt apud Tranqlum ad Gallinas: apud Plynium pp Laurum ibi ſatam ex ramo ſuis baccis honuſto: quem Gallina conſpicui candoris ore geſtauerat: vt ſuperius meminimꝰ. ARGI NEMPE SOLES SVBIRE LETVM. Dictionem diuiſit more poetico. vt Virgilius. ſeptemq; triones:& in orõe ſoluta. Cicero. Experge te facias. NEMPE. Certe:& eſt primogenium uocabulũ. CONTRA. Exaduerſo. Contra præpoſitio eſt: ſeperaturq;:& componitur quando κατα vel ἀντί ſignificat:& tunc proprie eſt præpoſitio: vt contra adulterium dico:& cõtradico Quando uero ſine caſu ponitur: ſignificatque ὑξ ἐναντιάσ aduerbium eſt: Iuuenalis. Stat cõtra: ſtariq; iubet Ab hoc fit ꝯrius hoc eſt oppoſitus: repũgnãs: Et cõntrarior uerbũ aduerſor: Repugno:& aduerbiũ e contrario: Quod ſignificat e diuerſo ꝯ FORVM CAESARIS De quo ſuperius locuti ſumus. SCRIPTIS POSTIBVS Suſ

ibri uenales ſint deſcripti HINC ET INDE .Ex omni parte. OMNES POETAS Qui ſcilicet venales ſunt in taberna libraria .NEC ROGES .Non eſt neceſſe eum rogare: quia ſtatim dabit librū ſoluēti pretium. E PRIMO ALTERO VE NIDO . E primo aut ſecūdo gener̄. Sūt.n. alii pretioſiores libri alii uiliores ad uēdēdū ex poſiti: RASVM PVMICE PVRPVRAQVE CVLTVM. Ligatum: ornatum ex oī pte pfectū. TANTI NON ES Ironice loqt̄. SAPIS Ironice loqt̄ Quis.n. qnqꝫ denariis. qualēcūqꝫ librum nō: emat? Ironia figura ē: quæ ſimulatio dici poteſt. Græci enim ἐιρονάταλαι Cauillari dicunt: qum aliud uerbis ſignificamus. aliud re ſentimus. Quale eſt illud apud Virgilium Egregiam uero laudem: & ſpolia ampla refertis. Tuqꝫ puerqꝫ tuus: magnum: & memorabile nomen. Vna dolo diuum ſi femina victa duorum eſt.

AD CAEDICIANVM EPIG. CXLVII.

VI LEGISSE SATIS. Lepidum ſimul: ac grauitatis plenum diſtichon: quo primum claudit librum. Qui inquit pluſqꝫ centum epigrammatibus a nobis reprehēſus: ſeſe a uitiis ñ retraxit: nullus illi erit male agēdi modus CENTVM finitus nūerus p infinito: Nam ſupra centū Epigrammata primo libro contināetur NIL MALI SATIS EST. Nunqꝫ a vitiis recedet.

AD FEDERICVM PRINCIPEM.

ABES FEDERICE PRINCEPS Interprētationem primi libri: quod eſt vniuerſi operis: & totius fere latinæ linguæ dimidiū. Tot enim: ac tanta & tam uaria hoc uno libro explicata ſunt: vt aliquanto minus ſit id omne: qđ ſupereſt: In quo animaduertere facile erit: quot & quanti eſſent: in quibus ante hac verſabamur: errores: qꝫ mlta forēt: a clariſſimis ēt latinæ līguæ autoribꝰ p ignorantiā rerꝫ: ac uocabulorꝫ falſo expoſita: qꝫ mlta ob nimiā difficultatem pterita: ac prorſus ōmiſſa. Nos.n. famæ omniū parcimꝰ: nec alit̄ ea iudicamus Diligētis lectoris officiū erit: aliorū ſcripta cū nr̄is cōferre. Quod ſi quando a nobis alicubi quicq̄ præteritū videbitur: quod dici eo loco commode potuiſſet: nolim deſperet lector id alio loco ſe nō minus capte: ōmodeqꝫ lecturum. Si vero aliqua bis: tertioqꝫ nonnunqꝫ a nobis repetita uidebuntur: id quoqꝫ quiſquis diligenter animaduertat: non ſine cauſa a nobis factum: intelliget nec inculcatum qcqꝫ: ſed neceſſario aliquando replicatum iudicabit. Verum tu quidē Federice princeps: quis in preſentia Thuſcos domas: & rebellantes Romane eccleſiæ populos iugum ferre compellis: non deſinis tamen nos ſubinde hortari: ut reliqua proſequamur quod certe libenter facimus: vt omnes non mō tuis armis ac uiribus Sacroſanctæ Romane eccleſiæ imperium auctum. Sed Sacram etiam Romanam linguam te imperatore: te duce Illuſtratam: locupletatamqꝫ cognoſcant. V A L E

Nicolai Peroti Eruditiſſimi uiri Cornucopiæ ſeu comētariorum linguæ latinæ. Impreſſum Venetiis per Magiſtrum Paganinum de paganinis brixienſem Anno domini M cccc. lxxxviiii. pridie idus maii.

FINIS

a
Pyrrhi
tuum poſte
Nicolai
nem habent
taphora
b
rentius
mo & alia
re cornum vo
mulieres
us agier
c
tin decidunt
te oculis ob
dius hiſtoricus
lionem
moderatio
d
enim iſtud
Impure
vero clamor
ficiuntur
cum ictu
e
filio qui
tum uocant
factus homo
aliam cauſam
pro funeſto
f
incorporea
dum forte
filio &
Oione
Alias
g
ubertatem
portus par
alatis
eſt vt duos
yppocauſtum
h
ſcarietes
deducitur
ut emiſa
ortis di
In uia
i
ſumo iudices
cimur
iam ueſpere
ſeum quod
Virgilius

k
prius ad
pro ſi
volunt
tunde
trabea
l
calcem
natur &
Cocco tinctum
nuncupant
ſam autem
m
quoniam
ſunt tribuni
a quo &
plicitus
dem ducitur
n
uafro vſur
reficio
Hinc plaga
diſſime
ſi quidem
o
retro do
mus audeo
nitur pro
aliquanto
or utilitas
p
vidiſſe
qualis ſit
circũdedit
ſeptentrionali
ſi meriti bene
q
ex auro
tulari &
Lucilius
eſt pompo
ratitia
r
& nicomacus
quod eſt
cuius ſepul
aus homi
durare
s
Echo dicta
habet &
litones
tanta uero
& meliſus

t
Curſorum
lius ex
nunꝙ̃ in
κόλλο
Mirinum
v
cum phaliſcis
pobulo
proprie
graue olentiam
mare incolit
x
inimicos
Liuius. Nam
adeo ut
nox a ſumo
ſtibus
y
& quaſi
adorare
ſectari
teſtimonio
ſum quod
z
A cane etiam
Cytheriades
ἔγω
Et genus
na quiete
&
reſignatio
deus Ianus
cipe parue
ram grandẽ
ſed id
9
vſq; ad primam
des croceos
& maſſili
hac & Cy
tu adeo
ꝝ
ſtigem
caldeos
nas turpi
fluit
quotiens
A
TVM
eſt incedere
vnde
ſe luxurioſe
nomen

B
tendo
eſt aliquãdo
grandia
ſe in poteſta
mare ingreſſa
C
rat Virgilius
diones qui
morſi
dicationem
mead
D
leue quando
dui mediam
tum quod
Plautus
apparitores
E
ſobrius
Epiſere
ta ruinam
cus de grege
qui putant
F
Aetherea
uenis fio
ſiue fuerat
bus inſertum
& aſuefacio
G
lis æde
illis eſt
teruallo
citur Ply
frequentius
H
giuis dente
belo punico
ne ſiluæ
ſeminex
tur triſyllaba
I
ipſa exuſta
ne ſacrificii
potentiam
uentum nuper
quam agi
K
ueſtei ſub
bucinæ
quibuſdam
latibulet
Lucillius

L
& Alexandro
mœnia
talium pul
re vna
laſciue
M
eſſe incipit
bus ſuperius
conſentire uidetur
ram theſauros
Caſtigatũ
N
ſtatana
quies
& triplaris
ſco Item
xerat
O
ne capitulatã
progenuit
paſſiue
ſpes cœna
quæ nam
P
tiuum
comprehendit
NVSQVE
niſi hodie
vite abſciſſa
Q
Calybem
VILLICO
poma affixa
caculo
SI QVID
R
ti dum
COEPIT
tiq; ſaturni
autem
mida ſub
S
liæ nomine
ALCIME
quo ligã
tum &
T
QVI PIN
NOMEN
REGIONE
ſarius